




69
4 G
36





I.IV.H.31


Alexandri Pollini.




ETHICA ARI
stotelis Peripateticorum principis, Cum Ioan-
nis Maioris Theologi Parisiensis Cōmentariis.



Vęnundantur, cuius prelo impressa sunt Io-
doco Badio, & in societatem accepto Io. Paruo.



Reuerendissimo in Christo Patri ac domino, domino Thomæ Vulsæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ titulo Sanctę Cęcilię presbytero Cardinali, Eboracensium Archiepiscopo, Anglięq; Primati, atq; Apostolicæ sedis ab latere Legato, Ioannes Maior Hadyngtonanus cum omni obseruatia, Salutem.



ÆEpe multumq; mecum decreui animoq; concepi, Præsulum amplissime, Iucubratiuncularum mearum (qualescunq; sunt) primitias, Anglorum cuipiam dicare nuncupareq; Principi: idq; iustis (vt mihi quidem visæ sunt) rationibus. Quarum primum (ne lõgus fiam) sibi addicit locum communis patriæ, omnibus animãtibus innatus amor: vna enim Britannia, insularum in tota Europa celeberrima, quasi in naui quadam, Oceano magno, paruo interstitio cõcludimur. Alterum siue proximum locum, religionis & studiorum occupat consensio. A susceptę enim pietatis Christianæ primordio, multi & magni fuerũt in vtroq; regno illustres in omni, sed præcipue in diuina sapientia viri: qui & plures sunt, q̃ vt eos hac epistolari angustia complecti valeam, & notiores q̃ vt debeam. Tertium, eumq; ne multis agam, postremum & tamen potissimum locum sibi vendicat, ingrati animi, quæ vel Persis semper odiosissima labes fuit, etiam minimæ notæ, fuga. Tam enim frequenti hospitio, tam humano comiq; colloquio, & tam amico commercio ab Anglis acceptus dignatusq; sum, vt sine immemoris animi labecula diutius tacere nequeam. Abhinc enim quadraginta annos, si iusto calculo supputaui, paternos primum egressus lares, cum per Angliam Parrhisios iter facerẽ, tanta Anglorum humanitate retẽtus & acceptus sum, vt annum integrum in celeberrimo Cantabrigiæ musæo, nunc Christi nomenclatura illustrato, prima artiũ bonarum rudimẽta acceperim: atq; ex illo quum per mare perpetuum potuissem, fere per Angliam profectionem reditionẽq; fecerim: atq; quod & recenti memoria teneo perpetuaq;, dũ spiritus hos reget artus, tenebo, iam quartus agitur annus, quo tua, Legate lõge Reuerende, maiestas inter ecclesiasticas totius Angliæ dignitates amplissima & facile princeps, exiguitatem meã istac rursum iter habentem veteri Christianorum hospitalitate suscepit: & ad literarium gymnasium tunc recentius a magnifica beneficentia tua Oxoniæ institutum, præsentia & doctrina mea vtcunq; illustrandum, oblata etiam splendidissima mercede, inuitarit: verum tãta me tenuit matris iam meæ Parrhisiorum academiæ, & studii sociorum ac cœptorum librorum quos perficere affectabam, amor, vt vltro oblatam tam honorificentissimam conditionẽ accipere non potuerim: nunc igitur ne penitus immemor tanti arguar beneficii, & vt tot annos quod parturiuerim aliquando pariã, tibi tali tantoq; in ecclesiastico ordine principi, ac theologorum, immo literatorum omnium Mecœnati, Aristotelis complurium iudicio philosophorum principis, moralium traditionum opus laudatissimum meis vtcunq; expositũ cõmẽtariis & dico & dedico. Quippe in quo opere, vt in reliquis alios, ita sese, id est naturæ vires superasse visus est: nam in omnibus fere sententiis, cum syncerissima catholicæ ac vere Christianæ persuasionis integritate concordat. Liberum enim hominis arbitrium constanter asserit. Manum sibi inferre ac necem consciscere ob rerum tristium deuitationem non vere fortis animi, sed potius meticulosi grauissime definit. Voluptatem honestam & bonis expetibilem a spurcissimis illecebris quas Turcæ sibi proponunt, seiungit. Felicitatem homini in hac vita contingentem in heroicarum virtutum operatione constituit: duplicemq; vitã & vtrãq; laudabilem, actiuam dico & cõtemplatiuam, Iudæis olim in Rachele & Lya, nobis nunc etiã in Martha & Magdalena sororibus figuratã, miro iudicio prosequitur: nã hãc etiã superis, illam tñ mortalibus accommodat. Deniq; in tanto & tam multiiugo opere vix placitum vnum Christiano homine indignũ, si vt a nobis explanatũ est, legatur: offendas. Proinde, Pater magnificentissime, vt qua humanitate & beneuolẽtia me nuper suscepisti, hanc nouam fœturam, tuæ dignitati etiam si longe (quod vellem) melior esset multo ante debitam & nunc ex animo dicatam, accipias rogamus. Vale. Ex collegio literario Montisacuti in Parrhisiorum gymnasio ad Calendas Iunias. M.D.XXX.

Tabula reꝝ, vocū, & sententiarū insignium in Ethicis & Commētarijs eorūdem M. Ioannis Maioris secundū literarū seriē & foliorū numerum ac eorū partes: nā folia in senas diuidimus particulas, priorē pagellam in A.B.C. posteriorem in D.E.F. Quæ vero in litera adnotata sūt, eadem in commentarijs explicantur: Et quæ in dubijs in solutionibus subsignādis explicanť. hoc mō.

FINIS.

Erratorum correctio.

ERRATORUM in sequenti opere colligẽdis tabellis deprehẽsorum repositio ad numerum foliorũ in sex partes vt in tabella p sex primas literas diuisorũ:facta principij lineę in qua erratum est repetione hoc modo.

Fo.j.operationũ: lege hõ facit oia.
Fo.3. in margie D.Iuuenis duplex.
Fo.xxiij.E.prompta:lege spiculum.
Fo.32.F.fert:lege inuoluntarium.
Fo.34.F.lege in marg.Continens.
Fo.47.C.in marg. Adulteri for.
Fo.49.C.in marg.re a doloribus.
Fo.eodem.F.taẽ:simul lętetur & do.
Fo.50.D tus dicit hasce vitt.
Fo.81.E.pari.lege Iniustitia.
Fo.eodẽ.F.¶Dubitaẽ an indigẽtia vbi impressum est indulgentia.
Fo.87.E.ptus delinquat q̃ pars.
Fo.92.E.in marg.Agatho.
Fo.94.D.ficientia & prudentia.
Fo.96. A.B.quia vtraq; legatur:opinatio & prudentia circa idem.
Fo.102.E.gũtur:lege autem partis.
Fo.103.D.partim:lege Benedicebat.
Fo.106.C.inquam cognitu dignis.
F.110.E.F.stantes.ac molles.
Fo.113.F.¶Circa q̃ incontinentia.
Fo.114.F.closio q̃ cõstãtia expetẽda.
Fo.117.F.in marg.morbũ pariens.
Fo.128.E.nec sunt.per bonum.
Fo 129.B.in marg. æqualitas.C.Tracta. lege conuiuere est.F.sitio.lege partam obseruant.
Fo.130.A.in marg.Senes.
Fo.133.C.siue.lege societates.
Fo.135.B.in marg.diligunt.
Fo.138.D.in dubium an potius.
Fo.139.E.in marg.vtro fiet.
F.150.B.in marg.duos annos.
Fo.157.B.in marg.Homo,dele non.
Fo.157.F.¶Circa suum effectum.
Fo.162.C.quo postea.leg. Quantum
Fo.164.F.in marg.Dubia sex.
Fo.166.F.tos vt.lege catalogo.
Fo.167.F.in marg.qui sint.
Fo.169. E.F.in margine lege politica his continuo subdenda.

Hoiusmodi forsan & alia correctu facilia diligens lector offendet,sed ea ipse,nobis ignoscens,reponet.

Sequitur opus ipsum.

ARISTOTELIS ETHICA

.i. opus de moribus, ad Nicomachum filium, ab Ioanne Argyropylo Bizantio traductum, & ab Ioanne Maiore Hadingtonano elucidatum: Cuius est Prologi & Lib. I. Cap. I.



Mnis ars omnisq; doctrina atq; actus itidem & electio, bonum quoddã appetere videtur. Quapropter bene veteres bonũ ipsum id esse dixerunt, quod omnia appetunt. Finium autem differẽtia quędam esse videtur. Quidam enim sunt operationes, quidam praeter has ipsas, opera quędã. Atq; in quibus praeter operationes alii quidam sunt fines: in iis ipsa opera sunt operationibus praestabiliora. Cum vero complures sint actus, & artes, atq; scientiae: fit vt multi sint etiam fines. Medicinae nãq; finis est sanitas: artis extruendarum nauium, nauis: facultatis rei militaris, victoria: & familiaris rei gubernandae, diuitiae. Quae autem taliũ sub aliqua vna potentia sunt: vt ars conficiendorum frenorum, cęteręq; omnes instrumẽtorum equestrium effectrices, sese habẽt ad facultatem equestrem: & haec cum illis, omnisq; actio bellica ad militarem facultatem: & ad alias aliae simili modo. In iis omnibus fines earum quae rationem architecturae subeunt, magis sunt expetibiles, q̃ omnes fines inferiorum: Et illi enim horum gratia expetuntur. Atq; nihil interest siue fines actuum ipsę sint operationes, siue pręter ipsas aliquid aliud, vt in dictis facultatibus intueri licet.

Bonum: Finiũ differentiae.

Finis medicinae.

Naufìcatoriae.

Militię, Rei familiaris.

Architecturę.



Mnis ars &c. Hoc est opus Ethicorũ Aristotelis ad Nicomachũ filiũ qui fuit auo suo cognominis, quod & aliis multis contigit. Sed quia notũ est Aristotelẽ fuisse Nicomachi ex Festiade filiũ, sunt qui putent ad patrẽ scriptũ, qd nõ placet, quia contra decorũ personarũ est. Nõ enim filij erudiũt patres in moribus, sed erudiũtur ab eis. Ideoq; Salomon saepe filiũ cõpellans, quasi ad filium scripsit prouerbia. Cicero ad filiũ Officia, & Cato quisquis ille fuit, ad filiũ opusculum illud morale. Diuidit autẽ in decẽ libros partiales. In quorũ primo de felicitate in cõmuni loquitur. in secũdo de virtute morali generatim. in tertio de virtutis moralis principiis. s. volũtario & inuolũtario, cõsilio & consiliabili, de fortitudine & tẽperantia in specie. in quarto de liberalitate, magnificẽtia, magnanimitate, modestia, mansuetudine, affabilitate, veritate, eutrapelia, verecũdia & earũ extremis. in quinto de iustitia & epiicia, quae vulgo epicaia dicitur. in sexto de habitibus veridicis: in septimo de virtutũ gradibus. in octauo & nono de amicitia, & in in decimo de voluptate & felicitate. Rursus hũc primũ librũ in quatuor tractatus deducit, in primo enim inquirit vtrũ felicitas sit, & an quispiã possit eã adipisci, quęstio si est, quęstionẽ qd est antecedit, primo posteriorũ. In secũdo tractatu felicitatẽ describit & cõtẽplatur quidnã ipsa sit, in qbus rebus existat, & in qbus non. In tertio a quo sit felicitas tãq̃ a causa, & in quo, tãq̃ in subiecto. In quarto speculatur in qua animę potentia felicitas collocetur. Primus tractatus est totius libri exordiũ, q in tria capita seiugatur. Et in eorũ primo tria diuulgare proponit. Primũ, q in rebus humanis est aliqs finis bonus intẽtus. Secũdũ, aliquẽ finem esse alio pręstãtiorẽ. Pro tertio dubitationẽ ex dictis immergẽtẽ diluit. Secũdũ ibi, finiũ aũt differẽtia. Tertiũ ibi, atq; nihil interest. Prima cõclusio huius primi capitis est haec. Omnia bonũ appetũt. probatio, nã omnis ars omisq; doctrina atq; actus similiter & electio q̃ sunt res humanę, bonũ appetere videtur. proinde & finẽ, idẽ enim est bonũ & finis. deductio est perspicua, q a per hosce fines humanarũ operationũ homo facile omnia q̃ facit. Per artẽ intelligit auctor habitũ recte faciendi, vt est domũ aut nauẽ extruere. Per doctrinã, scientiã, intellectũ, & sapiẽtiã. Per actũ, actũ exteriorẽ & imperatũ. Per electionẽ, actũ elicitũ, vt volitionẽ & nolitionẽ intelligit. Nã quaedã a natura emergunt, & illa in ipsum bonũ bonusq; assimilationẽ toto conamine, secluso obice, tẽdũt: q a ab agẽte infallibili. s. a deo diriguntur vt araneis in cõponẽda tela, formica in colligẽdis granis, graue leue, & caetera id genus in petẽdo locũ cõuenientem. Quaedã bona ab humana mente variabili emanãt, & si illa vt ars, doctrina, actus, & electio bonũ appetãt, & agẽtia naturalia q̃ a supremo bono dirigũtur, in bonũ tendunt continuo. ergo a fortiore illa bonũ appetũt. & p cõsequẽs recte dicit q omnia bonũ appetũt. Triplici vita mortales viuũt. Prima est effectiua, qua viuũt mechanici, victũ idustria sibi cõparãtes. Secũda est actiua, qua viuũt prudẽtes in republica pręcipue alios regẽtes. Tertia est cõtẽplatiua qua sapiẽtes & deo dediti viuũt. Prima vita q̃ est infima, deũ in quãtũ est creator imitatur. Secũda q̃ mediocris est, deũ mundũ a se cõditũ gubernãtẽ quadã tenus imitatur. Tertia, q̃ est excellẽtissima (vt. x. Ethicorũ lucebit) deũ in se ociantẽ atq; in tranqllitate beatũ repręsentat. Si itaq; illorũ triũ tẽdẽtia fertur in bonũ, multo magis ratiõis expertia a deo directa in bonũ ferũtur. Solidat philosophus hãc cõclusionẽ priscorũ authoritate dicẽtũ, omnia appetũt bonũ, ac omnis ars, doctrina, actus & electio sunt entia, quãobrẽ appetũt bonũ, ac

bonū & finis coincidūt, proinde ista omnia appetūt finē. Itaq; est aliquis finis in reb⁹ humanis. ¶ No-
tato q̄ electio aliter in tertio libro accipit vt suo in loco deo bene fortunāte videbit. Vtraq; acceptio
est vulgaris. Nōnulli hic indagāt an de moribus sit scientia, & vtrū practica an speculatiua: sed tales
Dubia q̄nq;. quisquilias huic loco minime cōgruere cēseo: idcirco alia ad rē magis ptinētia q̄ro. Primo qd est subie-
ctū attributionis moralis philosophię. Secūdo quomodo monastica, oeconomica & politica doctrina
differāt. Tertio dubitat an mulierosi, venefici q̄ sibi mortē cōsciscūt, & praui malū appetant. Pari for-
ma obijcit q̄a plantę nō sentiūt, ergo nō appetūt, q̄a appetit⁹ i appetibile nō fert sine cognitione p̄uia.
Quarto quō sese habēt hęc tria, bonū oia appetūt: & oia bonū appetūt: oīa appetunt bonū. Quinto
Ad primū. dubitat quare a felicitate librū exorditur & in ea decimū claudit. ¶ Circa primā dubitationē nota q̄
q̄dā nō solū i hac arte, sed etiā in alijs de lana caprina fusius insudāt, vt patet de subiecto attributio-
nis logices: sed breui dicimus q̄ homo felicitabilis est subiectū moralis philosophię siue homo liber
ad opa studiosa & eo⁊ habitus. Veluti eñ medicina circa corporis curā negociat: ita ethice hois animā
Ad secūdū. flosculis virtutū ornare ac depingere laborat. ¶ Ad secūdā dubitationē respōdet, q̄ liber Ethicorum
ordinat hominē in ordine ad se primo: siue bene se habeat cū alijs, siue nō: liberalitas iustitia & cęterę
virtutes de q̄bus hic est sermo ordināt hominē ad se: & si bene instituat ad se, bene ordinabit ad alios.
In oeconomicis docet homo decēter viuere in familia sua. In politicis aūt bene & comiter in ciuitate
Ad tertiū. inuersari. ¶ Ad tertiā dubitationē & aliud q̄d cōsequēter subingit simul respōdet. Pro cuius solutione
Appetitus. presupponat q̄ triplex est appetitus: quidā naturalis, & is nihil aliud est q̄ inclinatio rei ad suā perfe-
ctionē. Hic appetitus cuilibet rei cōuenit nec actū distictū ab appetēte ponit: siq̄dē materia prima appe-
tit formā q̄ nullū actū a se distinctū habet. Appetitus sensitiuus soli animali cōuenit. Et dicit sensi-
tiuus, q̄a sensationē obiecti p̄supponit: sicut eñ volūtas est cęca, lumē ab intellectu capiēs, & nō fertur
in incognitū: ita nec appetitus sensitiuus fert in obiectū nō sensatū. Tertius est appetitus intellectiu⁹
agēti libero cōpetēs. Hoc p̄supposito, respōdet q̄ omne ens appetitu naturali suā pfectionē appetit .s.
esse, & illud sine quo esse nequit: propterea graue descēdit & leue ascēdit, & mixtū secūdū naturā elemē
ti p̄dominātis mouet vt in suo loco naturali cōseruet. Vnde arbor posita inter terrā lętā, & sterilē, ra-
dices in solū pingue extēdit: & ab illo alimētū radix sugit: & sic rami a trūco, & trūcus ab radice nutri
mētū: sicut hepar a stomacho, ab hepate venę, & a venis singula mēbra trahūt: si res sit imperfecta pfe-
ctionē acq̄rere, & si sit pfecta suā pfectionē tenere gliscit. Appetitus sensitiuus p̄sequit illud q̄d sensa-
tū est appetēti cōueniēs, & discōueniēs refugit. Sed appetitus intellectiuus ob suā libertatē nō semper
fert in bonū, verū in p̄sequutione satis est si in bonū apparēs: bonū eñ verū vel bonū apparēs est eius
obiectū in volēdo: sibi malū inferēs se ab angustijs q̄bus p̄mit exonerare intēdit. hoc apparet ei bonū.
Idētidē libidinosus, speciosam foeminā ardēs, licet cēseat se peccare, in bonū tñ apparēs fert - est enim
agēs liberū. permittit abutēdo sua libertate in malū simpliciter ferri: inanimata aūt in verū eis bonū
tēdūt: q̄a a deo dirigūtur. Et p hoc soluit obiectio in oppositū. Hic quoq; sciscitari poteris, an volūtas
in obiectū, q̄d nec est verō bonū, nec apparēs ferri potest: sed de hoc postea fusius loqui p̄ponimus. Se-
cūda ratio est etiā soluta, q̄ solū p̄bat plantas nihil appetere appetitu sensitiuo aut intellectiuo: nō aūt
Ad quartū. appetitu naturali. ¶ Ad quartā dubitationē respōdet q̄ illę p̄positiones late differūt. Hęc a plerisq; ne-
garetur: bonū oia appetūt. diceret eñ q̄ nec hoc bonū nec illud, & sic de singulis, oīa appetūt, & si de
deo instes: cōtra lapides nō cognoscūt deū, ergo nec deū appetūt: sed dico cōsequētiā esse nullam de eius
appetitu naturali, vt ex dictis liquet. dico eñ q̄ appetit esse & cōseruari, quę sunt q̄dā p̄prietates pri-
Obiectio. mę causę. ¶ Insultas, bruta nō cognoscūt deū, ergo eo⁊ appetitus in deū nō fert in pticulari: ergo in
Responsio. deū nō omnia ferūtur. ¶ Dicim⁹ belluas in deū suo ipsarū modulo ferri. siq̄dē oia secūdū naturas ipsis
īditas in deū tēdūt. Aristoteles dicit q̄ eādē voluptatē oēs appetūt in penultimo capite. vij. Ethico⁊.
& dū de hominib⁹ loquit, dicit eos instinctū ad eādē voluptatē habere a deo supne impressum. & hoc
est ad felicitatē, de qua in decimo loquit. Aristotelis placitū est, & verū est, q̄ bonū oia appetūt: sed vt
videam⁹ q̄ enūciationes hic cōcedēdę veniāt sequēdo cōmunē viā nullū bonū oia appetūt: sed oia bonū
appetūt: saltē quodlibet ens bonū appetit, in plurali numero siue collectiue siue distributiue capiatur
potest negari illa loquēdo de appetitu pticulari oia appetūt bonū. Appetere eñ vt sensualitati & ap-
petitui naturali cōuenit suā ratione nō appellat: sed vt intellectui cōuenit suā p̄priā rationē appellat.
Ergo licet in vtraq; stat cōfuse tñ, q̄a verbū aliter in vna q̄ in alia appellat: enūciationes illę nō parū
(vt ex logica nostra) defferūt. Aliqua logicalia logicā enucleantia sine cauillis nō aspernamur: sed sub
epitome illa pcurrimus. ¶ Ad quintā dubitationē respōdet, q̄ beatitudo est finis virtutis & hominē
Ad quintū. ad virtutes allicit: & q̄a cū sudoribus virtutes acq̄runt & in earū cōsequutione laboramus: propterea
ab his auspicat & his claudit Aristoteles ethica: sicut Psaltes Regius de beatitudine in Soliloquiorū
fronte meminit: & Saluator in cōcione in mōte a beatitudinibus pręfat. Citharoedus aūtē Dauid, &
Christus dominus, sicut Aristoteles sermonē faciūt de beatitudine huius vitę: quę p̄xime ad superos
dirigit, vel de beatitudine sup̄ma in spe. ¶ Finaliter dubitat quāti momēti sit virtus cum a felicitate
Dub. sextū. Aristoteles auspicet, & ea cōcludat opus hoc tāq̄ ad alliciēdū auditorē ad virtutes. Respōdet oēs feli-
Responsio. citatē maximopere exoptāt: Quis eñ est tā hebetis sensus q̄ beatitudinē nō percupiat: at sine virtutib⁹
felicitas minime inuenit. virtutibus eñ itur ad astra: fortuna vero est vndis fugacior: boni aūt mo-
res assuetudine prognati hominē pene naturaliter ad bonū impellūt. Trita est historia Licurgi, q̄ cū
vnū catulū in coquina, alterū in sylua nutriendū curasset, prępostito corā publica corona Lacedęmo-
niorū spectaculo, leporē in illorū catellorū medio collocauit: assuetusq; culinę ad lebetē citus cucurrit:
quia in popina alitus erat: alter citius fugiētē lepusculū insequebat. Si igit canis assuetudine coquinę

leporẽ ad quẽ declinaẽ reliquit:virtutũ cõsuetudine homo preditus,carnis illecebras ad quas est propẽ
sior deseret:Nõne anachoritę in atris specubus deserti,& reliqui ecclesię cõfessores in tẽperãtię rsmis
eniture?Nõne fortitudo martyres a tyrãnorũ fulminibus & tonitruo tenuit infractos.in torturis eñ
eorũ patiẽtia germinabat:oppssione ecclesia stercorabaẽ,flagellis frõdebat:morte fœtabat, in angustijs
fructus mirificos pferebat.Quid de liberalitate eorũ memorabo q ad pedes Apostolorũ in principio
nascẽtis ecclesię oẽs suas opes posuerũt?Illorũ misericordia haudquaq̃ marcescet:summa rerũ sequẽdu
virtutibus tãq̃ solidissimis fulcris preditus firmissimũ meritorũ ædificiũ sup ædificabit. A bono non
flectiẽ:via regia q̃ nõ declinãs ad sinistrã aut dextrã,tẽdit ad beatitudinẽ virtutũ scopũ: prompteq ac
delectabiliter agit,& animi pturbationibus haud inquietaẽ.Modo voluptas opationi incidẽs eã ma-
gis atq; magis coalescere facit. Atq; vt Aristoteles cõformiter ad experiẽtiã lib. decimo Ethicorum
refert,spurca coinquinamẽta extremorũ virtus expũgit & tanq̃ latrinas sordiumq; sentinas prorsus
expuit. ¶ Finiũ aũt differẽtia q̃dã esse videẽ. Hæc est secũda pars huius capitis in qua vnũ finẽ alio p- Finium
stãtiorẽ esse demõstrat. In prima pte ostẽdit omniũ artiũ & doctrinę aliquos esse fines: Iam vero finiũ differẽtię.
discrimẽ enodat,dicẽs:Finiũ q̃dã est opatio,vt artis citharizandi finis est,fidiũ ordinata pulsatio: &
quidã opus ipm,vt domificationis finis est ipsa domus.Hoc est,tũc opatio est finis,quãdo opatione fi-
nita effectus nõ relinquiẽ,vt cũ citharœdus,aut chureã ducẽs, a fidiũ tactu tripudioq; quiescit , nullũ
artificiũ relinquiẽ:secus est cũ res opata est finis. Si aliqua qualitas, vtpote gaudiũ aut huiusmodi in
audiẽte harmoniã relinquaẽ:nihil refert:nec hic insistas de opatione actiua q̃ manet post melodiã, &
sic passiua,sat estq; nullũ artificiũ relinquiẽ cessante opatione. Et si domus nullã formã artificialem
ponat,hoc ppositũ nõ inficit,qa post artificij structurã manet domus. ¶ Atq; in qbus. hæc est tertia Finiũ cõpa-
pars huius capitis que cõparat finẽ operatũ opationi : & dicit q; quorũ opa sunt fines, ipsa opera suis ratio.
opatiõibus sunt prestabiliora. Patet exẽplatiter.domus eñ est pstãtior ipsa opatione ad domus stru-
cturã ordinata,licet opatio actiua q̃ est homo operãs,sit re ipsa domo pstãtior:& opatio passiua sit ipsa
domus q̃ nõ est se ignobilior. sufficit opationẽ ipsam cũ ad domus structuram ordineẽ ipsa domo esse
deteriorẽ. Semp eñ in finib⁹ odinatis pstãtior est posterior. Comedimus vt viuamus:viuim⁹ vt bene
operemur:bene operamur vt salutẽ æternã cõsequamur:postremus finis est cęteris pręstãtior. De no-
bilitate rei nõ cures,sed finis pręstãtiã q̃re. Vnde fit q; cõseruatio a frigore,calore & hoste,est in ratione
finis domo melior,cũ ad hęc domus ordineẽ. ¶ Dubitaẽ an opatio potest esse finis vltimus. Respon- Dub.
detur q; licet deus sit finis vltimus quẽ beatitudinẽ obiectiuã theologi nũcupãt , attamen opatio im- Responsio.
manẽs est beatitudo: & in creaturis finis vltimus est beatitudo formalis . Cum vero cõplures sunt Finiũ mul-
actus. Hęc est quarta pars huius capitis:in qua dicit q; multarũ artiũ & sciẽtiarũ multi sunt fines:nam titudo.
arithmeticę finis est numerus & eius cognitio . Geometriæ finis est magnitudo. Medicinæ finis est
sanitas:artis extruẽdarũ nauiũ,nauis:& facultatis rei militaris,victoria:& rei familiaris gubernandæ,
opes. Exẽplariter hoc ponit:Exẽplorũ autẽ nõ requiriẽ veritas,primo priorum. Ponit diuitias instru-
mẽta rei familiaris in œconomicis & primo Politicorũ. Vel loquiẽ hic scdm aliorũ opinionẽ,& exẽpla- Finiũ coor-
riter insup opes sunt finis sobordinabilis ad altiorẽ finẽ . ¶ Quę autẽ taliũ sub aliqua vna potentia dinatio.
sunt,vt ars. Hæc est quinta portiũcula in qua dicit q; aliquãdo varię artes sub vna architectonica p-
cipuaq; arte cõtinẽtur:ipsius architectonicę finis aliarũ artiũ finibus principalior est. Semp eñ nobi-
lioris rei pręstãtior est finis. Exẽplificat,vt artes,quarũ hęc frenorũ factiua est,hęc ephippiorũ hoc est
sellarũ qbus equis insideẽ,hæc phalerarũ,sunt autẽ phalerę equorũ ornamẽta,sub arte equestri cõtinẽ-
tur.Hę autẽ pariter & ars equestris sub arte militari,vt sub architectonica continentur:quocirca artis
equestris finis principalior est finibus artiũ frenorũ factiuarũ,ephippiorum atq; phalerarũ. Et artis
militaris finis principalior & appetibilior finibus artis equestris, & artium frenorum factiuarum re-
liquorũq; apparatuũ equorũ. Semp eñ fines earũ q̃ rationẽ architecturę subeũt, magis sunt appetibi-
les q̃ fines inferiorũ:qa illi artiũ horũ gratia expetunẽ. Ars militaris inuasionẽ,fugã,cũctationẽ,& re-
liqua strategemata amplectiẽ. Sicut in natura cõtingit:gramina eñ sunt ob pecora, pecora ob homi-
nes,& homines ad deũ laudãdã. Et nihil refert siue finis architectonicæ artis opatio sit siue sit opus:
nã vbiq; finis architectonicę est pstabilior fine artiũ q̃ illi famulantur,vt apparet in dictis facultatib⁹.
In artibus enumeratis,cõtingit nõnũq̃ q; finis sciẽtię superioris est opatio, & finis sciẽtiæ inferioris
est aliqd opatũ pter opationẽ:quãdoq; oppositũ cõtingit. Exẽplũ primi.ars equestris est superior arte
frenifactiua:& finis equestris est opatio:& finis frenifactioę est aliqd operatũ. Exẽplũ secũdi. Medicina
est principalior q̃ ars exercitatiua:& finis medicinæ est nõnihil operatũ,vt sanitas:& finis exercitati-
uæ est operatio vt ambulatio vel purgatio. Finis est pręstabilior ijs quæ ad finẽ ordinãtur,siue sit ope-
ratio,siue res opata. Domificatio est vilior domo, sed præseruari a frigore,calore,& ab hoste,est domo
nobilius,quia ad hoc ordinatur.

¶ Secundũ caput Prologi docet in rebus humanis esse aliquẽ finem vltimũ: & q; cognitio
finis vltimi est ad humanæ vitæ directionẽ oppido accõmoda,& huiuscemodi consideratio
ad scientiam politicam potissimũ attinet,ea propter est præcipua.



I igitur quispiã rerũ agendarũ est finis,quẽ nos propter seipsum,cætera aũt
propter hũc volumus:neq; fit vt omnia propter aliud expetamus (esset eñ
hoc modo sine vllo fine semper abitio,atq; hinc noster appetitus inanis va-
nusq; resultaret) constat hũc talẽ finem summũ bonũ : ipsum optimũ esse. Summũ
Et ad hmanã igitur vitã , magnã huiusce cognitio opem affert . Nam vt bonum.

sagittarii, signū habentes, magis id quod oportet attingere possumus. Quod si ita sit, enitendū est hūc ipsum figura quidnam sit comprehendere, & cuius sit scientiæ vel facultatis percipere. Videbitur autē eius esse quæ maxime dominatur, maximeq; rationē subit architecturæ. Talem autē sese offert ipsa ciuilis facultas. Hæc enim & quas scientias in ciuitatibus esse, & quales quēq; discere, & quousq; oportet, instituere solet. Eas præterea facultates, quæ summis afficiūtur honoribus, vt rei militaris, reiq; familiaris facultatē, ac oratoriam artē, huic subesse facultati videmus. Cū igitur cæteris actiuis scientiis hæc vtatur: & leges ferat atq; instituat quid quisq; agere & a quibus abstinere debeat: huius finis, cæterarum omniū facultatū continet fines. Quo fit vt hic finis sit bonum ipsum humanū. Q̄q̄ enim vnius hominis idē & ciuitatis est bonū, ciuitatis tamen cōparare conseruareq; bonū maius atq; perfectius esse videtur. Nam amabile est, & si vni soli: maius autem atq; diuinius est si genti ciuitatibusve acquisitum, partumq; conseruetur. Hęc igitur appetit hęc doctrina, cū sit facultas quædam ciuilis.

Architectura. Ciuilis sciētia.

Finis bonū commune prestat.

Finē esse.

SI igitur quispiā rerū agendarū est finis. Primo dicit q̄ in humanis rebus est aliquis finis vltimus & optimus. Probatio, q̄ si est quispiā finis: que nō desideratur ob aliquid aliud, sed alia ob ipsum expetūtur, est finis vltimus atq; optim⁹: at in reb⁹ humanis aliqs talis finis est huiuscemodi. igit. Cōsequētia tenet a tota cōditionali cū positione antecedentis ad positionē cōsequētis. Probat maior. Nā si finis ad quē aliqd ordinat sit melior illo qd ordinat ad ipsum, ergo finis ad quē omnia alia ordinātur si ipse nō ordinat ad aliqd aliud in illo genere, erit finis vltimus & optim⁹ in illo genere. Iam probat minor, vnus finis ob aliū (ex p̄cedēti capite) ordinat: aut ergo in rebus humanis est deuenire ad finē q ob aliū nō expetit. aut nō est ad talē finē deuenire. si primū, ꝑpositū habemus, & ꝓbata est minor: si secūdū, hoc ad impossibile syllogisare nō est difficile: q̄a tūc in finibus erit ꝓcessus in abyssum: & sic hominis expetitio esset irrita & vacua, cū illum vltimū finē expetibilissimū attingere nequeat: sed hoc est falsum: quoniā deus & natura nihil incassum & ociosum faciūt, primo celi. ¶ Deinde dicit q̄ plurimū ad nostrā vitā cōducit sūmi boni notitia: nā ex bonitatis suę vbertate duo bona nobis suppeditat. Primo allicit appetitū vt ex ei⁹ flagrāti desiderio magis ac magis inflāmemur ad bonorū operū incremētū. Secūdo intellectū, eius notitiā apprehēdēdo, dirigit, vt eius operationibus illū finē attingat. Fige in beatitudine scopū, facile discernes quę ad illā orbitā & cōpēdia ꝑducūt, vt virtutū opa, & q̄ ab illo fine auocāt aufugies. Atri ditis carcer in terrę sinu recōditus cū Olympo ex diametro ꝑ:ignat. vt tu ipse nosti in tartarea regna vitijs itur: bonis opibus itur ad astra. Fige itaq; obtutū agibiliū in beatitudine: tū si beatitudinē assequi anniteris, pijs opib⁹ insudabis, atq; a malo auerteris. Itaq; agnitio finis vltimi est nobis ꝑq̄ vtilis. Probat sic. Ad nihil qd difficile acquirit potest homo recte & certitudinaliter se dirigere, nisi cognoscat illud i qd dirigēdū est. Patet de sagittario scopū ꝓ sagitta ponēte: sed operationes humanę dirigūtur in finē vltimū: ergo ad hoc vt hō suas operationes dirigat oportet finē vltimū cognoscere: sic q abextremis virtutū se elōgare cōcupiscit, oportet obtutū ad finē honestū prestituat. Corollariū ꝓpterea infert inquiēs. q̄ si ita est, enitēdū est hūc ipm figura & rudi Minerua quidnā sit cōprehēdere, & ad quā facultatē attinet. Ad hoc autē explanādū ordine p̄postero vtit. Primo explanat ad quā facultatē attineat id cognoscere, deinde in secūdo tractatu huius primi libri docet id qd primo ꝓposuit. s. quis est nouissimus finis humanus, ipsum graphice depingēdo. ¶ Sequit in litera. Videtur autem eius. Hic ostendit ad quā scientiam attineat considerare de cognitione vltimi finis: & intendit in hac parte probare q̄ maxime pertineat ad scientiam ciuilem siue politicam. Probatur sic. Ad scientiam principalissimā & maxime archetectonicam pertinet consideratio de vltimo & nobilissimo fine hominis: at scientia ciuilis est maxime architectonica. igitur. Maior patet ex dictis: quia fines scientiarū superiorū sunt præstātiores q̄ inferiorū: ergo finis sciētiæ nobilissimæ que est de rebus humanis est finis nobilissimus rerū humanarū. Probādo minorē tāgit duas cōclusiones appropriatas scientiæ maxime architectonicę. Prima est q̄ ipsa pręcipit arti ipsi famulanti quid operari debeat: sicut equestris frenifactiuę præcipit. Secūda, q̄ ipsa vtitur arte & officio artis inferioris ad suū finē: vt nauita vtitur naui quā faber lignarius fecit: modo hæc duo, arti politicæ competūt. Nēpe ciuilis docet quales scientias discere oportet. Plato ab vrbe poetas eiecit: quia irritamenta libidinis sub Venere dicendi cultæ tractant, vt de Iuuenale est videre qui vitia carpens ea docet. Sicut Naso in arte amandi, & in epistolia docet. Præterea ciuilis facultas quam scientiam iste vel ille addiscet. Hic: ad artes mechanicas aptus, ad literas forte est ineptus. Vnus ad carmē natus, ad prosam est inidoneus vt Ouidius qui de se dicit, Quicquid conabar dicere versus erat. Et præter hęc prodit quousq; discere oportet, signanter quousq;. Argutiolę enī sophisticę & captiūculę grāmaticę, atq; alia sopismata tirūculos decētia prouectiores dedecēt: sicut crepitacula, ensiculi, & cętera id genus pueris cōueniūt, senib⁹ sunt indigna. Seniores ad capulū vsq; hęc facultas sane honestat. Circa mores anxie desudat ciuilis facultas. Artē amādi, magicas artes luētionesq; Sathanicas reiecit, salutares admittit. Insup huic arti eas facultates q̄ sūmis afficiunt honorib⁹ parere & obseq cernim⁹, vt sūt ars militaris, œconomica, & ars oratoria. Pręterea ipsa artib⁹ iferiorib⁹ ad suū finē vtit, quēadmodū sūt ars militaris q̄ pacē cōseruat in ciuitate: œconomica, q̄ necessaria p̄parat: & rhetorica, q̄ emergētes causas enodat, lites cōponit.

Boni summi notitia q̄ sit vtilis.

Finis vltimi cognitio ad quā sciētiā ꝑtineat.

Vlterius q̄ sit principalissima argumēto probatur tali. Illa sciētia est principalissima cuius intētio est
procurare & conseruare bonū humanū, hoc est bonū cōmune: sed ciuilis sciētia est hmōi, qa procurat
bonū cōmune: licet aūt idē sit bonō vnius hominis & ciuitatis; bonū tñ cōmune est diuinius: illic eñ
procuraẽ bonū cōmune, deū omniū cōditorē & directorē æmulādo. ¶ Post hæc vnū corollariū infert
inquiēs. Hęc igiẽ appetit hęc doctrina: hoc est ad ethicā ptinet de p̄dicto vltimo fine opationū huma
narū tractare: qa circa hęc indefesse insudat. Probaẽ, qa hęc sciētia ciuilis q̄dā facultas est, hoc est pars
ciuilis sciētię. ¶ Circa hāc literā dubitaẽ. Primo, videẽ nō esse incōueniēs appetitū frustrari suo fine: sę- Dubia.vij.
pius eñ intēdimus aliqd quo nūq̄ potimur: volūtas eñ est impossibiliū. 3. Ethicoꝝ. & tñ Philosoph⁹
probat statū in finibus p hoc, tāq̄ rationi dissentaneū. ¶ Secūdo dubitaẽ qd intelligaẽ p sciētiā politi-
cā. ¶ Tertio, ipsa nō est sciētia, ergo falsom supponit. Antecedēs patet, qa ipsa debet rudi minerua tra
ctari scdm philosophū: & hoc sciētię nō cōuenit. ¶ Quarto, illud nō est necessariū ad vitę humanę di-
rectionē cū quo stat vitę malignitas, sed vltimi finis agnitio stat cū vitę peruersitate: ergo male dicit
philosophus. ¶ Quinto, quid est ars militaris. & videẽ ipsa inutilis vtpote circa bellū insudās, in quo
multa flagitia cōmittunẽ. ¶ Sexto, qd facit ars oratoria i politia ad res defendēdas. Aduocati inopū
bona suis cauillis depopulanẽ: quoꝝ eñ paucos p̄ter beatū Iuonē dicūt in sanctoꝝ numerum relatos.
¶ Ad primā dobitationē respōdeẽ q̄ appetitus naturalis nō frustraẽ a tota specie, signāter in fine p- Ad primū.
cipuo rationabilissime intēto. Licet natura in aliqbus deficiat: nō tñ in oib⁹: modo desideriū naturale
est ad vltimū finē. Et si volūtas sit impossibiliū, nō tñ electio, vt suo loco (deus cepta secūdet) dicetur.
¶ Ad secūdā dubitationē respōdeẽ. Doctrina ethicorū est politicę potissima ps, & sub ea includiẽ. sicut Ad secūdū.
philosophus in fine hoius capitis expresse ait: & in antiqua tralatione in hoc prologo ait. Iuuenis nō
est idoneus auditor politicę, vbi alij huius sciētię, loco politicę ponūt. Nā moralis philosophia docet
hominē honeste scdm se viuere ad quēcūq̄ statū deuenerit, & ex morali philosophia, tāq̄ ex principijs
accipiunẽ cōclusiones in politicis. Ergo politica stricte sūpta est subalternata ethicę. Hāc materiā fusi⁹
tāgere p̄ponimus in. 8. cap. sexti libri: qa idē philosophus illic tractat. Cōtra. cōsideratio hmōi finis Obiectio.
spectat ad sciētiā maxime architectonicā, vt dicit philosophus in līa: sed metaphysica est hmōi. Re- Responsio.
spondeẽ. Philosophus loquiẽ inter architectonicas practicas & nō speculatiuas: & suo more naturali-
ter loquiẽ ¶ Ad tertiū diciẽ q̄ sciētia capiẽ late p arte & omni assensu euidēte: & nō semp posteriori sti- Ad tertium.
ce. Et ad obiectionē dicētē philosophiā moralē sub rudi minerua debere tractari, respōdebiẽ in capite
sequēti: sed pro nūc diciẽ q̄ hoc est p̄pterea q̄ hic sunt analogię & figurę intelligēdę p exēpla applicā-
dę, ad singularia q̄ maxime mouēt. ¶ Ad quart⁹, nego maiorē illius argumēti. Nō eñ loqmur de ne- Ad quartū.
cessitate simpliciter dicta, sed de necessitate ad bene beateq̄ viuendū, & maxime vtili. ¶ Ad quintam Ad quintū.
dubitationē respōdeẽ, q̄ militia nihil aliud est q̄ ars docens arcere hostē, rebelles fures castigare p in-
sontiū tranqlla vita. Ad militiā aūt debite exercēdā, vires, exercitatio, & Minerua requirunẽ: & licet
vitia i militia cōtingāt: ipsa tñ est iustitia aut iustitię ps, si eā bene exerceāt in sontiū pœnā, & ad in-
nocuorū p̄tectionē. ¶ Ad sextā respōdeẽ, q̄ p oratores tranqllitas ciuiū procuratur: orator phaleratis Ad sextum.
verbis animos audiētiū ad bonū allicit, & incēdit: & a tetria vitijs deterret. Hic est finis artis oratoriæ
verus. in ea tñ p malos aduocatos sępius cōtingūt abusus. De hac materia fusius in qntū loq̄ p̄pono.
¶ Septimo dubitaẽ, an bonū cōe sit bono priuato p̄ferēdū, sicut philosophus in līa dicit. Et videẽ q̄ Dub.vij.
nō: qa citius debeo in me peccatū vitare, imo veniale in me q̄ mortale in proximo aut tota ciuitate
scdm ordinē charitatis: qa anima mea in manib⁹ meis semp: ergo bonū pticulare est bono cōmuni
pręferēdū. ¶ Postremo dubitaẽ an aliqua sciētia sit inutilis quā nescire p̄staret. ¶ Ad septimā dubita- Dub.viij.
tionē respōdeẽ, q̄ si bonū p̄priū in cōmuni includaẽ siue sit spirituale ad animā, siue tēporale ad corpus Ad.vij.
principaliter attinēs, illud est bono pticulari cęteris parib⁹ magis p̄curādū: sed iā loqēdū est qñ vnū
in alio nō includiẽ, si vtrūq̄ sit bonū spirituale: vbiq̄ spirituale pticulare est p̄ponēdū cōmuni. Satius
est mihi me a culpa seruare, & habere beatitudinē & reliquos dānari, q̄ ipsos saluari me dānato. Licet
sit maior gloria dei in oppositū. Etiā modicū meritū meū ob æternitatē p̄mij nō negligā ob grande
meritū cōmunitatis. Et ex isto sequiẽ q̄ si meū bonū sit spirituale & bonū cōe tēporale: magis debeo
rē meā curare. Si eñ p̄mouere debeo bonū meū spirituale, neglecto alioꝝ spirituali: a fortiore amisso
eoꝝ tēporali, qd est spirituali min⁹. Si vero alioꝝ cōe sit spirituale, & meū p̄priū sit temporale: tūc vel
ego multū egeo tēporali, vt pane, alioqui occūbā: aut nō multū illo bono tēporali egeo: si secūdū, bonū
cōe p̄ferā & sic bonū spirituale mihi p̄curo: si primo modo, aut cōe nō p̄curatū redūdat in iacturā pu-
blicā ecclesię in fide & moribus, aut nō, sed aliquoꝝ hominū p̄cise: si primo modo, magis est p̄mouēdū
bonū vulgare, etiā si defectu p̄prij tēporalis debeat qs mortē obire: si secūdū, bonū meū pticulare pro-
mouebo: si vtrūq̄ bonū est tēporale, & bonū pticulare mihi admodū vtile, vt necessariū, etiā necessi-
tatē extēdēdo, & nō est tale cōmunitati: tūc meū pticulare bonū cōmuni p̄ponā. Sed si cōmunitas illo
bono plurimū eget, nō autē ego, tūc illud bonū cōmunitati relinquā: & sic studiose ago. semp eñ mihi
spirituale bonū adipiscor. Ex his potes paucis membra colligere, vel vtrūq̄ bonum est spirituale, aut
vtrūq̄ temporale, aut vnū tēporale & alterū spirituale: & hoc dupliciter, vel mihi spirituale erit, & cō-
munitati temporale, aut contra, etiā loquēdo quādo bonū particulare meū nō includitur in cōmuni-
tatis bono. Regis tamē munus est bonū cōmune bono priuato anteponere. Ipse enim est persona pu
blica, cuius animus ad salutē cōmunē intētus esse debet, vt pater patrię merito dicaẽ. ¶ Ad vltimā Ad viij.
dubitationē diciẽ q̄ licet quęlibet sciētia sit bona in genere qualitatis & notitię: tamē aliqua est per
accidēs sciēti inutilis, quādo est ei occasio propinqua inquinamēti futuri. Aliquæ cōtra sunt artes, vt
nostra moralis philosophia, quæ plurimū conducit ad bene beateq̄ viuendum.

Prologi. CAP. III.



Icetur autem satis, si declarabitur perinde atq; subiecta materia postulat. Ipsum enim exactum non est in omnibus simili modo rationibus flagitandum: sicut nec in iisce quę per artem conficiuntur. Honesta autem & iusta de quibus ciuilis considerat, tantam differentiam errorem q; habēt, vt lege tantum esse videātur, & non natura. Talem etiam quendam errorem habent & ipsa bona, quia compluribus ex ipsis accidūt detrimēta. Iam enim quidam ob diuitias, quidam ob fortitudinem periere. Amabile igitur est de talibus atq; ex talibus dicentes, grosso modo figuraq;, verum ipsum ostendere: & de iis quae sunt plerūq;, atq; ex talibus dicentes talia & concludere. Eodem modo & vnūquęq; auditorem ea quae dicuntur acceptare oportet. Est enim eruditi exactū ipsum eatenus in vnoquoq; genere flagitare, quatenus fert ipsius rei natura. Simile nāq; videtur esse mathematicū suadentem probare, & ab oratore demonstrationes exigere. Atq; bene quisq; iudicat ea quae cognoscit, & ipsorum bonus est iudex. Is ergo in vnaquaq; re bene iudicat, qui in illa est eruditus. Absolute aūt qui est in omnibus eruditus. Quapropter iuuenis ciuilis disciplinę non est idoneus auditor. Est enim rudis actuum vitae. Ex his autem, & de his ipsę rationes efficiuntur. Praeterea cum perturbationes sequatur: vane, sineq; vtilitate audiet: quippe cū finis non cognitio sit, sed actio. Interest autem nihil iuuenis sit aetate, an moribus iuuenis similis. Nō enim defectio est ob tempus: sed quia viuit & persequitur singula cum perturbatione. Talibus enim inutilis fit ipsa cognitio: perinde atq; incontinētibus ipsis. Iis autē qui suas rationi subiiciunt appetitiones, cum rationeq; agunt, magnam afferre potest vtilitatem. De auditore igitur & quonam modo rationes sunt acceptandae, quidq; proponimus: tot exordii loco sint dicta.

Quatenus exigēdū in scientijs. Iudicare bene de cognitis: Iuuenis ad ethica insidoneus.

Finis est actio iuuenis duplex.

Icetur autem satis. Ob facilitatem huius capitis argumētum non praepono. In hoc capite duo intendit: vnū ex parte doctoris, alterum ex parte audientis. Dicit ergo in hac tradenda disciplina non est demonstratio aut certitudo expetenda: ipsum enim exactum & certum nō est in omnibus simili modo rationibus efflagitādum, sicut nec in ijs quae per artem conficiuntur: ac si sic argumentaretur. Modus manifestandi veritatem in qualibet scientia debet conuenire rei subiectę quā considerat: quia scibile est mensura scientiae, quinto Metaphysicę: at materia de qua scientia moralis loquitur est variabilis & incerta. Itaq; modus enucleādae veritatis in morali non est demonstratiuus. Minorem probat, quia modus diuulgandę veritatis in moralibus est persimilis ijs quae per artem fiunt, quae sunt plurimū variabilia, nam artifex secūdū materiam subiectam operatur. Aliter enim Daedalus atq; Typhis carpentaria arte celebres. Aliter Apelles pictor, aliter statuarius Phidias aut Polycletus operātur. Item aliter in ferro, aere, auro, atq; alijs solidis metallis q̄ in vitro & materia fragili & fusili, vt Alchimia operātur. Eā ob rem in artificū materia magna est varietas: sic in moralibus: excessiuus cibus Hilarioni Antonio atq; Paulo primo eremitae est modicus miloni: & quod est regi abunde iustū, militi gregario est iniustū. Secūdo pleraq; honesta & iusta circa quę moralis insudat tātū discriminis & erroris habēt, vt lege tātū, supple positiua, humana ab hominū volūtatibus pendente, & nō natura cōstare videātur: & in varijs locis eodē tempore circa talia cōtrarietas inuenitur. Nam q; in vno loco nō expedit vt mulierem in regno succedere in Francia, in alio conuenit, vt in Hispania & Britannia. Et opposita varijs tēporibus in eadē politia ordinantur, vt de cōsanguinitatis gradibus, in materia matrimonij videre potes. Errorem nō capit hic philosophus pro ignoratione, sed pro vago atq; amplo circuitu. Circa enim multā materiā diffunditur philosophia. Nā bona naturae & fortunae circa quę versatur moralis sciētia nō vidētur omnibus bona: sed plerisq; exitiale malum. Nam multi ob immensas opes vt Croesus rex Lydorum periere. Siquidē immodicis fortunis inflatus: Croesus bellum in maiorē Cyrum excitauit. Et contra vt dicit Iuuenalis: Cantabit vacuus corā latrone viator. Multi etiā ob fortitudinē & robur corporis & animi periere, vt patet de Milone qui per syluā transiens & quercū vi ventorū semiscissam vidēs, vt eam penitus discenderet brachiū in fissuram iniecit: illa autē cessante vento se claudens & brachiū inclusum tenēs, Milonē feris dilaniādum continuit, itaq; perijt. Et plerisq; alijs solum in fortitudine bellica sperātibus mors cita accessit. At fortitudine vera redemiti, tam in martyrio q̄ extra martyrium perbelle obierunt. Hę virtutes animae ornamenta, iuuabant eas habentes & conspicue vitam finiere, nec eis obfuerunt verum valde profuerūt. Quisnam precor ita mente captus est, vt dicere auderet Sebastianum & Laurentiū, ex cōstātia malū acceptasse? Vita est ens erepta quā nō perdiderūt, postq̄ grande emolumētū ex suo interitu sunt consequuti. Virtutes intellectuales de per se etiā sunt bonę: peruersis tn̄ officiūt. Patet etiā de sciētia quę supstitiosis cornua ministrat: sic q; nōnūq̄ in hęreses ptinaciter incidūt. Et cōtra patet de his qui ea modestius vtunt, vt Cicero sua eloquētia: de qua Iuuenalis carmina recitās ait, O fortu-

natã natã me consule Romã, Antoni gladios poterat contemnere si sic, Omnia dixisset. Igiẽ in taliũ
inquisitione nõ exacta certitudo explorãda est. & de talibus.s.cõclusionibus atq; ex talibus principijs
grosso modo rudiq; figura verũ ostẽdemus. Satis fuerit in talibus ruditer verũ ꝑuestigare. & ex his q̃
vt plurimũ sunt similia, & q̃ vt plurimũ cõtingũt cõcludere. Hinc ob auditorẽ notatiũculã subnectiẽ.
Hoc enĩ pacto quẽlibet auditorẽ q̃ dicunẽ oĩa secũdũ eoꝝ naturã recipere oportet. Est enĩ eruditi exactũ
ꝗm eatenus in vnoquoq; genere efflagitare quaten⁹ ipsius rei natura requirit. Simile nãq; videẽ esse
mathematicũ & quadriuialẽ, hoc est musicũ arithmeticũ geometrã & astrologũ suadẽtẽ ꝓbare & lauda-
re, & ab oratore demõstrationẽ logicalẽ exigere. Porro vnũ est ita ridiculũ sicut alterũ. Per hoc philo-
sophus intẽdit neminẽ debere placari minore ratione, vel maiorẽ indagare q̃ materia sinat. mathe-
matica demõstratione nõ vacat, proinde suasio in ea nõ sufficit, sicut nec demõstratio logica ab orato-
re q̃rẽda est. Demõstratio enĩ talis mẽtẽ auditoris captiuat ad assentiẽdũ: suasio aũt nõ, quę ex veri simi
libus aut ex veris vt in pluribus ꝓcedit. Sequiẽ litera q̃ vulgo diciẽ textus. ¶ Atq; qsq; bene iudicat
ea q̃ cognoscit, & ipsoꝝ bonus est iudex. Hic ad ꝓbãdũ intẽtũ ꝑmittit quoddã notabile dicẽs, Quia q;
libet est bonus iudex eoꝝ q̃ cognoscit, & alia indigeste iudicat, reqriẽ notitia pręuia ad bene iudicãdũ:
& quãto ꝑfectior erit notitia, tãto iudiciũ eius erit clarius. Vidẽs Ægyptũ & aggeres Nili melius de eis
iudicat, q̃ hęc chartis ꝑlegens, nec potest notitiã tã ꝑfectã in auditorẽ trãsfundere, sicut enĩ intuitiua
abstractiuę a toto genere ꝑstat, ita iudiciũ cõsequẽs. Sequiẽ in lr̃a. Is ergo in vnaquaq; re bene iudi-
cat, q in illa est eruditus, qđ medicoꝝ est Promittũt medici, tractãtq; fabrilia fabri. Absolute autẽ qui
in oĩbus hoc est cũctis est eruditus. sed hi rari sunt sicq̃ diuerbio cõmuni dicere solemus, in singulis
multi in oĩbus vero pauci floruerũt. Siqdẽ in arte oratoria Tullius singularis, in procudẽdo carmine
aliqñ ineptus. Propterea corollariũ inferẽs ait. Quapropter iuuenis ciuilis disciplinę non est idoneus
auditor. Rudis enĩ est earũ rerũ q̃ in vita versanẽ. de qbus tñ in hac morali disciplina insudaẽ. Nempe
scientię moralis rationes ꝓcedũt ex his principijs q̃ attinẽt ad vitę humanę actus, & etiã sunt de his
cõclusionibus q̃ ꝑtinẽt ad humanã vitã tãq̃ de materia circa quã, & qa iuuenis nõ recte iudicabit, nõ
erit huius sciẽtię aptus auditor. Amplius dicit ꝙ sequax ꝑturbationũ non est huius doctrinę idoneus
auditor: & id rationis est, quia illius facultatis finis nõ est cognitio sed actio, & talis inutiliter operaẽ.
Etiã delirus senex inutiliter hãc doctrinã audit, & q circa obscœna vitia vtpote venerea luxũ & cõ-
messationes inuidiã & odiũ æstuat, inutiliter ĩ his laborat. Iste enĩ est iuueni similis, qa sane hic nihil
interest an ætate iuuenis sit an moribus incõpositis iuueni similis. Maledictus puer centũ annorũ.
Christina atq; Margarita virgines, teneris ãnis erãt mente canę. Nõ enim ob tẽpus est ista difficultas
senib⁹ prauis, sed qa persequũtur singula cũ ꝑturbatione, & talib⁹ ista cognitio sicut incõtinẽtib⁹ erit
inutilis. Incõtinẽs est q sensualitatis instigationis & titillationẽ insequiẽ. Illi q sciẽtię finẽ nõ cõsequũẽ
hec sciẽtia est inutilis, at iuueni hæc disciplina est hmõi. igiẽ. Iis aũt q suas rationi subijciũt appeti-
tiones hęc est q̃ vtilissima. Nũc ostẽdẽs qb⁹ hęc doctrina est vtilis: dicit ꝙ his in lr̃a numeratis, q suas
appetitiones p rationẽ regulant grãde emolumẽtũ ex hoc studio cõsequũtur. Et patet. Ille enĩ q poteẽ
cõsequi finẽ moralis sciẽtię est eius idoneus auditor, sed ille q secũdũ rationẽ viuit est hmõi: igiẽ. Epi-
logat deinde ordine retrogrado, vt crebriter facit dicẽs. De auditore, qua via rationes sunt capiendæ,
quidq; proponimus hoc est quẽ finẽ ꝓponimus & intẽdimus, tot exordij loco sint dicta, hoc est non
amplius profabor. ¶ Finaliter hic dubitaẽ, quia videẽ ꝙ modus sciẽdi nõ debet hic determinari, quia
Cõmẽtator. ij. Metaph. dicit ꝙ logica est cõmunis modus cuiuslibet sciẽtię: ergo videẽ ꝙ in logica de- Dub. sei
bet determinari de modo sciẽdi & nõ hic. ¶ Secũdo dubitaẽ an sit discrimẽ inter incõtinẽtẽ, & sequacẽ obiecta. vij.
perturbationũ: & videẽ ꝙ sic, quia Aristoteles posteriorẽ priori in lr̃a cõparat. ¶ Tertio videẽ ꝙ hæc
sciẽtia nulli auditori sit accõmoda, nõ iouenibus & malis p philosophũ, nec senibus bonis qa hac do-
ctrina nõ egẽt. Iusto scd̃m Apostolũ nõ est lex posita. ¶ Quarto mali p hãc sciẽtiã ad bonũ flecti pos-
sunt quãobrẽ sunt idonei auditores eius. ¶ Quinto aliq iuuenes probe viuũt. Itaq; hi hu⁹ doctrinæ
sunt apti auditores. Et in. ij. libro dicit nõ parũ refert iuuenes sic vel sic assuefieri. ¶ Sexto finis sciẽ-
tiæ est scire & speculari: hoc aũt possunt incõtinẽtes & iuuenes facere. ¶ Insup geometriã & speculabi-
lia scire possunt ergo & hanc artẽ. ¶ Septimo hęc sciẽtia est de virtute q̃ scd̃m philosophũ. 2. Ethicoꝝ Obiectio.
est certior arte & sciẽtia. ergo ipsa est de materia certissima, ergo male dicit philosophus ꝙ ꝓcedit cir-
ca variabilia. ¶ Ad primã dubitationẽ respõdeẽ ꝙ logica vocaẽ modus sciẽdi eo ꝙ ex eius arte in cęte-
ris sciẽtijs ꝓcedimus, syllogistice ac enthymematice ex logice anfractibus ꝓcedimus. sed sciẽtię cuius Ad primũ.
libet est in ꝑticulari suũ modũ ꝓcedẽdi enodare. ¶ Ad secũdã diciẽ ꝙ sic: incõtinẽs enĩ post peccatũ cõ-
missum dolet sup perpetrato. hinc sentem a malo retractiuam habet, sicut poetæ de Medea fingũt, & Ad secũdũ.
hoc nõ est de ratione sequacis ꝑturbationũ. potest enĩ quispiã esse prauus, consciẽtia nõ remurmurãte,
vt patet de intẽperãte. ¶ Ad tertiã diciẽ ꝙ moralis sciẽtia est tã bonis q̃ malis bona. bonis vt in bo-
nitate cõseruẽtur solidẽturq;, sicut cõstat de medicina cõseruatiua. Nã qa bonus est ad malũ suapte na- Ad tertium
tura flexibilis, ꝑstat vt bene habituẽ ne in vetita labaẽ: & malis modo sint corrigibiles est vtilis, qa & quartum.
per hãc speculationẽ paulatim ad rectitudinis iter alliciẽtur. si autẽ sint incurabiles quẽadmodũ sunt
deploratę malitiæ longo tempore inquinamẽtis inuoluti, eis non prodest, sicut concio circũspecti cõ-
cionatoris nõnullis est frugi, aliquibus vero nihil prodest. sic est de medicina corporali, aliqui sunt in
malo inueterati qui ægerrime a flagitijs euelli possunt, qui sordidus est sordescit adhuc, et si mutare
potest Æthiops pellem suam secundum prophetam &c. sic homines ab adolescentia in sceleribus edu-
cati, incurabilibus scientia politica est inutilis. quoniam sæuissima est iniustitia habẽs arma vt dicit
philosophus primo politicæ, quia est gladius in manu furiosi. Ex his patet solutio ad quartam

Ad quintũ. ¶ Ad quintam dubitationẽ cõcedo de aliquibus iuuenibus. Nam Christifera virgo, diua Catherina, beata Agnes, Timotheus & Titus in iuuenta ætate erant huius lectionis idonei auditores. In talibꝰ senectus nõ cõputatur annis: sed frequentius iuuenes corporis illecebras sequũtur, pro augmẽto corporis magno cibo aut sępius sumpto egenti quare ad libidinẽ sunt procliues, nec super fœdis vulgo verecũdantur. Item licet aliqui verberibus & monitionibus huic arti vacent, solũ habẽt fidẽ in morali philosophia, preceptorum assertionibus fidem imptiũt: & sic raro habent euidẽs iudiciũ & scientificũ. Prouectę autẽ ætatis vir ad animę & corporis crasim nouit frugalitatẽ plurimũ cõducere, quia p ingluuiẽ & crapulã experimento didicit morbos tã in mente q̃ in corpore pullulasse, & ita de multis alijs. Alia ratio ex .ij. Ethicorũ deprõpta cõcludit plurimũ expedire iuuenibus a vitijs arceri ad bonũ.

Ad sextum. ¶ Ad sextam dubitationẽ dicitur ꝙ finis immediatus huius scientiæ est speculari secũdũ hãc sciẽtiã, sed finis mediatus & vtilior est operari. non enim vt quid sit virtus sciamus scrutamur, sed vt boni

Ad obiect. efficiamur secũdo Ethicorũ. ¶ Ad obiectionẽ cõcedo pueros posse geometriã & speculabilia prompte capere. quia nihil habẽt speculationi cõtrariũ, secus est de temperãtia & alijs virtutibus propter obices

Ad septimũ. quos habent in eis. ¶ Ad septimã dubitationẽ respõdetur ꝙ hęc sciẽtia est certissima certitudine impulsus ad bonũ. In hac enĩ arte acquiritur prudẽtia, quæ sine alijs virtutibꝰ moralibus nõ habeť sexto Ethicorũ. bonis hęc ars est certa. materia bonarũ operationũ est in quotidiano vsu. Itaq; probi circa suã materiã anxie insudãt. Nihil ergo est bonis hac arte certius, malis & sequentibus suas cupiditates atq; pturbationes hęc sciẽtia sane est parũ vtilis aut exacta, sciẽtiæ mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis intra quẽ gradũ oẽm artẽ colloco, cuius principia sunt certa. Ex principijs aũt & illatione certis cõclusionẽ incõcussę veritatis sequi est necesse. In secũdo gradu sunt disciplinæ quarum principia sunt vera, sunt tñ impedibilia, vt de philosophia naturali. Nã licet hæc sit necessaria, calor est calefactiuus, tamen ista, calor calefacit impedimẽto est obnoxia, tã respectu passi q̃ respectu obicis, .s. algoris. Sic est de multis principijs astrologicis. experiẽtia enĩ cognoscimus aliquẽ erronũ aspectũ caloris siccitatisq; esse procreatiuũ, qui ĩpediri potest, vt pote si in signis humidis præsentia contrariæ influẽtiæ cõtingat, quocirca in talibus astronomi nõnũq̃ sunt falsi, & quanto pluribus impedimentis sunt obnoxij tanto incertius iudicãt. Hinc de actibus humanis a libertate arbitrij pẽdẽtibus ineptissimi iudiciarij perinde atq; superstitiosi circũuenmitur. hoc in secũdo gradu moralis disciplina in pennato collocabitur. in rudi nullum gradũ certitudinis sortietur.

Tractatus Primus. Cap. I. & LIB. I. Cap. IIII.



Foelicitas in quo sit.

Vnc autem repetentes dicamus: cum omnis cognitio atq; electio bonum quoddam affectet, quidnam sit id quod ciuilem appetere dicimus facultatem: & quid omniũ rerum agendarum supremum sit bonum. Nomine igitur omnes fere de ipso consentiunt. Nam & vulgus & elegantes fœlicitatem inquiunt esse. Atq; bene viuere, bene agere, & fœlicem esse: eadẽ esse putant. De fœlicitate autẽ quęnam sit dissentiunt: & non similiter vulgus, ac sapientes eam assignant. Quidam enim vnũ quid eorum quæ clara, manifestaq; sunt, ipsam esse putant: vt voluptatem, aut diuitias, aut honorem. Quidam aliquid aliud: persæpe etiam vnus, idemq; diuersum. Nam cum ægrotat, sanitatem: cum pauper est, diuitias. Ignorationis vero conscii suæ eos admirãtur qui magnum aliquid & vltra vires ipsorum dicunt. Quidam autem præter hæc plura bona: aliud quoddam per se esse putabant, quod quidem & his vniuersis vt sint bona censuere causam esse. Omnes igitur opiniones scrutari superuacaneum est fortasse. Satis autem erit, si eas scrutabimur quæ maximę extant: aut rationem aliquam habere videntur. Atenim ne lateat nos eas inter sese rationes differre quæ a principiis proficiscuntur: & quæ ad principia pergunt. Recte enim & Plato

A notis inchoãdũ. Nota duplicia.

dubitabat atq; quęrebat: vtrum a principiis, an ad principia sit ipsa via: vt in stadio ad calcem exisse qui præmia ponunt: an contra. Enimuero semper est a notis incipiendum. Hęc autem duobus modis talia sunt. Alia nãq; sunt nobis, alia simpliciter nota. Nobis igitur forsitan ex iis incipiendum est, quæ nobis sunt nota. Quo bene circa institutum moribus eum esse oportet, qui de honestis & iustis & omni ciuili ratione est sufficienter auditurus. Est enim principium esse. Atq; si hoc satis constet, non opus erit ipso cur est. Talis autem aut habet principia, aut accipere facile potest: cui vero neutrum horum inest, is Hesiodi sententiam audiat hisce carminibus explicatam,

Optimus ille quidem est, ex sese qui omnia nouit:
Perceptis quæ post & semper sunt meliora.
Is rursum bonus est, paret qui recta monenti.
At qui ex se nescit: nec cuiq̃ porrigit aures
Vt bona percipiat: demens & inutilis ille est.

NVnc autem &c. Hoc loco tractatum aggreditur, totus autem tractatus decem libros ab hac parte continet. Primus tractatus huius primi libri quinq; capitulis completur. In primo loquitur de beatitudine secundum opiniones antiquorum: in secundo opiniones allatas resumit, easdẽ ꝙ retundit: in tertio Paradoxum Platonicum de ideis refellit: in quarto summũ bonum diffinit: in quinto pręfata placita ad suum propositum trahit. Cęterum hoc caput in duas partes pręcipuas diuidit: in priore opinationes narrat generatim de ipsa felicitate. In secunda docet ordinẽ inuestigãdi diffinitionem beatitudinis, illic. At enim ne lateat nos. Prior pars duas particulas cõtinet, in priore repetit aliqua dicta vt dicendis antedicta consuat: in secũda opiniones ponit. Dicit ergo primo sic. Nũc enodandum venit quod est illud summum bonum quod est omnium humanarum operationum finis vltimus, cuius consideratio ad ciuilem (hoc est ad moralem philosophum per synecdochen) spectat, & gratia illius repetit succincte quod prius dixit, inquiens. Nunc autem repetentes, quia omnis cognitio bonum quoddam, vt in procemio explicauimus affectat, quidnam sit id quod ciuilem facultatem appetere dicimus. Per cognitionem autem & doctrinam, per electionem interiorem & exteriorem actum includit. Quidnam sit, hoc est quis est ille finis quem ciuilis doctrina appetit. ¶ Sequitur litera. Nomine. Hic ponit tria dicta quorum primum est, ferme de ipso nomine felicitatis omnes conueniunt: dicit ferme, ob ignorantes quid per nomen significetur. Nam omnes nominant finem vltimum & summum humanorum actuum bonum, felicitatem, licet Hebręi Graeci & Latini, alijs vocabulis vtanẽ, synonymis aut conuertibilibus vtuntur, & id satis est. Nam vulgus hoc est popellus, & elegantes siue sapientes putant idem esse dictum felicem esse bene degere, & bene agere, & licet in quid nominis conueniant, in quid tamen rei plurimum discrepant. Propterea sequitur secundo, de felicitate quęnam sit, hoc est quę res est. non capimus beatitudinem collectiue, Boetiano more tertio de consolatione, vbi dicit ꝙ beatitudo est status omniũ bonorum congregatione perfectus. Consonat Augus. quinto de ciuitate dei, dicens, beatitudo est omnium rerum optandarum plenitudo, vbi de beatitudine patrię loquitur. Philosophorum autem turba de ea beatitudine sermocinatur quę in hac via obtineri possit. & de ea sic capta digladiantur, & plebs & elegantes non similiter eam assignant, quidam. hoc est plebei ponunt felicitatẽ in bono manifesto consistere. cuiusmodi sunt bona sensibilia. vt opes, voluptates, honores, insensibilia vulgus ignorat. Et adhuc vulgares inter se discrepant, quia vulgarium auari felicitatẽ in fortunę bonis collocãt, vt Mydas phrygius Croesus lydius a Solone risus. Alij qui in voluptatibus vt voluptuarij in Epicuri schola edocti putarunt, sic Aristippus Cyrenaicę sectę conditor ponebat, & Eudoxus tam philosophię ꝗ astrologię consultissimus, vt in decimo libro perliquescet. Non paucos sectatores hęc positio habuit, in quorum numero erat Philoxenus: cuius meminit philosophus in tertio, & Sardanapalus Assyriorum rex, qui crapulę deditissimus ad nauseam edebat atq; potabat inter scorta. Multiq; alij helluones asotię erant mancipati. de qua re Tullius secundo libro de finibus ait. Noli mihi fingere asotos qui in mensam vomant. Istorum gulonum deus venter est ait sacer Paulus. Quidam felicitatem in honore sitam putant: vt Alexan. Philippi macedonis filius glorię esurientissimus, qui cum Anaxagoras authoritate Democriti infinitos mundos decerneret, inquit, heu me miserum qui ne vno quidem mundo adhuc sum potitus. Poenorum strenuissimus dux Annibal laudem sitiebat, qui apud Silium in pugna cannensi ait, mihi magna satis, sat vera superq; Bellandi Martis sit gloria cętera vobis Vincantur. Myltiadis tropheũ Themistocli somnum surripuit, sicut Alexandri picturis in templo Herculis in Hispania lectis a Cęsare secordiã suam detestatus est Cęsar, ꝙ nihil tale adhuc gessisset. Et quia virtutibus aliqui splendescere nequeũt, popularem auram scelerum perpetratione ambiunt, vt Herostratus cuius Valerius & Gellius meminere, qui Dianę ephesinę templum exussit vt per omnia ora volitaret. Nec minus quidam parricidę factitant qui post vnam atq; alteram cedem perpetratam animosi pręedicantur. Deum, proximũ, atq; regem, offendunt, vt suaui gloriolę pabulo pascantur. Quidam aliquid aliud, vt habere scientiam, habere consanguineos claros. Sępeq; vnus in diuersis felicitatem ponit: vt cum est ęger in sanitate, & cum est sanus, & inops in diuitijs, & illic est, tertium discrimen vnius a seipso. Conscij ignorationis & ignari, quia demirantur eos. Qui vero magna vltra eos capiunt in eminẽte scientia beatitudinem collocant, nunc in historia, nunc in geometria, aut astronomia, si eam ardenter expetant. Quidam preter hęc plura bona iam commemorata, aliud bonum quod est cęteris causa essendi vt sint bona curant, quod est felicitas, vt Platonici dequibus Paulo mox dicetur. Verum omnes opinationes indagare fortasse esset inane. ¶ Sequitur secunda pars principalis capitis de modo procedendi in scientia: quę particula sic dicit. Ne lateat nos eas rationes inter se differre quę a principijs & causis ad effectus proficiscuntur, ab his quę ab effectibus ad principia procedunt. Exemplum prioris rationis: vt, Terra interponitur inter solẽ & lunã, diametraliter ergo eclipsis lunę est. Exemplum secũdi, deliquium lunę est, proinde terra aliqua inter solẽ & lunam interserit. Recte ergo Plato dubitabat & indagabat vtrũ a principijs an ad principia sit ipsa via in disciplinis: quemadmodum in stadio currentibus, vtrum ad calcem, hoc est ad finem exijsse animaduertant qui pręmia ponunt, an contra. Accommodum est exemplum Platonis. Licet enim idem sit spatium currẽdi, tamen principiũ, hoc est terminus a quo siue termino ad quem discrepat. Pręmia aũt ponunẽ & decernuntur interdum in fine: & interdũ in fronte. Cursus enim est nunc a principio & nunc ad principium. Nam qui exierit a principio suo vt capiant insultantes, si persequendo neq; capiunt neq; capiuntur, non minore arte & virtute recurrunt ad suos ꝗ ab eis exierant. Quocirca palma decernitur nunc exeunti a principio & capienti aduersarium, nunc redeunti libere sine sui captione. Verum huic Platonicę dubitatiunculę satisfacere

promptū est vbiq; est a notioribus inchoandum. Bifarium autem aliqua notiora dicuntur. vno modo simpliciter, hoc est quo ad naturam. in talibus a causa ad effectum & a priori ad posterius procedit. Talia simpliciter sunt notiora, sicut causa effectū pręcedit, ita parilis in talibus est demonstratio. Alia sunt nobis nota: & nobis principia nota nō sunt, a nobis notioribus ad principia discurrimus. In Mathematicis aūt eadem sunt nobis nota & naturæ. In naturali & morali philosophia frequenter principia sunt ignotiora. hinc corollarium suboritur, inquiens, proinde moribus educatū esse oportet eum qui in hac arte de honestate, iustitia & omni ciuili ratione, hoc est morali, est auditurus. Est enim principium: esse supple bene educatum in moribus. Nam principia ex se & non per alia principia cognita esse debent. Et cui hoc sufficienter constiterit inquirit in cassum cur principia vera sint. Sufficit tibi cognoscere reubarbarum esse purgatiuum cholerę, esto q; te lateat quomodo choleram purgat. Identidem satis est cognoscere concupiscentiam effrenem per abstinentiam esse domabilem, licet causam a priore minime cognoscas. In mathematicis, dignitates a seipso iuuenis geometra capit vt omne totum est sua parte maius. Petitiones ab ipso monitore percipit. at qui bene moribus institutus est, aut iam huius doctrinę principia tenet, aut facillime a recte docēte recipiet. Qui autem neq; principia habet, neq; ea facile a tradente recipit, audiat Hesiodum qui inquit, Leonardo interprete,

Optimus ille quidem qui per sese omnia noscens:
Præceptor suus ipse sibi meliora peregit.
Ille bonus rursum: monitus qui recta sequatur.
Qui neq; recta videt, neq; credit recta monenti:
Hic solus nulla parte vtilis esse probatur.
Quidam sic interpretantur hæc Hesiodi carmina.
Optimus is sese qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines: meliora sequutus.
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus: ille autem sibi qui non consulit, & qui
Alterius pręcepta fugit nulli vtilis est vir.

Dubitatur. Responsio. ¶ Dubitatur an in fortunis consistat beatitudo. Respondetur q; duplices sunt opes, vt patet primo politicę, scilicet naturales & artificiales. Per opes naturales homini subuenitur ad defectus naturales tollendos, quēadmodū sunt cibus, potus, amictus, & cætera id genus. Opes artificiales ab humana arte ob facilem rerum venalium commutationem inueniuntur. vt pecuniæ. Hoc prælibato respondetur per hanc conclusionem. Hominis felicitas non consistit in opibus. Ostenditur hæc conclusio. Nam si in eis consisteret, potissimum in naturalibus haberetur: sed hoc non, ergo beatitudo non habetur in opibus. Tenet consequentia a tota conditionali cum destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Probatur iam minor, huiusmodi opes quęruntur ad hominis manutenentiam, & ob eam tanq̄ ad finem ordinantur: proinde non possunt esse eius finis. Et ex illo sequitur q; opes artificiales non possunt felicitatem constituere. porro illę non queruntur nisi propter naturales. Pecunia enim emuntur res ad humanam vitam necessariæ.

Obiectio. Responsio. ¶ Contra hoc argumentor. Opes in hominis affectu dominantur: at beatitudo in tali consistit, igitur. Maior patet, Ecclesiastes decimo. Pecuniæ obediunt omnia. Respondetur q; opinione stultorum nummo omnia parent saltem corporalia, & eius illecebræ, nō tamen spiritualia. Prouerbiorum decimoseptimo Quid prodest stulto diuitias habere cum sapientiam emere non possit? Sapientes non plus iusto extollunt pecuniam: quorum iudicium in hac parte solum est trutinandum. Sicut in saporum discretione eligendus est ille qui habet eorundem gustum moderatum.

Dubita. ij. Responsio. ¶ Dubitatur an in corporis forma consistat beatitudo. Respondetur negatiue. fluxus enim & caducus est hominis decor: & non est in potestate habentis. aliqui studiosi sunt defoeto corpore & lāguidos nec possunt opem illi afferre. Beatitudo est in hominis facultate sita. Item sc̄dm beatitudinē homo beluas transcendit: sed eas in corporis pręstantia non anteit: homine enim elephantus aut ceruus est viuacior & robustior, & homo in pernicitate a timido lepore: in robore a leone vincitur: quia tamen bona corporis ad animam immediate conducunt, fortunis pręstant. Secundum illud ecclesiastici, trigesimo. Non est census supra cēsum salutis corporis. Etiam sępicule corpus speciosum, est occasio ruinæ, patet in vtroq; sexu.

Dubita. iij. Responsio. ¶ Dubitator an beatitudo in honoribus consistat. Respondetur negatiue. Honor enim est quid extrinsecum in honorante: & alicui exhibetur ob excellentiam, & est signum excellentiæ ipsius honoratiimodo hominis præconium potissimum attenditur circa beatitudinem, quæ est hominis perfectum bonum, non enim appetitur honor nisi propter excellentiam. Quęrunt enim homines honorem a sapientibus, quorum opinatione sese credunt excellentes & felices. Cōtra istud argumētor. Beatitudo est pręmium virtutis, ex hoc primo: at honos est virtutis pręmiū vt in quarto libro enucleabitur.

Obiectio prima. Secunda. ¶ Secundo. Illud quod conuenit deo & excellentissimis, maxime videtur esse beatitudo: at honos est huiusmodi. igitur. Consequentia tenet cum maiore. Minor patet. primę ad Timotheum primo vbi dicit Doctor gentium. Soli deo honor & gloria, vt in prima horarum quotidie sc̄dm visum Romanum legimus.

Ad priorem. Priorem obiectionem quarto Ethicorū diluit philosophus. Honos nō est p̄miū sufficiens virtutis, ob quod studiosi operantur, ac honorem ab hominibus loco præmij acceptāt, quia pręstantius conferendum non habent.

Ad secundā. ¶ Ad secundum respondetur q; caducus honor debetur supęrbis in excellentiæ testimonium, nō q; honor exhibitus eos excellentiores efficiat.

Tract.I.Cap.II.Et Lib.I.Cap.V.



Ed nos eo redeamus vnde digressi sumus.Summum enim bonum fœlicitatemq; nõ sine ratione ex viuendi modo videntur existimare:vulgus quidem & importunissimi,voluptatem.Quapropter & deditã voluptatibus vitam amant.Tres enim sunt maxime quę pręcellũt:ea quę nũc dicta est, & ciuilis,& contemplatiua tertia.Vulgus igitur mancipii simile penitus esse videtur:pecorum vitam diligẽdo.Habet autẽ rationẽ,q̃ cõplures eorum qui sunt in potestatibus constituti,perinde atq; Sardanapalus viuunt.Elegantes autem & ad agendũ idonei:honorẽ.Honos enim finis fere ciuilis est vitę. Videtur autẽ ab eo distare quod quęrimus. Nã tã in iis qui afficiunt,q̃ in iis qui afficiũtur honoribus:esse videtur. Sũmum autẽ bonũ proprium quid taleq; esse vaticinamur:vt auferri facile nequeat.Pręterea honorẽ persequi videntur:vt seipsos bonos esse credant.Itaq; a prudentibus,& apud eos qui ipsos cognoscunt,& ob virtutem honoribus affici quęrunt.Cõstat igitur secũdũ hos ipsos; honore pręstabiliorem esse virtutem.Atq; forsitã & finem quispiam ciuilis vitę magis hanc esse putauerit.Verum & ipsa videtur imperfectior esse.Videtur enim posse virtutem habẽtem,& dormire:aut non agere quicq̃ per vitam & insuper in maximis malis atq; aduersitatibus fortunæ positum esse.Eum vero qui ita se habet:nemo fœlicem dixerit:nisi qui positionem obseruat.Sed hęc hactenus.Satis enim de his est & in conuersionibus dictum.De contemplatrice autem vita: quam tertiam diximus:in sequentibus considerationem faciemus. Ea vero quæ pecuniis incumbit,violenta quædam est vita:ipsęq; diuitiæ non sunt id quod quærimus,bonum.Vtiles enim sunt & ob aliud.Quapropter ea quæ prius sunt dicta:potius quispiam fines esse existimauerit:quippe cum propter se expetantur.At neq; etiam illa videntur:q̃q̃ ad ipsa complures iactæ sunt rationes.Hæc igitur missa faciamus.

Voluptas nõ est fœlicitas.

Sardanapal⁹

Honor in hõnorante.

Diuitiæ non sunt summũ bonum.

SEd nos eo redeamus.In hoc capite secundo huius tractatus,philosophus carpit opinatiões ponẽtium felicitatem consistere in aliquo bono manifesto & sensibili. Sed quia de modo procedendi a causa ad effectum & contra digressus est:dicit redeundum esse vnde digressi sumus. Et dicit q̃ quidam felicitatem in voluptate collocant:& non sine colore,quia ex viuendi modo,ita existimãt: & hi sunt vulgus,homines importunissimi atq; abiectissimi.Vetus tralatio habet grauissimi,hoc est verũ. Patet de Epicuro voluptuario & de Aristippo Cyrenaicæ sectę principe.hoc ipsum Eudoxus astrologię consultissimus ac vir grauissimus pariterq; modestus vt videre est decimo Ethicorum tenuit vt etiam nos superius meminimus:in hanc quoq; sententiã turmatim pedibus eunt docti pariter & indocti.Hæc secta haud dubie sectatores prope innumeros inuenit. hinc Xerxes Persarum imperator opulentissimus nouę voluptatis inuentori stipendium constituit.Quid memorem vitellianam intẽperiem aut Neronem humani generis fecem:Hic helluo inter cæteras sordes biduum epulando (vt idonei scriptores memorant) consumpsit.Si mihi ferrea esset vox,nequirem luxu diffluentum multitudinem verbis consequi,qui frugi homines suiq; dissimiles aspernantur & rident. Itaq; tres sunt maxime ex felicitatis procedentibus opinionibus quę pręcellunt. Prima in voluptatibus beatitudinem ponit:nec sine colore vt dictum est cum omnes bonum appetant,& agminatim voluptatem sequantur. Secunda in honoribus,& dicitur ciuilis vita. Tertia vero est idea.Sequitur in litera.

¶Vulgus igitur mancipij simile.Hic primam opinionem refutat,inquiens. In illo non est ponenda felicitas in quo cum pecoribus conuenimus:sed hoc est in voluptatibus: non igitur in ea consistit felicitas.Mancipiũ est penes nos qᵈ emptũ manu capi solet.Attamẽ hęc positio ꝓbationẽ capit ex principũ voluptuaria & fœda vita,qa plurimi in magistratibus cõstituti hãc vitę mollitiẽ sequũt. ¶Verũ elegãtes & ad negocia publica idonei felicitatẽ in honorib⁹ collocãt:quorũ motiuũ ponit,iquiẽs.Ciuilis vitę finẽ honorẽ ꝑstituũt.Hãc aũt opinationẽ bifariã refellit,primo qa honos a felicitate quã q̃rimus lõge distat,felicitas eñ est ꝓpriũ bonũ ipsi⁹ felicis,& est difficulter ab eo auferibilis, honor aũt quiddã externũ bonũ est,& facile tolli põt:nã honor est magis in honorãte q̃ honorato:qa aptãte honorãtis honor depẽdet,siue capiaẽ honor ꝑ magĩatu quo hoies afficiunẽ,siue ꝑ reuerẽtia extrinsec⁹ exhibita. Scda rõ,qa appetẽtes honorẽ ipm̃,eũ ob virtutẽ expetũt,vt ꝓbi existimẽẽ,hinc a prudẽtib⁹, vt ab ijs q̃ eos norũt,honore affici maximi ducũt,ꝑinde scd̃m hos ipsos virt⁹ ẽ honore ꝑstabilior:cũ virtutis gr̃a honorari q̃rãt,at ꝓpter qᵈ vnũqdq; tale & illud magis. Prio posteriorũ. Ac si sic argumẽtareẽ. Felicitate meli⁹ est nihil.honore aliqd est meli⁹:vt pote virt⁹,igiẽ.Maior ex nois significato claret. Minorẽ in lr̃a ꝓbat.Sed fortasse hac rõne mot⁹ q̃spiã existimabit virtutẽ esse sũmũ bonũ,& eã esse ciuilis vitę finẽ. Hoc soluens ait sic in valore rõcinãdo.Felicitas nõ est cõis vigilãti & dormiẽti,opãti & ocioso.Insup (hoc est scd̃o) maximis ęrũnis durissimisq; calamitatib⁹,cõtigit eũ q̃ virtutib⁹ ꝑdit⁹ ẽ eẽ vallatũ,at nullus talis est felix:igiẽ,nisi q̃s positionẽ obseruãs dixerit.hoc ẽ nisi ceruicose ꝓteruiat: sed de his hactẽn⁹.Nã de his affati sum⁹ loquuti i gymnasticis cõgressiõib⁹ vel i q̃busdã carminib⁹ circularib⁹ q̃ Aristoteles de felicitate cõposuit, vt nõnullis placere video.De cõtẽplatrice vita quã tertiã retulim⁹

partim sequenti capite,partim in Ethicorum decimo loquendum est. Sequitur litera, Ea vero.i.In opibus fortuitis ac pecunijs non consistit felicitas:probatur,bona felicis non possunt per violentiam perdi:sed bona fortunę per violentiam perduntur:igit.Minor iam millies practicatur.

¶Secundo probatur idem sic.Felicitas non est ad aliud vtilis,nec alterius gratia queritur: pecunie sunt ob aliud vtiles,videlicet ob honores,potestatem,aut vitæ necessitatem.igitur.

¶Tertio sic,si illud quod magis videtur inesse non inest,nec illud quod minus videtur inesse inhęrebit,sed magis videtur honos & voluptas quæ propter se queruntur, esse felicitas q̃ pecunia, sed illa non sunt felicitas ex dictis,igitur.

Tract.I. CAP.III. & LIB.I. CAP.VI.

Amici Platonis.
Veritas amicitię praeferenda.
Ideę bonum in multis.



Estat autem fortasse de vniuersali bono considerare,& quonam modo dicitur dubitare,q̃q̃ hæc quęstio perardua nobis est:propterea φ amici sunt qui formas ipsas introduxerunt. Verum melius forsitan & oportere videbitur sua quoq; presertim philosophos,pro veritatis salute refellere.Nã cum ambo sint amici,sanctum est honori veritatem preferre.Qui igitur hanc attulerunt opinionem in iisce non faciebant ideas : in quibus prius & posterius esse dicebant,Idcirco neq; numerorum ideam confíciebant. At bonũ & in substantia dicitur,& in quali,& in eo quod est ad aliquid.Atq; id quod est per se substantia ve, prius est eo natura quod est ad aliquid.Est enim hoc propagini & accidenti eius quod est simile.Quibus efficitur,vt non sit in omnibus cõmunis quędã idea.Preterea cum bonũ æque atq; id quod est dicatur:(Nam in substantia dicitur bonũ,vt mens & deus:& in quali,virtus:& in quanto,mediocre:& in relatione,vtile:& in tempore,occasio:& in loco,mora:& alia istiusmodi.) constat non esse cõmune quicq̃ vniuersale ac vnũ.Non enim in omnibus prędicamentis:sed in vno tantummodo diceretur.Præterea cum eorum quę vnam habẽt ideã: vna sit & scientia,bonorum etiam omnium vna scientia quædã esset. Nũc aũt plures sunt & eorũ quę sub eodem prędicamento sunt collocata:vt temporis.in bello quidẽ militaris facultas.In ęgritudine aũt ars medẽdi.Et mediocris in alimento quidẽ medicina.In laboribus autẽ ars corporis exercẽdi.Dubitauerit aũt quispiam quidnã & velint dicere ipsum,quodq; si vna & eadẽ hominis est ratio:& in ipso homine & in homine. Nam quo vterq; est homo, hoc differentiã inter sese nullã habebunt:quod si ita est,neq; quo vtrunq; est bonũ.At vero

Perpetuum bonum non est melius.

neq; quia perpetuũ est,ideo magis erit bonũ:siquidẽ neq; diuturnũ albũ magis est album,q̃ vnius albũ diei.Probabilius autẽ de ipso vidẽtur dicere Pythagorici: ipsum vnũ in bonorũ serie collocãtes,quos secutus videtur & Speusippus. Sed de his quidẽ alius erit sermo.In iis autẽ quę dicta sunt cõtrouersia quędã videtur,φ rationes nõ de omni bono sunt dictę Dicũtur aũt vna specie bona,ea quę amanť per se,Ea vero quę hęc efficiũt,aut aliquo modo cõseruãt,aut cõtraria prohibent:propter hæc ipsa,modoq; alio,bona dicũtur.Cõstat igitur bona

Bona duplicia.

bifariã dici:alia per se,alia propter illa.Seiunctis igitur per se bonis,a bonis vtilibus:cõsideremus si ea quę sunt per se,vna idea bona dicãtur. At quęnã quispiã posuerit per se bona? An ea quę & sine aliis psequimur:quale est sapere,& videre,& voluptates nõnullæ atq; honores? Hęc enĩ tametsi propter aliud quippiã persequimur: tamẽ ex iis esse posuerit quispiam quæ sunt per se bona.An nihil aliud pręter ideã ponẽdũ est? Quare forma res quędã erit inanis. Quod si hęc quoq; per se sunt bona, eandẽ in his oĩbus ipsius boni rationẽ inesse oportebit:

Cerussa.

perinde atq; albedinis ratio eadẽ est in niue atq; cerussa.At honoris,& prudẽtię,& voluptatis hoc ipso quo bona sunt,diuersę sunt rationes ac differẽtes: ipsum ergo bonũ nõ est quid cõmune vna idea.At quonã modo dicũtur? Non enĩ iisce similia sunt quę noĩe eodẽ fortuito nũcupãtur.Dicũtur ne igitur,quia sunt ab vno,aut ad vnũ oĩa cõferũtur? An cõparatiõe

Mens.

potius rationũ? Etenim vt est in corpore visus.sic est in aĩa mens:& aliud itẽ in alio.Sed hęc in pręsenti forsitan omittẽda sunt.Nam exacte ipsa discutere ad aliã magis spectat philosophiã.Et de idea similiter.Cõstat enĩ & si est aliquod vnũ bonũ quod cõiter prædicatur: aut separatũ quid ipsum per se:nõ tamen aut agi,aut acquiri ab homine posse. Nũc autem tale quęritur.Fortasse autẽ cuipiã melius esse videbitur cognoscere ipsum ad ea bonorũ quę possideri ac agi possunt.Nã velut exẽplar id habẽtes magis ea quę nobis sunt bona sciemus.Et si scierimus:assequemur.Hęc igitur ratio habet quidẽ quandã probabilitatẽ. A sciẽtus autẽ discrepare videtur. Vniuersę nãq; bonũ affectãtes quoddã:idq; quod deest perquirẽtes, huius pręteremittũt cognitionẽ.Tantã tamẽ opẽ vniuersos artifices ignorare, & nõ perquirere nõ est cõsentaneũ rationi.Dubiũ autẽ est & quidnã ad suã artẽ,aut textori cõfert aut fabro:

si ipsum scierit bonum, aut quonam pacto vel medicus vel dux euadet peritior, qui ideam ipsam aspexerit. Neq; enim valetudinem hoc modo medicus, sed hominis: immo vero hui9 fortasse considerare videtur: quippe cū singulis hominibus medeatur. *Sed de his hactenus.*

PRestat autē fortasse. Postq̄ Aristoteles ꝓbauit felicitatem non consistere in voluptatibus, honore, diuitijs, & in bonis a nobis cognitis, hoc consequenter probat ꝙ non consistit in bonis incognitis & in cōtemplatione idearum, dicens: Praestat autem de vniuersali bono, hoc est satius est de illo q̄ de opinionibus nuperrime reprobatis loqui. Addit ꝙ hęc materia absoluenda, est nobis per ardua & difficilis, quia illi qui ideas introduxerunt nobis perq̄ amici sunt, quia pręceptores: modo superis seu dijs, parentibus & magistris nemo faciet satis vnq̄. Verum satius esse videbitur etiam ꝓpria male dicta reglutiendo retractare q̄ vt veritas lędatur. Itaq; decens est philosophos veri professores per veritatis inquisitionem etiam amicos reprobare. Quapropter librum retractationum diuus Augustinus edidit, & pleriq; sapientes inconsiderate emissa dicta sua reuocant, proinde a fortiore amicorum opiniones pro veritate habenda refellere congruit. Consequentia tenet, quia nemo est sibi secundus. Perpende, dicit, pium & sanctum: veteri adagio tradunt ꝙ amicitia ad aras solum durat. Sequitur in litera. Qui igitur. Hanc opinionem attulerunt &c. Hoc est, nō est ponenda aliqua cōmunis idea omnium bonorum. Hanc positionem multifariam ꝓbat. Primo quia eorum quae se habent scd̄m prius & posterius non est ponenda vna communis idea: & id rationis est. Siquidem si posterioris esset idea, ipsa prioris ideam participaret, quamobrem non esset idea, verum potius illa prioris quae esset in participata, sed bona sunt huiusmodi, igitur. Maior est Platonis, proinde nō ponebat aliquā cōem ideā oīm numerorū. Varię em̄ sunt numerorū species, vt binarius, ternarius, quoꝝ alius est alio prior, ob hanc prioritatē nō posuit ipse Plato vnā ideā oībus numeris cōem. Et minorē ꝓbat in litera, quia bonū dicit̄ de bono qd̄ est in substātia, & de bono qd̄ est in ad aliqd̄, & in quali, & sic in alijs: sed bonū scd̄m seipsum, quod est substantia, est prius alijs scd̄m naturam, cum se habeant vt eius accidētia. Est autem hoc propagini & accidēti eius quid simile: quia sicut propago a vitę emanat & in ea fundatur, sic accidentia a substantia emergunt, & relatio respectu substātię est accidēs, secunde intētionaliter diceret nominalis. Hoc est clare dicere secundū omnes, tametsi aliqua relatio cum substantia identificatur, ad aliquid tamen accidentaliter substantię conuenit, qd̄ satis est ꝓ nostro instituto. Porro substantia est bonū, qualitas bonū, ad aliqd bonū, & ita bonū reliqs p̄dicamētis inest. Primū autē est Socrates hō, deinde pater doct9, agēs, & sic de alijs9, & prius, natura saltē, est hō q̄ quāt9 vnā scd̄m corporis habitudinē & alimentū quātitas consequit̄. Pręterea (hoc est scd̄o) quorū est vna cōis idea, est vnū cōe p̄dicamentū: sed bonorū nō est vnū cōe p̄dicamentū, ergo nec vna cōis idea. Si mauis sic dicito, Illa q̄ sunt in diuersis p̄dicamētis, nō dicunt̄ scd̄m vnā rationē, neq; eorū est vna cōis idea: vel sic ducat̄ illa rō ad literā, bonū dicit̄ tot modis quot dicit̄ ens, qa cū eo cōuertit̄. (Nō loq̄t̄ de bono scd̄m mores iā) sed ens in diuersis p̄dicamētis ponit̄, nā in substātia dicit̄ bonū vt mēs de9: tametsi aūt termini ꝓprie in p̄dicamēto locant̄ more noialiū, res tn̄ ad extra ponit̄ in illo tanq̄ res significata: & certe ianis est aliorū rō negantiū deū in p̄dicamēto. Sp̄us em̄ est genus respectu vocabuli deus. Nulla aūt finitas nec aliud aliqd̄ incōueniēs ꝓpterea deo attribuit̄. Illud Aristoteles i l̄ra seq̄t̄, & theologi pleriq; in p̄rio sentētiarū, sed quia hoc est alterius speculationis iam ipsum pertranseo. In quali virtus, in quanto mediocre, quod neq; maius neq; minus q̄ deceat est, in relatione vtile, & in tempore occasio, in loco naturali mora, ergo & bonum. Tertio, eorum quae vnam habent ideam vnicam scientiam faciunt. Patet, quoniam ipsi ponunt ideam esse causam scientiae, sed non omnium bonorum est eadem scientia (scientiam hic multum extendit ad artem prudentiam & similia) ergo non omnium bonorum est vna idea communis. Minor patet, nam non est vna scientia omnium bonorum quae ponuntur in vno praedicamento, & multo fortius non est vna scientia bonorum quae sunt in diuersis praedicamentis. Antecedens patet, quia multae scientiae considerant tempus quod est vnius praedicamenti, temporis in bello scientia militaris est, temporis in aegritudine scientia medendi. Physicus enim inceptionem morbi venatur. Periodum tertianarum febrium a principio cognoscit, sic de ephimera & alijs morbis. In alimento vnum est tempus curandi infirmum, aliud tempus de cibo & potu quo vtitur & sanitatem partam conseruant. Sic in laboribus est tempus corpus exercendi, vt in ludis gymnasticis, & ambulatio fortia antemeridiana, & lenta post pastum, ne cibi corrumpantur. nam stare erectum a coena & ambulatio lenta post pastum facit cibum ad stomachi fundum descendere. Sequitur litera.

¶ Dubitauerit autem quispiam, si talis idea esset, ipsa non pręstabit bonis ipsam participantibus aliquid: proinde est superflua. hoc probat, quia si sic, hoc ideo esset quia talis idea esset bona secundum se, & aliter nō, sed per participationem, aut quia esset bonum perpetuum, alia autem nō. Non primum, quia in homine & in ipso homine est vna ratio, scilicet ratio hominis, ergo etiam in bono & in ipso bono est eadem ratio boni. Plato ideam hominis vocabat hunc hominem, & ideam equi hūc equum, & ita in caeteris eiusmodi. ¶ Sed circa literā dicit. Dubitauerit aliquis qd Platonici dicere velint cum ipsum, vnāquamq; rem nūcupāt, vt ipse hō est hō cōis scd̄m platonicos, ipse equus, equus cōis. Q̄ si hoc ꝓnomē ipse alicui dictioni apponit̄ exprimit ideā rei significatę p talē dictionē. vn̄ p ip̄m hoiem, ideā hois intellexere, p ip̄m equū ideā eq, & ita in cęteris. Eustatio & nōnullis alijs placere video, Platonē p ideā bonorū primū opificē intellexisse: & si sic, incassum & nō ad p̄ceptoris mentē Aristo. Platonē impugnat, qbus vix crediderim. forte effinxerat Plato nōnullas naturas cōes quas ideas somniabat. Nam

quãdoq; bonus dormitat Homerus. Has ideas Diogenes ridebat, cũ semel in academia Plato de ideis dissereret, & mẽsalitatẽ & scyphietatẽ in abstracto ideis attribuisset, tũc Diogenes vir nuſq̃ satis laudatus, qui forte tũ aderat, O Plato, inqt, mẽsam & scyphũ cõspicio, mẽsalitatẽ tuã cũ scyphietate minime pcipio. Et Speusippus, Platõis ex sorore nepos auũculo in lĩario lodo successor, hasce ideas renuit. Difficile est hoc caput, cuius difficultas ex Platonis positiõe nõ intelligibili pueñit: quã Plato iplexe posuit: sic q̃ ęgre ipm Aristoteles itellexit. Seqtur in lr̃a. Probabili⁹ aũt &c. Iã cõparat positionẽ ipsi⁹ Platonis positioni Pythagorę. dicitq; Pythagoricos pbabilius locutos, nõ q̃ illorũ paradoxa sequaſ: nã iter opiniões, etiã refutãdas vna est alia magis extranea. Pythagoras duas coordinatiões, quas ptincipia rerum dixit, ponebat. quarum seriem subnectimus.

Bonorum coordinatio.	❡Malorum coordinatio.
Impar.	Par.
Finitum.	Infinitum.
Dextrum.	Sinistrum.
Masculinum.	Fœmininum.
Quietum.	Motum.
Rectum.	Curuum.
Quadratum.	Altera parte longius.
Intellectus.	Opinio.
Vnum.	Multa.
Lumen.	Tenebræ.

❡Hic ponitˀ vnũ in eadẽ coordinatiõe cũ bono. Satius est ponere bonitatẽ rei in vnitate p quã res est vna. In vnitate regnũ cõseruaſ, in dissensione vero perit. Cõcordia eñ paruę res crescũt, discordia vero magnæ dilabunſ. Numerus ternarius apud mathematicos est sacer, nã de tribus eñ dicimus oẽ. primo de celo, & Maro in Bucolicis. Necte tribus nodis, numero deus impare gaudet. Binarius prim⁹ ab vnitate discedit, pinde vna glossa Geneseos prio haud iuria reputat numerũ binariũ infamẽ. Propterea in coordinatiõe malorũ poniſ. Nã qñ ptes vniunſ totũ cõpositũ emergit, qñ vero ptes separanſ, cõpositũ euertiſ. Masculus fœminã in corporis valetudine mẽte & virib⁹ superat, hinc qñ sunt duę herbę affines, pstãtiorẽ masculinã, deteriorẽ fœmininã, appellam⁹. de dextrę corporis ptis vigore in ordine ad sinistrã liquet. Tetragono felix in hoc prio cõferſ. Nã vbicũq; locorũ ceciderit illic qescit, & ita in reliqs. Quare Pythagoras tales coordinatiões posuerit facile est rõnes assignare, verũ parũ cõducit: Pythagoras aũt oĩa bona in vnũ bonũ reduxit, qd est apud nos, & nõ ad vnũ bonũ a nobis separatũ, vt est idea boni. Et qa Speusippus Platone relicto Pythagorę adhesit, ignoscẽdũ est Aristoteli pceptorẽ postponẽti. In ijs aũt. Hic poniſ effugiũ Platonicorũ q ad pfatas rõnes cauiliũ inducũt, dicẽtes eñ q̃ dũ poniſ vna cõis idea bonoꝝ nõ intelligiſ idifferẽter de oib⁹, sed de bonis scd̃m vnã speciẽ, q̃. s. sunt appetibilia ppter se. Nã bonorũ q̃dã sũt p se q̃ pter se amãſ & q̃runſ, vt felicitas: q̃dã sunt p se bona, q̃ q̃runſ pter se & pter aliud, vt sanitas: alia sũt pprie ob aliũ vt potiões amarę in medicina, & alimẽti tẽperãtia, ista sanitatẽ efficiũt vel cõseruãt vel cõtraria remouẽt, hoc est sanitatis pedimẽta. ❡Diceret qspiã Platonis sectator, dñe Aristoteles tu loq̃ris de bono indistincte & indeterminate, & nõ distinguis bonũ vti opportunũ est: pterea philosophus bona diuidit & distinguit dicẽs, bifariã bona dicũſ, q̃dã dicũſ p se, & q̃dã pter alia, q̃ & vtilia dicunſ: circa hoc dicit philosophus, Nõ eñ oim bonoꝝ scd̃m se est cõis idea. Probaſ sic, qa aut Plato ponit oĩa q̃ pter se appetunſ vt scire, videre, & voluptates q̃sdã, & q̃sdã honores, esse bona scd̃m se, aut nihil dicit esse bonũ scd̃m se, nisi ideã boni: si scd̃m, idea hois inanis. qa nõ est exẽplar alicuius, cũ nihil ei assimileſ, & tñ ob illã causam a Platone ponebaſ. vel sic. Si alia bona ob ideã boni quã pticipãt appetunſ, & p seipsa appetunſ. tũc idea erit ociosa: qa pter eius appetibilitatẽ quã hęc bona hñt, qa cũ ea pticipãt, hñt pprias appetibilitates, q̃ eis ex ideis nõ insunt, sed ex eisipsis. Si primũ, tũc in oib⁹ illis erit vna ratio specifica, siue vna ratio boni scd̃m Platonẽ queadmodũ in cerussa & niue est vna ratio albedinis. Cerussa est fuci genus ad dealbãdas facies ordinatũ, mulieres eñ qdã cerussatas vocãt qñ plus ęquo viris placere studẽt. Sed hoc nõ est verũ in pdictis, qa honos, prudẽtia, & voluptas hñt diuersas rõnes, nõ solũ pprias, sed etiã inquãtũ sunt bona. Nõ eñ est eadẽ ratio q̃re sunt bona. Sed qa altera est obscura enodem⁹ eã paucis. Seiũctis igiſ p se bonis (hoc est sepatis) a bonis vtilib⁹: cõsiderem⁹, si ea q̃ sunt p se, vna idea bona dicanſ: aut q̃ sunt illa q̃ qs appellauerit p se bona, an sint illa q̃ sine alijs pseqmur, q̃le est sape videre & voluptates nõnullę. Et licet hęc bona ob alia expetamus, nihilo tamen secius hæc ob seipsa appetimus: sunt enim per se bona. An nihil aliud præter ideam est ponendũ bonũ, & si sic, idea erit manis vti diximus. Seqtur litera. ❡At quonã modo dicuntur. Diximus bonum non dici de omnibus secundum vnam ideam siue rationem, qualiter igitur de ipsis dicitur? Responsio, non simile videtur ijs quibus tenere idem nomen obtigit, quę ęquiuoca a casu dicuntur, an bona dicuntur, quia ab vno emergunt, an quia in vnum tendunt, an in analogia potius. Vt in analogia & proportione, quod est visus in corpore est mens in anima. Et sic per analogiam intellectus, aut mens est oculus animæ. Et aliud item in alio: vt quẽadmodum os est in animali, ita radix in arbore: quia sicut alimentum per os recipitur, ita per radicem arboris alimonia capitur. verum impręsentiarum forsitan hæc relinquenda veniunt. Nam ipsa exacte discutere ad aliam magis spectat philosophiam, hoc est ad metaphysicem & similiter de idea.

❡Sequitur litera. Cõstat enim. Si esset aliquod tale, aut esset commune bonum quod communiter prædicaretur, aut esset quid separatum per se quod de omnibus diceretur bonis. Palam aũt est ipsum tale non esse, quod ab hoibus agi atq; in hac vita possideri possit: tale autẽ in hoc loco quęrimus.

❡Sequitur in litera. Fortasse autem. Platoni fortasse dicent, licet idea non sit bonũ possessum & operatum ab homine, est tamen exẽplar operandi boni. proinde eius cognitio vtilis est. Nam si hoc tanq̃ exemplar nobis figamus, citius intelligemus quæ bona a nobis agenda sunt: intelligentes vero meli

ius adipiscemur. Licet hoc effugium quandam probabilitatẽ habere videatur, tamen a scientiis discrepare videtur. ideo hoc confutat, inquiens, Ideo cognitio perparum conducit ad bonorum consequutionem. Vniuersę enim artes bonum quoddam affectant, & quod deest ipsis necessarium perquirũt, & ideo cognitionem prętermittunt. Tãtam autem opem & pręsidium vniuersos artifices ignorare, & non perquirere, non est rationi conseotaneum. Ambiguum autem est quid textori, fabro, aut medico illud scire conducat. Medicus enim non per se sanitatem, sed hominis. Immo & huius hominis sanitatem inquirit, cum singulis medeatur, hoc est circa singularia est medicina.

Dubita. IIII. ¶ Dubitatur primo quare dicit, particulares voluptates quæruntur per se, similiter & honores. ¶ Secundo, quare Aristoteles hic se excusat de præceptoris impugnatione, cum sæpius id faciat nec veniam petat. ¶ Tertio, bonum diuturnius est bono non diuturno nobilius scd̃m philosophum in topicis. ¶ Quarto dubitatur, an vbiq; veritas est amico pręferenda.

Ad primum ¶ Ad primum dubium respondetur, ꝙ aliqua voluptas, sed non omnis est honesta: quandocũq; causa effectrix voluptatis est honesta, ipsa voluptas emergens est licita. Identidem de honore.

Ad secundũ. ¶ Ad scd̃m dicitur, ꝙ more cõditionatoris equi vitia in templo insectatur, Aristoteles hic loquitur. Quia enim nonnulli dicerent eum procaciter in pręceptorem inuehi, & ideo bonos mores transilire: propterea hic de moribus tractans se excusat. Et quia falsa opinatio potest multis esse causa male opinandi, consulto præceptoris positionem impugnat.

Ad tertium. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ regula topica intelligitur in bonis diuersarum rationum. vt bona animæ sunt præstantiora bonis corporis.

Ad quartũ. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ ob nullum amicum, falsum notũ, aut putatum talẽ (extra reflexiua) est asserendum, quia hoc est mendacium. vt patet quarto Ethicorum. Possumus tamen cõniuere nõnunq̃ ob amicum de veritate. Veritas enim odium parit, obsequium amicos: teste comico. Dicere verum, est præceptum affirmatiuum non semper & pro quolibet tempore obligans, sed quando tempus & locus efflagitant. Attamen veritas vitæ ob nullam amicitiam est postferẽda. Sed opinionum veritates suspectas cribrare ne cęteri fallantur non est inutile.

Questio. ¶ Propter ineruditos qui iuuenes ab Aristotelica doctrina auocant, eo ꝙ asserunt eum damnatum, alienum non fuerit inquirere an Aristoteles sit de numero saluandorum: querimus hic hãc questionem tum ob eos qui Aristoteli plurimum afficiuntur, tum ob illos qui illum allatrant, eius succosam doctrinam ob eius damnationem reijcientes. Ioannes Buridanus ex varijs passibus Aristotelis, nititur ostendere ipsum potentiã supernaturalem agnouisse, & se plurimum ex hoc gaudere. Falsus & deceptus Ioannes rebatur neminem nisi supernaturalia ponentem saluari posse. Paucis hanc questionem absoluerimus. Ponamq; propositionem hanc.

Responsio. Gentiles ante legẽ euãgelicã promulgatã nõ erãt obnoxij ad Mosaicã legẽ seruãdã. Ad Romanos. ij. Hoc sacer Paulus monstrat. Gẽtes q̃ legẽ nõ habẽt sibi sunt lex, si seruarũt legis naturę scita, hoc eis sufficiebat, & eis peccãtibus sufficiebat pctõrũ detestatio & nõ reqrebat̃ ea tẽpestate pctõrũ denudatio sacerdoti. Hoc eñ solũ tẽporę euãgelici discursus reqrit̃, satis erat Aristoteli ponere vnitatẽ Dei, curã rerũ humanarũ hñtis. Hoc aũt. xij. Metaphysicę non obscure ponit: & decimo Æthicorũ. & cũ hoc, boni post interitum p̃miabunt̃: mali vero torq̃bunt̃, nec deuinciebat̃ scire de particulari loco p̃mij, aut de elysijs campis, nec de ditis antro punitiuo circa centrũ terrę. deos aũt cũ vulgo nominat. Modus eı⁹ loquẽdi ẽ loqui vt plures, extra materiã qua veritatẽ indagat. Etiã scriptura heroes deos appellat. In his aũt libris Ethicorũ diuinit⁹ de moralibus virtutibus loqtur, cõsone ad orthodoxã fidẽ, nulloq; modo ab ea discrepat. Nõ ignoro q̃dnã Iacob⁹ a voragine in quodã sermone de Aristotele dicat: ꝙ videlicet cuidã discipulorũ appuit dicẽs se nihil scire, p̃ter poenã quã cogebat̃ cognoscere. Sed vide & ex qua officina id ille sumpsit: & an prima origo asserti, est autẽtica, glosa sup illos. Absorpti sunt iũcti Petrę iudices eorũ Psalmo. cxl. ait, Plato, Aristoteles, Pythagoras iũcti Petrę. i. Christo absorpti sunt, q̃libet eñ creatura collata Christo modici est momẽti, aut nulli⁹. Ab ipso suã bonitatẽ capiũt. Verũ Plato, Aristoteles, Seneca, Tulli⁹ & pleriq; philosophorũ visi sunt mihi viri in vitę bonitate celebres, naturã ducẽ optime secuti: propterea iprudẽtis est illos vituperare, sed quicqd sit de illorũ salute frugiferũ illorũ dogma discutiẽtes colligamus.

Dubita. v. *Ad quintũ.* ¶ Finaliter dubitat̃ an iuste Aristoteles Platonẽ ĩ Ideis oppugnauit. Sane a me ambigit̃. Vterq; enim scilicet & Plato & Aristoteles Minerua excellẽti erat p̃ditus, vero simile est Platonẽ multa arcana habuisse q̃ Aristoteli & reliqs auditorib⁹ ad vnguẽ haud explanauit. Et Platõe Ægyptũ & alias oras petẽte eı⁹ ingeniũ nõ quieuit aliq̃ interea cõcepit & scripto reliqt in qb⁹ Arist. ambigere poterat. Sic e in Guilelmo Ockam & in doctore subtili eı⁹ p̃ceptore offẽdis. q̃re recte dicit Ockã iterdũ, hęc est opinio Ioãnis si bñ capio, & qđ Arist. dubitauerit hoc est argumẽtũ, ꝙ inqsitiue cũ Platone hic disceptat vti bacchalaureus i sorbona cõtra respõdẽtẽ. Seneca i eplis ad Lucilliũ, Epla. 56. & Aug. lib. 83. q̃stionũ, Platonẽ i mõ loquẽdi sunt imitati. Vide Augustinũ. q. 46. illi⁹ libri. Et magr̃ sententiarõ dist. j. scdi lib. ait Platonẽ tria posuisse ab ęterno Deũ exẽplar siue ideã, & materiã. Veroq; sile est Platonẽ velle ideã vocare exẽplar creaturarũ i mẽte diuia theologorũ more. Nã de idea nõnihil Theosophi digladiãt̃, Vtrũ ideo sit creatura cognita a deo. an diuia cognitio. Scdam viã imitor qa Aug. in p̃allegato loco & alibi de ideis loquẽs, dicit eas stabiles & ęternas in mẽte diuina: sũt eñ rõnes atq; exẽplaria ad q̃ Deus respiciẽs oĩa creata p̃ducit, oẽmq; creaturã precedũt. Dico ergo ꝙ mẽs diuina siue itellect⁹ diuin⁹ ẽ eı⁹ cognitio, & est respectu oim possibiliũ. Et qa p̃ducibilia sũt plura, & ordinate ac distincte dñs deus illa cognoscis, idcirco ideę plures dicuntur. Idea Socratis in deo est intellectus diuinus. Vocabulum autem connotat Deum habere notitiam Socratis. quocirca idem est idea Socratis & Platonis: sed alia &

alia ratione, siue alio & alio connotato. Quod factum est in ipso vita erat, Ioannis primo. sicut suo loco exposuimus. Et cum in lumine naturali duodecimo metaphysicę Aristoteles probat deum esse suam cognitionem, arguitur deus esse infinitæ perfectiõis p hasce ideas. Cognoscere enim Socratem distincte aliquam perfectionem arguit: cognoscere Platonem distincte non minorem perfectionem cõprobat, & ita de innumeris cognoscibilibus distincte: quæ omnia intellectus diuinus distinctissime intelligit: vnde sequitur eius notitiam esse infinite perfectam. Plures sunt ideę, sicut potẽtiæ animæ intellectiuæ quæ est impartibilis. Ob varia enim officia animæ, in quæ ipsa exit hæc pluralitas emergit: sed quia ista hanc materiam transcendunt, nolo fusius hæc discutere, cõducunt tamen pro itelligentia Platonis in iis in quibus non generose philosophabatur. ¶ Concludendo caput dicimus. Ecce disiunctiuam cuius vtraq; pars probabilitate haud vacat. Forte Plato positionem idearum quam in academia dogmatisare solebat, non plene intellexit: cuius argumentum est q̃ Aristoteles & Speusippus illam positionem reliquere, tanq̃ insipidam. Et quia insipida erat, inquisitiue & vmbratice illam Aristoteles oppugnauit. Et sic hoc caput est tediosum ex parte positiõis: per quam Plato in extremis diebus ad ideas in diuina mente habitas ascendit, a creaturarum cognitiõe ad creatoris agnitionem assurgens: quam a principio positionem non plene intellexit: sicut in materia ancipiti intentata ab aliis facere solemus. Et sicut ipse ab exordio eam non plene intellexit: ita eam aliis demonstrare lucide nequibat.

Tract. I. Cap. IIII. Et Lib. I. Cap. VII.

Bonum qd.



NVnc rursus redeamus ad id quod quærimus bonum, & quid tandem sit ipsum inuestigemus. Esse eñ aliud in alia actione, arteq; videtur. Aliud est enim in medicina, & in re militari, & in cæteris simili modo. Quid igitur vnicuiq; bonum est? An non id gratia cuius cætera aguntur? hoc autem in medicina quidem est sanitas. In rei vero militaris facultate victoria: & in extruendarum ædium arte domus: & in alia aliud. In actione etiam omni electioneve id quod est finis. Huius enim gratia cætera omnes agunt. Quare si aquis omnium rerum agẽdarum sit finis: is ipsum bonum agendum erit. Sin autem vero plures: hi ipsi. Oratio igitur migrando ad idem accessit. Enitendum autem est magis hoc declarare. Cum itaq; plures esse videantur fines: & horum quosdam ob alios expectamus: vt diuitias, fistulas, instrumentaq;, omnino perspicuum est non omnes fines esse perfectos. At finis optimus, perfectum quiddam esse videtur. Quare si tãtum vnus perfectus sit finis, is hic erit qui quæritur. Sin plures: is qui horum est perfectissimus. Eum autem qui per se est expetibilis perfectiorem eo dicimus esse: qui est propter alium expetendus. Et eum qui nunq̃ ob alium expetitur, iis vniuersis qui per se & propter illum etiam expetuntur. Et eum igitur perfectum simpliciter: qui per se semper est & nunq̃ ob alium expetẽdus. Talis autem finis ipsa fœlicitas maxime esse videtur. Hanc enim propter se ipsam semper, & nunq̃ ob aliud quicq̃ expetimus. Honorem autem, voluptatem, mentem, virtutem deniq; omnem, & propter se expetimus (quippe cum ipsorum quodq; expeteremus: si nihil inde etiam proueniret) & fœlicitatis etiam gratia per hæc ipsa fœlices fore nos arbitrantes. Sed illorum gratia fœlicitatem: aut ob aliud prorsus expetit nemo. Idem & ex sufficientia videtur accidere. Perfectum nanq; bonum per se sufficiens esse videtur. Sufficiens autem dicimus: non ipsi soli qui vitã solitariam agit: sed & parentibus, & natis, & vxori, & amicis omnino, ac ciuibus: quandoquidem homo natura ciuilis est. Atq; sumendus est in hisce terminus quidam. Nam si ad parentes hoc ipsum & natorum natos & amicorum amicos extenderis: in infinitum fiet abitio. Sed de hoc considerandum est postea. Id autem sufficiens esse ponimus: quod solum a cæteris segregatum, expetibilem vitam facit: reiq; nullius indigentem. Talem autem fœlicitatem ipsam esse existimamus. Et insuper cum non numeratur cum cæteris maxime omnium expetibilem, numeratur: cũ magis expetibilem cum minimo bonorum esse putamus. Excessus enim bonorum fit id quod adiungitur. Id autem semper magis est expetibile quod maius est bonum. Perfectum igitur quoddam & sufficiens videtur esse fœlicitas: cum sit rerum agẽdarum omnium finis. ¶ Sed forsitan fœlicitatem quidem summũ esse bonum dicere ab vniuersis cõceditur: desideratur autem vt dilucidius quidnam sit ipsa dicatur. Hoc igitur fortasse fuerit, si opus hominis caperetur. Vt enim modulatoris, statuarii, cæterorumq; artificum, & eorum omnium omnino quorum est opus aliquod actione bonum: & id quod bene sese habet, in ipso opere videtur consistere: sic & hominis bonum in opere ipsius esse vide-

Finis perfectus.

Homo natura ciuilis est.

bitur: si sit ipsius aliquod opus. Fabri ne igitur & sutoris opera sunt quædam actionesve:
hominis autem nullum est opus sed est ociosus? An vt oculi, manus, pedis, & cuiusq; omni-
no partis aliquod opus esse videtur: sic & hominis præter hæc omnia quispiam aliquod po-
suerit opus? Quid igitur id fuerit tādem? Viuere enim homini commune videtur esse cum
plantis. Opus autē proprium quæritur. Segreganda est ergo nutriendi augendiq; vita. hanc
sentiendi sequitur vita. At ipsam etiam homini cum equo, ac boue, omniq; animali constat
esse communem. Restat igitur actiua quædam rationem habentis. Huius autem aliud est vt
obediens rationi, aliud vt eam habens atq; intelligens. Sed cum hæc etiam bifariam dica-
tur: ea ponēda est quæ est actu: hæc enim magis proprie dici videtur. Est igitur opus homi
nis, operatio animę per rationem: aut non sine ratione. At vero opus huius, ac studiosi hu-
ius, idē esse genere dicimus vt citharœdi: studiosiq; citharœdi. Et hoc in omnibus absolute,
excessu qui est a virtute ad ipsum opus adiūcto. Citharœdi namq; opus est citharam pulsa- Opus homi-
re. studiosi vero bene pulsare. Eodem modo cum hominis opus vitam quandam esse pona- nis.
mus & hanc ipsam operationem animę, atq; actus cum ratione: studiosi profecto viri hæc ip
sa sunt: cum bene, recteq; fiunt. Singula autem bene, per propriam virtutem efficiūtur. Quæ
cum ita sint: fit vt bonum humanū animæ sit operatio per virtutē: & si plures sint virtutes,
per optimam nimirum & perfectissimam: Et insuper in vita perfecta, Ver enim nec vna fa- Ver.
cit hirundo, nec vnus dies. Et beatum eodem modo, fœlicemve, nec vnus dies, nec breue effi-
cit tempus. summum igitur bonum hoc circunscriptum sit modo. primum namq; forsitā vt
figuram quandam describere, postea depingere ipsum oportet. Videtur autem cuiuslibet
esse ea quæ bene sunt circūscripta producere & explicare atq; exponere. Tempusq; taliū in-
uentor esse atq; adiutor bonus: vnde & artium facta sunt incrementa. Est enim cuiuslibet
id quod deest supplere ac addere. Oportet autem & ea quę supradiximus in memoria habe-
re: & ipsum exactum non in omnibus eodem modo, sed in singulis vt patitur subiecta mate-
ries: & eousq; quousq; ad doctrinam attinet, flagitare. Nam faber & geometra diuerso modo
angulum rectum inquirunt. Alter enim quantum vtilis est ad opus: Alter quidnā sit, & qua-
le quidem ipsum inquirit. Contēplator enim est veritatis. Idem modus & in cæteris est ser-
uandus: ne iisce quæ instituimus agere plura fiant ea quæ fines illorum egrediuntur. Nec in
omnibus simili modo causa postulanda est. Sed sat est in quibusdam si bene demōstrata fue-
rint esse: quod quidem & in ipsis principiis fit. Atq; hic modus primus est & principium. Principiorū
Principiorum autem alia inductione, alia sensu, alia assuetudine quadam, alia alio modo per- cognitio.
spiciuntur. Enitēdum est autem singula pertractare vt suapte natura percipi possunt: & ad-
hibenda est diligentia vt bene diffiniantur. Nam magnam ad ea quæ sequuntur afferunt
opem. Principium enim plusq̄ dimidium totius esse videtur: & eorum quæ quæruntur cō-
plura per ipsum manifesta fieri solent.

NVnc rursus. In hoc capite continuat Aristoteles dicta dicendis, quia per Platonis opinionē ab insti-
tuto parum digressus est, dicit: redeamus iterato ad quęsitum bonum, scilicet ad felicitatem: & videa-
mus quidnam secūdum veritatem sit. Hoc caput trifariam tractat. In prima parte felicitatē depin-
git per quasdam proprietates competentes ei, non exacte quærendo eius propriam diffinitionem, verum
monstrando eam esse summum bonum humanum. Secundo illud esse perfectissimum bonum ostendit
& tandem q; est sufficientissimū: quibus infertur q; felicitas est supremum bonum humanum omnium
perfectissimum & sufficientissimum. Quātum ad primum sic argumentatur: finis omnium rerum agen-
darum est supremū bonum humanum: at felicitas est scopus & finis rerum agendarum: igitur. Porro ple-
riq; sunt fines atq; diuersi in variis operationibus atq; artibus, & vnus est propter alium quousq; ad su-
premum peruentum est qui non est ob alium, sed alij fines sunt propter ipsum: & ille erit excellentissimū
bonum humanum, q; potissimum expetitur: sin vero sunt multi fines huiusmodi, pleraq; erunt summa
bona. Quia nullum explicuit an sit vnum summum bonum, & vnus nouissimus finis & scopus an plu-
res, ideo sub disiunctione præcedens in effectu ratiocinatur. In vnaquaq; arte supremum bonum gratia cu
ius alia fiunt est finis vltimus omniū quæ sunt in ea: hoc exemplariter ostendit in medicina, et in re mili-
tari: Ita in operationibus humanis illa operatio gratia cuius alia fiunt est finis: & si sint plures subordinatæ
optima, cuiusmodi est felicitas, erit finis. Porro aliquid propter se tantum expetitur, vt felicitas: aliquid pro
pter se, & aliud tertium propter aliud tātum: vt potio absynthij aut amaræ pilulæ sumptio, post primum
noctis soporem. Exemplum secundi. vt virtutes quas propter ipsas expetimus: licet nihil aliud ex eis se-
queret, virtutum enim possessio est honesta. vt magister in prima distinctione primi sententiarum ex san-
ctis colligit: qui aristotelicam philosophiam imbiberāt. & tamen ad alia bona conducunt, vt ad felicitatem.
Insultas, felicitas propter nos expetitur: vt felicitate felices euadamus, sicut albedine albi. Responderetur, feli- Cilucidio.
citas est nouissimus finis quē exquirimus: nam illo fine habito alium vlteriorē minime venamur: verū

tamen indefesse insudamus illum finem nobis acquirere: vt frigens hyberno tempore calorem querit quatinus calefiat. Beatitudo est finis qui acquiritur, & homo cui acquiritur. Sequitur in litera. Idem & ex sufficientia. Postq̄ enucleauit felicitatem esse summum bonum atq; perfectissimum, nunc explicat illius sufficientiam: & sic in valore ratiocinatur. Quicquid est perfectissimum est ex se sufficiens: at felicitas est huiusmodi, igitur. Vel si mauis hoc pacto discurre. Omne bonum per se sufficiens est simpliciter perfectum: sed felicitas est bonum per se sufficiens: igitur. Minorem probat per proprietates boni sufficientis, quae felicitati conueniunt: quarum prima est ꝙ ipsa sufficit homini etiam ciuiliter non tm̄ solitarie viuenti. Et ostendit modum quo debet sufficere viuenti ciuiliter. ꝙ sufficiat parentibus vxori & similibus si tales habeat: sed est ponendus limes: alioqui suas vires transcendit nec erit felix. Cui quadrat illud quod Marcus Tullius primo officiorum recitat. Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria sibi vendicat, partem amici. Quandoquidem homo est animal ciuile primo politicae. Secunda est quia id sufficiens esse ponimus, quod solum a caeteris segregatum vitam expetibilem reddit. id autem est felicitas: igitur. Opes ad partem similiter & honorem aut voluptatem capias, & felicitatem ipsam separatim: qualibet earum immo omnibus illis ipsa est expetibilior. Imperfectiora autem ob perfectiora fiunt. primo politicorum. ob bruta enim herbae, & ob homines bruta, creantur: & homines ob felicitatem. dicit tamen, si felicitas alteri bono vt diuitijs sanitati aut etiam minimo aut paruo iungatur, totum est expetibilius. In minimo naturali, & in talibus cauillis non insudabis. tales quisquilias in hac arte negligas quas obuiis manibus in naturali philosophia leges. Insuper dicit ꝙ excessus bonorū fit secundum id quod adiungitur. hoc est crementum tantum erit quantum additur. si paruum bonum felicitati iūgas vt denarium vnū aggregatum est paulo maius felicitate: secus est si magnum bonum vt centum ducatos illi indigenti addideris. Loquitur Aristoteles in hoc libro, & in septimo libro, & fere vbiq; ante decimum de felicitate politica, in decimo autem de felicitate contemplatiua perbelle philosophatur. Ex hisq; concludit ꝙ felicitas est quid perfectum per se sufficiens & finis operatorum: tum sit rerum agendarum omnium finis. Sequitur in litera. Sed felicitatē. Dicit ab vniuersis conceditur hoc quod diximus de felicitate, ꝙ est summū bonum & perfectissimum, & reliqua praetacta ei tribuendo: attamen per illa non explanatur essentia felicitatis. proinde eminentius a nobis, exquirendum est de ea: quod fiet si accipiamus operationem propriā hominis qua homo est. In valore sic ait. felicitas est hominis operatio qua homo est: probatio quia cuiuslibet cuius est aliquod opus summum bonum in opere consistit: at hominis est aliquod opus: ergo hominis summum bonum, quod est felicitas, in opere consistit. Maiorem probat inductiue sic: ille dicitur optimus tibicen qui optime in tibia canit: & ille optimus statuarius qui statuam optime facit: similiter optimus calcifex qui optime calceos facit: & sic de reliquis. Minorem probat: quia fabri & sutoris, qui sunt solum ab arte, est aliquod opus: proinde hominis quia natura est metrū animalium est aliquod opus. tenet consequentia: alioqui enim erit ociosus & inanis. Secundo oculi, & pedes & partium aliarum hominis est aliquod opus: vt videre, & ingredi: & hoc patet ad sensum. Itaq; totius hominis praeter haec erit aliquod opus. tenet consequentia: inconueniens est hoc parti & non toti assignare. Hic argumentatur a notioribus, alioqui peteret principium. Manifestius enim est partium opus, q̄ totius opus. Sequitur in litera. Quid igitur id fuerit tandem. Nunc monstrat quod sit illud opus, & dicit: est opus animae secundum rationem. Hoc ipsum sufficienti diuisione roborat sic. Viuere non est propria operatio hominis: patet quia viuere non est homini peculiare: sed, caeteris animantibus commune. bruta enim pecora vitam nobiscum transigunt: i modo hominis proprium opus indagatur, saltem proprium secundo modo, quia illud etiam angelis conuenit. Deo autem sua felicitas ad partem segregetur: ergo in vita nutritiua indiuiduum conseruare in esse, & augmentatiua ipsum quoad coalescat manutenente non est hominis propria operatio. huiusmodi etiam operatio non consistit in vita sensitiua quae vegetatiuam sequitur: sicut inferius suum superius, aut nobilius ignobilius: quia illa est omnibus animalibus communis. Illis membris diuisionis sufficientis repudiatis: superest hominis felicitatem in vita rationali atq; intellectiua locare. Nam neq; in vegetatiua, nec in sensitiua, ex praetactis rationibus consistit: & non est in alia q̄ in rationali, cum nulla alia sit vita. igitur. Et haec vita est homini peculiariter addicta. sic autem literam cape: Restat igitur actiua ferme operatiua quaedam vita, habentis rationem, hoc est animae rationalis: verum huius pars vna est rationi obsecundans: vt appetitus: altera pars est rationem in se habens, vt intellectus: voluntas cum intellectu reipsa coincidit. sed non habet rationem primo, aut ea ratione qua voluntas est: sed ratione qua intellectus est. non refert: loquimur semper de his perinde ac si essent potentiae inter se distinctae: licet haec consequentia sit bona: hic intellectus intelligit, & hic intellectus est voluntas: ergo voluntas intelligit: vt antecedens sit verum: & ex consequenti ipsum consequens: tamen non solemus in communi modo loquendi admittere consequens. loquendū autem est vt loquuntur plures, sentiendum vt pauci secundo de caelo. Sed cum etiam haec, scilicet vita rationalis bifariam dicatur vno modo vt potentia, cum prorsus nihil agit: altero modo ponitur cum actu: potius eius actus dicitur vita rationalis: & haec est vita hominis, & felicitas: est igitur totius hominis opus actus animae rationalis: quia illa est hominis potissima pars, & hoc innuit dicens. Est igitur opus hominis operatio animę per rationem, aut non sine ratione. Ecce tres potentiae homini tribuuntur, scilicet potentia vegetandi, sentiendi, & ratiocinandi. Cum brutis pecoribus in duabus prioribus cōmunicamus: in tertia ab illis dispescimur. Et iterum pars rationalis scinditur, nam quaedam est rationalis per essentiam vt intellectus. illa primo ratione sui intelligit: altera pars, scilicet appetitus tam sensitiuus q̄ intellectiuus rationi paret. Itaq; vita hominum propria est cum ratione intelligendo vel non sine ratione volendo atq; nolendo. Per hoc ostendit vitam per rationem secundum essentiam, & vitam ipsius rationis participatiue hoc est non sine ratione. Sequitur litera philosophi. At vero opus huius ad studio-

si huius idem esse genere dicimus. hoc est specie. Nam sepenumero extra dialecticam per genus speciem
etiam specialissimam intelligunt. Vult dicere ꝙ opus hominis & studiosi hominis specie non differe-
pant. sunt enim in eadem potentia, & habent idem obiectum interdum & eodem modo in ipsum ten-
dunt. Idem est de opere citharoedi & periti citharoedi. Innuit autem felicitatem esse operationem ho-
minis secundum virtutem: sicut opus citharistae est citharisare, & boni citharoedi bene citharisare, &
peritissimi citharoedi sublimem harmoniam in chordis efficere, ita est in proposito. Operatio huius-
modi peculiaris est operatio secundum rationem: & operatio optimi hominis est excellenter ope-
rari secundum rationem. at homo felix est praestantissimus: & optima operatio secundum rationem est
operatio virtutis. Itaq; operatio hominis felicis, est operatio secundum virtutem: opus huius & studio-
si huius, est idem in genere: nam solum differunt secundum virtutem appositam, vel virtutis excel-
lentiam. immo est idem actus in specie specialissima. Et si homo possit eundem actum diu continuare,
idem actus a virtute emergit, qui primo sine virtute eliciebatur. sed pro quanto a virtute elicitur est fe-
licitas, quia actus studiosi hominis: quapropter felicitas est opus animae virtutis, & hominis, sicut actus
bonus a virtute emergens. Itaq; studiosi hominis consummatum opus erit bene atq; recte secundum ra-
tionem operari. Hoc autem ab habitu & virtute est. Porro singula secundum propriam virtutem perfi-
ciuntur. Est ergo felicitas vitae rationalis actus qui virtute operatur. Ex his colligitur diffinitio felici-
tatis quae est. Humana felicitas est hominis secundum virtutem operatio, & in vita perfecta. Et si plu-
res sint virtutes, ponimus felicitatem esse operationem secundum optimam & perfectissimam virtutem.
Et additur in vita perfecta: quod vno modo sic intelligitur, ꝙ homo sit immaculatae vitę: eo pacto quo
homo vitam secundum communem cursum naturae bene agere quit. Alio modo per vitam perfe-
ctam, longaeuitatem bene operandi accipe, quia nemo repente fit summus. nam prouerbialiter dicitur: vna
hirundo nō facit ver: nec vnus calidus & pulcher dies aestatem. licet autē hirundo verno tempore ad frigi-
das regiones non aduolet: graeciam tamen regionem magis calidam in vere dum calet visitat: sub frigo-
re in locis calidioribus victitat. Identidem tempus exiguum non facit felicem, a vulgo felicitas in bre-
ui mora haud percipitur: verum cum quispiam diutino tempore virtute redimitus vitam agit, illius fe-
licitatem ambigit nemo. semper de felicitate politica in hoc primo loquitur. Propterea theologi dicere
solent, ꝙ tametsi Paulus & Moyses raptim deum in vita viderint, non tamen erant beati. temporaria
enim erat ea visio. Verum illa beatitudo, felicitatem philosophicam longissimo interuallo praecedit. Obiectio pri-
¶ Contra dicta instatur primo. Felicitas est accidens: homo est substantia: accidens autem est substantia im ma.
perfectius: qu[illegible] re felicitas non est finis hominis. ¶ Secundo, videre & ingredi est hominis opus. Si di- Secunda.
cas est opus partis primo. Contra intelligere est actus animae intellectiuę, quamobrem hominis. Tertia.
¶ Tertio, eadem est in nomine anima intellectiua, sensitiua, & vegetatiua: Itaq; si felicitas est in anima Quarta.
rationali, est etiā in sensitiua & vegetatiua. ¶ Quarto instatur de hoc quod dicit: paruum bonum felicita-
ti annumeratum, reddit totum melius: quia bonum additum bono facit totum melius. Contra opes
opibus additae non reddunt summam viro magis expetibilem: cum sapiens petat mediocriter bona for- Quinta.
tunae, & non eorum excessum nec defectum. ¶ Quinto hoc modo, expeti propter aliud, non est malum
nec actus indifferens, ergo est bonum: ergo quando additur alicui quod est expetibile propter se, totum Ad primam.
est melius: & sic quod propter se expetitur non est optimum. ¶ Ad primam instantiam respondetur ꝙ
non inconuenit finem etiam gratia cuius, esse minus praestantem entitatiue ipso cuius est finis, si tamen
est habenti melior: sicut panis est melior esurienti mure, primo celi. Cuius est aliquod opus, ipsum est
gratia illius operis. Si non esset equi vectura atq; equitium, superuacaneus esset equus. Secundum regulam
topicam: cuius vsus bonus, ipsum quoq; bonum. Et per oppositum: cuius vsus malus ipsum quoq; ma-
lum. Quamobrem venenum est exitiale, necromantia & caeterę malę & superstitiosę artes sunt pernicio-
sę. Non venari nobilitatem rei, sed honestam vtilitatem. Pulex est substantia: beatitudo formalis est ac- Ad secūdam.
cidens. Secundo dicitur ꝙ homo felicitabilis est finis hominis. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ actus animae
est actus supremae partis in homine proinde est actus hominis totalis eum studiosum denominans. Nam
si bonam voluntatem habeat quispiam, is absolute est bonus. pariter si bonam sortitus est animam, dici-
mus illum bonum non tamen si videat vt Linceus, & currat vt Asael: aut vt Aiax Oilei, propterea est
probus. Et videre est primo actus oculorum & consequenter actus hominis. nec eum bonum pro- Ad tertiam.
pterea denominans. ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ assumitur dubium multis: sed illud concedo tanq̄ rationi
magis consentaneum: sufficit philosopho ꝙ est actus intellectiuae inquantū huiusmodi: vel ipsam a ratio- Ad quartam.
ne sensitiua separando per intellectiuam enim & eius actus a pecoribus differimus. ¶ Ad quartam dici-
tur ꝙ si b opes additae a opibus viro noceant. quia sunt occasio propinqua male agendi: iam non est bo-
nū bono additum: illud enim quod vni est bonum, alteri est nociuum. Medicina etiam in excessu propina- Ad quintam.
ta nocet. ¶ Ad quintam respondetur, quod illud quod expetitur ob aliud bonum, bonitatem ab illo alio
mendicat, & non habet ex se: propterea puritas mentis est temperantia melior: quia ob eam temperantia
ordinatur. Quod solum propter se expetitur habet bonum ex se, & est purissimum bonum. Secundo di-
co ꝙ licet illud aliud esset melius ob varias bonitates superadditas: potissima tamen illius bonitas est quia Sexto.
est propter se. ¶ Sexto dubitatur vtrum felicitas consistat in actu intellectus an voluntatis. Respondetur Dubitatio.
ꝙ principaliter in actu voluntatis: licet enim multos alios actus intellectus importat & cōnotat, felicitas Responsio.
tamen est hominis actus optimus. sed ille est actus voluntatis qui hominem bonum absolute denomi-
nat. Habens enim actus voluntatis requisitos & sufficientes est bonus simpliciter: sed per actus intellectus
homo est bonus cum adiecto, vt bonus rhetor, bonus causidicus, bonus artista. qui hominem absolute bo- Epilogus.
num non denominant. ¶ Epilogando circa hanc literę partem, dicimus si a finis ordinetur ad b a quo

bonitatem suscepit,b finis est praestantior:Nam propter vnumquodq; tale & illud magis. primo posteriorum,& 7 politicae:semper deterius est gratia melioris. Quare sanitas et puritas mentis est finis temperantię:& non contra.Nec manducare est finis viuendi.Et est sermo de fine secundum primariam intentionē. Vnde secundum cōmentatorem. secundo cęli cōmento.17.finis primaria intentione est praestantior ordinatis in finē. Ex eius bonitate alia bona feruntur.finis autē secundū intentionem secundā est res inferioris ordinis ex largitate nobilioris procedēs:quo pacto deus,intelligentiae,& corpora cęlestia ob terrae nascētia fiunt,quod est ob talem secundariū finem,bonitatē ab illo non sortitur.Caeterum scientia moralis est bona & honesta propter se & propter opus:mathematicę artes pulchrae sunt a iunioribus addiscendę,demum ad defęcatos mores sese totos cōuertant, memores sint illius hieronymiani dicti,Sciētię mathematicę veritatis sunt,pietatis nō sunt.Nūc ad literę explanationē reuertamur.Posita finitiōe felicitatis sine descriptione,narrat philosophus qualiter post hac est insudandū nō modo in pręsenti diffinitione,sed & alibi:& ordinem doctrinae,& procedendi ponit.Itaq; primo dicit. Finitio data felicitatis est sufficiens. hoc sic probat. Primo quia felicitas debet primo sub rudi minerua discribi : postea oportet eam in singulas eius particulas depingere:sed ita factum est assignando pręd ictā diffinitionē felicitatis,igitur ipsa est conuenienter assignata.Maiorē probat:quia proprium est cuiuslibet artificis suum artificium describētis de imperfecto ad perfectum procedere,& tēporis interuallo descriptionis particulas explicare,quia cuiuslibet artificis est apponere quod deficit . Nam artiū crementa cum tempore coalescunt:tempus enim talium inuentor & cooperator est bonus.Non est ergo festinandum,sed mature procedēdum.lege omnes ethicorum libros vni ingenioso adulescenti vna hebdomada , vel duabus , & retinebit nihil in anni curriculo:iusto labore operam nauando non nihil proficiet:in angusti vasis orificium multum liquoris simul infundas,& parum liquoris vas ipsum recipiet:q; si totum sensim iniectū fuerit,vas ipsum implebitur.Quodā modo se excusat subindicās se plurimum in hac parte primo insudasse,et q; postea nonnihil superaddet:sicut facit in calce elēchorum de logica.Et si socrates moralem philosophiā e cęlis vt produnt euocauerit , rudius eā primo tradidit:non parū enim adiumenti philosophus adiecit.Quādo autē dicitur q; tēpus est taliū inuētor & adiutor bonus: nō ideo dicitur non q; tempus id efficiat,quia tempus aut est cęlum aut eius motus.secundū varias philosophātium positiones neutrum istorum scientiā cōfert,verū diuturnitate & perpetuo labore artes parātur. Nam vt maro dicit:labor omnia vincit improbus. Secundū documentū est : q; certitudo nō in omnibus est pari modo eflagitanda,sed in singulis vt ipsa materies expostulat:sed sic factum est circa felicitatis diffinitionē.Maiorem probat.Nam faber & geometra diuerso modo angulum rectum considerāt : alter enim, puta faber,vt vtilis est ad ędificium:geometra vero vt suę speculationi subseruit:quis sit & qualis sit indagans:contemplator enim est geometra,speculatur enim ipse quomodo omnes anguli recti sunt ęquales & quomodo angulus rectus inter obtusum & acutum est interstes,& ita de similibus theorematib⁹.Et ita in omnibus artibus seruandus est traditionis modus. ¶ Tertiū documentum q; demonstratio propter quid non est similiter in omnibus querēda:nam in aliquibus sat est monstrare quoniam vera sunt: & hic modus cognoscendi primus est atq; mitiū,vt in principijs,quorū quędam inductione,quędā sensu, quędam consuetudine atq; experientia cognoscuntur.Exēpla seriatim subnectemus.Quęcūq; sunt ęqualia vni tertio,inter se sunt ęqualia.Per discursum breuem & experientiam in particularibus hoc deducitur. Paradigma secūdi.Calor est calefactiuus,& quia nō perceperunt albedinē albefacere, sciebant q; albor non est albefactiuus:hoc etiā artificio medici profecerunt.

Agaricum. Agaricum flegma purgare nouerunt experimento . Cassiam aluū soluere.& fabā,& quod vocāt rizū vulgo ipsam stringere nouerūt.Et abstinetia insultus petulantis carnis domari,assuetudo huic experientię suppetias tulit: quare physicus iam annosus,si ratio in eo adhuc floreat,est eligēdus: tēpus vt philosophus prodit in hisce est adiutor:sed diffinitio felicitatis est vnū principiū huius scientię:quas ob res,eius non est quęrendū propter quid: & per consequens est sufficienter descripta. Enitendum autē est pertractare singula vt suapte natura percipi possunt :& diligentia est adhibenda vt solerter diffiniantur. Nam id ad sequentia magnū habet momentū. Principium enim(vt prouerbialiter dici solet)plusq̄ dimidiū totius esse videtur.Cōsonat Flaccus,dimidium cępti qui cępit habet sapere aude.Pleriq; lente ad extructionem ardui operis eriguntur:sed cum ipsum aggrediūtur viriliter sese accingunt. & ipsum consummāt,vel posteris perficiendi viam aperiunt,& eorū quę quaerūtur cōplura per ipsos sunt perspicua:vt Dauid in structura templi,qui magnam materię molem pręparauit quam Salomon peregit.

Dub. ¶ Dubitatur primo de veritate huius. Principium videtur plusq̄ dimidium totius. Et probo q; nō,principium enim est forte vigesima pars domus aut alterius operis.quae,non est maior medietate totius operis. In oppositum est philosophus. Secūdo quid sit vita.

Ad priorem. ¶ Ad priorē dubitationem respondetur q; principium diffinitiuum non parum momenti ad sequentia confert. In proposito per principium virtutem intelligit,quę est felicitatis effectrix,aut potius diffinitionē felicitatis. Diffinitio plurimum ad sequentia cōducit. Porro ait philosophus primo posteriorū:diffinitio subiecti tantum , predicati tantum aut vtriusq; est tota demonstratio,positione differens. Hanc authoritatem horatiano more ad alia extraria opera concinne accōmodabimus:In quibus dicimus principiū nō est maius quantitatiue q̄ dimidiū totius:sed principijs appositis cōmuniter multū materię apponitur.prudens non incipit construere ędē quoad lapides, cęmentū & cętera id gen⁹ habeat parata. Etiā multi tarde incipiūt extruere,sed cū inchoauerint celeriter secūdum exigentiā negocij perficiunt. Verentur ne a vicinis structurā imperfectā videntibus irrideantur. Pulchrum enim operis imperfecti initiū cernentes aiunt:imprudens erat huius structurę dominus , suas vires nō considerans,nec cū opificibus gnaris conferens. hinc est hominibus fabula. In doctrinis ad propositū philosophi principia in quantitate sunt parua,secundo elenchorum. magna tamen in valore : quia ex eis multa facile inferuntur : & sic vtroq; modo verum dicit . ¶ Ad secundam dubitationem respondetur

q̄ vita bifariam capitur. Vno modo pro actu primo qui corpus viuificat: & illud est cū anima corpus in-
format & dum informare est desitum, est mors. Et sic vita erit mors, licet vitam esse mortem est impossi-
bile. Alio modo capitur pro actibus animæ, & pro actu secundo, & sic sepius capimus dicētes Socratem esse
probæ & præclaræ vitæ: Sardanapalem sordidæ vitæ, si coinquinamentis implicitus degat.

Tractatus.I. Cap.V. & Lib.I. Cap.VIII. *Vero vera quadrant.*



COnsiderandum est igitur de ipso non ex conclusione solum, & iis ex qui-
bus est ipsa ratio: sed ex iis etiā quę de ipso dicuntur. Vero nāq; omnia quæ
competunt consona sunt. A falso autem cito ipsum discrepat verum. Cum
igitur bona in tria sint diuisa: & alia externa, alia circa animam, alia circa
corpus bona dicantur: ea quæ sunt circa animam, proprissime maximeq; di
cimus bona. At actus & operationes animæ circa animam esse ponimus.
Quare hac opinione cum antiqua, tum a philosophantibus concessa: bene dicitur finem
ipsum actus quosdam & operationes esse. Sic enim fit, vt fit ex ipsis animæ bonis, & non ex
bonis externis. Consonum est etiam ipsi rationi, & id quod dicitur: fœlicem inquam bene vi-
uere beneq; agere, fere enim bona quædam vita, bonaq; actio dictus est. Cuncta præterea quę
circa felicitatem quæruntur, ei quod dictum est, inesse vidētur. Aliis nanq; virtus, aliis pru-
dentia, aliis sapientia quædam, aliis hæc aut horum aliquod cum voluptate, aut non sine vo-
luptate fœlicitas esse videtur. Sunt & qui externam etiam affluentiam simul accipiunt. Atq;
hæc partim multi & antiqui, partim pauci, viriq; dicunt præclari: quorum neutros tota via
aberrare, sed aliquid ex parte & in plurimis verum attingere consentaneum est rationi. Eo-
rum igitur sententiæ: qui vel omnem vel aliquam virtutem fœlicitatem asserunt esse, ipsa ra *Habitus.*
tio consona est. Huius est enim ea operatio, quæ per ipsum efficitur. Interest autem fortasse
non parum, in possessione, an in vsu, ac in habitu, an in operatione summum consistere boni
putare. Fieri enim potest vt habitus, & si quidem inest, nullum efficiat bonum: vt in dormiē- *Olympia.*
te: vel etiam alio modo quodam ocioso facto. Vt operatio autem nihil efficiat boni, fieri ne
quit. Qui nanq; operatur, aget vtiq; necessario: & bene etiam aget. Atq; vt in olympia, non
ii qui sunt elegantissimi forma præstantissimiq; robore: sed ii qui decertāt, coronis afficiū-
tur (ipsorum enim aliqui vincunt) sic & qui bene agunt, eorum quę sunt in vita pulchra bo-
naq; compotes fiunt. Est autem & vita ipsorum per se iucunda. Nam voluptate quidem
affici, ex iis est quæ ad animam pertinent. Id autem est cuiq; voluptati, cuius amator dici-
tur quisq;: vt equus equorum amatori: & spectaculum spectaculorum identidem amatori:
eodem modo & amatori iustorum iusta: & omnino virtutum amatori, ea quæ per virtutem
efficiuntur. Quæ igitur voluptati sunt vulgo, ea repugnantia sunt: propterea q̄ non natura
talia sunt, sed amatoribus honestatis ea sunt voluptati, quæ sunt natura iucunda. Tales au-
tem eæ sunt actiones quæ a virtute emanant. Quare & his ipsę sunt voluptati, atq; per se-
ipsas iucundæ. Ipsorum igitur vita non indiget voluptate, tanq̄ aliqua foris adiungenda,
sed habet in seipsa voluptatem. Præter enim ea quæ dicta sunt, neq; bonus is est qui bonis
actionibus non delectatur. Nam neq; iustum eum quisq̄ dixerit, qui iustis non gaudet: neq;
liberalem eum, qui liberalibus actionibus non delectatur. Et in cæteris eodem modo. Q; si
hæc ita sint actionū, eæ quę a virtute proficiscuntur, per seipsas sunt voluptati atq; iucūdæ,
At vero bonę quoq; sunt, & etiam pulchrę: atq; horum vnumquoq; maxime ipsis competit, *Fœlicitas.*
si recte de his ipse iudicat studiosus. Iudicat autē vt est dictum. Optimum ergo & pulcher- *Deliacū carmen.*
rimum & iucundissimum est ipsa fœlicitas: & non seiunguntur hæc perinde atq; in illo *Astrea iustitia.*
deliaco carmine separantur.

Summe est pulchrum, ex astrea quod gignitur alma.
Optima si valeas res est, quod quilibet optat,
Summe est iucundum si re potiaris amata.

Hæc enim operationibus omnia competūt. Has autē ipsas, aut vnam ipsarum quæ sit opti- *Difficile est indigentem bene operari.*
ma, fœlicitatem ipsam dicimus esse. Videtur tamen & externis indigere bonis, vt diximus.
Fieri enim non potest aut non facile fit: vt is res agat præclaras, cui facultates desunt. Mul-
ta nanq; per amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam, tanq̄ per instrumenta agitur. Qui-
busdam autem carentes, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine, beatitudinē maculant. Non
enim satis ad fœlicitatē idoneus est, qui penitus est deformis, aut ignobilis, aut solitarius sine

prole. Et minus etiam fortasse: si cui perpraui sint filii, vel amici, aut boni mortui sint. Vt igitur diximus, videtur foelicitas & talis indigere prosperitatis. Vnde quidam prosperitatem fortunam, quidam virtutem foelicitatem esse dicunt.

Considerandum est igitur. Istud est octauum caput & nouissimum huius secundi tractatus in quo philosophus veterum bene dicta suis dictis accommodat. Peculiare autem est illi ante omnia materiam in medium afferre de qua dicturus est: deinde priscorum opiniones citare, illorum maledicta retundere: & tandem suam doctrinam expulsis vrticis afferre, eam rudius primo lineando: deinde particulariter eandem depingendo: demum aliorum bene dicta ad suam sententiam trahere Primo autem sic dicit. Considerandum est igitur de ipso, hoc est de ipsa felicitate. non ex conclusione solum, hoc est non solũ sententia nostra conclusa, & nostris rationibus eam considerabimus, sed etiam de his quæ antiqui posuere. Hoc probat, quia si sua dicta cum antiquis conueniant, signum est sincerioris veritatis. vero nanq; omnia quæ competunt consona sunt: falso verum cito dissonat. Hinc quidam philosophus dicebat. Mendacem esse bonæ memoriæ oportere: quia falsa multa relata licet prima fronte inter se non repugnare videantur, sæpicule diaphoniam construunt. Antiqui dicebant triplicia esse bona. scilicet animæ, corporis, & fortunæ: sed bona animæ a philosophantibus censentur esse bonorum potissima: & bona externa infima. Ponebant autem antiqui felicitatem consistere in potissimis bonis scilicet animæ: & ita ponit Aristoteles: quia actus immanentes animæ, operationes animæ dicuntur & fines. Secundo consonum est etiam rationi quod ab eis dicitur. Dixerunt antiqui bene viuere & bene agere idem esse. Pene enim bona quædam vita, & bona actio felicitas dicta est. Reuera cuncta quæ de felicitate quæruntur felicitati, vti diffiniuimus, cõuenire vidẽtur. Post hęc narrat ea in quibus antiqui circa felicitatem constituendam differebant. Nam quidam antiquorum felicitatem virtutem moralem ponebant: & isti felicitatem in potentia appetitiua animæ collocabant. Quibusdam videtur felicitas in prudentia. Alijs in sapientia consistere. Prudentia est perfectio intellectus actiui: & sapientia perfectio intellectus speculatiui: vt deo duce in sexto libro fusius mõstrabitur. Alij vero ponunt horum aggregatum. Alij aliquod horum cum voluptate: puta sciẽtiam cum voluptate, aut prudentiam cum voluptate, aut non sine voluptate. Hoc est aliqui voluptatem partem essentialem felicitatis scribebant, aliqui vero dixere voluptatem esse perturbationem felicitatem concomitãtem. Hoc magis cum Aristotele quadrat. vt ex decimo est perspicuum. de decora voluptate & non foeda semper loquitur. Sunt alij qui externam affluentiam ponunt. Et qui id dicunt partim sunt multi & antiqui: partim vero pauci & pręclari: quorum neutri in vniuerso peccãt: sed eos in plurimis verum attingere rationi est consentaneum. Postea dicit q; sua opinio in aliquo conuenit cum eis qui felicitatem in virtute collocant: quia ipse ponit felicitatem in operatione virtutis, siue eius vsu consistere: non autem in ipsa virtute, quæ est solus habitus. Vsus enim est finis habitus & possessionis: sed tamen non parum ab his discrepat. Fieri enim potest vt virtutem habens nihil boni operetur, hoc autem in actu fieri nequit. Qui nanq; operatur, agit vtiq; necessario necessitate consequentiæ, non autem necessitate consequentis, sed contingentia consequentis: & bene etiam agit, cum operatio eius a virtute ipsa emanet. Et hoc trifariam munit: primo sic in valore argumentatur. Vsus siue operatio rei est præstantior ipsa possessione siue habitu: at felicitas ponitur in sublimissimo, proinde opinio ponens felicitatem in actu est præstabilior opinione ponente eam in virtute. Secundo sic, stat habitum virtutis nõ exercere aliquid boni: patet in dormiente. hoc in vsu fieri nequit, igitur. Tertio sic, sicut in olympiadibus non ii qui sunt elegantissima forma, aut viribus pollentissimi coronantur. sed qui certant & vincunt: sic non qui virtutem habent, sed qui secundum virtutem agunt in vita pulchrorum & honestorum compotes sunt, & præmia sumunt, vnde inepte Altisiodoreñ. virtutem eius actui præfert. Sequitur in litera. Est autem & vita ipsorum per se iucunda. Hic probat q; sua felicitatis descriptio quadrat cum positione ponentium felicitatem consistere in virtute cum voluptate. Vult probare q; felicitas non est sine voluptate, per hoc q; operatio virtutis non caret oblectamento, supponit tamen q; delectari est solum animalium. quia ratione animæ sensitiuæ id conuenit alicui. plantæ enim non delectantur. Vnicuiq; enim est delectabile quod amat. vt equorum amatori equus est oblectamento. Identidem spectaculum est voluptati, amatori spectaculorum. Itaq; iusta delectabilia sunt iusto: ergo opus studiosum est delectabile amanti virtutem. At quę vulgo iucunda sunt repugnant sępius inter se, eo q; natura talia non sunt, sed honestatis amatoribus iucunda sunt natura atq; secundum se delectabilia: illa autem sunt virtutis operationes, quare & his ipsæ sunt voluptati, atq; per seipsas iucundę, proinde ipsorum vita non indiget: voluptate tanq̃ aliqua foris & extrinsecus adiungenda: sed in seipsa voluptatem continet. Præterea nec is est bonus qui bonis actionibus non delectatur. hoc in iustitia in liberalitate & cæteris declarat. Insuper operationes secundum virtutem sunt bonę & pulchrę. Primo maxime bonæ & pulchræ: si studiosus de ipsis rectum affert iudicium, iudicat recte vt dictũ est: igitur felicitas est optima operatio iucundissima atq; pulcherrima. Et hæc tria abinuicem non separantur vt habetur in deliaco carmine: cuius est hęc sententia.

Summe est pulchrum ex Astræa quod gignitur alma.
Optima si valeas res est: quod quilibet optat,
Summe est iocundum si re potiaris amata.

In insula Delo erat templum Apollinis. Est autem Delos insula in ægeo mari, omnium cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo & oraculo, & etiam mercatu, insignis. Hinc Apollo delius dicitur & deliacus. vt in proposito deliaco carmine. in quo hæc tria diuidebantur. virgo astrea pro iustitia ponitur. vnde primo Metamorphoseos. Vltima cælestum terras astrea reliquit. Astreus eius pater erat iustissimus, eam

ob rem solent poetæ Astream pro iustitia accipere. ef.q; summe pulchrum quod ex astrea virgine gigni-
tur,hoc est ex iustitia.Optima si valeas res est,hoc est corporis valetudo est res optima,id autem quilibet
optat,& illud est maxime iucundum si re potiaris amata.Dicit vlterius q̄ externa bona ad felicitatem
conducunt.Iam capit nonnihil de opinione vulgi,felicitati per ipsum descriptę id attribuens.Fieri enim
non potest aut non facile fit, vt is agat præclara cui facultates desunt:vt extruere vrbes & eximias ar-
ces:sed quia potest nonnunq̄ contingere in heroico viro non multa habente,vt faciat multa excellenter
in omni æuo memorabilia:propterea adiecit,non facile fit.Possessiones felicitatem politicam ornant. Nam
illa est felicitas actiua quæ est ad alterum.vt nobilium principum qui rempublicam egregie regunt . Ista
felix contemplatiue non indagat vt ingenue in decimo libro explanat.felicitatem actiuam contemplati-
uę in decimo confert:& hanc illi anteponit:nunc autem de actiua felicitate sermocionatur:quam politisan-
tes & hominum volgus cæteris præponit:quorum loquendi modo vtitur.Ille enim est eius modus fami-
liarissimus:quando loquitur de diuersis placitis ante suam determinationem,viam communiorem inter
loquendum sequitur.Nobilitas sanguinis felicitatem extrinsecus ornat:verum hæc fumosa nobilitas pa-
rum eam decorat. Cicero enim nouus homo pater patriæ a libera vrbe prædicabatur,Catilina nobilis ci-
uis Romæ natus perniciem conspirauit: & Salustius genere patritius maiores suos turpi vita maculauit.
Bona proles item felicitatem ornat.Ioachim & Anna in opprobrio aliquandiu vitam egerunt,quia libe-
ros non sustulerunt in Israel:sic Elisabeth & Zacharias,Anna mater Samuelis,& similes. Pari modo cor-
poris pulchritudo felicem venustat.de Saule legimus q̄ ab humero sursum reliquos Israelitas transcen-
dit.& species Priami aut prima digna est imperio inquit porphyrius phœnix . Et poeta,Gratior est pul-
chro veniens in corpore virtus.Ille enim qui penitus est deformis,ad rem publicam ministrandam inep-
tus censetur:ne illi dicatur:monstrum in corpore monstrum in anima.Aliqui tamen tales heroici sunt
viri.ratio enim corporis influxum moderatur.Et Seneca ad Lucillium in epistola ad Claranum dicit.Na-
tura sub deformi corpore Clarani animum collocauit perfectissimum.Improbitas prętere a liberorum feli-
citatē obfuscat.Addatur etiam secūdum vulgus impudica cōiunx,quam hispani ignominiose animal cor-
nutum nominant. Ecce varijs modis felicitas actiua & ciuilis labefactatur.ab multis enim extrarijs de-
pendet:propterea est minus nobilis.¶Dubitatur primo quomodo illud intelligendum venit:Omne ve-
rum omni vero consonat.¶Secundo quomodo dicit multorum delectationes esse contrarias : cum dele- Dub.iij.
ctatio tristitiæ contrarietur,septimo ethicorum:& tñ vnum vni sit contrarium decimo metaphysicæ, &
primo cæli.¶Tertio quid sit certamen olympicum.¶Ad primam dubitationem aliqui dicunt q̄ per cō-
sonare intelligitur antecedere:per dissonare non antecedere: modo omnes propositiones includunt ve- Ad primam.
rum:nulla enim est propositio ita falsa, quin inferat disiunctiuam ex se ipsa & suo contradictorio confla-
tam.quia talis est necessaria.illud autem nihil est dicere:nec prolixus ero hoc oppugnādo.vult Aristoteles
dicere q̄ nunq̄ verum vero repugnat:bene autē falsum falso:impossibile cuilibet propositione repugnat.
Logicus insolubilibus implicitus hic insultabit.hęc propositio secundum hanc significationē repugnat
vero,per pronomen demonstrando propositionem cuius est pars:non est necesse dicere illam se falsificare.
Q̄ vero aduersetur patet:capiendo illam mentalē,si non potest ita esse sicut ipsa significat,ipsa est impossi-
bilis,& vero repugnat:si potest ita esse sicut ipsa significat,& nō potest habere aliam significationē: iam ita
est sicut ipsa significat.& sic verum vero repugnat.Dicimus quando ita esset in reflexiuis nihil ad nos.inso-
lubilia in proposito parui facimus.ex logica illa supponenda sunt.Verum vt somnolenti a graui sopore ex-
citentur,hoc in pręsentia mouemus.¶Ad secundā dicitur.delectationes formaliter non contrariantur: Ad secundā.
nonnunq̄ tamen obiectiue & originaliter,si sint circa eandem materiā:sicut est de prodigo cui pecuniam
profundere est voluptuosum:auaro autem est oblectamentum pecuniam auide legere,lectamq; custodire.
& hęc immensa dissipatio & inanis coaceruatio ex vitiis oppositis emanāt.¶Ad tertiam dicitur q̄ olym- Ad tertiam.
pias,adis,est spatium quinq; annorum quod Romani lustrum dixere.de quinquennio in quinquennium
certamen olympicum Græci in honorē Iouis olympici celebrarūt.olympia est vrbs inter Ossam & Olym-
pum montem,mercatu celebris,sed certamine qd quinto quoq; anno illic fiebat multo celebrior.Gręci tē-
pora per olympiades sicut Romani per consules vel lustra post vrbem conditam supputarunt. Quinqua-
gesimo Ozię hebręorum regis anno olympiadis initium(si Eusebius recte colligit)habuere.Africanus ta-
men quem Beda in de tēporibus insequitur dicit Olympiadem primā quarto anno Ioathan regis Iuda
fuisse institutam.hoc est post quadringētos sex annos troiani excidij a Gręcis.¶Quarto dubitatur instan-
do quia videtur q̄ liberalis potest dare pecuniam cum nausea & tristitia.Quinto dubitatur quare dicit q̄ Quartum.
amatoribus honestatis ea sunt voluptati quę sunt natura iocunda:& quę sunt vulgo voluptati non natu- Quintum.
ra talia sunt.¶Ad quartum respondetur q̄ qui cū tędio dat,nondum est liberalis.licet initiū ad liberali-
tatem habeat:longo dandi vsu oblectamentū capiet.& ante voluptatē habitā nunq̄ est liberalis.dicere sole- Ad quartum.
bam quādo adhuc cum tristitia vbi ratio expostulat dedi,indubie liberalitatis pulchrū campū vix olfeci.
Illa enim non simul stant,vt quis liberaliter quippiā largiatur,& non sit dandi voluptas:sicut nemo est bo-
nus qui bonis operibus nō oblectetur.dicente Aristotele.Pręter enim ea quę dicta sunt neq; bonus is est
qui bonis actionib⁹ nō delectatur.¶Ad quintū dicitur q̄ voluptates ab honestate prodeūtes semper sunt
circa idē,quia circa mediū:nec eorū vnq̄ subit poenitudo:& nō modicā suauitatē eorū recordatio studioso Ad quintum.
prębet:proinde vniformiter atq; naturaliter fiūt.Opposito modo de oblectamētis vulgaribus in vsu est.
¶Ambigit̄ finaliter an summū bonū in virtute aut in ei⁹ opere seu actu cōsistat.est sermo solū de actu eli- Dub.vi.
cito virtutis q̄ sua efficacia exteriorē operationē efficit secluso obice.Respondet̄ in actu.vt elegāter Aristo-
teles in litera probat.Et patet aliter,Actibus enī meremur,nō autē habitibus:proinde actus pstāt.Secūdo Responsio.
q̄a opus ē magis i ptāte nr̄a sitū q̄ virt⁹,vt tertio libro pspicuū est.Tertio opatio ē cā virtutis,virt⁹ aūt nō ē

fons operis igitur. Refellis hanc probationē, q͞a quum primum virtus est producta, actum efficit: hic est cir
Obiectiones sex. culatio causalitatis secundū speciē. Quarto opus est finis virtutis: modo finis est eminētior iis quae ad finē
ordinantur. Insultas: dirigens est melior directo, virtus autem actum suum dirigit. Secundo, summum
bonum nullo alio perficitur: sed operatio alio perficitur scilicet voluptate superueniente: vt in decimo di-
cetur. ¶ Tertio virtutes sunt connexę ob perfectionem non autē bona opera. ¶ Quarto, si felicitas in ope
re cōsistit: quādo homo cessat ab opere, cesset esse felix: & ex consequio miser efficiatur. Quinto. Tullius in
paradoxis summū bonum in virtute ponit. subscribit illi Seneca in libro de beata vita dicens. Erras cū in-
terrogas quid sit illud propter quod virtutes petantur, quaeris enim aliquod supra summum. In pluribus
Responsio ad primam. epistolis idem sequitur. Sexto, operatio potest esse in malo non autem virtus ob connexionem. ¶ Ad pri-
mā dicitur q͞ felicitati cooperatur virtus & prudentia sed nō propterea est praestātior ea actus enim intel-
Ad secundā. lectus est volitionis effector non tn̄ propterea melior. ¶ Ad secundum respondēdo maiorem interimo. pars
Ad tertiam. uum enim bonū summo bono adiunctum, totum praestabilius efficit vt philosophus ait. ¶ Ad tertium
dico q͞ maior est falsa. Aristoteles enim in illa connexione nihil aliud praetendit, nisi q͞ nemo absolute
dicendus est studiosus nisi omnium virtutum generibus illustratus. Titubantē in cōmunibus logicae esse
logicum inficiantur. Successiue virtutes acquiruntur: sicut dialectice rhetorice: sed tempore acquisitionis
nec est rhetor nec dialecticus nec studiosus. Etiam habens felicitatem multis alijs bonis operibus stipatur
Ad quartam. Non est sermo de felicitate aggregatiue more Boetij. ¶ Ad quartum dico q͞ non sequitur, felix cessat a
felicitatis actu: ideo est miser. Nam solum mortali crimine irretitus est miser: & qui plurimis inficit est mi-
serrimus. Sed an felix incipiens dormire desinit esse felix, ambigis: dico ex bono doctorum vsu negati-
ue: tametsi enim qui venialibus solis implicatur dormit, non tamen desinit esse felix. Ad felicitatem enim
sat est habere felicitatis habitum, cum carentia mortalis delicti: quo superueniente felicitas pessumit & cō-
tritione renouatur. Summus actus letiferae noxę conglutinatus, eum felicem minime denominat, feli-
citas auctore aristotele est in vita perfecta. Non pono miseriam priuatiue ob cessationem ab actu. miserum
theologice dict̄ nisi & consonat peripateticorum doctrinae. ¶ Dicis felix a misero per medietatem vitae nō
discrepat: verum est in sopore a malitia miser cessat: interdiu perperam operatur: verum miser interdum
aerumnosus fertur, qui penuria atq͞ calamitate premitur iuxta illud catonianum, miserum noli irridere.
Ad quintā. sed non ita impręsentiarum miserum dicimus ¶ Ad quintum dicitur Tullius & Seneca si recte intelligā
tur ab aristotele nō discrepant in hoc: virtus enim & actui atq͞ habitui cōuenit, nec inter illa ipsi discernūt.
Ad sextam. ¶ Sexta ratio ducitur ad oppositum: studiosus potest habere actum letiferum immo multos malos: felix
aut est bonae conscientię, ac contritione perperam acta abolet: igitur &c.

Tractatus. II. Cap. I. &. Lib. I. Cap. IX.



VNde & dubitatur: vtrum disciplina, an assuetudine, an alio quodā modo
per exercitiū acquiri possit: an aliqua diuina sorte: an & ob fortunā pro-
ueniat. Si igitur & aliquid aliud deorum est munus hominibus, consen-
taneum est rationi & foelicitatem a diis ipsis dari: & eo magis, quo caete-
ris humanis bonis est praestabilius. Verum hoc ad aliam magis considera
tionem forsitan pertinet. Videtur tamen & si non a diis immortalibus
mittitur, sed virtute disciplinave quadam vel exercitio comparatur: diuinissimum esse. Prae-
Foelicitas diuinū est quiddam. mium enim finisq͞ virtutis, optimum & diuinum quiddam ac beatū esse videtur: fuerit etiā
& multum commune. Fieri namq͞ potest vt disciplina quadam ac diligentia ab vniuersis iis
comparetur, qui nullo principio labefactato, idonei sunt ad consequendam virtutem: quod
si melius hoc modo q̄ ob fortunam foelicem esse, rem ita sese habere consentaneum est ratio-
ni. Siquidem ea quae sunt secundum naturam, vt q̄ optime sese habere possunt sic se habent
suapte natura: & ea similiter quae per artem conficiuntur, atq͞ a quacūq͞ proueniunt causa:
& ea maxime quae a praestabilissima proficiscuntur: id autem quod maximum atq͞ pulcherri-
mum est fortunę tribuere: valde erroneum est. Patet etiam ex ipsa ratione quod quaeritur.
Optima non sunt fortuna. Dicta est enim operatio animae per virtutem. Caeterorum autem bonorum alia inesse neces-
sarium est: alia adiuuant, suntq͞ vtilia: vt instrumenta haec & iis consona sunt quae in prin-
cipio diximus. ipsum enim finem facultatis ciuilis optimum ponebamus. haec autē magnā
Foelicitas in pecude non est nec in puero. adhibet diligentiam: vt ciues ipsos disponat, bonosq͞ faciat: & ad honestas res agendas ido-
neos reddat. Merito igitur nec bouem: nec equum: nec aliud quicq̄ animalium diximus foe-
lix. quippe cum fieri nequeat vt ipsorum quicq̄ talis sit particeps operationis. Hanc autem
ob causam neq͞ puer est foelix, nondum enim est idoneus ad res tales agendas propter aetatē
qui dicunt foelices: ob spem dicunt: est enim opus (vt diximus) & perfecta virtute & perfe-
cta etiā vita. Multae namq͞ mutationes in vita fiunt: variaeq͞ fortunae: atq͞ fieri potest vt is
Priamus. qui maxime bonis abūdat: in magnas incidat in senectute calamitates: vt i heroicis de Pria-
mo dicitur, eum autem qui tali fortuna est vsus: & miserabiliter obiit: nemo foelicem dicet,

VNde & dubitatur. Superius philosophus felicitatis descriptionē inuestigauit & sufficientiam descriptionis ostendit: & tertio suam opinionem partim cum omnium opinatione conuenire monstrauit: modo tertium tractatum aggreditur qui tribus capitibus impletur. In primo subiectum & felicitatis causalitatem venatur: quęstionem trimembrem secundum tres opiniones ea de re mouens. falsa refellit, vera approbat roboratq;. Materia aliorum duorum capitum suis locis explanabitur. Dicit itaq; vnde, id est ex quo loco vel deinde dubitatur, siue quęritur an felicitas disciplina .i. per doctrinam sicut aliae scientię, an consuetudine hoc est exercitio & sudore, vt virtutes procurantur, aut alio quopiam exercitio acquiri potest: an potius sit diuina sorte: an fortunae sit munus secundum illorum viam qui eam in externis bonis ponunt. Si igitur (.i. pro quia) aliquid aliud deorum est munus hominibus concessum, vt esse, & viuere. cum deus sit prima causa ex qua dependet cęlum & tota natura duodecimo metaph. & primo cęli. ab eo communicatum est omnibus esse & viuere. His quidem clarius, illis vero obscurius. Et nono ethicorum: diis, parentibus & magistris nemo potest ad cōdignum gratias referre: rationi est consentaneum & felicitatem a diis ipsis dari: quia nobilissimus effectus, est a nobilissima causa. Et hoc tangit cum ait. Et eo magis quo caeteris bonis est praestabilius. Est argumentum a minori ad maius, quemadmodum diceres si fides infusa a deo creatur: valentiori ratione charitas illa superior: sed hoc ad aliam magis considerationem attinet scilicet primam philosophiam, vbi de prouidentia diuina tractatur. Subdi videtur tametsi felicitas hominibus superne non conceditur, hoc est totaliter a deo non demittitur, sed disciplina, & virtute, & quadam exercitatione paratur, diuinissimum esse. Hoc trifariam probat. Nam pręmium & finis virtutis optimum quiddam & beatum esse videtur: hoc autem est felicitas. hoc enim pacto felicitas erit multum communis. quia potest fieri, vt disciplina & diligentia ab vniuersis paretur. qui nullo principio labefactato idonei sunt ad virtutem consequendam. Quum quis desipiens siue delirus fuerit principium habet coinquinatum, & per consequens quum est rationis compos non habet principium maculatum: satius est hoc pacto dicere q̄ fortunam felicitatem posse vendicare. iā intendimus felicitatem a causa per se produci: rem ita sese habere est rationi consentaneum. Vult dicere q̄ aliqua in nos producuntur sine nobis: vt anima que a deo creatur, ipsa est perennis, foris educitur tertio de anima. Nostra vita sicut & existentia prima a deo dependet felicitatem partialiter nobis cooperantibus producit. Stolidus cui sensus exteriores aut interni lęduntur, habet principium coinquinatum: quia intellectus in via citra ministerium sensuum suas operationes non exercet. ¶ Secundo argumentatur ad idem & rationis valor in hoc consistit. Ea quae secundum naturam aut artem fiunt optime fiunt. Cum ergo felicitas sit summū bonū, eius causa optime sese habebit: sed fortuna deterius se habet q̄ natura aut ars: igitur litera est perspicua. ¶ Tertio ex ratione quod quaeritur est manifestum. Hoc illud quod quaerimus, ex felicitatis diffinitione est perspicuum. Felicitas enī est operatio secūdum virtutem: virtus autem disciplina & exercitatione paratur: igitur. Hac via felicitas acquiritur. Quomodo casus & fortuna non sunt causae per se sed per accidens: & quo modo inter sese dispescuntur, quia in quaestionibus secundi physicorum haec scripsimus: nolumus aliquid super hoc nunc commentari. Sequitur in litera. Caeterorum autem bonorum, necessum est reliqua praesto adesse felicitatis. Alia felicitatem stipant, & sunt felicitatis instrumenta. & hoc consentaneum dictis nostris superius in hoc primo. vbi detulimus summum bonum ciuilis facultatis esse scopum ac finem. Haec autem ciuilis facultas plurimum desudat vt ciues suos praeparet, probosq; efficiat. vt honesta munia opportuno tempore obeant. Ex quo sequitur q̄ neq; bos neq; equus neq; animantium quodcunq; aliud felix est: quia nullum tale est particeps operationis a virtute emanantis. & propter eandem causam puer incapax rationis non est felix. Si ob spem puellus quando est bona indole, felix laxato vocabulo dicatur, non digladiabor: talis sperata felicitas non est felicitas in re. Ecce multa subiecta felicitatis incapacia. Belluae enim pronae terram spectantes summi boni sunt exortes. deest enim illis ratio licet appetitum habeant. Et a valentiore ratione plantae huius muneris non sunt participes. Neq; pueri etiam prima lanugine in hac sorte ponuntur: innuit enim semper neminem felicem nisi annis maturum & vita perfecta. Quantum ad prouectos adhuc negatiua dicta prosequitur, de his qui calamitatibus obruuntur, quos beatos non existimat: Et cęteris praetermissis Priamum Troianorum regem florentissimum nominat. Propterea dicit in litera, felicitas potest impediri. nam crebrę mutationes in vita fieri possunt. Fieri enim potest vt putatus faustus in iuuenta, in magnas aduersitates incidat. vt in heroicis carminibus de Priamo dicitur. sunt autem heroica carmina quae heroum gesta canunt vt aeneis virgiliana, rapsodia homerica. achilleis & Thebais Statij. Priamus primo numerosa prole parens, gloria, opibus, & Ilio vrbe pene inexpugnabili gloriosus fuit, sed cum temerario consilio pacem bello praetulisset misere occubuit. De morte Maro secundo aeneidos, vbi Pyrrhus eum interficiens ait.

Nunc morere, hęc dicens altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitq; comam lęua, dextraq; coruscum
Extulit: ac lateri capulo tenus abdidit ensem:
Hęc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit: Troiam incensam, & prolapsa videntem
Pergama: tot quondam populis, terrisq; superbum
Regnatorem Asię, iacet ingens littore truncus
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus:

In parua autem Asia regnabat. Asiatici cuncti hac tempestate assyriis obsecundauere. Nam maiorem &

minorem Asiam babylonica arma subegerũt: & cum ipse Priamus misere obierit eum felicem dicit nemo. Dubitatur quomodo est felicitas bonum humanum & diuinum, & quomodo est ita mutabile. Respondeo est opus humanum. vt latius expositum est: est etiam opus diuinum. deus enim quedam sine hominis ope confert: vt esse, viuere. quedam cum hominis cooperatione, vt felicitatem: sicut enim theologi ponunt, nullum opus potest a creatura produci deo non concurrente ope generali, & in bonis operibus auxilio peculiari. sic philosophi est sententia, q̃ dei cooperatio prerequirit ad opera eximia. Hoc ita ex Aristotelis litera est perspicuum vt qui id inficiatur eius literam tortuose exponat. Quãtum ad mutabilitatem, felicitas contemplatiua quam ipse egregie actiuę in decimo libro prefert, est immutabilis. non enim mutatur nisi felicis ignauia & socordia: nam licet interdum foede labatur, potest contritione mendarum resurgere, & fortius operari q̃ antea. Summum autem bonum vitae actiuę quae est ad alios, in opinione populi partim consistens, facilius variatur. In vera felicitate priscis in aliquibus contradixit: noluit in principio in omnibus, eis refragari, ne inopinabilia scribere videretur, & sic sua doctrina sperneretur: Pedetentim autem ad rectae felicitatis intelligentiam processit: quae humana via procurari valet. Fide autem nobis innotescit q̃ suauior verior & certior est beatitudo quam expectamus: quam nobis ab hoc exitu concedat, qui beatos in patria cęlesti secundum proportionem meritorum & facit & conseruat.

Tractatus.II. Cap.II.& Lib.I. Cap.X.

Foelix ante obitum nemo, Solonis sententia.



St ne igitur nec vllus hominum foelix q̃ diu viuit dicendus: sed Solonis sententia finem spectare oportet? Quod si & ita ponẽdum est: tum ne felix est cum e vita discesserit? an id absurdum est penitus nobis ipsis praesertim qui foelicitatem operationem quandam dicimus esse? Q; si mortuum foelicem non dicimus: neq; Solon id vult, sed tunc dici beatum hominem tuto posse: quia iam est extra omnia mala calamitatesq;. Habet quidẽ & hoc controuersiam quandam. Mortuo nanq; bonum & malum videtur aliquid esse: siquidem & viuenti: non autem sentienti: vt honores, infamia, & filiorum, posterorũq; omnium prosperitates, atq; aduersitates. Dubitationem autem & haec afferunt. Ei nanq; qui ad senectutem vsq; beate vixit: secundumq; rationẽ decessit: multas circa posteros accidere mutationes contingit: & alios ipsorum esse bonos, vitamq; consecutos esse pro dignitate, alios contra: cõstat autem & distantiis ad parentes, multis variisq; modis ipsos sese habere posse. Absurdum igitur est, si defunctus simul etiam mutaretur: & nunc foelix fieret, nunc miser. Absurdum est etiam, & minime nec aliquod ad tempus. posterorum ad parentes res pertinere. Sed redeundum est ad id quod prius est dubitatum Ex illo nãq; & id quod nunc quaeritur fortasse perspicietur. Si igitur finẽ spectare oporteat: & tunc beatum dicere quenq̃: non quia beatus tũc est, sed q̃ prius erat: quo pacto non est absurdum, si cum est foelix, non vere de ipso dicetur quod inest. Quia viuentes dicere beatos ob mutationes nolumus: & quia foelicitatem quidẽ stabile quiddam nulloq; modo facile mutabile esse putamus, fortunam autem in iisdem saepe reuolui: nam si fortunam sequamur, saepe numero foelicem ac miserum eundẽ dicemus: Chameleontem quendam ostendentes ipsum foelicem esse ac debiliter collocatum. An fortunam sequi nullo modo est rectum? Non est enim in ipsa bene vel male viuere situm: sed indiget humana vita ipsius vt diximus. Operationum autem eae quidem quae a virtute proficiscũtur, foelicitatis: eae vero quae sunt, contrariae: contrarii dominae sunt. Attestatur huic sententiae & id quod nunc dubitauimus. Etenim nullis in operibus humanis tãta est firmitas quãta est in operationibus iis quę a virtute proficiscuntur: hae nanq; stabiliores & scientiis ipsis esse videntur. Harum autem ipsarum, eae quae cęteris antecellunt maxime stabiles sunt, propterea q̃ in his ipsi beati, & maxime & continuatissime viuunt. Hoc enim simile est causae, vt ipsarum non fiat obliuio. Id igitur quod quęritur, competet ipsi foelici: & erit talis per vitam. Nam semper aut maxime ea aget & contemplabitur quae prodeunt a virtute: fortunãq; feret pulcherrime: & omni ex parte concinne ac aequabiliter: quippe qui vere bonus atq; quadratus est sine vituperatione. ¶Cum autem a fortuna multa eueniant, & magnitudine, paruitateq; differant, parua quidem siue sint secunda siue aduersa, constat non facere vitae momentum: grandia vero ac multa si secunda sint, beatiorem vitam efficiunt: quippe cum ad decorandum sint apta, & vsus ipsorum pulcher studiosusq; fiat. Sin aduersa, premunt laeduntq; vitam beatam: afferunt enim dolores & multas operationes impediunt: attamẽ & in iis ipsis perlucet ipsa honestas cum multas quispiam ac magnas aduersitates facile perfert: non ob insensibilitatem, sed quia generosus est atq; magnanimus. Quod si operationes do-

Defunctorũ foelicitas an mutetur.

Chameleon.

Operationes a virtute.

mine sunt, vt diximus, vitæ: nemo beatorum fuerit miser. Nunq̃ enim odiosum quicq̃ atq; improbum aget. Eum enim qui vere bonus atq; prudẽs est fortunã omnem decore perferre, pro facultateq; rerum semper res pulcherrimas agere, vt & ducem bonum præsentibus vti castris ad optime gerendum bellum: & bonum itẽ sutorem ex sibi datis pellibus pulcherrimum conficere calceum, cæterosq; omnes identidẽ artifices arbitramur: quæ cum ita sint, miser quidem nunq̃ fuerit ipse fœlix. Beatus tamen non erit, si in Priami calamitates inciderit, nec igitur varius facilisq; mutabilis erit: neq; enim fœlicitate facile aut a quibusuis, sed ab ingentibus & multis aduersitatibus dimouebitur: & ex talibus non in paruo sed in longo quodam perfectove tempore rursus fuerit fœlix, magnas in eo res præclarasq; nactus. Quid igitur obstat eum fœlicem dicere: qui per virtutem operatur perfectam: & bonis externis satis abundat: non quouis in tempore: sed in vita perfecta? An est addendum: & ita est victurus & secundum rationem moriturus: quippe cum futurum quidem incertum sit nobis: fœlicitatem autem finem, & omnino perfectam omni ex parte ponamus? Quod si ita sit, viuentium eos quibus ea quæ diximus & insunt & inerunt beatos dicemus, beatos autem homines. Sed de his quidem eousq; sit diffinitum.

Improbum non aget bonus.

Fœlix non est miser.

Est ne igitur. Istud est secundum caput huius tertij tractatus in quo duas dubitationes tangit. Prior est an quis potest dici felix dum viuit, & an quis potest dici felix post mortem. Occasionem istud inuestigandi ex dictis in fine capituli præcedentis accepit, vbi dicebatur, si quispiam in calamitates Priami incidat is non est felix. Posterior & quam secundo indagat, an amicorum viuentium infortunium & prosperitates in mortuos redundent. Quantum ad priorem dubitationem, perquirit an aliquis sit dicendus felix in vita. Dicit ergo in principio sic, Quæstio incidit an aliquis dum viuit dici potest felix, an iuxta Solonis atheniensis sententiam spectare oportet finem vitę. Hoc cõtrouersiam & dubitationem habet & potest bifariam intelligi. Vno modo q̃ quando est mortuus, est felix, quia positus extra mala. Secundo modo, quia tunc verum est dicere certitudinaliter iste est aut fuit felix. Hæc prior via est aliena a philosopho aut ponente felicitatem in humana operatione virtutis consistere: defunctus enim non operatur secundũ virtutẽ. dicitq; q̃ hunc modũ conuellere nõ opus est: quia id nõ voluit legislator Solon, sed secundo modo: quem modum sic oppugnat, mortuus non est positus extra mala, quia mortuo accidũt mala & inhonorationes, honores: infortunia, & fortunia amicorũ viuentium: nam viuenti etiam non sentiẽti hæc contingunt: sicut sępius in vita contingit mihi in gallia commoranti, sic in effectu arguit, homini viuenti licet non sentienti potest bonum vel malum contingere, proinde & mortuo: tenet consequentia, quia non est discrimẽ, nisi sicut differt nõ sentiens a sentiẽte, & per consequens si homo dũ viuit ob infortunia contingẽtia non potest dici felix: sequit̃ etiã ob talia contingentia post mortẽ non erit felix. Quæstionẽ prædictorũ occasione interponit, ad quã vtrinq; disputat. Potest enim fieri vt quispiã ad vitę periodũ probe vixerit fatisq; concesserit humanis, & magnã circa natos varietatẽ cõtingere. perspicuũ enim est filios lõga post intercapedine multifariam posse a parentum tramite & vita degredi: & absurdum est si felix modo miser modo felix fieret. quod tamen accideret si ipsum ponerent felicem. Post hęc ad alteram partem disputat inquiens. Absonum etiam videtur si posteriorum res parẽtibus non essent curę, pro aliquo saltem pusillo tempore. Hanc quæstionem obiter incidentem in sequenti capite absoluit, nunc vero eam relinquens ait. Sed redeũdum est ad id quod prius est dubitatum & ex hoc forte veritas elucebit. Porro & si exitũ expectare oportet & tunc dicere quenq̃ beatum, non q̃ tunc beatus sit, sed tunc recte dicimus iste fuit beatus, quomodo absurdum non videtur tunc cum est felix, nos non posse vere felicem appellare: hoc autem est absurdum, igitur dum viuit dici potest esse felix. Vult dicere q̃ absonum est dicere de aliquo q̃ fuerit felix, de quo nunq̃ præsentialiter verum erat dicere iste est felix: cum quælibet propositio de præterito vera prius habuit vnam de præsenti veram, vel habuisset si fortuna fuisset: cum in morte socratis, hoc est in primo instanti non esse eius verum est dicere socrates fuit felix, prius verum erat dicere Socrates est felix & hoc non nisi in vita, igitur. Sequitur. Quia viuentes. dicere hic remouet motiuum Solonis, quod fuit, contingit fortunas sępius circulariter moueri circa quempiam, qui nunc est locuples, nunc inops at felicitas est quoddam permanens & stabile. Probat, q̃ nemo est felix per respectum ad bona externa, quia bona & mala fortunæ sunt ſępicule variabilia instabilia & incerta: ergo si ex bonis externis felicitas dependeret, ipsa esset instabilis & variabilis instar comeleontis. Cameleon autem circa phasin amnem atq; in India crebriter gignitur, animal figura & magnitudine lacerti, tardi motus, ad cuiuslibet circũstantis colorem mutatur, & quia in paucis alijs id inuenitur eo mirabilius putatur: idem de cancro tradunt. aere pascitur, si Plinius est verus relator, quod & Ouidius sensit sic canens,

Id quoq; quod ventis animal nutritur, & aura,
Protinus assimulat tetigit quoscunq; colores.

Cæterum felicitas est bonum firmum & solidum. Nam est rationi dissentaneum felicitatem fortunam sequi, in qua probe aut improbe viuere non est situm q̃uis opus sit in humana vita bonis externis, sed respectu felicitatis ipsa sunt accidẽtaria, Secũdo, operationes secundũ virtutẽ dominę sunt felicitatis, & cõtra

tiae contrarii, hoc est contrariae operationes, sunt dominae miseriç(per dominam hic causalitatem & restrictam accipito) Eam ob rem fortuna non dominatur felicitati. Attestatur huic sententię & illud quod nunc ambigimus. Nulla est maior in rebus humanis constantia q̃ in operationibus quę ex virtute manant. Enimuero virtutes & earum operationes stabiliores ipsis scientijs esse videntur: & maxime eae quae caeteris antecellunt, hoc est felicitates. propterea q; in virtutum operationibus beati continuatissime & vigilissime viuunt. Et illud est causae quare minus illarum obliuio fiat: Recte igitur id quod queritur ipsi felici competit. Erit igitur felix fixus & inconcussus per vitam. Nam semper aut maxime ea aget & contemplabitur quae a virtute emergunt. Fortunam etiam pulcherrime feret: & ex omni parte concinnę, eleganter aut aequaliter(cum sit patiens)aequanimiter aduersa tolerabit, quoniam ipse est bonus atq; quadratus. Quod dupliciter exponendum venit. primo de quadrato geometrico, quod est corpus cubicum habens sex superficies quadratas. vt alea seu tessera(quidam taxillum alij adhuc ineptius decium vocant)quod corpus quoquouersum in altum proiectum semper super costam stabilem a tãta altitudine cadit. Solemus prouerbialiter dicere cum fors futura non potest homini male cõtingere, is non potest nisi super pedes cadere. Possunt istae sex superficies moraliter assignari. vt superficies suprema sit in lege superioris obsequendo superiori: superficies inferior q; est in lege inferiori. q; homo rationabiliter suis quibus praeest praecipiat. anterior superficies est opus futurum. posterior, opus praeteritum. dextera prosperitas siue potiora bona. De Christo enim dicimus, sedet ad dexteram patris. hoc est in potioribus bonis: & cadent a latere tuo mille, a dextris tuis decem millia. vbi per latus aduersa intelliguntur: per dextram prospera. Felix positus in medio non conscendit super se, non ambulat in mirabilibus super se, sed superioribus vbi ratio efflagitat patet. non praecipitanter irruit in sub se constitutos. sed humanitate in eos vtitur. non ante se improuide more stultorum temere aliquid tentat. prouidet futura ex praeteritis ex quorum collatione futura pręsagit. non a dextris frangitur, sed tunc cautius incedit, sciens aduersas calamitates sępius rebus lętis incidere. Non in sinistris frangitur, sed patientia more patientissimi Iob reluctatur. Secundo de quadrato arithmetico intelligitur: ponendo formulam quadratorum more Pythagorae.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Numerus quadratus ex ductu alicuius numeri in seipsum oritur. vt 4 16: quaternarius in se in effectu denarium continet qui est numerorum limes, amplius ascendendo sunt numerorũ multiplicationes. quaternarius seipso est quadratus. partes habet tria duo & vnum, quę quaternario simul cũ decem procreant.

Sequitur in litera. Cum autem a fortuna multa eueniant. dicit q; nulla fortuna transmutat felicem. Enucleatur sic, aut illa fortuna est exilis aut magna. si exigua. siua fuerit secunda siue aduersa apud felicem non est magni momenti, nec eius vitam variabit: si magna extiterit & prospera, felicitatem auget & non attenuat, vsus talis eufortunij studioso est perbellus: sin leua fuerit, licet beatum laedat & dolores afferat, & aliquas eius operationes impediat, attamen in iis ipsis ipsius honestas perlucet. Quia tales aduersitates felix leniter & inuicto perfert animo. Non est Aristoteles huiusce sententiae cum stoicis q; in studiosum aut felicem non cadat tristitia. non enim fert aequanimiter ob insensibilitatem more agrestis: sed quia est generosi & magni animi vir. Q; si operationes dominae sunt (vt retulimus) nullus felix facile fiet miser aut contra. Hoc duplici ratione roborat. Prima, operationes secundum virtutem sunt dominae felicitatis: & contrariae operationes miseriae, vt dictum est: sed operans secundum virtutem nunq̃ odiosum aut improbum aget. Secunda, vere bonus & sapiens fortunam omnem generose perferet: & pro rerum facultate optima aget. exemplum dat de principe militiae, qui castris optime vt bello conducunt vtitur, sic bonus sutor siue alutarius ex optimis datis pellibus q̃ optimum potest calceum conficit: sic vestiarius: hoc est vestium opifex, & ita vestium refector, & ita in alijs omnibus. Quae cum ita sint, miser quidem nunq̃ fuerit ipse felix. Patet, quia vnus actus felicitatis felicem non denominat, sed temporis longitudo: felix est homo heroicus. proinde a vitijs abhorret, quare miser non fiet: beatus tamen nõ erit si in Priami calamitates incidat: hoc est perfecte felix, & cum splendore, etiam iudicio populari, non propterea sequitur, non erit felix. Primo apud sapientes si aequanimitatem teneat plurimum laudabitur, & perfecte felix iudicabitur: vt Iob. opinione vulgarium in felicitate actiua Aristoteles autem accommodat, natura duce eius principia tenendo. Non cum eo responderem, sed dicerem Socratẽ, Iob, & viros alios

qui masculino pectore cruciatus tulerunt,& non fœmineo more eiularunt,fuisse perfecte felices,& sic bea-
tos. Sed medium ponerem inter felicem & miserum, non ponens more multorum, ꝙ Priamus ob dis-
fortunia fuisset non felix,etiam si inuicto mansisset animo. Sed sic dico ꝙ felix est vir heroicus in vita
perfecta:miser vitijs sordet : mediocris vir inter hos est intermedius. Sequitur. Igitur obstat eum felicem
dicere qui per virtutem operatur. Secundum virtutem emunctam & exactam & exteris bonis sufficien-
ter est locuples,non in quantolibet tempore scilicet minuto,sed in vita perfecta, hoc est longa, potissi-
mum circa exitum cum animam efflat. An alia cauda adiicienda est, ita victurus atq; consentanee su-
premum diem clausurus : loquitur de facilitate ciuili:quippe cum futuritio sit nobis anceps : & felicita-
tem omnifariam perfectam dicimus. quare cum hæc recta sint, quibus hæc nuperrime tacta insunt & fi-
naliter inerunt,beatos illos diximus,beatos inquam homines,hoc est dicemus eos felices humana sor-
te. Qui superiorem beatitudinis sortem inter nos expiscatur , inaniter laborat:quasi diceret non possi-
mus beatitudinem dei & supercælestium intelligentiarum adipisci:satis itaq; erit nobis posse venari bea-
titudinem,quam homines caduco corpore adipisci valent.

Dubitatur primo an virtutes sint permanentiores scientiis. Secundo an positio hæc Solonis sit susti- Dub.iiij.
nibilis. Nemo est beatus in vita. Tertio an quælibet propositio de preterito vera habuerit vnam de pre-
senti veram. Quarto an beatus aliquid mali patiatur.

¶ Ad primam dubitationem respondetur . ꝙ scientia habitus , sicut & quilibet habitus animi , non
corrumpitur nisi per applicationem contrarij,& fiat illud nunq̄ applicari:sic erit de habitu virtutis. Lo- Ad primum.
quitur enim de operatione & actu virtutis.quem dicit esse permanentiorem actu scientifico : quia enim
semper materia circa quam est virtus,felici occurrit & est bene habituatus:iugiter in actus virtutum exi-
bit:nunc inopibus stipem elargiendo,nunc frugaliter & caste viuendo,etiam inter dapes & fœminas, quia
bene habituatus est in multis virtutum obiectis:quare non succumbit. Non ita cōmuniter exit quis in
actum scientificum. Dixi cōmuniter.regens enim & docentis officium tenēs in geometria tota vita,vel in
grammatica,sępius in actus scientificos geometricos aut grammaticos exit q̄ iste probus in actus virtu-
tum. ¶ Ad secundam dubitationem potest dici ꝙ nemo est beatus in hac vita certitudinaliter. Ouidius Ad secundū.
enim Soloni tertio meta.subscribit inquiens.

Sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est:diciq; beatus
Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Hæc Solonis sententia partim Crœsum lydorum regem liberauit,Cyrumq; Maiorem cautiorem reddi-
dit. Crœsus enim opibus exuberans se omnium beatissimum falso prædicabat : & quum Solon in re-
gnum hospitaliter receptus circa thesauros eius ductus esset,petiit Crœsus,quem omnium felicissimum
censeret,& an quenq̄ ipso feliciorem nosset. Eo tempore Solon ab omni adulatione (vt philosophum de-
cet)sequestratus, Stellium Atheniensem beatum prædicat. deinde Cleoben Bythonemq; exiguæ fortunæ
homines faustissimos obiisse prodidit:& Crœsum ne priuatis quidem æquiparauit, asseruitq; neminem
ante vitæ exitum,dici debere beatum. Crœsus autem postea a Cyro Persarum imperatore victus & iam-
iamq; tradendus flammis , Solonis dictum expendens maximopere illud laudauit. Qua re quidem & ad
Cyrum delata Crœsum non exussit,humanam sortem miseratus, Solonisq; sententiam trutinauit.
Cui astipulatur Iuuenalis inquiens.

Et Crœsum quem vox iusti facunda Solonis
Respicere extremæ iussit spatia vltima vitę.

Eidem sententiæ alludit gregoriana sententia in homilia de confessore pontifice,qua dicitur, Lauda ergo
post periculum,prædica securum,lauda nauigantis felicitatem,sed cum peruenerit ad portum: lauda du-
cis virtutem cum perductus est ad triumphum. Sicut est de hac Socrates perseuerat:vel de hac Socrates
est martyr:tenendo ꝙ de ratione martyrij est mortem pro veritate , aut honesto opere subire . Tales
enim dependent ex propositionibus contingentibus de futuro: sic loquendo saluatur dictum Solonis,
nec oppositum probat philosophus,licet ipse probet hanc veram:In vita Socrates est felix, supposito ꝙ
belle obeat.illa de futuro est anceps,ob illud quod in posterum contingit.

¶ Ad tertium dubium dicitur,si deus in qualibet parte proportionali horæ præteritæ crearet vnum an- Ad tertium.
gelum,minoribus nos versus terminatis.iam in instante horam finiente,verum est dicere quilibet isto-
rum angelorum prius fuit. Etiam hæc est vera,primo quilibet istorum angelorum primo est. Similiter.
istæ sunt simul verę,Socrates homo fuit:Socrates homo est. In aliis autem prius ita est in re sicut per il-
lam de pręsenti significatur,ꝙ ita sit sicut per illam de præterito importatur.

¶ Ad quartam dubitationem respondetur ꝙ duplex est felicitas,quædam meritoria,de qua Matthęi.v. Ad quartum.
Christus loquitur , beati pauperes spiritu &c. Tales possunt aduersitates pati:propterea illic Christus di-
cit,beati qui lugent:beati qui persecutionem patiūtur. Et de tali beatitudine solum Philosophus loquitur.
Alia est beatitudo præmiatoria de qua theosophi loquūtur,quę nullam aduersitatem aut culpam admit-
tit,de hac dicit psalmographus regius. Beati qui habitant in domo tua domine:in secula seculorum lau-
dabunt te. Sed quia hæc modum Aristotelis transcendit,eam missam facio.

Dubitatur quinto,an vnus felix sit alio felicior. Respondetur affirmatiue theologice loquendo Ioan-
nis . xiiij. In domo patris mei mansiones multæ sunt:sic secundum Aristotelem vnus est altero præ- Dub.v.
stantior,licet vterq; sit felix. Responsio.

Tractatus.II. Cap.III.&. Lib.I. Cap.XI.



Ortunam autem posterorum amicorumq́ omnium nihil conferre, longe ab amicitiæ finibus discedere & opinionibus contrarium esse videtur. Cum vero multa sint ea quæ eueniunt, variasq́ differentias habeant, & alia magis alia minus conferant: in singula quidem ipsa diuidere prolixum & infinitum esse videtur. sat autem erit fortasse, si de his ipsis vniuersaliter, figuraq́ dicetur. Vt igitur aduersitatum earum quæ beatis eueniunt aliæ pondus aliquod momentumq́ habent ad vitam, aliæ sunt leuiores: sic sese habent & ea quæ circa amicos accidunt omnes. Viuentibus autem, an mortuis calamitas accidat, multo magis refert: q̄ res nefandę grauesq́ agantur: an in tragœdiis recitentur. Animaduertenda est igitur differentia hoc etiam pacto: immo vero considerandum forsitan est, si cuiuspiam boni vel mali participes sint defuncti. Videtur igitur etiam si quippiam ex his ad ipsos perueniat siue bonum siue contrarium, exile quid ac paruum, aut simpliciter aut illis esse: si quidem tantum ac tale vt neq́ beatos eos efficiat qui beati non sunt: neq́ beatitudinem auferat a beatis. Videntur igitur tam prosperitates q̄ aduersitates amicorum aliquid defunctis afferre: tale autem ac tantum, vt nec fœlices haud fœlices, nec aliud quicq̄ huiuscemodi faciat.

Fœlicitas nō mutatē defunctis.

FOrtunam autem posterorum. Istud est tertium caput huius tertij tractatus, siue vndecimū primi libri, quo monstratur quomodo posterorum amicorum fortunæ ad felices attineant. Cuius declaratio questionem capitulo præcedenti motam diluit. Caput est argutum & trifariam diuisum. Primo enucleat q̄ posterorum calamitates ad defunctos redundant. Secūdo q̄ non tamen eo modo quo ad superstites. Tertio q̄ non habent tantum momenti vt eos a felicitate in miseriam aut contra moueant. dicitq́ q̄ illa quæ sunt aliena ab officio amicitiæ, non sunt tribuenda felici: at dicere fortunas posterorum & amicorum nihil ad felices attinere, alienum videtur: proinde non est affirmandum q̄ talia nullo modo ad felicem pertineant. Esset præterea contra communem hominum opinationem: cum pleraq́ sint quæ eueniūt & varias differētias habeāt: alij enī sunt filij, alij pronepotes, alij abnepotes, alij trinepotes, aliqua magis aliqua vero minus conferūt: quæ in singularia deducere prolixū & tędiosum foret: sat est fortasse de his ipsis summatim nec nō rudi minerua dicere. Nuperrime denarrauimus si felix mutet, a magnis variatur. Prospera felicitatē augmētant, aduersa eam lædunt atterūtq́, nisi adfuerit patientia. Pusilla felicitatem minime variant. Pari modo diceremus de his ipsis quæ viu veniunt posteris amicis aut sodalibus ipsius felicis. ¶ Sequitur in litera. Sic sese habent & ea quæ circa amicos accidunt omnes, hoc est tam amicos viuos q̄ mortuos. Verum enimuero an sic circa mortuos & viuos contingunt, id multo plus refert q̄ in tragœdijs scelera vt iam patrata narrari, vel quasi nunc patrentur. Breui vult dicere, mala amicorum quæ recitantur superstitibus atq́ defunctis, plus differunt q̄ ea mala quæ patrantur & quę in tragœdiis acta recitantur. Porro dum aguntur oppido torquent tam agentes q̄ patientes. Paricidæ cor, ante opus, in opere, & post opus, ardet, & a spina pungitiua eius conscientia torquetur: interemptus vtcumq́ torquetur. Recitatio enim talium minus angit q̄ opus. Perinde acsi diceret. Nepotū aduersitates parum defunctos molestant, plurimum tamen viuos cruciant: & cum orthodoxa fide non parum cōuenit. Beati enim ob amicorum difortunia non tinguntur: immo forsitan, inquit, speculandum est verum defuncti sint prosperitatum & aduersitatum amicorum participes. Quasi diceret, proprium syntagma hæc indago expostulat. Postea concludens ait. Prosperitates atq́ aduersitates amicorum parum ad defunctos pertinēt, sic scilicet q̄ illorum statum mutare nequeūt. Achillis interitus Patroclo relatus eius statum variare non poterat.

Dubium.

HÆsitas quid sit tragœdia: & an mortui sciant illa quę hic tractantur natura duce. Apud priscos erāt tragœdiarum scriptores, qui gesta heroum infelicium memorabant. faustum enim principium, & sinistrum exitum tragœdia continet: illius tamen erat grandiloquus canente Nasone.

Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit. Diciturq́ a tragos græce q̄ est hircus Latine: cui applaudit carmen horatianum in Arte.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircū &c. Pleriq́ scriptorum ruri se continebant hirco pro præmio contenti. Quantū ad secundā partem dubij. Natura duce anima est immortalis, quæ in gratia & meritis decedens perenniter munere dei gaudet, calamitatibus posterorum non dolet. Peccatores aūt fæce lapsuum oppleti in tartarea regna perpetuo cruciandi descendunt. Suadetur. Pleriq́ vitæ immaculatæ a sæuis carnificibus atq́ tyrannis hic torquentur: & non omnes malefactores vtpote impune grassantes hic puniuntur: quamobrem alibi mulctantur vt Maro sexto æneidos philosophorum dogma sequutus hoc ipsum scribit. Istud est de lege naturæ, omnes adultos rationis capaces obligans, & signanter philosophantes ita assentiri astringit, qui noctes atq́ dies talium contemplationi vacabant, q̄ ita assentiri erant obnoxii. Patet ad hebręos vndecimo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Omnes generose philosophantes agminatim id tenuerunt, vt Thales, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles: Poetę etiam, Homerus Virgilius & Seneca: Homerus enī manifestat viuētum negocia defunctis esse curæ. Patroclum ad Achillem dicentem hoc modo introducens.

Num dormis oblite mei, nunc negligis orbum?

Luce modo viuam quem sic curaueris ante.
Me sepeli propere quo inferni Ditis Achille
Transfuchat ad portas amnis nam me eminus arcent.
Extincti populi secum tranare vetantes.
En vagor & frustra manes peto porrige dextram.
Imploro. Idem virgilius in sexto canit.

Idemq́ iuuenalis sentit: q̃uis innuat esse qui aliter credant, inter quos videtur & Cicero fuisse negans sepe supplicia defunctorum. Dicit itaq́ Iuuenalis satyra secunda.

Esse aliquos manes. & subterranea regna.
Et contum, & stigio ranas in gurgite nigras,
Atq́ vna transire vadum tot milia cymba
Nec pueri credunt nisi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius qd sentit & ambo
Scipiadę: quid Fabricius, manesq́ Camilli:
Quid Cremerę legio & cannis consumpta iuuentus
Tot bellatorum animę: quotiens hinc talis ad illos
Vmbra venit: cuperent lustrari &c.

Tractatus Tertii. Cap. I. Quod Lib. I. Cap. XII.

HIs autem determinatis: de felicitate consideremus. vtrum laudabile quiddam sit an potius honorabile. Constat enim potentiam non esse. omne autem laudabile ex eo laudari videtur, quia est affectum aliqua qualitate & aliquo modo sese habet ad aliquid: Iustum enim & fortem & bonum omnino virum: atq́ virtutem ob opera laudamus ac actiones: robustum etiã idoneumq́ ad cursum hominem & cęterorum quemq́ similiter laudam⁹, q̃ affectus est aliqua qualitate: & ad bonum aliquod studiosumq́ refertur. Id ita esse patet & ex deorum laudibus: nam cum ad nos referuntur: ridiculæ sane videntur. Quod quidem ex eo fit quia laudes (vt diximus) per relationem efficiuntur. Quod si laus talium est, constat optimorum non esse laudem: sed maius aliquid præstabiliusve: quemadmodum & videtur. Nam & deos beatos fœlicesq́ dicimus: & virorum etiam eos qui maxime sunt diuini: & rerum bonarum simili modo. Nemo nanq́ fœlicitatem laudat: vt iustitiam: sed vt diuinius quiddam præstabiliusve: rem dicit esse beatam. Videtur autem & Eudoxus recte voluptati primas defendisse partes: id enim (voluptatem inquam quæ quidem est bonum) non laudari: indicare putabat præstabiliorem ipsam esse rebus laudabilibus vniuersis. Talem autem deum & summum bonum esse dicebat. Ad hæc enim cætera vniuersa referri: etenim laus quidem virtutis est. Hac enim ad res honestas agendas idonei fiunt: commendationes autem operũ sunt simili modo: tam corporis q̃ etiam animæ. Verum hęc quidem exacte discutere: magis ad eos forsitan pertinet qui circa commendationes versantur. Nobis autem perspicuum ex iis quæ diximus fuerit: fœlicitatem ex iis esse quæ honorabilia sunt & perfecta. Videtur autem ex eo sic se habere quia principium est: cætera enim gratia eius agimus omnes: principium vero causamq́ bonorum honorabile quiddam & diuinum dicimus esse.

Eudoxus. Deus.

HIs autem determinatis. Hic quartum & nouissimum tractatum huius primi libri auspicatur: qui duobus capitibus completur. In priore capite tria facit. In prima parte proponit illud quod inuestigaturus est. In secunda parte monstrat felicitatem non esse laudabilem. In tertia eam esse honorabilem enucleat. Itaq́ primo quęrit An felicitas sit laudabilis & honorabilis. Et video plerosq́ multa verba inaniter hic effundentes. est enim solum verbalis difficultas: ea propter primum vocabulorum significantias ne de caprina lana fusius luctemur explicemus. Honor est quid sublimius q̃ laus secundum eum in litera. honor enim nõnunq̃ significat premium. vnde Vergilius ęnei. v. Ipsis precipue ductoribus addit honores. Interdum pro obseruantia & cultu sumitur vt apud eũdẽ. Semper honore meo, semper celebrabere donis. Vtraq́ acceptio cum litera quadrat. Laus vero, vt eo philosophus vocabulo vtitur, est ratione alterius, atq́ minoribus bonis attribuitur. sunt enim tria, in quorum vno quispiam felicitatem collocauerit, scilicet potentia, tum bona laudabilia, postremo bona honorabilia. Perspicuum autem est q̃ non in potẽtia, quia operatio non est potentia: at felicitas ex prenarratis est operatio: igitur. Preterea potentia & facultas nonnunq̃ ad malũ dirigũtur: felicitas nõnunq̃ non est bona: itaq́ nõ est de numero potẽtiarũ vel facultatũ. Nec est de numero laudabilium quod ostẽditur sic. Omne laudabile alterius gratia est laudabile: & omne qd laudaẽ ob aliquid aliud efferẽ, qa est aliqua qualitate affectũ, & aliquo modo se habet ad aliud hoc qa referẽ ad aliqd alid: hoc est dicere, ex eo aliqd ẽ laudabile, qa ex sua ꝓprietate est natũ se habere ad aliud

bonum præstantius atq; sublimius.at felicitas cum sit finis vltimus non laudatur ob aliud:igitur.Consequentia tenet cum minore.Et maior probatur dupliciter.primo inductione,& tam in corporis q̃ in animæ bonis id exemplis ostendit:Iustum enim & fortem & bonum omnino virum,atq; virtutem ob opera & actiones laudamus.quia referuntur ad bonum aliquod & studiosum.Hoc ponitur licet virtutibus nemo male vtitur.Cursus & fortitudo non habent bonitatem nisi pro quanto ad bonum ordinantur. Secundo probat hoc ipsum:quia si dij laudentur per comparationem ad nos.i.his laudibus quibus nos laudamur,potius videbuntur rideri q̃ laudari:quia quod est laus respectu vnius, est ridiculum respectu alterius.Infert corollarium inquiens.Constat optimorum non esse laudem,sed aliquod maius & dignius,quandoquidem deos felices dicimus,& virorum eos qui maxime diuini sunt similiter beatos appellamus : & eodem modo de bonis.Nemo enim felicitatem vt quid iustum laudat:sed vt honorabilius quiddam. Secunda ratio probatur auctoritate Eudoxi,aut a signo.Non probat paradoxum Eudoxi ponentis voluptatem esse summum bonum:sed consequenter loquendo,proprietatem summo bono scilicet honorabile, & non laudabile bene applicuit. Fuit Eudoxus Cnidius Architæ auditor,in mathematicis anxie eruditus: tenuis fortunæ,frugalis vitæ,Platoni singulari amicitia iunctus.Hunc commemorans Lucanus sub persona Iulii Cæsaris hoc modo cecinit.

Nec meus Eudoxi videtur fastibus annus.

Qui ponens voluptatem esse summum bonum ducebat ipsam non esse bonum laudabile : existimans eã esse bonum præstantius laudabilibus vniuersis:qualem deum & summum bonum esse dicebat:ad hæc autem cætera omnia referri,non autem hæc ad alia:laus tamen virtutis est,qua homines sunt idonei ad res honestas agendas.commendationes vero tam corporis q̃ animæ existunt , sed hoc exacte discutere magis ad oratores & poetas(qui circa laudationes versantur) q̃ ad nos attinet . Felicitas igitur nõ est laudabilis. Sequitur tertia pars.s.felicitas est honorabilis.Hoc ex alijs repudiatis & his quę diximus est perspicuum:& patet dupliciter.Felicitas enim aut est de numero laudabilium,aut potentiarum,aut honorabilium. non duo prima ex dictis:relinquitur igitur tertiũ.Secũda ratio.Principium & causa omnium bonorum est bonum honorabile & quid diuinum: sed felicitas est huiusmodi:igitur.Minor patet quia felicitas supremũ fastigiũ in hac mortali peregrinatione tenet.Causa finalis hic est principiũ:nã gratia illius cętera diriguntur, estq; primũ in intentione,omnes enim alias causas ad agendum disponit.Et finis dicitur,quia exequendo illius desiderium iam completur.Hinc Aristoteles ipsum in physicis causam causarum dicere assueuit.

Dub.ii. Dubitatur circa dicta primo,quia dicimus magnus dominus & laudabilis nimis. ¶Secundo dubita-
Ad prius. tur quid est potentia in proposito. ¶Respondetur ad priorem dubitationem ꝙ deus non est laudandus in significantia qua Aristoteles,capit.quã fusius in litera explanat.Illum in præsentia laudamus qui a cupiditatibus nõ vincitur, sed bene operatur,se perficiens,vt dignior efficiatur.Hoc deo minime conuenit.& si esset vocabulũ in latino ei appropriatũ difficultas esset nulla.Satis est ꝙ laudabile est quod effertur ob nobilius expetibile.Hoc enim modo deus non est laudabilis:laus tamẽ deo attribuitur, in alta significatione qua ecclesia vtitur.Et sic capiendo ab honorabili hauquaq̃ dispescitur.
Ad ii. Ad secundum dubium dicitur ꝙ potentia est nobis insita:de qua Aristoteles in prædicamento qualitatis memorat:& est naturalis potentia vel impotentia quã pro qualitatis secunda specie ponit.Item non inepte per potentiam habitum intelligere potes, quo facile possumus in actum exire.Aliter secundum Eustathium dicitur,ꝙ bonorum quædã sunt diuina,& illa sunt honorabilia:quædam sunt determinata ad bonum . vt virtutes & earum actus: quædã sunt indifferentia ad vtrumq; oppositorum,vt artes quæ dicuntur potentiæ operatiuæ.

Tractatus tertii. Cap.II.& Lib.I. Cap.XIII.


Vm autem fœlicitas animę quædam per virtutem perfectam sit operatio, de virtute consideremus oportet.Hoc enim pacto melius fortasse de fœlicitate etiam contemplabimur.Videtur autem & is qui vere ciuilis est circa hanc maxime elaborare:vult enim ipsos ciues bonos efficere legibusq; obtemperantes.Atq; horum exemplum legum latores tum Cretensium.tum lacedæmoniorum habemus & si qui alii tales fuere . Qz si hæc consideratio ciuilis est facultatis,constat inquisitionem hanc perinde vt ab initio proposuimus ac instituimus fore.De virtute autem humana considerandum est.Bonum enim humanũ ac fœlicitatem quærebamus humanam. Virtutem vero humanam dicimus non eã quæ corporis est:sed eam quæ animæ.& fœlicitatem enim operationem animę dicimus. Quæ cum
Ciuilis. ita sint:patet ipsum ciuilem aliqua ex parte de anima scire oportere: quemadmodũ & eum qui curaturus est oculos totumq; corpus:de ipsis scire oportet.Et eo magis:quo facultas ciuilis honorabilior est atq; præstabilior medicina.Elegantes etiam medici multa plane cir-
Ciuilis præstat medico. ca cognitionem corporis tractant:& ciuilis igitur ipse de anima contempletur oportet.horum autem gratia & quo ad satis est ad ea quæ hic quæruntur:nam vlterius exactiusve cõsiderare:maius est opus difficiliusve fortasse q̃ ea quæ proponuntur.Dicuntur autem & in externis sermonibus aliqua de ipsa sufficienter:& vtendum est ipsis.Vt partium eius aliam rationem vacare : aliam rationem habere:atq; nihil in præsenti refert distinctæ sint hæ perinde atq; corporis partes & omne partibile:an ratione quidem sint duæ, re vero seiungi nõ

possint:vt in circunferentia sese habent concauum & conuexum. Partis autem ratione vacantis alia quidem communis est & vegetatiua. Loquor autem de ea quæ causa est: vt id quod ipsam habet nutriatur incrementaq; suscipiat:talem enim animæ potentiã in vniuersis quæ nutriuntur quispiam posuerit,& in foetibus,& hanc eandem etiam in perfectis. Est enim magis consonum rationi hanc eandem q̃ aliquam aliam ponere. Huius igitur virtus communis quædam & non humana videtur. Nam hæc pars & potentia in somnis videtur maxime operari. Bonus autem & malus minime in somno discernitur. Quapropter inquiunt a miseris foelices in dimidio vitę nihil differre. Hoc autem recte accidit. Somnus enim ocium est animæ tam studiosę q̃ viciosę:nisi parumper motuum perueniant aliqui:atq; ita modestorum meliora:q̃ quorumuis visa fiant. Sed de his quidem hactenus.& nutriendi potentia,cum expers sit humanæ virtutis,omittenda est. Videtur autem & alia quædam esse natura animæ vacans ratione aliqua,tamen ex parte particeps rationis. Continentis enim & incontinentis rationem, idq; animæ quod rationem habet,laudare solemus. Recte namq; & ad optimas res inuitat. In ipsis autem & aliud quid præter rationem inesse videtur:quod quidem repugnat resistitq; rationi. Nam vt dissolutę corporis partes si ad dexteram eas mouere velis, in sinistram feruntur:sic plane fit & in anima. ad contraria enim incõtinentium appetitiones feruntur. verum in corporibus quidem cernimus ea quæ ad contrariam partem feruntur:in anima vero non cernimus. Fortasse autem non minus & in anima putandum est esse aliquid præter rationem,quod huic aduersatur,& obuiat:dicere vero quo modo est diuersum nihil refert. Videtur autem & hoc rationis (vti diximus) particeps esse. Paret enim in ipso continente rationi,& in temperante ac forti magis forsitan eidem obtemperat: omnia enim in illis sunt consona rationi. Pars igitur animæ ratione vacans,duplex esse videtur. Vegetatiua namq; nullo modo rationis est particeps:sed cupiendi vis,& omnino appetendi,rationis est quodammodo particeps,ea ratione qua obedit ipsi atq; obtemperat,sic & patris & amicorum,& non vt rerum mathematicarum: dicimus rationem habere,hanc autem partem ratione vacantem rationi obtemperare:admonitiones & increpationes & cohortationes etiam indicant. Q; si oporteat hanc quoq; partem dicere rationem habere:duplex & ea pars erit quæ rationem habet,& vna quidem proprie & in seipsa:altera vero,vt is qui obtemperat patri. Diuiditur autem & virtus hac differentia. Virtutum enim alias intellectiuas,alias morales dicimus esse:sapientiam quidem & prudentiam & sagacitatem intellectiuas:liberalitatem autem & temperantiam,morales. Nam cum de moribus cuiuspiam loquimur:non sapientem illum aut sagacem, sed mitem aut temperantem dicimus esse. Laudamus autem & sapientem ob habitum,ac habituum eos qui laudabiles sunt, virtutes appellare solemus.

Rationi obsistens in homine.

Vegetatiua.

Virtutis diuisio.

CVm autem. In hoc capite Aristoteles de virtute loquitur:& eam in moralem & intellectualẽ scindit:rationi posterior,appetitui prior attribuitur. Et gratia illius de anima & eius partibus nonnihil loquitur. Itaq; ait de virtute loqui incumbit. Probatio,felicitatem dicimus virtutis operationem,ergo si virtutem nouerimus melius felicitatem cognoscemus:perinde acsi sic diceret. Si ad hanc scientiam de felicitate considerare spectat,ad eam de virtute loqui conuenit:sed ad hanc scientiam attinet de felicitate loqui,igitur. Maior patet. Quia non cognoscitur diffinitum nisi cognoscatur eius diffinitio. Secundo, Ciuilis maxime circa virtutem insudat, proinde ad hanc scientiam spectat de virtute loqui. Consequentia tenet,quia hæc scientia est ciuilis vel ad ciuilem ordinata. Sæpius enim moralem philosophiam ciuilem facultatem appellat. Vult enim ciuilis facultas ciues efficere probos & legibus obsecundantes. Nobis exemplo sunt Cretensium & Lacedæmoniorum legũlatores, qui tales fuere. Cretensibus Minos,& Lacedæmonijs Lycurgus leges dedit. Fuit & Solon salaminius Atheniensibus legislator. Sub rudi minerua hoc etiam,venabimur perinde vt ab initio proposuimus.

¶ Sequitur in litera. De virtute autem humana. Vult dicere in hac arte solum determinãdum esse de virtute humana,quia hic solum quęrimus bonum humanum & humanam felicitatem,deorũ enim felicitatem non exploramus. Præterea in hac arte determinandũ est de virtute humana quæ est animæ,non autem corporis. Plerīq; sunt neruoso corpore & deiecti animi,& plerīq; debiles corpore animo fortissimi. vt martyres in suprema senecta pro fide interempti. Quia vero in bonis animę consistit felicitas,ideo corollarie sequitur q; moralis disciplinæ studiosus de anima considerare habet:nãq; curaturus oculũ,etiam integrũ corpus eo modo cognoscere debet. acsi diceret,sicut se habet medicus ad corpus & partes eius,ita moralis ad animã:& tãto magis,quãto ciuilis facultas medicina est præstabilior. Elegantes etiã medici multa circa corporis agnitionẽ tractãt.ac nõ ẽquũ est. Propterea moralẽ

virū aiam negligere. Ad eandē scientiā de subiecto & eius accidēte spectat cōsiderare. Propterea medi-
cus qui scientiā corporis humani curat, corpus humanum cognoscere laborat: verū hactenus aiam co
gnoscere sufficit, q̄tenus satis fuerit ad ea q̄ hic q̄rimus: Nā fusius & exactius hoc cōsiderare ipręsentia-
rū onerosius esset q̄ hoc institutū exigat. In externis sermōibus, hoc est in libris de aia, locuplet⁹ sup
hoc loquuti sumus, q libri sunt externi ad hāc artē. forte modū ita loquēdi ab Aristotele mutuati sūt
canonistę antiq, cū eñ ex legibus aut extra canones quicq̄ allegāt, dicere solēt extra. Partiū aię q̄dam
p̄rsus est irrationalis, q̄. s. pœnit⁹ ratiōe vacat: alia rationē habet. Et hic nō est discutiendū an ptes illę
re ipsa distinctę sint, quēadmodum corporis, & cuiuslibet diuisibilis ptis, an sint sola rōne duę. quēad-
modū circūferētia ratiōe duo est, cōuexū & cōcauū. Hoc ob Platonē ponit. siq̄dē ipse Plato potētias aiæ
subiecto distinguit, irā in corde, cōcupiscibile in hepate ponēs, vt Tulli⁹ in Tusculanis p̄dit. Elegātius
loq̄tur philosophus. Nā reipsa potētię aię cū aia cōspirāt, vt ascēsus & descēsus in scala. vel sicut cōue-
xum & cōcauū in circulo, imaginare lineā latitudinis & crassitudinis exptē. Seq̄. ¶ Partis aūt aię ra-
tione vacātis alia quidē potētia cōis est, vt vegetatiua: cōuenit eñ plantis, embrioni & hoi. Voco eā ve-
getatiuā q̄ est causa nutritionis & augmētatiōis, cū aialia crescāt. Nihil eñ pfectionū in aialibus pfectis
est negandū, earū q̄ in impfectis ponūt. Est etiā magis cōsonū rōni hāc eandē vegetatiuā q̄ aliquā aliā
ponere. Vbicūq3 eñ aia rōnalis ponit, illic sensitiua & vegetatiua ponit: & aialia pfecta signāter crescere
videmus, ergo citius hāc aiam q̄ quācūq3 aliā in oib⁹ ponemus. Sequit. Huius igit virtus cōis. hoc est
virtus huius. s. vegetatiuę est cōis & nō hūana, hoc est nō est homini p̄pria. Hoc pbat, quia talis virt⁹
aię reperit in embrionibus & in aialib⁹ impfectis, & in oibus q̄ nutriunt, ergo illa assimilat virtuti cōi
& plātatiuę. Secūda ratio est. Hæc pars irrationalis maxime in somnis opat: expimur eñ digestiuā bñ
suā opationē in somno exercuisse, pinde eodē modo exercet nutritiua: sed bon⁹ & malus p somnū nō
cognoscunt, igit. Quapropter inquiūt felices a miseris nihil in dimidio vitę distare, hoc est tpe somni,
quo aliq in media vita vtūt. Secūdo sic Dormiēs aliquos actus vitę exercet, vt dictū est, & etiā p phā-
tasiā tunc opatur, nō enim habet actus liberos, nec actus sensuū exteriorū, ergo tēpus somni est tēpus
dimidiatę vitę, quia somnus est quies sensuū interiorū & intellectus. Nec id irrationabiliter ponit, nā
somnus est q̄dā ociositas aię tā studiosę q̄ vitiosę, nisi parūper motiuū p̄ueniāt aliquādo, sed modesto-
rū visa p̄stātiora sunt q̄ reliquorū. Probus eñ de virtute & pbitate somniat, flagitia in somno incidē-
tia a bono habitu mox repellit, sed aliq̄bus vitijs inquinatus in illorū materia somniat: scđm illud
Catonis. Somnia ne cures &c. Et sæpe a corporis habitu eueniunt. Nam ad phlegmata lapsus, se sub-
mersum aut aquarum marginibus hærentem somniat, cholericus de bello, atra bili pcit⁹ de laruis
& atris visa habere solet. Etiam tempus anni, & influentiæ cœlestes, non parum momenti ad somnia
habere consueuerunt, aliquo enim tēpore anni nocturni somnij in crastino sumus immemores. ali-
quo autem somniorum sumus memoratiui. sed de his hactenus. Et nutriendi potētia cum humanæ
virtutis sit immunis, omittēda est. Sequitur in litera. Videtur autem & alia quędam esse natura ani-
mæ vacans ratione, aliqua tamen ex parte particeps rationis. Illa autem est sensitiua. Et tam in con-
tinente q̄ in incontinente rationē & animæ partem rationalem laudamus, nec ab re quidem. Nam
ratio ad optima semper hortatur & prouocat, tam autem continens q̄ incontinens habet rationem
stimulantem eum ad rectum, & retrahentem a malo: verum illi rationi, appetitus reluctatur. Conti-
nens autem illicitum motum surgentem cohibet, & nō vincitur, incontinens vero succumbit. Et in
ipsis eisdem est aliud quiddam quod rationi aduersatur & reluctatur. Perinde enim & sicut cum para-
lyticas resolutasq3 seu luxas corporis partes in dextram mouere optamus, reluctantur & feruntur in
leuam: sic plane est in anima incontinentis, appetitiones enim eius in aduersa rapiūtur. Verum hoc
interest q̄ in corporibus quæ ad partem oppositam mouentur, motus cernimus, in animo abstrusos
motus cernere non quimus. Fortasse autem non minus & in anima existimandum est, esse aliud præ
ter rationem, quod huic reluctatur, vt appetitus sensitiuus, aut intellectiuus. Comparatio est idonea
de incontinente & paralytico. Nempe sicut in corpore paralytico partes corporis non subduntur vir-
tuti motiuæ, quia dum quis vult eas ad vnam partem mouere, ex vehementia & motu morbi mouē
tur in aliam contra impetum motus & appetitus: sic q̄ inibi est quoddam duellum inter appetitum
intendentem mouere ad vnam partem, & impetum morbi mouentem ad contrariā. Sed dicere quo
pacto sit diuersum, p̄sentis curę & cōtēplatiōis nō est. Videt aūt & hoc ratiōis p̄ticeps esse vt patet i cō-
tinēte q rationi paret, & tēperāte atq3 forti magis q rōni obtēperat. Nā oia in illis sunt rōni cōsenta-
nea. Pars igit aię altera q̄ irrationalis est, hoc est q̄ vacat rōne duplex est, q̄dā est vegetatiua, nullo mo-
do rōnis p̄ticeps, vt dictū est: alia est vis cupiēdi & oino appetēdi nō hñs rōnē in se inquātū est hmōi.
verūtamē est quodā modo rōnis capax & rōni obedit, quēadmodū & patris & amicoꝝ rōnem hr̄e dicis-
mur, q̄n patri & amicis morē gerim⁹, & nō vt mathematicarū rerū dicimur hr̄e rōnē. Illę eñ hñt rō-
nē speculatiuā de agibilib⁹ nō dictantē, sed nos rōnē habem⁹ p̄ris iperātis, & amicoꝝ suadētiū, & dictā-
tiū, q̄d sit agēdū. Hāc eñ partē rōne vacantē rōni obtēpare admonitiōes ac increpatiōes & cohortatio-
nes indicāt. Admonitiōes sunt amicorū suasiōes, maiorū sunt increpatiōes, cohortatiōes sunt iferiorū.
Si hāc appetēdi partē dixerim⁹ hr̄e rōnē, duplex erit aię pars q̄ rōnē habet, vna p̄prie & in seipsa. s. in-
tellectus, altera vero in se nō g̃ra sui, vt q̄ obtēpat pinde atq3 fili⁹ p̄ri, vt appetitus. Posthæc q̄a partē i-
tellectiuā aię & appetitiuā posuit, incidētaliter de eoꝝ virtutib⁹ loq̄t. Virtutū aūt q̄dā est intellectualis:
vt sapiētia, prudētia, sagacitas: q̄ si intellect⁹ ab appetitu distingueret, ei & nō appetitui ihęrerēt. Alię sūt
morales q̄ sunt ipte rōnē audiēte. Habit⁹ itellect⁹ sūt laudabiles & pulchri. pinde sunt virtutes. Loquē-
tes de moribus non vocamus sapiētes aut intelligentes, sed mites aut liberales.

Dubia.viij.

¶Dubitat̃ primo quare virtutes appetitus dicant̃ morales & non intellectuales. Secũdo an virtus sit in anima vegetatiua,& argumentor ꝙ sic. In hac anima intellectiua est virtus humana, & hæc anima intellectiua est vegetatiua. Itaqꝫ in anima vegetatiua est virtus humana.

Argu.sextũ.

¶Tertio an appetitus sensitiuus rationi aduersetur & obedit eidem, sicut dicit philosophus. Et probo ꝙ non. Homo est minor mundus octauo physicorum: quamobrem assimilatur maiori mundo,sed in maiore mundo inferiora superioribus obtemperant. qua de re & in inferiori mundo.

¶Quarto dubitatur an virtutes sint ponendæ in appetitu sensitiuo, & quomodo generẽtur in ipso virtutes. ¶Quinto,an moralis philosophia medicinę præstat. ¶Sexto quare felicitas speculatiua in fine decimi Æthicorum post virtutum materiam ponitur,& felicitas politica in principio.

¶Septimo. An conuexum & concauum in perisphęria solum ratione distinguãt̃ sicut philosophus velle videt̃. In oppositum enim argumentor sic. Superficies conuexa cœli lunæ a superficie concaua loco & situ distinguitur,igit̃ &c. ¶Octauo an anima intellectiua sit in embrione.

Ad primũ.

¶Ad primam dubitationem respondet̃ ꝙ ratione earum homines dicunt̃ simpliciter boni, ratione autem intellectualium dicunt̃ solum boni cum addito, vt bonus logicus,bonus grammaticus, assuetudine ambę acquirunt̃,proinde morales a consuetudine non præcise dicuntur.

Ad secundũ.

¶Ad secundum dicit̃ ponendo vnã animã in homine, ꝙ in aĩa vegetatiua est virtus humana,propterea illam de virtute sermonis cõcedo. Aristoteles aũt loquit̃ perinde ac si illę aĩę re ipsa distinguant̃. Vel dic ꝙ virtutes non sunt in aĩa vegetatiua,ea ratione qua vegetatiua est: quia tunc cuilibet vegetatiuę inhęreret, quod est falsum (licet enim sit in facultate viri cibum potentię vegetatiuę applicare aut non applicare, tamen cum semel applicat̃ siue velit siue nolit dormiens aut vigilãs illa anima suas operationes exercebit) sed ea ratione qua est rationalis per essentiam,aut rationalis participatione est libera.

Ad tertium.

¶Ad tertium dicit̃ ꝙ sępius continens & incontinens in se inuenit rebellionem. intellectus enim syllogisat abstinendum esse ab hoc nobili scorto & formoso: sed facultate habita appetitus aduersat̃ & quęrit coniungi obiecto delectabili: quamobrem rationi interdum temere reluctat̃. primo politicę, voluntas & ratio principatu politico sensualitati dominat̃,& se habet respectu appetitus sensitiui sicut herus respectu subditi, quem tenere diligit,& cuius incõmodis compatit̃,& cuius delectationibus gratulat̃. In homine est rebellio & contraluctamen, vt in mercatore preciosas merces tempore naufragij in mare eijciente, merces familię vtiles diligit, & inclinatur eas conseruare per se: accidentarie tamen ob circunstantiam periculi, illas fortunæ applicare & eijcere inclinat̃. Itaqꝫ cum tristitia, & tędio nauium exonerat. Idem vides in cane fame confecto ante quem carnes proijcis, mota enĩ cauda ad illarum assecutionem tendit, verũ te in manu tenente baculum super eius caput, quo solitus es eum ferire, renitit̃,& sic quasi distrahit̃,& a fortiore motiuo vincit̃. Ita sensus per se delectabile ipsi aspicit,& ad fugam gratia imperij superioris potentię inclinat̃. Certe si domina voluntas oppositũ efficaciter velit appetitũ sensitiuum parere necessum est,& si appetitus non sit virtutibus fultus, cum tedio & difficultate a per se delectabili abstinet. Si enim solida virtute ornet̃ cum voluptate rationi obsecũdat. Tantę efficacię aut maioris est virtus trahendo ad bonum, quantæ conatus appetitus ad malum impellens, dixi aut maioris, quia ipsa virtus potest esse pusilla, mediocris ingensve subiectum ad probitatem promptificans. Ab adami preuaricatione hoc ciuile bellũ in nobis insitũ est, si enĩ ipse opifici deo suo & creatori obediuisset, originalis iustitia illũ regulasset, ita ꝙ caro siue lex mẽbrorũ, spiritui nõ insultasset. Nẽpe appetitus noster suapte natura obstinate atqꝫ irreuocabiliter (quãtũ est ex pte ei⁹) triste fugit & voluptates q̃rit, nunq̃ seipsum a delectatione reuocat, quẽadmodũ bos famescẽs in plaustro caput in lætum gramẽ intorquet, verum a bubulci stimulo punctus a graminis esu reuocat̃. Et quẽadmodum nouẽ sphęre inferiores a decima (quę est primum mobile) ab ortu ad occasum quotidie rapiunt̃: sit lex membrorum per rationem a malo reuocat̃, licet in principio a recto refugiat, assuefactione ad bonum promptificatur, cum ex continenti fit temperatus in gradu.

Argu.iij.

¶Contra hoc argumentor primo sic. Parere,& aduersari rationi sunt contraria, igit̃ non cõueniunt eidẽ. Secũdo sic. Appetitus non est capax rõnis: proinde nõ obtẽperat rationi. antecedẽs patet, quia opposito dato appetitus syllogisaret & ratiocinaret̃: quod non est dicendũ. Tertio sic. Sensus exterior nõ parer rationi, quia nõ est in potestate nostra magis clare vel minus clare videre quãtumcunqꝫ id ratio pcipiat: qua de re eodem mõ, nec appetitus sensitiuus rationi obsecũdabit, conuenienti similitudine.

Ad primũ. Ad secundũ.

¶Ad primum dicit̃ ꝙ non conueniunt eidem, eodem tempore. ¶Ad secundum dicit̃ ꝙ licet appetitus sensitiuus nõ est capax ratiõis intrinsice, põt tamẽ rationẽ audire,& sic est capax rationis.

Ad tertium.

¶Ad tertium dicitur ꝙ sensus exterior obedit rationi quantum ad exercitium actus. dictãte enim ratione possum videre aut non videre, non tamen quãtum ad determinationem actus, quia ita intẽse & clare videt sicut potest, stante pręsentia obiecti & medio disposito.

Quar.argu.

¶Quarto argumentor sic. Si appetitus est capax rationis, quia rationi obedit, sequeretur ꝙ corpus ipsum esset rationis capax & participatiue liberum, ꝙ morales non concedunt.

Quintum.

¶Quinto sic, vel hoc intelligit̃ de appetitu intellectiuo tñ, aut sensitiuo & intellectiuo simul. Nõ primum, quia tunc semper esset rebellio in temperato sicut in continenti. Si de vtroqꝫ, contra hoc dicit̃ sic, tunc plures essent animæ partes rationis participes.

Ad quartũ argumentũ.

¶Ad quartum nego sequelam, appetitus enim sensitiuus potest rationem audire & ei reluctari, non autem corpus quoad motum, si habeat musculos neruos & spiritus ad motum sufficientes. Propterea primo politicę dicit philosophus ꝙ anima principatur corpori principatu despotico, & sensualitati principatu politico, modo in politia subiecti sępius superiori repugnant.

Ad quintũ argumentũ. Ad. vj. argu. Ad. iiij. dub.

¶ Ad quintum respondetur ꝙ intelligitur de vtroq; appetitu. ¶ Ad argumentum antepositum in dubitatione quod est sextũ. Respondetur ꝙ potest esse defectus ex parte materię, vel medij, ꝙ nõ semper in inferiori mundo superiori obediatur, sic hic. ¶ Ad quartum dubium respõdetur primo ꝙ est difficultas an idẽ sit appetit⁹ intellectiuus, & sensitiuus: & sane si ponerẽ aia intellectiua esse vterq; appetitus, hos habitus minime multiplicarẽ, sed appetitũ sensitiuũ aggregatũ ex organo & aia crediderĩ, & appetitum intellectiuum ipsam animam siue voluntatem. Intellectus qui est potẽtia cognitiua cũ sit alterius generis ab appetitu, habet actum alterius rationis latum in idem obiectum cum appetitu. Hoc pręsupposito, dico virtutes esse tam in appetitu sensitiuo q̃ intellectiuo. Nam in quacunq; potentia habituabili sunt actus, in eadem sunt habitus producibiles ab eis, sed in vtraq; potentia sunt actus. Insuper in omni potentia assuefactione ducibili circa aliquam materiam, ponendus est habitus. sed sic est de vtroq; appetitu igitur. Item speciatim de appetitu sensitiuo argumentor. Appetitus ille sępenumero rationi renititur, nam ad voluptates inconcessas inclinationem habet: in iuuenta enim delectatiões effrenes insequunẽ iuuenes, ea propter cum anxietate ratione parent: & hoc tam continẽs q̃ incontinens nouit. In studioso est tranquillitas, omnia enim rationi consonant: proinde aliquid ipsum promptificans bonum habet, quo vitiosus ipse vacat, & hoc nõ est nisi magnus habitus in appetitu sensitiuo inhærens, ipsum rationem versus trahens. Eodem modo de voluntate deducere possum. Ipsa enim est nata sensualitati condescendere, nisi virtutum flosculis ornetur ad rationem consentaneis. Itaq; par est tam in hoc q̃ in illo habitum studiosum collocare. Verum est tamen ꝙ appetitus intellectiuus potest habere suum actum, latum in aliquod obiectum, in quod non potest appetit⁹ sensitiuus habere: quia enim appetitus sensitiuus est extensus, non potest habere suum actum latum in obiectum spirituale, sed solum in sensatum. Sed de aliquo actu & habitu, appetitus sensitiui nulla est difficultas, circa cibum, potum, & illa quæ sunt appetitui sensitiuo conuenientia aut disconuenientia, quia potest habere actum potest habere habitum inclinantem eum conformiter ad inclinationẽ suam naturalẽ. Sed maior est difficultas quomodo ex imperio voluntatis, appetitus sensitiuus potest habere habitum contrarium suę inclinationi: quia naturaliter prosequitur obiectum sensatum conueniens, sicut bellua. Respondetur tamen ꝙ suscipit habitum conformiter ad appetitum intellectiuum, qui potest impellere appetitum sensitiuum & elicere actum conformem appetitui intellectiuo & rationi. Ipsumq; mouet sicut sphęra superior inferiorem. Tertio de anima. Et illud exemplo patet. Imprimitur enim quædam qualitas in membris quæ hominem non animaduertentem mouet: similiq; modo scdm Aristotelem intelligentia orbis motrix mediante voluntatis imperio & suo vigore motum producit in orbem, quo mobile perpetua vertigine mouetur, tenendo motum localem a mobili distingui. Certe non ambigitur quin voluntas potest virtute intranea habituari: quæ quidem virtus cooperatur cum voluntate ad impetum appetitus refrenãdum. Vnde solum extrinsece, hoc modo appetitus sensitiuus regularetur & non intrinsece per aliquid ei inhærens quod ipsum ad oppositũ ipellit, cui⁹ nos nec oppositũ dicim⁹, & ad illud manutenẽdũ insudam⁹. Et istud est volũtatẽ cęteras potẽtias mouere. Nec ãbigitur, quin potentias inferiores mouere potest, eis illarũ obiecta p̄sentando, a quibus per se mouentur. Hac autem via omnia in temperato erunt tranquilla, qui in morẽ continentis non agonisat, habitus magis appetitum sensitiuum aut æqualiter conformiter ad rationem prouocabit, q̃ erit impulsus sensualitatis in oppositum, & sic sine rebellione & murmure rationi & voluntati obsecundabit. Et verificabitur illud Geneseos. iiij. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Nec in continente id solum cum nausea, quia ad culpam nunq̃ necessitatur homo: sed in temperato illud fit cum harmonia: immo pecus ipsum timore verberum & mortis habituatur ne prodeat in obiectum secundum inclinationem naturalem. Testimonium affert, canis in popina alitus qui lepore viso ad lebetem perniciter cucurrit. Et ex illo patet solutio ad quartum.

Ad quintũ dubium. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ sic. Et patet aliter. Nam qualis est proportio animæ ad corpus, talis est proportio moralis philosophiæ ad medicinam, quia per obiecta, nobilitatem scientiæ nanciscuntur. Pręmo de anima. Verum moralis minus lucri & appreciatiõis apud vulgus q̃ medicus acquirit, quia vulgus corporis morbos & eius defectua, non autem animæ nouit, & magis circa corporis caduca æstuat q̃ circa animæ potissima bona ipsi incognita, sicut de theosophia & legibus contingit.

Ad sextum dubium. ¶ Ad sextam dubitationem respondetur ꝙ felicitas speculatiua est vera felicitas, quę sine virtutibus non acquiritur: propterea de ea post virtutum determinationem loquutus est. De felicitate tamẽ politica quæ non est vera felicitas, sed eius appellationem habens in principio vt homines ad virtutum culmina incenderet mentionem fecit.

Ad septimũ. ¶ Ad septimam dicitur, ponẽdo perisphęriam latitudinis & profunditatis expertem, linea enim nõ habet vnam illarum superficierum, sed eas imaginari oportet: & hoc pacto non distinguntur nisi ratione. Item exemplorum non requiritur veritas. Superficies conuexa & concaua cuiuscunq; realiter distinguntur.

Ad octauũ. ¶ Ad octauã dicit quidã ꝙ si nõ esset anima intellectiua in embrione, sed solum vegetatiua, & postea sensitiua, & demum intellectiua, tunc indiuiduum de specie in speciem migraret, quod est falsum. Sed prorsus hoc nihil valet, sed est inconsiderate dictum. Esset quidem aliud & aliud indiuiduum specie distinctum. Tamen quadragesimo die vt physici perhibent in fœtu est anima intellectiua, quæ in principio, operationes animæ intellectiuę non exercet, sed vegetatiuæ, pro quanto in materno vtero embrio coalescit.

¶ Hactenus de his quæ tractantur in Æthicorum libro primo.

SECVNDI LIBRI TRACTATVS PRIMI, CAPVT PRIMVM.



VM AVTEM VIRTVS SIT DVPLEX, intellectiua inquam atq; moralis: intellectiua quidem plurimum ex doctrina generationem habet, & incrementum. Quapropter experientia indiget, temporeq;. Moralis autem ex consuetudine comparatur. Vnde & nomē habuit tale. Ex quo patet nullam fieri virtutem morum in nobis natura. Nihil enim eorum quæ sunt natura, aliter assuescit: vt lapis, cui quidem natura competit ferri deorsum, nunq̄ assuescit ferri sursum, non si millies ipsum assuefaciendi causa, quispiam sursum proiiceret. Simili modo: nec ignis ferri deorsum: nec aliud quicq̄ aliter q̄ ipsi natura cōpetet assuescet. Neq; igitur natura: neq; præter naturam in nobis virtutes efficiuntur. Sed idonei quidem ad ipsas suscipiendas sumus natura. Suscipimus autem ipsas atq; perficimur per consuetudinem. Præterea eorum quæ in nobis fiunt natura, potentias prius accipimus, deinde reddimus operationes. Quod quidem in ipsis sensibus intueri licet. Non enim ex eo q᷑ vidimus vel audiuimus sæpe, sensus accepimus: sed contra, habētes vsi sumus: nō vsi accepimus. At virtutes accepimus operati prius, quemadmodum & in artibus. Quæ namq; postea q̄ didicerimus facere oportet, ea facientes discimus. Ædificatores etenim ædificantes: & cytharœdi pulsantes cytharam fiunt: pari modo iusta agentes iusti, & modesta modesti, fortiaq; fortes efficimur. Testatur hoc & id quod in ciuitatibus fieri solet. Legum namq; latores ipsos ciues assuefacientes bonos efficiunt. Atq; omnis quidem legumlatoris hæc est voluntas. Qui vero non bene id faciunt, peccant. Atq; hoc ipso respublica bona a mala republica differt. Insuper ex iisdem & per eadem, omnis virtus & ars similiter & fit & corrumpitur. Ex eo namq; quia pulsant cytharam, & boni & mali fiunt cytharœdi. simili ratione & ædificatores, & cæteri omnes. Nam ex eo q᷑ bene ædificant, boni: & ex eo q᷑ male, mali fiunt ædificatores & fabri. Quod nisi ita sese haberet, non esset opus docente, sed omnes boni fierent aut mali. Sic igitur & in virtutibus res sese habet. Agētes enim ea quæ sunt in commerciis hominum, alii iusti, alii iniusti fiunt. Agentes etiam ea quę sunt in terribilibus rebus timereq; assuescentes aut confidere, alii fortes, alii timidi fiunt. Idem & circa cupiditates & iras euenire videtur. Alii enim temperati ac mites fiunt: alii intemperati ac iracundi: ex eo plane, q᷑ hoc in ipsis aut hoc modo versantur. Atq; (vt breuiter dicā) omnes habitus ex operationibus similibus fiunt. Quapropter tales quasdam operationes reddere oportet. Ipsarum namq; differentias habitus ipsi sequuntur. Non igitur parum, sed plurimum quin potius totum refert: sic, an non sic, homines ab adolescentia consuescant.

Moralis virtus. *Fabricando fabri fimus.* *Habitus ex operationib⁹ similibus fiunt.* *Consuetudinis vis.*



Vm autem virtus. ¶ In hoc secundo libro philosophus loquitur de virtute generatim. Et in tres tractatus diuiditur secundum tria principaliter in eo consideranda. In primo ostendit ex quibus & qualibus generatur virtus. In secundo quid est virtus. In tertio docet de virtutis & vitij oppositione. Dicit itaq; primo. Cum duplex sit virtus, videlicet intellectiua intellectum perficiēs, & moralis affectum illustrans, vt in calce primi dictum est: intellectiua vt plurimum ex doctrina generationem sui habet atq; augmentum. Dicit vt plurimum: interdum enim inuētione procuratur, sed illud est perrarum. A docente enim vulgo acquiritur: proinde experientia & temporis internallo indiget. Moralis autem ex assuetudine comparatur, vnde & nomen habet tale, scilicet a moribus. Aliæ translationes dicunt: vnde nomen habet parumper a more declinans: & Argyropilus & alij parum in hoc discrepant. Infert corollarium tale, Nulla virtus moralis inest nobis a natura: probatur. Nam omnis virtus moralis ex consuetudine comparatur, sic q᷑ possumus eam acquirere vel eius oppositum, sed illud quod est a natura non est huiusmodi, igitur. Vel sic, Virtus moralis non inest nobis a natura. Probatur. Nihil enim quod naturaliter nobis inest potest verti in oppositum, sed sumus ad opposita virtutum moralium & intellectualium flexibiles: igitur. Maiorē in litera declarat de lapide & alio graui sæpissime in altū proiecto, quod nunq̄ sursum mouebitur. Nec præter naturā hoc est cōtra naturā aut violēte habitus acqrūt, sumus eñ ad illos suscipiēdos natura pni & idonei, & cōsuetudine pficim⁹. Intēdit ph̃us nec virtutes iesse nobis a natura: nec iesse nobis violēte

& contra naturã. Scd̄o, cũ aliqua nobis natura assunt, prius potentias & postea opationes suscipimus. sed virtus moralis q̄ est potētia ad bñ opandũ non inest nobis prius q̄ opatio, qa ex opationib⁹ acqri tur. Maior patet exēplariter in sensibus. Non eñ qa videmus aut audimus frequēter, sensus accipim⁹, sed contra, qa sensus habemus illis vtimur. Videre eñ audire & alioq sentire sunt fines potētiarũ sen sitiuarũ. Sicut nõ viuimus vt comedamus, nec pacē habemus vt bellemus: sed contra comedimus vt viuamus, & bellamus vt deniq; bona reqe potiamur. Dicit itaq;. Nõ eñ ex eo q̄ vidimus vel audiui mus sępe, sensus accipimus, sed cõtra habētes sensus eis vsi sumus, hoc est habentes sensus vtimur eis, non vsi accipimus eos, hoc est nõ accipimus sensus vsu. At virtutes acqsitas accipim⁹, infusas aũt vir tutes cęlitus, vix dignouit philosophus. Illas vero nostris opib⁹ nõ accipimus nisi meritorie, quēad modũ in artibus cõtingit. Nã in artibus postq̄ accepimus q̄ facere oportet ea faciendo addiscimus. vt ędificando ędificatores efficimur, & citharã pulsando citharœdi. Vetus est diuērbiũ. Fabricãdo fabri fi mus, qd̄ ex hac lĩa originē traxit. Pari modo iusta agētes iusti, & modesta modesti, & faciētes fortia for tes efficimur. Hoc p legũlatores declarat, q̄ pborũ opum assuefactione ciues bonos reddũt. Hæc eñ est cuiuslibet legũlatoris volũtas, si eñ secus fecerint peccent. Non aliã ob rē ad p̄ceptores scholastici in ętate tenella mittunł, & licet non mereanł, quodãmodo cũ renisu bona faciētes, bñ tñ habituanł, & ad bene opandũ sunt ꝓpensiores. Et p hoc republica bona a mala seiungił, qa in mala republica mores negligunt, in bona vero malos pœnis afficiunt, vt cæteri timeant. Bonos ad virtutes vt cæteri animē tur promouēt, non sic aũt in mala republica. ¶ Seqtur, Insuper ex iisdem & per eadē ois virtus & ars similiter & fit & corrũpił. Quia visum est p quid virtus moralis generel, quia p bonas opationes, vult nunc ostendere p quid virtus corrumpał. scilicet p malas operationes, & per consequēs est ab eis rece dendũ, cũ vltra peccata q̄ deũ irritãt, virtutes euertant. Dicit ergo per easdē opationes non numero, sed contrario modo factas generatur virtus & corrumpił, sed virtus moralis per bonas operationes (vt dictum est) generatur, ergo per malas operationes corrumpił. Maior patet per similitudinem in artibus. Nempe ex frequēti citharæ pulsu prompti fiunt citharœdi. simili modo ędificatores, & cęte ri artifices. Nam ex eo q̄ bene ędificant, boni: & ex eo q̄ perperam ędificant, mali fiunt ędificatores, & fabri: si vero ita res sese non haberet, non opus esset docente, sed omnes boni fierent aut mali etiam in sensu disiunctiuo, sic erit in virtute. Nam & agentes ea quę in hominũ cõmercijs sunt iusti aut in iusti euadimus. sic circa discrimina & in terribilibus rebus assueti timere, timidi, & consueti confidere fortes euadunt. Idē circa cupiditates hoc est concupiscētias & iras euenit. Alij eñ circa cupiditates tē perãter viuētes, tēperãtes fiũt, & irascēdo solũ qñ ratio efflagitat hoies fiũt faciles & mites: & p actus op positos intēperãtes, & iracũdi euadũt, ex eo plane, hoc est qa opanł hoc modo aut illo in actibus. Hoc est bñ vel male. Atq; vt breuiter dicã, hoc est paucis cõpręhēdã, vel vt paucis qd̄ dicere cœpi absoluał. Ois habitus ex sĩlibus opationib⁹ gignił. ¶ Sequił breue documentũ haud spernēdũ. Quapropter ta les quasdã opationes facere oportet: hoc est quales actus facimus tales habitus naturaliter sequuntur. Operationum enim differentias habitus sequuntur. Corollarium. Non parum igitur, sed plurimum quin totum potius refert sic ne hoc est probe, an non sic. i. improbe homines a pueritia cõsuescere. Lu douicus francorũ rex sanctissimus a religiosis viris p̄dicatorij ordinis & minoritis sanctę institut⁹ ta lis euasit: & Alexãder macedo vt plerisq; placere viden, a tumido p̄ceptore institut⁹ supcilіosus euasit. Et ita est vbiq; qui improbos mores ab adolescētia imbiberint, ferme sunt incurabiles, dicēte ꝓpheta. Si mutare potest æthiops pellem suam & pardus varietatem suã: sic vos poteritis cũ malum ab ado lescentia didiceritis. quocirca delita est huius versiculi sentētia. Angelicus iuuenis, sathan senibus fit in annis. Cum nihil sit fructuosius q̄ a teneris annis defæcatos haurire mores, q habentē ad bñ ope rãdũ facilitãt. Quidã deliri p̄ceptores ꝓpter hũc versiculũ iuuenes bona indole p̄ditos a virtute ad vi tia auocant: ignorãtes quãtũ momēti obtineat ꝓba educatio ab vnguiculis teneris & primis annis.

Dubia. vj. ¶ Dubitatur circa hanc literam. Nam in brutis & in actibus intellectus, vt in sciētia & in intellectu, circa principia generantur habitus, & tamen naturaliter ista contingunt. Secũdo, generatio virtutis non est violenta, itaq; est naturalis. Tertio aliqui sunt naturaliter casti ab influxu cæli, aut a progeni toribus, alij econtrario.

¶ Secundo dubitatur, quomodo virtutes intellectuales indigeant experimento & longo tempore.

¶ Tertio dubitatur quomodo intelligitur hæc propositio virtus fit ex operationibus, quam circun stantiam dicit illic prępositio ex. ¶ Quarto hęres forsan a quo emanet ipsa operatio. ¶ Quinto an actus sit ex habitu, & eodem modo sicut habitus ex actu. ¶ Sexto ambigitur an ex eisdem actib⁹ se cundũ speciem specialissimam fiant virtutes & vitia. ¶ Ad primã dubitationē respondeł q̄ in agēte

Ad primum & ad ratiões. naturali non cognitiuo aut appetitiuo non generał habit⁹. Ratio habit⁹ ponił ob act⁹ prõptitudinē & facilitatē: sic q̄ hõ est ꝓnior ad actus elicitionē post habitũ q̄ prius, sed lapis in altũ ipulsus millies, eadē difficultate a terra erigił sicut a principio, in volũtate tñ & intellectu ponēdus est habitus, tñ re spectu principiorũ q̄ cõclusionũ. Et licet homo non possit propositioni p se notę dissentire, tñ prom ptius exit in actum assentiendi & crebrius q̄ ante actuum elicitionē, & hoc est habitus indicium.

¶ Ad primam rationem concedo q̄ bruta habitibus possunt assuefieri ad hos actus aut illos.

¶ Ad secũdã cõcedo antecedēs & cõsequēs q̄ est naturalis, capiēdo naturale vt distinguił cõtra violētũ, sed hoc mõ nõ capit philosoph⁹, sed illud est naturale in ꝓposito qd̄ nobis a natiuitate inest, vt Plato de sciētia dicebat. Naturale contra casuale, contra supernaturale, contra artificiale, distinguitur, sed illę acceptiones sunt nobis alienę. ¶ Ad tertiam rationem concedo aliquos ad virtutem aptos, aliquos vero ad vitia dispositos sine habitu vllo. Hoc a causis in argumento tactis originem capit.

¶ Ad secundam dubitationem respondetur, ꝙ experientia longo tempore eget, & experimẽto similiter multorum scibilium scientia. vt circa astronomiam & multa alia. Ad secũdũ

¶ Ad tertiam dubitationem respondetur ꝙ illic particula ex nõ dicit circunstantiam causę materialis. Quẽadmodum dicimus cultellum ex ferro fieri: nec circunstãtiam termini a quo solum, vt ex die fit nox, sed dicit circunstantiam causę efficientis. Actus generat habitum naturaliter, nec est in potestate hominis habere actum non habendo habitum, si actus ille sit habitus generatiuus. Qr actus generat habitum vult Aristoteles in litera expresse in capite sequenti, & ꝙ naturaliter habitus ab actu emergat expresse dicit in tertio, attamen notitia intuitiua non producit habitum. vbiqꝫ habitus inclinat in similes actus in specie specialissima actibus a quibus emanauit. Similiter actus voluntatis a notitia intuitiua dependens non producit habitum. vt delectatio beatifica. Quemadmodum notitia intuitiua remota obiecti presentia corrumpitur, sic actus voluntatis intuitiuus remota notitia intuitiua illius obiecti euanescit. Habitus autem sine concursu voluntatis, aut alterius potentię non producit actũ. Aliter ergo habitus ad actus ꝓductionẽ, aliter vero actꝰ ad habitꝰ causalitatẽ cõcurrit. Cõtra illud sic instaꝛ. Causa debet esse firmior effectu, sed opatio nõ est firmior habitu, igiꝛ. Scd͠o, habitꝰ ꝓducit actũ, ergo actꝰ nõ ꝓducit habitũ, tenet cõseqntia, qa inter causam & effectũ nũq̃ est circulatio. Ad priorẽ rõnẽ, nego añcedẽs. Ad scd͠am nego cõseqntiã. Solũ enĩ seqꝛ, ergo habitũ nõ ꝓducit, puta illũ habitũ q ipsam opationẽ ꝓducit. Ad tertium.

¶ Ad q̃rtã dubitationẽ rñdeꝛ ꝙ opatio volũtatis ab itellectꝰ actu & potẽtia ꝓduciꝛ, nõ.n. volũtas pure passiue se hꝫ respectu volũtatis quã theologi volitionẽ discrimis gr̃a appellãt. Opatio ituitiua potẽtię cognitiuę ab obiecto & potẽtia ꝓduciꝛ, & ituitiua ꝓducit notitiã abstractiuã, & illa ꝓducit habitũ. Ad quartũ.

¶ Ad q̃ntã dubitationẽ ptꝫ rñsio ex tã dictis. Ad quintũ.

¶ Ad sextã rñdeꝛ ꝙ idẽ actꝰ nũero põt esse actꝰ virtutis & vitii, & sic virtꝰ & vitiũ sũt eiusdẽ speciei i gñe naturę. hoc est entitatiue, nõ aũt in gñe moris. Sępiꝰ tñ virtꝰ & vitiũ differũt i gñe naturę, cũ crebriꝰ habeãt obiecta specie distincta. Ad sextum.

Tractatus.I. Lib.II. Cap.II.



Vm aũt presens tractatio nõ contẽplatiõis fit (vt cęterę) gratia, nõ enĩ vt sciamꝰ quidnã sit virtꝰ, sed vt efficiamur boni cõsideramus (nã nulla ipsiꝰ esset vtilitas) de actibꝰ quonam modo sint agẽdi cõsiderare necesse est. Hi nãqꝫ sunt auctores, vt tales qdã ipsi habitꝰ fiãt quẽadmodũ diximꝰ. Agere igiꝛ ratiõe recta cõmune est, & supponaꝛ: posterius aũt de ipso diceꝛ, & qd est ipsa recta ratio, & quõ ad cęteras sese habet virtutes. Illud aũt antea cõsiteamur oportet, omnẽ sermonẽ q est de rebꝰ agẽdis figura, & nõ exacte fieri debere. quẽadmodũ & ab initio diximꝰ, ratiões inquã vt materia postulat semp esse efflagitãdas. Actiões aũt & ea q̃ prosunt nullã hñt stabilitatẽ, quẽadmodũ neqꝫ salubria. Atqꝫ cũ talis sit sermo vniuersalis, multo minꝰ is sermo certitudinis habet, q de singularibꝰ est. Nã neqꝫ sub artẽ, neqꝫ sub ꝑceptionẽ vllã cadũt. Sed oportet ipsos agẽtes ea semp cõsiderare, q̃ ad tp̃s accõmodanꝛ: quẽadmodũ & in medicina fit, & in gubernãdi etiã arte. Verũ & si p̃sens sermo talis est vti diximus, enitendum est tamen opem ac auxilium ferre. Primum igitur hoc contemplemur oportet, res istius modi tales esse, vt ab exuperatione defectioneve corrumpantur: vt in viribus videmus, ac valetudine fieri. nam pro rebus obscuris, claris iudiciis vtamur oportet. Exuperatio nanqꝫ laborum defectioqꝫ vires corrumpunt. Similiter potus cibiqꝫ exuperantes atqꝫ deficientes valetudinem auferunt: moderati vero faciunt, augent, & conseruant. Sic igitur & in fortitudine ac temperantia, cæterisqꝫ virtutibus res sese habere videtur. Qui nanqꝫ cuncta fugit, atqꝫ formidat, neqꝫ quicq̃ subire perferreqꝫ patitur, is timidus fit. Qui nihil omnino timet, sed aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur. Simili modo qui voluptate omni potitur, nec excipit vllam, intemperans: qui cunctas fugit, perinde atqꝫ agrestes homines, insensatus euadit. Etenim tam temperantia q̃ fortitudo ab exuperatione quidem & defectu corrumpitur: a mediocritate autem conseruatur. At enim non solum ortus & accreationes corruptionesve ex eisdem & ab eisdem efficiuntur: sed & operationes in eisdem etiam erunt. Nam & in cæteris quæ sunt manifesta magis, res ita sese habere videtur, vt in viribus. Vires enim tam copia cibi q̃ multorum laborum tolerantia comparantur, & robustus ipse multum sumere cibum, & multos labores tolerare maxime potest. Sic fit & in virtutibus ipsis. Nam abstinendo a voluptatibus efficimur temperati, & facti iam temperati, maxime ab ipsis possumus abstinere. Idem & in fortitudine fit: & enim assuescendo formidolosas res paruipendere, subireqꝫ ipsas atqꝫ perferre, fortes euadimus, factiqꝫ fortes maxime res formidolosas poterimus ferre.

Timidus audax. Intemperans. Insensatus. Temperati quomodo fiant.

CVm autem. In priore capite philosophus ostendit virtutes nõ inesse nobis a natura, sed ab operationibus nostris: nunc consequenter ostensurus est speciatim quales sunt operationes ex quibus virtutes prodeunt. Et hoc caput trifariam scindit. In prima parte tria preambula ponit. In secunda parte monstrat quę operationes sunt virtutis generatiuę. In tertia ostendit qualium ope

rationum sunt productiuę virtutes. In principio sic infit. Cum autem præsens tractatio, siue negocium non contemplationis gratia suscipitur, vt pleraq; suscipiuntur alia. vti videre est in mathematicis & in scientijs speculatiuis, quæ veritatis sunt, non autem pietatis secundum Hieronymum. Non enim vt sciamus quid sit virtus, sed vt probi efficiamur, huiusmodi arti insudandum est. alioquin huius operis nulla erit vtilitas. Finis minus principalis est virtutis agnitio, illa autem non est negligenda. In sorbonicis actibus plerunq; de illo disceptant. Præcipuus autē finis est belle operari. Hæc ars ad hoc ordinatur vt bene beateq; vitam agamus. Postea subdit. Actus enim sunt authores hoc est causę effectiuę habituum. Quemadmodum autem in præcedenti capite & in libro primo significauimus, quales ipsi actus sint tales esse & habitus oportet. Conducit igitur ad parandas virtutes contemplari quales sunt operationes agendæ. Mirum est ergo de Ioanne Buridano & nonnullis hęsitantibus an actus sint habituum causæ, cum Aristoteles id in litera expresse dicat & possit illud per artem inueniendę causalitatis ostendi. Sequitur in litera. Agere igitur ratione recta &c. Vult dicere ꝙ commune est omnibus moralibus virtutibus, ex operationibus quæ ex recta ratione emergunt, nasci. De recta autem ratione posthac in sexto fusius loquendum est. hoc pro nunc supponatur, q̄uia omnis sermo de operabilibus humanis debeat sub rudi minerua tradi. (Propterea dat analogias more concionatoris in templo,) tamen tentandum est in hac arte de ipsis operationibus nonnihil dicere, vt auxilium his detur qui studiose degere gliscunt: dicitq; ꝙ vniuersus sermo de rebus agendis sub figura & non exacte fieri debet. Rationes enim secundum materiam subiectam (vt sępius libro primo diximus) sunt efflagitandę, actiones & ea quę prosunt non habent firmitatem, quemadmodum neq; salubria etiam in vniuersali, ergo a fortiori in particulari: quēadmodum singularia neq; sub artem neq; sub pręceptionem cadunt vllam. In talibus iubet Plato quiescere, teste Porphirio. Sæpius scimus indefinitam & vniuersalem cuius singulares ambigimus. Has enim non ambigo, homo est in area collegij montis acuti. & omnis homo in area est in area. Attamen singulares omnes dubitamus: sed necesse est operantes accommodate se temporis cursui, quēadmodum in medicina & gubernādi arte. hoc est nauigatione. Medicus aliter curat grauem annis, aliter iuuenem, etiam febre tertiana, cōtinua, aut quotidiana, laborantes. Aliter verno tempore, aliter in hyeme, & ęstu: sic in proposito, aliter tempore carę annonę & tpe fertilitatis viuimus. Cū iuuenibus aliter q̄ ætate prouectis est procedendū. Sequitur. Primum igitur hoc contemplemur oportet, vt excessus & defectus mores corrūpāt. vt in valetudine fieri videmus. Vult dicere ꝙ operationes medię inter excessum & defectum procreant virtutem. Hoc ipsum sic probat. Quæcūq; corrūpūtur a superabūdantia & defectu, illa generātur & seruantur a medijs inter defectū & superabūdātiam: sed virtutes morales corrumpūtur per excessum & defectum, itaq; generātur & seruātur ab operationibus medijs. Maiorē facilibus exēplis explicat. Nā fortitudo corporalis corrumpitur per excessum gymnasij & exercitij, & etiā ob defectū exercitij. Nā ob excessiuū laborem vires corporeę resoluūtur & attenuātur: & exercitationis pœnuria homines fiunt molles, & putridi humores in eis generātur. Similiter in cibi & potus redūdātia aut parcitate plures gula & crapula pereunt. Moderati cibi valetudinem faciūt augent & cōseruāt. Et qui in morbum cibi exuperantia incidit, opus est abstinentia, quæ sanitatem procreat paruā, postea eam auget. Alius enim est alio sanior, sicut alius est alio melior: & sanitatē moderatus cibus conseruat. Vt plurimū morbus per os sumit initium. Idem est in defectu: nam corporis vires a calore naturali resoluūtur, nisi p humidū cibale fiat restauratio, perit homo. Et quia probatio est ignotum per notius explicare: Aristoteles per corporalia nobis magis cognoscibilia animæ virtutes explanat. Qui nihil timet, sed in omnia præceps ruit, temerarius & audax efficitur. Et qui omnia formidat, sic timidus efficitur, vt soricis strepitū, & bubonis nocturnū sonū formidet. Et qui omni voluptate potitur & a nulla abstinet, is intēperās est. Et qui omne oblectamētum horret atq; refugit ad modū agrestium, insensibilis est. Quocirca fortitudo, temperantia, & quælibet virtus ab excessu & defectu corrumpitur, & a mediocritate seruatur.

¶ Sequitur tertia pars huius capitis principalis. At enim nō solum. In qua ait, nō solum ex medijs operationibus inter superabūdātiā & defectum virtutes generātur, & ex operationibus secūdū superabūdātiam & defectum corrumpūtur, sed etiam ex virtutibus genitis fiūt operationes cōmensuratæ & mediæ inter excessum & defectum. Hoc sic ostendit similitudine facta per habitus corporales tāq̄ magis notos. Sicut est in corporis virtutibus, ita est in animæ virtutibus: sed virtutes corporales pducūt tales operationes ex quibus producūtur: igitur. Maior tenet conueniēti similitudine: & minor declaratur sic, Fortitudo corporalis causatur ex hoc ꝙ aliquis sumit cibum sicut oportet: & ex hoc ꝙ quispiam in actibus fortitudinis sese exercet: & cū factus est robustus tum multum cibi sumere & multos labores tolerare potest. Et sic est in virtutibus ipsis: nam abstinēdo a voluptatibus tēperantes efficimur: & facti iam tēperātes maxime possumus ab his abstinere. Nō alia via in Thebaide Ægypti & in alijs plerisq; locis anachoritę se ad arctitudinē viuēdi redegerūt, & sensim magnam latitudinem ad paruam deduxerūt. Videmus enim aliquos multū bibentes aut comedentes non parum viuere dū modo exercitētur: & tūc assuetudine, eorū natura manducare & bibere est potēs. Si habituatus tenuiter comedere tantūdem consumeret, laboraret morbo. In animæ autē vitijs non minus percipimus. Difficile enim est petulanti iuueni superiorum præceptionibus arctam regulam seruare: sed cum aliquantulum a voluptatibus abstinuerit, abstinere non est difficile.

Dubitatur. DVbitatur primo, an ex vnica operatione, habitus qui est virtus, generari potest. Secūdo, an ex solis actibus elicitis siue imperatis potest virtus generari. Tertio, an actus habitū pręcedens & illum sequens specie distinguantur. Quarto dubitatur, an virtus per excessum &

defectū corripatur. ¶ Ad primā dubitationē respondetur, q̄ sunt qui illud negāt, sunt qui concedūt: sed strictim respondemus. si quis fuerit vnico vitio aut pluribus coinquinatus, opus est actuū repetitione ad hoc vt virtus generetur. Patet, quia nō prius virtus generatur q̄ vitium ei aduersum corrūpitur: sed illud actuū bonorū multiplicationē efflagitat: igitur. At loquēdo de virtute nō habente oppositum: dico q̄ ex vno actu etiam remisso generatur habitus qui est virtus. Patet, quia intēsus actus intensum habitū generat, qui est virtus: ergo pars actus partē virtutis generat. Praeterea vel primus actus nōnihil in potentia generat, vel nihil, sed tātū disponit: sicut guttę in lapidum cauatione. Non secūdū, Anima enim est disposita ad virtutis susceptionē: ergo primū: & illud est eiusdem speciei cum virtute, & erit pars virtutis. quare iā nō erit virtus. ¶ Ad secūdam dicitur q̄ sic: immo a solis actib⁹ elicitis a volūtate, intellectu, aut sensu elicitur virtus. Insuper quis potest habere actū boni circa aliquam materiā & nō exire in actum ob impedimētum. Ego reor me habere in crumena quā enodo stypem inopi daturus sacculū pecuniarū, & hoc efficaciter volo, & licet, quia sacculus abest nihil inopi daturus sim, tamē elicio actū dādi qui est bonus & nō minus meritorius q̄ actus dantis. paritate hinc inde seruata: cum actus exterior nihil boni, actui interiori superaddat: prout nunc supponitur. At si facultas adsit ex sola volūtate interiori sine exteriori nō generatur virtus. Si enim homo in actum exteriorē nō exit tempore praeceptionis, perperā agit: ergo tūc actus eius nō generat virtutē: possum tamen crebriter actū habere virtutis generatiuū sine exteriori actu: vt volo dare quando oportet: vel volo dare perendie a, licet non sequitur vnq̄ actus dandi ad extra: isti actus eliciti virtutes procreant.

Ad primā. Ad secundā.

¶ Ad tertiam dubitationem respondetur, q̄ aliqui effectus eiusdem speciei a causis specie distinctis emergunt, id est perspicuū de calore a sole & calore ab igne producto. In actibus animae distinctionē nō solum ab obiecto arguimus, verūetiā a causa effectrice: propterea sciētiam & opinionem eiusdem conclusionis specie differre dicimus. Et cum virtus habitus sit actus sequentis effectrix, operatio sequēs habitū ab alia causa proficiscitur q̄ prima operatio virtutis generatiua. Qui huic rationi vsquequaq; inniteretur. diceret cōsequēter, actū habitum antecedētē & illum sequētem specie differre. Sed cōtra hoc insultabimus. Quando actus successiue elicitur, si non separabis actus partem quę ab habitu non proficiscitur, aliam speciem in partibus habitus atq; actibus explorabis. Omnibus consideratis dicimus actum habitum sequentem & eius productiuum esse eiusdem speciei. Nec semper a causis specie distinctis habituum specie vnoca distinctio requiritur, in effectu, signanter quando est habitus qui est actus vestigium & director, ad omnino similem actum a quo emanauit inclinans.

Ad tertiam.

¶ Ad quartum dicimus affirmatiue, patet authoritate philosophi in litera.

¶ Ad partem negatiuam arguitur, eliciat Socrates a actum dandi plusq̄ oportet, postea b actum nō dandi quando oportet, hoc est ad vnum diem. eliciat vnum actum prodigalitatis, & postea actū illiberalitatis, & sic magno tempore alternatim, tunc sic quātū vna latitudo addit super ambitum medij, tantum alia congeries illiberalitatis subtrahit, ergo relinquunt medium in quo stat virtus. Et patet per simile. Sit latitudo medij pedalis, adde semipedale, postea medium pedem subtrahe, & sic consequēter semper tantum auferas quātum addis, semper habebis pedale. ¶ Respondetur q̄ latitudo medij non prouenit a dato sed ex modo dandi & dato. Patet exēplariter. Sint Socrates & Plato aeque opulenti, sit ita q̄ circunstantijs omnibus eisdem paribus det Socrates viginti toto hoc die liberaliter, det Plato totidem quibus nō oportet, non dando etiam multis quibus oportet, tantū dat Plato quātum Socrates, & Plato multis peccatis delinquit, ergo analogię non sunt ad propositum.

Ad quartū. In oppositū. Responsio.

Tract. I. Lib. II. Cap. III.



Tqui signum habituum sit oportet ea voluptas, quae ipsis actionibus aduenit, & idētidē dolor. Qui nāq; a corporis abstinet voluptatibus, si hoc ipso gaudet, temperās est: sin moleste fert, intemperans. Rursus qui pericula subit & gaudet, aut saltem non dolet, fortis: qui vero dolet, timidus est. Moralis nāq; virtus circa voluptates, doloresq; versatur. Ob voluptatem enim res improbas agimus: ob dolorem vero res posthabemus honestas. Quapropter homines ab ipsa statim adolescentia (vt inquit Plato) ita institutos esse oportet vt iis gaudeant, doleantq;: quibus gaudere dolereq; oportet: haec est enim educatio, ac eruditio recta. Praeterea si virtutes sunt circa actiones atq; effectus, omnem vero affectum & actionem omnem voluptas sequitur aut dolor: virtus ob idipsum etiam circa voluptates, doloresq; versatur. Indicant id ita esse & poenę: quippe cum per ipsas fiunt dolores: sunt enim medicamenta quaedam: medicamenta vero per cōtraria fiunt. Praeterea omnis habitus animi (vt & antea diximus) ad ea, & circa ea, naturam habet a quibus deterior meliorq; efficitur. At ob voluptates doloresve praui habitus fiunt: ex eo sane quia persequuntur homines atq; fugiunt aut quas & quos non oportet, aut cū non oportet, aut quemadmodū non oportet, aut quot modis aliis a ratione talia definiuntur. Quapropter & sunt qui diffinientes virtutes affectuum ipsas inquiunt esse vacuitates, tranquillitatesve quasdam: sed non recte, quia simpliciter dicunt, & non addunt vt oportet & quando oportet, & caetera quae adduntur. Vir-

Virtus delectat bonū bene operātē. Medicamēta per cōtraria fiunt. Praui habit⁹ quō fiant.

tus ergo talis supponitur circa voluptates atq; dolores,optimarũ esse rerum actiua. Vitiũ autem contrarium.Fuerit autem nobis de ipsis & ex his etiam manifestum.Nam cum tria sint ob quæ quispiam expetit,honestum,vtile,iucundum : & tria illis contraria ob quæ fugit, turpe,inutile,atq; molestum.Bonus quidem vir circa hæc omnia recte agit.Malus autẽ peccat,& maxime circa voluptatẽ.Hæc enim & cõmunis est animalibus,& oĩa quæ in expetitionem cadunt comitari videtur:quippe cum honestum & vtile videatur esse iucũdum. Prætetea cunctis vna cum hominibus ab ipsis incunabulis est enutrita.Quapropter arduũ est hũc affectum insitum vitæ extrudere. Iudicamus etiam & actiones ipsas alii magis alii minus,voluptate atq; dolore.Idcirco totum ipsum negocium circa hæc esse necesse est. Nõ enim parũ potest ad actus,bene aut male,gaudere aut dolere. Difficilius est etiam (vt Heraclito placet) voluptati repugnare q̃ iræ.At circa difficilius semper & ars fit & virtus. Id enim quod in hoc efficitur bene,præstabilius est. Quare propter hoc etiam circa voluptates doloresq; totum negocium est & ipsius virtutis, & ciuilis etiam facultatis. Qui nãq; bene his vtitur,bonus erit:qui vero male,malus.Dictum sit igitur virtutem circa voluptates doloresq; versari: & ex quibus fit ab iis ipsis augeri,& cum non eodem modo fiũt corrumpi, & circa illa etiam operari ex quibus est orta.

Voluptatis illecebræ.

Voluptati repugnare.

Ars & virtus circa difficile.

Atqui signum habituum.In hoc capite philosophus ex aliquorum opinione dicit virtutes circa voluptatem & dolorem versari obiectiue.Id autem mihi non arridet.Raræ enim sunt operationes in voluptates ac dolores obiectiue tendentes.Intendit hoc vnum in præsentia.indicium acquisiti habitus vel non acquisiti est voluptas vel dolor. Voluptas concomitans est efficax argumentum habitus iam geniti.Quando opera cum nausea & tędio eliciuntur,signum est nondum geniti in nobis habitus.sicq; primum ait. Signum virtutis acquisitę est delectatio & tristitia tam in bonis q̃ in malis habitibus.Probat hoc Aristoteles inductiue:quia q recedit ab oblectamẽtis corporalibus & in hoc delectatur,temperans est habitu:si in tristetur,intemperans habitu est.Et id rationis est: nam ante habitum genitum homo patitur difficultatem ad bene operandum ab intrinseco vel extrinseco. Sępe abstinere a formosa muliere & cibo delicato,oblata opportunitate, est difficile ob carnis impulsum nobis congenitum.Similiter conseruare actum iustitię ob metum est difficile,sed cum habitus est iam acquisitus,naturaliter mouet ad actum,& ad eum impellit. Habitus se habet ad modum naturæ,& si magnus extiterit,vna eius portio resistit sensualitatis impulsui,& reliqua pellit in actum licet homo non necessitetur.Cum ergo aliquis operatur circa materiam moralem,& in sua operatione delectatur,signum est virtutis acquisitę:& si tristatur,adhuc virtute vacat,saltem est in bona intentione quę hominem ad bonum propensum reddit. ¶ Aliter expono literam & forte clarius, dicitur q; voluptas identidẽ & dolor ipsas habituum comitantur operationes,& quales ipsi sunt habitus certum prębet indicium & significationem,vt qui iam experto habitu a corporalibus abstinet illecebris & illo gaudet,temperans est:si in vero ęgre fert,intemperãs est.Pari iure qui pericula suscipit & his ipsis gaudet aut saltẽ non dolet,fortis est:qui vero dolet,timidus est.Qui in magnis cruciatibus vulnerũ non gaudet,si non dolet, is dicendus est fortis. At dicis talis gaudet spiritualiter licet corporaliter doleat.Etiam dicitur ad fortitudinem sufficit neutro modo gaudere.satis est non dolere. ¶ Secunda pars principalis huius capitis quę dicit. Ob voluptatem enim res improbas.Hic probat propositum per rationes ex virtutis parte sumptas: hoc est ex habitudine delectationis & tristitiæ ad virtutem. Multiplici ratione hũc probat.Primo sic.Ob delectationes operamur mala. & ob tristitias res omittimus honestas:sed per prius contra præceptiones affirmatiuas,per posterius contra præcepta negatiua delinquimus.Infert corollarium,Quocirca homines a crepũdijs (vt inquit Plato) ita institutos esse conuenit,vt secũdũ rectam rationem gaudeant & doleant.Hæc est recta educatio,vt pro bene actis gaudeant,& pro vituperabilibus doleant. Secundo sic, Virtus moralis est circa actus & affectus quos passiones vulgo vocitant:sed omnem actum & affectum dolor aut voluptas cõcomitatur. Tertio sic, Omnis medicina per cõtraria nata est fieri: morbi enim sanãtur contarijs,calidæ febri medicina frigida,& languori frigido medicina calida applicatur in corpore: sic & in anima,qui delectationem in vitio cepit,opus est tristitia.Nam secũdũ mensuram delicti,fiet & plagarum modus. sed malis actibus adhibentur pœnæ a legũlatoribus tãq̃ cauteria & medicinæ:proinde huiuscemodi pœnæ sunt cõtrariæ ipsis actibus:& non nisi gratia delectationũ & tristitiarum ipsis actibus annexarũ:igitur. Quarto sic.Omnia habitus circa illa versatur.a quibus melior aut deterior efficitur:sed a voluptatibus & doloribus mali fiunt habitus prosequẽdo aut fugiẽdo oblectamenta & dolores quos nõ oportet, quãdo nõ oportet,aut nõ quemadmodum oportet (lubricus enim ob voluptatem est deterior, & probus ob oblectamen in actum bonũ incidens vti videmus efficitur melior) vel aliquo alio modo q̃ a recta ratione præscriptum sit:igitur moralis virtus versatur circa voluptates & dolores. Hoc ipsum authoritate Stoicorum probat, dicentium virtutes esse impassibilitates quasdam & affectuũ vacuitates, & quietes,& tranquillitates quasdam.Existimabãt enim erronee studiosum virum nihil a passionibus his dolore & tristitia pati.Per hoc dictum, signum est q; voluptates & tristitiæ hominem a virtutę

auertunt.& per consequens ipsum afficiunt : sed ne Stoicorum opinionem approbasse videatur interloquendo raptim eam carpit inquiens: sic dicentes nō dicunt simpliciter verum quia absolute loquuntur & sine modificatione perinde atq; ita semper eueniret.quod est falsum. Studiosus enim non est simpliciter impassibilis a voluptate & tristitia: sed est impassibilis & passibilis vbi & quando oportet. Postea subdit. Ex his supponatur q; virtus est talis habitus circa vuluptates & tristitias optimorum operatiuus:sicut malitia est cōtrariorum operatiua scilicet pessimorum. ¶ Sequitur tertia pars principalis huius capitis. Fuerit autem. Hic probat conclusionem principalem per rationes ex parte hominis sumptas:& quinq; particulas continet secūdum numerum quatuor aut quinq; rationum. Primo sic argumentatur. Circa illud habet virtus fieri quod est omni bono humano commune:sed delectatio habet fieri circa omne bonum humanū:& tristitia circa malum oppositum :igitur. Maior patet,nam virtus circa omne bonum humanum & ei oppositum habet fieri . Minorem ostendit sic. Triplex est bonum,honestum,vtile,& iucūdum . Et omne bonum honestum est bonum voluptuarium.& nō e diuerso. Idētidem omne bonum vtile est bonum delectabile,& non contra. Et ita bonum delectabile est commune omni bono humano. Pari modo tria sunt mala his cōtraria ob quæ quicq̄ fugimus:turpe,inutile,& molestum siue graue. Bonus quidē recte hæc omnia cōsequitur & malus ab eis aberrat,& signanter circa ipsum voluptarium qđ est cæteris bonis cōmunius. Virtus igitur versatur circa dolores & voluptates. ¶ Secundo sic, Omnibus animalibus cōmunis est voluptas:& omnia quæ expetuntur comitatur,nam & honesta voluptaria esse videntur:igitur virtus versatur circa dolores & tristitias. ¶ Tertio sic. Cunctis hominibus ab ipsa pueritia & a crepūdijs vna enutrita est ipsa voluptas:igitur est arduum hanc affectionem insitam penitus quando oportet & vbi oportet extrudere & reijcere. ¶ Quarto sic. Circa illa maxime fit virtus circa quæ homines maxime regulant siue iudicant suas actiones : sed per delectationes atq; tristitias homines maxime suas operationes regulant:homines enim illa intendunt an bona sint,an delectent:& ab illis abstinent a quibus molestantur. Regimus autem actus nostros,alij magis,alij minus per voluptatem & dolorem. Dicit Leonardus,& antiqua translatio haud discrepat dicens, Regulamus autem . Argyropylus dicit, Iudicamus etiam : perparuum in sententia est discrimen. Negocium igitur hoc totum dicit philosophus circa voluptates & dolores non immerito est implicitum,& virtus circa ea versatur. Non parum est enim ad res agendas bene aut male gaudere aut dolere. ¶ Quinta ratio est hæc. Circa difficile est ars & virtus:& si quid est circa difficilius,bene operamur,præstantius est,sed difficilius est voluptati q̄ iræ (authore Heraclito) contraire:perdifficile autem est iram compescere:igitur. Epilogando dicit. Non igitur immerito totum hoc negocium,& virtus ipsa moralis,immo & tota ciuilis facultas circa voluptates & dolores inuigilat . Et sane qui his bene vtitur bonus erit : & qui praue,malus . Verum dictum est iam sic sufficienter ex quibus fit virtus,ab illis eisdem seruari atq; augmentari : & ex dissimilibus corrumpi , & similia ejs operari ex quibus parta est , atq; ipsam circa voluptates & dolores versari.

Dubia.v.

¶ CIRca hoc caput dubitatur. Primo videtur q; nonnunq̄ sine dolore & tristitia affectum habeamus,ergo male contrarium dicit Philosophus . ¶ Secundo dubitatur,vtrum resolutio Aristotelis sit vera qua probare satagit virtutes esse circa voluptates & dolores, & argumentor q; non . Plereq; enim sunt operationes & virtutes quę non habēt delectationem aut dolorem pro obiecto:ergo male dicit. Tertio dubitatur,an virtus potest corrumpi per cessationem ab actu. Quarto dubitatur,an virtutes sint impassibiles,hoc est an non patiantur passionem vllam in oppositum. Et probatur q; non,authoritate philosophi in litera.& ratione:quia a nullo secluditur delectatio & dolor. In oppositum argumentor:quia quanto virtus moralis excludit passiones,tanto est melior: ergo perfectissima virtus omnem passionem in ipso felici excludit . Quinto dubitatur,quod istorum bonorum est cæteris cōmunius,& quod nobilius est bonum.

Ad primū

¶ Respondetur ad primam,q; delectatio ad corporalem & spiritualem extenditur.prior generatur in appetitu sensitiuo ab obiecto sensibili mediante cognitione sensitiua:posterior producitur in volūtate mediante cognitione intellectiua. pari forma dolor tristitiam amplectitur: hoc notato dicitur q; in omni affectu est delectatio aut tristitia intēsa & illa percipitur,aut remissa quæ non percipitur: nonnunq̄ tamen est mixtio delectationis cum dolore:& illic letitia confunditur,& non appparet.

Ad secūdū.

¶ Ad secundum dicitur,q; rarissime virtus est circa voluptates & dolores obiectiue: video enim hic plurimos errare:succincte tamen loquens,notum est omne illud esse obiectum potentiæ in quod ipsa fertur , dirigitur & tendit : sed potentiæ sepissime tendunt in obiecta ad extra: in cibos,potus,vestes, bonos equos,pecuniam , & nullo modo in voluptates & tristitias. Homo potest tamen velle nonnihil facere ob voluptatem : vel nolle facere ob dolorem:in tali casu & nunq̄ aliter voluptas aut dolor est virtutis aut eius actus obiectum. Idem enim vbiq; est obiectum virtutis & eius actus. Delectatio & dolor per modum sequelæ in omni operatione incidunt. Cum enim quis bene concionatur,erudite legit,aut stipem inopi erogat,delectatur: sicut in omni opere virtutis. quia scit illum actum esse bonum:& tristatur in malo . Prauus tamen nonnunq̄ in perperam actis gaudet. Delectatio autem operationem auget & durare facit: nam si quis in opere bono molestiam ceperit in bono non perseuerat.

Ad tertiū.

¶ Ad tertium inficiatiue respōdetur de virtute proprie dicta,quæ est in anima. Omne enim accidens quod corrumpitur ad corruptionem subiecti corrumpitur,vel a suo contrario,vel ob desitionem causæ affectum conseruantis. Sicut est lumē lunæ quod producitur a sole & eius præsentia:nō pluribus modis corrumpitur accidens . Modo per cessationem ab actibus nullo istorum modorum corrumpitur.igitur.

Ad quartū.

¶ Ad quartam dubitationem

negatiue respondetur. Nam qui nullam passionem haberet esset agrestis. secundum philosophum
Ad quintũ. habet enim & felix passionem conformiter ad rectam rationem. ¶ Ad quintam, respondetur q̄ bonum delectabile est nobis cum belluis commune. Delectatio est tam secundum sensum q̄ secundum
intellectum. Bonum autem vtile & honestum solum nobis & superis conuenit. Secundo, ex parte rerum delectantium sumitur communitas. Nempe delectatio sequitur ad omnia quæ sub electionem
cadunt. Bonum enim honestum est delectabile prout est conueniens secũdum rationem: & sic de alijs
bonis. Solum autem bonum honestum est bonum simpliciter: & nunq̄ fit malum. Bonũ vero quod
vtile vocatur, si segregetur a bono honesto non est bonum, sed malum. Potest enim & bene & male
fieri. Ordinatur tamen semper in probo ob bonum honestum, vt pecuniam prudens colligit vt
sibi & pauperibus prouideat. Bonum autem delectabile sępius a bono honesto superatur: & reuera tũc
non est bonum sed malum, & non faciendum. Et id rationis est: quia delectatio est momentanea (vt
Dub. vi. & vii. ita dixerim) & cruciatus ei respondens perpetuus, si pœnitudine nõ obliteretur. ¶ Sexto dubitatur,
Ad sextũ. an difficilius sit voluptati reluctari q̄ iræ. ¶ Septimo, an virtus & ars sint circa difficile. ¶ Ad sextã,
dubitationem respondetur, difficultates affectibus aduersari ex multis prouenire potest: vna causa est
ex eo q̄ affectionis impetus est maior, & iræ obsistere est difficillimum: quia ob sanguinis ebullitionẽ
circa præcordia, ira est impetuosissima. Alia difficultas prouenit ex eo q̄ affectus est sensui magis cõueniens: & sic producit delectationem quæ operationem perficit. Ira vero tristitiam annexam habet.
Alia difficultas potest esse ob diuturnitatem: affectus est nobis insitus: & ex parte modi commouẽdi,
quia furtim insidiatur, & sub velamine boni, est periculosius: aut quia aperte insurgit, & sic minus pe-
Ad. vii. riculose ferit. His modis omnibus primo dempto difficilius est voluptati obsistere q̄ irę. ¶ Ad septimam affirmatiue respondetur: Difficile enim est tenere medium & facile est labi, quemadmodum
sagittario perdifficile est bene sagittare & auem ferire: aberrare auem a tactu auis est facillimum. Item
in multis virtutibus habemus fomitem & inclinationem contra actiuitatem virtutis impellẽtem:
proinde est difficile studiose agere, præcipue ante partam virtutem. Item actus reputatur melior & ex
consequenti habitus qui & virtus, eo q̄ est circa difficilius obiectum: non enim alia de causa fortitudo temperantiæ præstat. Etiam difficultas prouenit ex parte nostra, siue socordia paritate ex parte
materiæ data. Nonnunq̄ tamen licet rarenter virtus est circa non difficile: nec ex parte obiecti, nec
ex parte agentis, vt propriam vxorem cognoscendo temperanter: aut comedendo tempore licito:
aut in actu eutrapeliæ, licet tenere omnes circũstantias in his nonnunq̄ sit factu difficile. Cæterum
celsitudo virtutis est circa difficile, vt in vehementibus voluptatibus propinquis abstinere, vt Ioseph
ab vxore Phutufaris quẽ bella & potens mulier clanculum ad mœchiam rapuit. sic Bellerophontis
castitas quem Stenobea de coitu interpellabat. In talibus est virtus suo in apice, ita in arte qui citharam artificiose celerrime pulsat insignis citharœdus iudicaẽ, exiguam virtutẽ ac artẽ haud magnipendunt, in fastigio nobilitatur.

Lib. II. Trac. I. Cap. IIII.



DVbitauerit autem quispiam, quonam modo dicimus iusta agentes iustos: & temperata temperatos fieri oportere. Nam si iusta temperataq̄
agunt iam iusti sunt & temperati: perinde atq̄ si grammatica, musicave
faciunt grammatici sunt atq̄ musici: an nec in artibus res ita se habet?
Fieri nãq̄ potest vt grammaticum aliquid quispiam faciat, & fortuna
& alio admonente: at tũc erit grammaticus cum & grammaticũ quippiam & grammatice faciet, i. secundum eam quæ est in ipso grammaticam artem, pręterea
nec simile in artibus & in virtutibus est. Nam ea quæ ab artibus fiunt, bonum ipsum in
Bene agentis seipsis habent. Sufficit igitur si ipsa aliquo modo sese habentia fiant. At ea quæ a virtuti-
cit cũstantię. bus fiunt, non iuste aut temperate aguntur si sint iusta, aut temperata. Sed si & agẽs sit sese
habens, agat. Primo quidem si sciens, deinde si eligens propter ipsa, tertio si firmo animo ac
immutabili agat. Hæc autem ad habitus quidem cęteros habendos non requiruntur pręter ipsum scire. Ad virtutes autem scire quidem parum aut nihil potest. Cætera vero non
parum, sed totum possunt. Quæ quidem & ex eo quia persępe res iustę temperatęq̄ agũtur
proueniũt. Res igitur iustę temperatęq̄ dicuntur, cum sunt tales quales vir iustus ageret
aut temperatus. Iustus autem ac temperatus est non is qui has agit, sed qui sic etiam agit
vt iusti temperatiq̄ agunt. Recte igitur dicitur iustum fieri agentem iusta, & temperatum
etiam temperata. Qui vero hæc non agit, nunq̄ euasurus est bonus. Verũ pleriq̄ hæc quidẽ
Philosophã non agunt. Ad sermones autẽ confugientes sese philosophari putant, & studiosos hoc fore
dũ est ope nõ modo. Atq̄ perinde vt ægroti faciunt qui medicos quidem diligenter audiũt: nihil autẽ
lingua sola. eorum agunt, quæ præcipiuntur ab illis. Vt igitur illis corpus non bene sese habebit si ita
curantur: sic nec his animus plane, si ita philosophantur,

DVbitauerit autem. Hic ponitur vna dubitatio circa prædicta, & eius solutio. Dictum est superius ꝙ ex operibus bonis virtus generatur: & ex iustis operationibus quis efficitur iustus. Contra illud non videtur verum, pro eo ꝙ sicut est in artibus, ita est in virtutibus: sed in artibus, sic est ꝙ nullus facit opera artis, nisi ipse artifex: nullus enim facit grammaticalia aut logicalia opera, nisi grammaticus aut logicus: ergo pari ratione nullus facit opera iustitiæ nisi iustus. Et ex consequenti sequitur ꝙ nemo ex operibus iustis iustus efficitur: quia eo ipso ꝙ quis iuste operatur ipse est iustus. cum ergo iuste operari est iustitiæ effectus, non erit iustitiæ causa. Ac si sic argumentaretur. quicunq; operatur opera grammaticalia est grammaticus: ergo quicunq; operatur iusta est iustus. Hanc obiectionem bifariam diluit. in primis negando ꝙ nullus facit opera artis nisi artem callẽs. Aliquis enim orationem congruam proferre potest fortuito, & alium grammaticum imitando. hoc est alio præmonstrante aut præeunte: ille autem talis operatur grammaticus, & non est grammaticus. Ille enim est grammaticus qui grammaticum grammatice loquitur. hoc est ex habitu & arte grammatica. Itaq; aliquis grammaticum semonem profert & nõ est grammaticus, sic aliquis agit iusta & non est iustus. Secundo negat similitudinem. Nam ea quæ ab arte fiunt laudem in se habent: quare sufficit illa sic existere, hoc est non requiritur bonitas in faciente sed in re operata. Modo artificium nemo potest facere recte nisi ipse artifex. Sufficit, hic scire & operari pro virili: opera vero virtutis non habent simpliciter suum bene esse in seipsis: sed oportet operantem determinatis modis se habere ad opera. At ea quæ a virtutibus fiunt, nõ iuste aut temperanter agentur, si sint iusta aut temperata, supple ex parte obiecti vel materiæ: quemadmodum est de re operata ab artifice. Ad opera iusta & bona multa requiruntur, quæ possunt conuenire ei qui nõ habet habitum virtutem. Et tria enumerat. Primum scire, quod intellectui competit, vt non a fortuna & ignoranter sed scienter, hoc est cum prudentia (ad sensum in sexto explicandum) faciat. Secundum ad appetitum pertinet vt ex electione & nõ ex impetu naturali operetur, hoc est ob ipsum opus bonum & non aliud vtile. Si enim ex affectu vt ex ira aut timore operetur non est opus virtutis. Similiter si quis ob emolumentũ tẽporale, aut inanem gloriã operetur, non est actus virtutis. Tertium, vt operetur firmiter ac constanter: ita vt a nullo impediatur si posset quin operetur, hoc est ab habitu qui secundum eum in prædicamentis est difficulter auferibilis. Scire est potissimũ in arte, ad virtutis autẽ actum scire quidẽ parum comparatiue, aut nihil potest. Cætera vero non parum sed totum posse videntur. Cæterum operationes fiunt simul bonæ quando sunt similes operationibus studiosis. Patet inductiue. Tunc actus est iustus quando est similis actui quem iustus ratione iustitię habet: & ita in alijs. Et hoc est verũ in actibus, iustitiã, temperantiã, & alias virtutes generantibus. Illa conclusio tangitur in litera illic, quę quidẽ & ex eo. hoc est dictu, quæ quidem virtutes, ꝙ frequenter hoc modo bene fit res, iuste, & tẽperanter proueniũt. Res igitur iustę (inquit) tẽperatęq; dicuntur cũ sunt tales quales vir iustus ageret, atq; ipse tẽperãs. Nõ igitur male assertũ est agendo iusta quẽpiã iustũ fieri, & tẽperata tẽperantem: qui vero hæc non agit, nũq̃ euasurus est bonus. Nam sine actibus virtutum generatiuis, virtutẽ acquirere est impossibile. Et reuera pleriq; sunt qui hæc non agunt: sed ad sermones cõfugiunt, qui ampullosis & sesquipedalibus verbis ratiocinantes sese philosophari putãt, & fieri hoc modo studiosos: & rem ægrotis persimilem faciunt, qui medicos diligẽter audiunt, faciũt autem nihil eorum quæ ab ipsis pręcipiũtur: vt autem illis corpus non recte valebit, qui ita curati pẽtũt, sic nec his animus plane, si ita philosophãtur. Quia vero philosophus in hoc quarto capite huiꝰ secũdi ait, quonã modo dicimus iusta agentes iustos, & lęta. Vbi insinuat ex operibus habitus emergere: & ab habitibus rursus actus emanare, vltra superius allata quęritur: An actus ipsi habitus generent & e diuerso. Quęstio.
¶ Affirmatiue respondet: patet p philosophũ in litera, & superius. Responsio.
¶ Cõtra hãc responsionẽ argumẽtor. ex ea cõsequẽs est effectũ producere suã causam. at hoc est incõueniẽs, igit. sequela patet. sic. hoc vltimũ instãs nõ esse horę futurę, in qua Socrates elicit successiue actũ p totã horã: sit actꝰ ille totalis a, & habitus generãdus b, a generat b, & cõtra, nõ datur pars actus a, quin illã pars habitus b antecesserit in eadẽ potẽtia. proinde concurrit ad generationẽ actus. Non potes dare partem a successiue genitã quin illã, pars b. pręcesserit: quia quęlibet pars actus habitũ generat, & cõtra. Obiectio.
¶ Secũdo tũc nõ erit status in actu & habitu. Probatio. eliciat Socrates actũ a, vt duo in momẽto a producit b in illo momẽto. & b cõcurrit ad intẽtionẽ a, proinde actus erit intẽsior per habitũ b, q̃ esset sine habitu b, & intẽsio actus a facit habitũ intẽsiorẽ, & intẽsio habitus actũ intẽdit. proinde erit reciprocatio cõcursus, nec cessat actus quoad capacitas animę oppletur citra infinitũ: qd non est dicendũ. Forte dices ꝙ habitus ille nihil actus pducit, nisi conatus potẽtię augeat. Insto, habitus b si nihil actus esset in potẽtia cũ cõcursu potẽtię pduceret actũ. & nõ est minus actiuus nũc b p pręsentiã a, q̃ a sublato: igit. Secunda.
Tertio, Habitus nõ semp producit aliquid actus: quãobrẽ nũq̃ aliqd actus pducit. cõsequẽtia tenet: qa est agẽs naturale eodẽ modo se habẽs. sicut intellectꝰ est agẽs naturale. Forte dices ꝙ aliter actꝰ pducit habitũ & aliter habitus actũ: hic enĩ sine concursu potẽtię nihil efficit: ille vero se solo habitũ pducit. Potẽtia est causa solũ mediata habitꝰ, qa est imediata cã actꝰ: & actꝰ est cã ppinqua & imediata habitꝰ. Tertia.
¶ Insulto: habitꝰ interdũ cõcurrit ad actꝰ pductionẽ, & nõ põt assignari aliud ab habitu: nõ ipsa volũtas, patet i brutis volũtatis exptibꝰ. Itẽ nos eximus in actũ iterdũ sine cõcursu actus volũtatis. igitur.
Quarto ex dictis infert habitũ esse qualitatẽ actiuã, pariter & actũ. hoc aũt est icõueniẽs: qualitates enĩ actiuę vulgo ponũtur in tertia specie qualitatis. habitꝰ vero in prima specie. Quarta.
¶ Ad primũ respõdet ꝙ nulla est ps a actus qn pducit a b habitu & e diuerso. de scda pte haud quaq̃ ambigis. de priore parte patet. Quia q̃ cito est aliquid a actus in potentia, tam cito est aliquid b. nec est possibile naturaliter Ad primã.

habere aliquid de actu sine habitu,nisi habitus contrarius habitui producendo sit in potentia.in hy-
pothesi autem nulla pars a actus concurrit ad productionem cuiuslibet partis habitus. Pari modo
nec aliqua habitus portiuncula, ad cuiuslibet partis actus productionem concurrit. Quapropter a
actus non præcessit b habitum. His non obstantibus concedo hunc actum totalem, hunc habitum
totalem produxisse.& ediuerso, nunq̄ tamen habitus ab actu vllo productus illum actum produxit.
Circulatio enim inter causam & effectum secundum indiuiduum est impossibilis:secundum speciem
Ad secūdā. contingit:vt impræsentiarum. ¶ Ad secundum nego sequelam:nec capacitas animæ implebitur.
nec sequetur infinitas ipsius actus:quas ob res disiūctiua illata pro vtrauis sui parte repudiatur. Cre-
mentum reciprocum tandem finietur.Patet sic. Actus vt duo producit habitum,vt vnum vel duo,
eodem instanti quo est.Habitus est actu imperfectior.hinc minus actiuus:conatus potentiæ non cre-
scit : modicum de actu ponetur ratione habitus, sit medius gradus. ille medius gradus vix forte
quartam partem gradus habitus ponit:& rursus quarta pars gradus minus de actu coefficit. Appo-
sitio partium inæqualium etiam infinities facta infinitum non constituit. Ecce ad oculum a pedale.
Diuido horam sequentem proportione dopla. capio pedale b. in prima parte proportionali horæ:
capio medietatem b,& addo a. in secunda capio secundam partem proportionalem b corporis, &
addo a. & ita per totam horam. ex infinitis partibus inæqualibus additis nunq̄ resultat infinitum.
Ad tertiā. Et si crescat conatus ipsius potentię: postq̄ ille est finitus,talis erit effectus in reciproca productione.
¶ Ad tertiam concedo assumptum. Pro cuius vberiori intelligentia non pigebit repetere aliquid
in primo capite dictum. Aliter actus habitum producit,aliter vero actum ipse habitus:si quispiam
actum eliciat habitum sequi necessum est. secus est de habitu. Habitibus enim vtimur cum volumus.
non autem semper voluntas imperat actum talis habitus. patet in bellua vno habitu,& non alio
vtente. variæ sunt causæ exeundi in actum talem, vel talem. exemplo id explanare haud grauabi-
mur. habeo mille habitus. exeo in habitum a,b,c,d,& non aliarum rerum nonnullis aditibus &
ianuis. occurrit mihi liber ipsius a in bibliotheca, visio illius libelli me in notitiam a ducit: fra-
ter b ingreditur,cuius intuitio est apertura ad notitiam actualem b, inimicus c me compellat,
cuius aspectus recordationem c, excitat. ecce varias fenestras quibus exeo in actus, habituum recō-
ditorum. nempe ipse habitus citra concursum potentiæ nullius sunt energiæ,cum potentia actu
in suos actus inclinet. Inclinare in præsentia est efficere. Sine concursu potentiæ aptitudine incli-
nant. Inclinatio habitus est ipse habitus inclinans, qui nunq̄ actualiter inclinat,nisi quando reli-
quæ omnes causæ quas præexigit ad cooperandum cū eo ponuntur: id temporis eius inclinatio est
Ad quartā. prompta. ¶ Quartum speculum modici est momenti. Vocamus qualitates actiuas eas quæ sibi simi-
les in specie producunt, vt calorem frigus. Ecce nonnihil de habitu,cuius diffinitio est, Habitus est
qualitas difficulter a suo subiecto remouibilis in similes actus ex quibus emersit inclinans imme-
diate: in actus enim alterius rationis mediante suo actu elicito inclinat, vt habitus præmissarum
respectu actus conclusionis, immediate in assensum actualem præmissarum inclinat: & actus præ-
missarum in actum conclusionis. Et quicquid est causa causæ in genere causæ effectricis naturalis, est
causa causati. Quocirca sanitas & ægritudo non est habitus,in ea significantia qua procedimus. Ad
Ad Aristot. Aristotelem in prædicamentis dicimus,q̄ exemplorum non requiritur veritas: & habitus capitur
pro corporis dispositione,quam complexionem vocant. Cæterum delectabiliter inclinat in similes
actus operibus a quibus fluxit, hoc est facilitat potentiam. Assuetus enim sæpenumero currere non
illibenter currit. Assuetus hora quarta surgere citra grauamen ea hora excitatus surgit: inassuetus
surgere cum excitatur caput corpusq̄ non pruriens scalpit. Appetitus sensitiuus dolorosa fugit, re-
nisum appetitus habitus superat: habentem ad studiose operandum promptificat: quia est hilariter
operatur. Interdum tamen sed rarentius tristitiam habitus excitat,vt habitus inuidentiæ aut odij.
Isti habitus sunt tormenta stultis: qui sua stultitia tales matres nutriuerunt pestilentes filias produ-
centes. Cæterum habitus quidam sunt corporales, vt habitus citharizandi in dexterā citharœdi:
qua amputata fides suauiter pulsare nequit: sic in pedibus textoris: & in currenti. Ista apparenter
motum localem a mobili distingui arguunt: sed non sufficienter probant. Dicetur enim cum co-
lore, q̄ motus localis qui est substantia qualitatem permanentem producit,scilicet calorem: sic cur-
sus successiuus quendam alium actum producit successiuum tam quantum ad esse q̄ quantum ad
fieri. Et ille actus a habitum stabilem relinquit. Ne vero illud extraneum videatur, sonus campa-
narum Osnan prope Oxonniam auditiuam notitiam,successiuam efficit: quæ a suo principali obie-
cto dependet:& rursus illa notitia successiua intuitiua abstractiuam producit: & illa abstractiua habi-
tum inclinantem in huiusmodi abstractiuam,a qua emersit. Notitia intuitiua,vt superius primo ca-
pite retulimus,nullum habitum prodocit: inanis siquidem foret habitus ille, postq̄ in absentia ob-
iecti intuitiuam elicere nequit: abstractiuam tamen in absentia obiecti alias sensati elicimus. Itaq̄
intuitiua notitia abstractiuam similem produxit: & iterato illa abstractiua habitum efficit. Itaq̄ in
sensu exteriori non est habitus, plusq̄ in vegetatiua potentia. Et licet quilibet sensus sit
suus appetitus respondens reipsa, in tali appetitu non pono habitum. In
appetitu tamen interriori,intellectu,& voluntate ponendus est habitus
quæ sunt appetitus diuersarum rationum. Sensus extensus est,
etiam in homine aggregatum ex corpore & anima intel-
lectiua,modo hoc totum est ex-
tensum.

Tract.II. Cap.I. quod est Lib.II. Cap.V.



Ost hæc autem quidnam sit ipsa virtus consideremus oportet. Cū igitur tria sint quæ fiunt in anima, affectus, potentiæ, habitus: horum aliquid ipsam virtutem esse necesse est. Atq; affectus quidem voco cupiditatem, iram, metum, fiduciam, inuidiam, gaudium, amicitiam, odium, desideriū, æmulationem, misericordiam, & ea omnino quæ voluptas sequitur aut dolor. Potentias autem eas quibus ad hos affectus suscipiendos idonei dicimur esse: vt quibus dolere possumus vel irasci vel misereri. At habitus eos, quibus bene vel male nos ad affectus ipsos habemus, vt ad irascendum si vehementer aut remisse sumus dispositi, male habemus. Si mediocriter, bene: & ad cæteros affectus simili modo. Virtutes igitur vitiaq; non sunt affectus. Nam affectibus quidem studiosi vel vitiosi non dicimur: virtutibus autem & vitiis dicimur. Et ob affectus neq; laudamur neq; vituperamur. Non enim qui metuit aut irascitur, laudatur. Neq; qui simpliciter sed qui modo quodam irascitur, vituperatur. At ob virtutes vitiaq; laudamur atq; vituperamur. Præterea irascimur quidem & timemus sine electione. Virtutes autem electiones sunt quædam: aut non sunt sine electione. Insuper affectibus quidem moueri dicimur. Virtutibus autem aut vitiis non moueri, sed aliquo modo disponi. Propter hæc eadem neq; potentiæ sunt. Nam neq; boni vel mali dicimur: neq; laudamur aut vituperamur: quia possumus irasci, vel timere simpliciter. Et insuper potentes quidem sumus natura: boni vero non efficimur, aut mali natura: quemadmodū antea diximus. Q; si virtutes neq; affectus sunt, neq; potentię restat ipsas habitus esse. Quid igitur sit ipsa virtus, genere diximus.

Rectus quid sit affectus. Affectus. Potentiæ. Habitus. Virtus electio.

POst hæc autem. Hic secundū auspicatur tractatū quem in duo capita distrahit. In priore capitē genus virtutis venatur: in posteriore vero illius differētias, vt completa finitio virtutis habeatur. Ecce eius ordinem continuū. Superius ostendit virtutem non esse nobis a natura insitam: sed nos eam per operationes nancisci: deinceps ostendit quanam via percipiemus nos esse virtutibus insignitos. Præterea monstrauit virtutes esse dolores & voluptates, sensibus anteactis. Nūc vero virtutis diffinitionem tradere parans ait hoc pacto. Post hæc autem quæ dicta sunt a nobis, quidnam sit ipsa virtus contemplemur oportet. Et cum ipsa sit in anima, ex calce primi libri: & tria sint in ea, quod illorum trium sit virtus rimabimur. Porro hæc tria sunt quæ circa animam contingunt, affectus potentiæ habitus, virtutem horum esse aliud necessum est. Affectus est motio appetitus sensitiui ad prosequendū aut fugiendū aliqd a nobis agendū. Isti appetitus sunt in corporeo instrumēto. interdum enim cor & spiritus ad internas partes mouētur, vt in timore. interdum e diuerso, vt in rubore. Hi appetitus vocantur cupiditas, ira, metus, fiducia, gaudium, amicitia, odium, desiderium, æmulatio, zelus siue inuidia (Æmulatio nonnunq̄ imitationem significat, vt illic, stimulos dedit æmula virtus: sed imitatio liuorem non imbibit: æmulatio liuorem sæpius admittit, vt Carthago Romæ æmula) misericordia, & vniuersaliter appetitus, quos voluptas aut dolor sequitur. Potentiæ sunt innatæ vires quibus ad prædicta suscipienda sumus proni: vt potentia qua possumus dolere, irasci, misereri: & non modo ad dicta suscipienda, sed consimiliter ad habitus ipsos nobis comparandos. Habitus enim sunt acquisitę qualitates quibus nos bene aut male habemus ad ipsos affectus. Vt habitus quo impetuose & remisse irascimur sunt vitia, hic deficiendo, ille vero excedendo. Ille vero secūdū quē mediocriter irascimur, & vt ratio efflagitat, est virtus. Sequitur in litera. Virtutes igitur vitiaq; non sunt affectus. Primo, nam affectibus neq; studiosi neq; vitiosi dicimur. Secundo, ob affectus nec laudamur nec vituperamur. Non enim qui formidat & irascitur, laudatur aut vituperatur: sed qui certo modo metuit & irascitur: hoc est bene vel male. Sed ob virtutes & vitia laudamur & criminamur. Proinde virtutes & vitia non sunt affectus. Tertio, quia irascimur & timemus sine electione. affectus enim rationē pręuenit: sed virtutes & vitia nō sunt sine electione: igitur. Quarto, quia secūdū affectus mouemur, secūdū virtutes non mouemur. Sequitur. Propter hæc eadem, virtutes & vitia nō sunt potētię. Probatur. Nā a potentijs nō dicimur boni aut mali: nec laudamur aut vituperamur, quia irasci possumus. Insuper sumus natura potētes, nō autē boni vel mali natura, igitur virtutes & vitia nō sunt potentiæ. ecce dicit virtutes neq; sunt affectus neq; potentiæ. & probationes eius innituntur huic basi. Illa non sunt eadem quibus non competunt eadem: at affectibus, potentijs & virtutibus non conueniūt eadem: igitur. Post hæc illationem infert a sufficienti diuisione. s. virtutes & vitia sunt habitus. Patet, sunt aliquid in anima, aut circa eam: & non sunt in anima, nisi tria hæc: & nō sunt potentiæ, neq; affectus, per dicta: proinde sunt habitus.

¶DVBitatur primo, quid intelligat Aristoteles per potentias & affectus. Secundo, quia actus est in anima, & sub nullo istorū membrorum a philosopho enumeratorū continetur: ergo non bene diuidit illa quæ sunt in anima. Tertio, quid intelligat in quarta ratione per motū. Quarto, qd dicit non laudamur aut vituperamur affectibus, non videtur verum. nāq; eo ipso auctore verecundia est affectus quo laudamur, vt in quarto libro dicemus. ¶Ad primam dubitationē respondetur, potentia

Dub. 4. Ad primam.

ipsa anima disposita ad suscipiēdum. Ex eius modo loquēdi tā hic q̄ in libris de anima, aliqui dixere potentias animæ ab ea distingui: quorū placito renitimur vt fusius alibi explanauimus, & præter dicta de affectibus dicimus q affectus sunt prauitates naturales quibus sumus ad aliquid propensi. Aliqui sunt cholerici suapte natura, qui facile succensent. Aliqui ad inuidentiā, vt oculis cocauis, facile mouentur. Ob talia dummodo ipsi nō notabiliter passionis limites prætergrediātur, viros nec deprimimus nec efferimus. Ingeniosum virum in choleram præcipitem prudentes vtcūq excusant, dummodo perturbationem insurgentem pro virili sedare laboret.

Ad secūdū. ¶ Ad secūdam dubitationē, fateor aliquid esse in anima qd̄ sub nullo istorū trium membrorū cōtinetur. loquitur autem philosophus solum de iis quæ sunt in anima, principia operationis humanæ.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiā dubitationē respondetur, q per moueri potest intelligi surreptio & motus quē theologi motū primo primū appellant. Dicimus enim q iracundus facile ad bilem mouetur. Vtrum affectus

Ad quartū. ab actu elicito distinguatur, declarabitur quando locus cōmodior offeretur. ¶ Ad quartam dicimus, q ob affectū naturalem nemo est efferendus aut deprimendus tāq̄ studiosus aut exorbitans & peccator. Bene natos aliter laudamus q̄ studiosum. Hūc extollimus ob acquisitam probitatem ex laudabilibus actibus: illum vero cū addito, dicentes esse bona indole, & habere quādā probitatē ad virtutes innatam. Modo suas pronitates ad virtutes ac vitia, facile sectantur homines.

Tract. II. Cap. II. & Lib. II. Cap. VI.



Portet autem non solum ita dicere virtutem habitū esse, sed etiam qualisnam habitus sit. Dicendum est igitur omnem virtutem & idipsum cuius est virtus bene sese habere facere: & opus ipsi⁹ reddere bene. Oculi nāq virtus, & oculum, & opus ipsius studiosum facit: quippe cū videamus virtute oculi bene. Virtus itidem equi, studiosum efficit equum: & bonum ad currendum, portādūq equitem: & expectandum etiam hostē.

Virtus qualis sit habitus. Q̄z si idipsum ita sese habet in vniuersis: & virtus ipsius etiā hominis habitus is erit, a quo bonus efficitur homo, & quo bene suum opus ipse reddet, efficietq. Quomodo autem id erit, & antea quidem diximus, & nunc etiam magis patebit, si contemplabimur qualisnam

Medium. sit ipsius virtutis natura. In omni itaq re cōtinua diuisibiliq, aliud plus, aliud minus, aliud æquale, vel ex parte ipsius rei, vel respectu nostri accipi potest. Æquale autem medium est quoddam inter exuperationem, atq defectum. Atq rei quidem ipsius medium id esse dico quod æque ab extremorum vtroq distat. Idq est apud omnes vnum & idem. Respectu autē nostri, quod neq exuperat, neq deficit. Idq non est apud omnes vnum & idem: vt si decem sint multa, & duo pauca: sed ipsius rei media capiuntur: æque nāq excedunt & excedūtur. Atq hoc in arithmetica comparatione rationum medium esse cōstat: at id quod est nostra ex parte medium, non eodem sumendum est modo. Non enim si cui decem quidem minas comedere nimiū est, duas autem parum, sex ei minas ludi magister præcipiet. Est enim & hoc fortasse multum ei qui accepturus est, aut parum. Miloni nāq parum, incipienti vero sese exercere nimiū est. Simili modo res sese habet in cursu ac in palęstra. Hoc igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atq defectum. Medium autem quęrit & expetit, nō quidem rei, sed quod ad nos medium dicitur. Q̄z si omnis scientia suum hoc modo bene conficit opus, ad medium ipsum respiciens, & in hoc sua redigens opera: vnde & dici solet in iis quæ bene sese habēt operibus, nec auferri quicq̄ nec addi posse: propterea q exuperatio quidem & defectio bonum ipsum corrumpunt, mediocritas vero conseruat. Atq

Virtus est exactior arte. boni artifices ad hoc respicientes (vt diximus) operātur: virtus autem omni arte exactior est & præstantior, quemadmodum & natura: ipsa profecto virtus medii ipsius est coniectatrix. Loquor autem de motum virtute. Hęc enim circa affectus actusq versatur, in quibus

Virtus moralis circa mediū est. est exuperatio & defectus & medium. Fit enim vt magis & minus quispiam & metuat & confidat, & cupiat, & obhorreat, & irascatur, & misereatur, & omnino delectetur ac doleat, & vtroq modo nō bene, & etiam quādo oportet, & pro quibus, & ad quod, & cuius gratia, & vt oportet. Hoc autem medium est & optimum quod est ipsius virtutis. Similiter circa actus, exuperatio est & defectus & medium. Virtus autem circa affectus actusq versatur. In

Medium laudatur. quibus exuperatio quidem peccatum est, & defectus vituperatur: medium autem laudatur, & recte conficitur, quorum vtrūq virtutis ipsius est. Virtus igitur mediocritas est quædā

Malum. cum sit ipsius medii coniectatrix. Præterea peccare quidem multis modis cōtingit. Malum

Bonum. enim est infiniti vt Pythagorici putant: bonum vero finiti. At recte, agere vnice. Quapropter & alterum facile, alterum difficile est. Facile quidem non attingere signum. Difficile

autem illud attingere. Et ob hoc igitur exuperatio quidem atq; defectio vitii est. Mediocritas vero virtutis, vno nanq; modo bonus est, multis nefandus. Est igitur virtus habitus electiuus in mediocritate cõsistẽs, eaq; est ad nos diffinita ratione: & vt diffinierit ipse prudens. Mediocritas autem duorũ est vitiorũ, vnius per exuperationẽ: alterius per defectum. Et ex eo etiam: quia illa quidem partim deficiunt, partim exuperant id quod oportet: & in affectibus & in actibus: virtus autẽ medium ipsum & inuenit & expetit. Quapropter ipsa virtus, substantia quidem & ratione quid est dicente, mediocritas est: at optimi respectu & bene sese habentis extremitas. ¶ Non autẽ omnis actus nec omnis affectus suscipit mediocritatem. Sunt enim affectus nõnulli qui continuo nomine suo sunt cũ prauitate connexi. Vt maliuolentia, imprudentia, inuidentia, & actus idẽtidem. Vt adulterium, furtũ, homicidium. Hæc enim vniuersa, & talia ita dicitur: quia ipsa sunt praua: sed nõ exuperationes ipsorũ atq; defectiones. Circa igitur talia nullum est tẽpus recte agendi: sed semper delinquitur. Neq; fit vt quisq; bene vel male talium quicq̃ agat quicũ oportet, & quando, & vt oportet adulteriũ cõmittẽdo: sed simpliciter quicquid istorũ efficiatur delinquitur. Simile igitur est & circa iniustitiã timiditatem, & luxuriam: mediocritatem ac exuperationem & defectionẽ esse censere. Hoc enim pacto exuperationis, & defectionis erit vtiq; mediocritas: & exuperationis exuperatio: & defectionis item defectio. Sed vt temperantię fortitudinisve non est exuperatio atq; defectio: quia mediũ ipsum est modo quodã extremũ: sic nec illorũ est mediocritas nec exuperatio & defectio: sed vtcũq; agantur semper delinquitur. Omnino nanq; nec exuperationis & defectionis est mediocritas: nec mediocritatis exuperatio & defectio.

Virtus diffinitur.

Mediocritas.

Mediocritas nõ in omnibus est.

OPortet autẽ. In hoc capite philosophus vestigat virtutis moralis differẽtiã, & integrã ei' diffinitionẽ concludit. Et caput hoc quatuor partes principales continet. In prima docet ꝙ virtus hominis perficit hominẽ & eius opus bonũ reddit. In secũda quędã pręambula ad ꝓpositũ ostendẽdũ pręmittit. In tertia oẽm virtutẽ in medio cõsistere mõstrat: & moralis virtutis diffinitionẽ cõcludit, explicãs quorũ extremorũ medietas sit virtus. In quarta docet ꝙ nõ in omnibus affectibus & operationibus est medietas quę est virtus. Secũda pars ibi. Habet exordiũ. Et nũc etiã. Tertia pars illic. Qꝛ si oẽm scientiã. Quarta pars ibi. Nõ autẽ omnis actus. ¶ In prima igitur parte docẽs virtutẽ hominis hominẽ perficere, dicit. Oportet nõ solũ ita diffinire virtutẽ habitũ esse vti nuperrime iam significauimus: puta vitiũ etiã est habitus: sed mõstrare qualis sit habitus operępreciũ est. Vtraq; hominis virtus est habitus qui hominẽ probũ efficit, & eius opus bonũ reddit. Sane omnis virtus perficit: illud cuius est virtus, hoc est habẽtẽ & eius opus bonũ reddit, quãobrẽ virtus hominis hominẽ ꝑficit & opus eius bonũ reddit. Antecedẽs probaꝛ inductiue. Oculi enim virtus oculũ perficit & facit oculũ bene sese habere videndo. Idẽtidem virtus equi facit equũ bene se habere vt opus suũ bene efficiat vt impigre currat & equitẽ bene vehat, & vt idoneus sit qui ꝑinde ad expectãdũ impauide ipm hostẽ qñ equestri bello decertatur: & ita vbiq; cõperitur. Non immerito igiꝛ virtus hominis is erit habitus ꝑ quẽ homo efficiꝛ probus, & quo bene suũ opus ipse reddet. quomodo autẽ id erit dictũ est superius. ¶ in pręcedẽte capite, & in secũdo capite. Sequiꝛ secũda pars principalis. Nũ etiã &c. In quo philosophus inuestigat secũdã diffinitionẽ virtutis dicẽs, Omnis virtus cõsistit in medio, siue est coniectatrix medij. Pro cuius fœcũdiore ꝓbatione quinq; pręambula pręmittit. Primo ꝙ in omni cõtinuo & ꝑtibili plus, minus, & æquale reperitur. Maioris autẽ diluciditatis gratia poniꝛ ꝑtibile: quoniã omne cõtinuũ est diuisibile. Secũdũ pręambulum, ꝙ æquale bifariã diciꝛ. Vno modo respectu rei: alio modo respectu nostri. Æquale est mediũ inter exuperationẽ & defectũ. Æquale rei est mediũ qđ ab vtroq; extremo ęqualiter distat, & apud oẽs vnũ, & idẽ est: & ꝑ cõsequẽs habet determinata extrema, vt datis extremis decẽ tãq̃ extremo maiore: & duobus tãq̃ extremo minore, sex est æquale mediũ rei: nam ab extremis æqualiter distat: quia sex æqualiter exuperãtur a decẽ, atq; excedũt duo: qa vtroq; fit excessus quaternario. Hoc mediũ arithmeticũ ferꝛ: qđ superat minus, & a maiori æqualiter superaꝛ. Hoc est æqualis est distãtia quãtitatiua ab vtroq; extremorũ vt in nostro paradigmate iam dato, senarij a decẽ & duobus æq̃liter distãtis. Mediũ quãtũ ad nos potius accipiꝛ scḋm ꝓportionẽ gemeotricã, hoc est scḋm eãdẽ proportionẽ ad subiectũ sic: sex est mediũ inter nouẽ & quatuor: quia quę est ꝓportio sex ad quatuor ea est nouẽ ad sex, quia vtrobiq; est ꝓportio sesquialtera. Sed in exẽplo philosophi intelligiꝛ ꝓportio geometrica: quia sex ad duo est ꝓportio multiplex quia tripla: decẽ ad sex ꝓportio suppartiẽs. Quę est proportio digestiuę virtutis vnius ad digestiuã alterius, eadẽ ꝓportio in cibo seruet. Accedẽdo ad literã: si alicui decẽ minę sint mediũ, vt Miloni: tũc alteri cuius ꝓportio ad Milonẽ est, sicut proportio sex ad decẽ. erũt sex mediũ inter supfluũ & diminutũ. Istud mediũ quãtũ ad nos nõ est idem apud oẽs. Etenim si comedere decẽ minas, hoc est decẽ libras est supfluũ alicui, & mãducare duas minas sit nimis parũ, nõ tñ ꝓpterea est cõsequẽs ꝙ comedere sex sit simpliciter mediũ & bonũ simpliciter. Sex enim minas ludimagister ꝑcipiet, est enim id fortasse ei qui accepturus est multũ: forte Miloni Crotoniatę pugili robustissimo parũ, quoniã Milo si vera perhibẽt historici, manus ictu taurũ prostrauit: quẽ hu

meris impositũ p stadiũ retẽto spiritu portauit,& eũ vno die comedebat. Et illud rudi tyroni incipiẽti sese exercere nimiũ est. Similiter res se habet ĩ cursu & in palęstra. Palęstra est luctatio qua luctatores currẽdo & luctãdo certare & se exercere solẽt.& deniq̧ in omni arte: ois ẽm artifex exupationẽ & defectũ fugit,& mediũ quęrit. Nõ mediũ rei sed rationis. ¶ Dubitatur, an affectus sit diuisibilis. Voluptas ẽm in momẽto tẽporis elicitur.x. Ethicoꝝ. Et dicit hic omne quãtũ ptibile: ideq̧ videt̃ velle de affectu. Respondet̃, q̧ affectus corporeus est ptibilis subiectiue, sicut eius subiectũ, vt albedo quæ est eius quãtitas secũdũ comuniorẽ viã. Voluptas mẽtis est partibilis intẽsiue. ¶ Sequit̃ tertia pars principalis huius capitis, q̧ virtus moralis est coniectatrix medij. Hęc probat̃ p locũ a minore sic. Omnis sciẽtia opatiua siue omnis ars cũ bene perficit opus suũ, attingit mediũ: at virtus moralis est certior & prestãtior arte: sicut natura est arte prestãtior. Maior declarat̃ e signo. Artifices ẽm & vniuersaliter omnes operibus bene se habẽtibus dicere cõsueuerũt qđ nihil est operi addẽdũ aut subtrahẽdũ: p hoc significãtes excessum & defectũ operis bonitatẽ corrũpere,& mediocritatẽ inter excessum & defectum artificij bonitatẽ seruare. De morali virtute quę dicta sunt intelligũtur: quę circa affectus opationesq̧ insudat: in quibus exuperatio, defectus & mediũ reperisitur, vt cũ quis metuit, cõfidit, concupiscit, cõtemnit, irascitur, miserescit: & cũ quis delectatur aut dolet. Potest ẽm vnũquodq̧ istorũ & amplius & minus fieri q̃ oportet: & vtroq̧ istorũ modorũ perperã fiũt. Similiter & vnũquodq̧ istorũ potest fieri quãdo oportet, & vt oportet: cũ ceteris circũstãtijs: & hoc est assequi mediũ: qđ est in virtute prestabilissimũ. Et sicut circa affectũ declaratũ est, ita circa actus exuperatio, defectus, & mediũ inueniuntur. Siquidem virtus circa affectus & actus inuigilat. in quibus exuperatio vitiosa est & defectus similiter vituperatur: mediũ vero probat̃ & rectũ fit. Sed hæc duo probari & recte perfici virtutis sunt: nõ ergo mirũ si virtus mediocritas quędã ponat̃ cũ ipsius medij sit coniectatrix. ¶ Sequit̃. Quapropter virtutẽ assequi est difficile: facillimũ autẽ in vitia incidere. Multifariã ẽm deuiare cõtingit, solũ autẽ vno modo bene agere. Cum enim malũ vt Pythagorici tradũt, infinitũ. Malum siquidẽ in eodẽ ordine cũ infinito, & bonũ cũ finito ponũt. Facile igit̃ in vitiũ prolabimur, & in vitia ruimus: in bonum vero difficile peruenimus. Dat analogiã de sagittario. Facile enim ei est signum non attingere sed ipsum attingere, perdifficile. Et hoc est quod Maro sexto Æneidos dicit,

Facilis descensus auerni.
Noctes atq̧ dies patet atri ianua ditis.
Sed reuocare gradum superasq̧ euadere ad auras:
Hoc opus, hic labor est &c.

Et Saluator, Lata est, inquit, via, quę ducit ad perditionẽ: & arcta est via quę ducit ad vitã: & pauci ingrediũtur p eã. Et patet similitudine corporis cui⁹ turpitudo multifariã euenit: sane ex iniquo colore aut mẽbri vnius indispositione, ceteris omnibus bene dispositis. Pulchritudo autẽ plurimã harmoniã efflagitat, scilicet decẽtẽ colorẽ & mẽbroꝝ omniũ bonã dispositionẽ. Sic & sanitas omniũ humorũ bonã proportionẽ exigit. vna ẽm ruente mox in morbi latitudinẽ incidit̃: sic ad actus bonitatem cõgruitas obiecti cũ omnibus circũstãtijs requisitia exigit̃: obiecto ẽm exiltẽte in debito aut vna circũstãtia debita deficiẽte, actus est malus: imo si obiectũ cũ circũstãtijs debitis omnibus ponat̃ & inuoluatur vna circũstãtia mala cadens in rationẽ obiecti, totus actus malus efficit̃. Bonũ ẽm est ex integra causa, vt dicit beatus Dionysius. Etiã mediũ est vnũ, & extrema sunt duo. Itaq̧ vno modo aliqs est bonus, multisq̧ modis nefandus, quia multifariã in quolibet extremo vitioso prolabi in vitium cõtingit. Postea virtutis diffinitionẽ infert, dicẽs, Virtus est habitus electiu⁹ in mediocritate cõsistẽs, ea ratione qua est ad nos diffinita, hoc est in medio rationis quãtũ ad nos, & nõ in medio secũdũ rẽ, & vt diffiniret ipse prudens & moralis. Virtus est mediocritas duoꝝ vitioꝝ, vnius p excessum, & alteri⁹ per defectũ. Et etiã quia alia excedũt, alia deficiũt magis q̃ oportet, tã in affectibus q̃ in actibus: virtus autẽ mediũ inuenit per prudentiã. & eligit p volũtatẽ. Sed quia quispiã diceret, q̧ virtus est bona & actũ bene circũstantionatũ elicit, sed bonũ malo cõtrariũ est. Itaq̧ virtus est extremũ nõ autẽ mediũ. Hoc soluẽs dicit virtutẽ esse & mediũ & extremũ, aliter tñ & aliter. Nã secũdũ substãtiã & rationẽ diffinitiuã dicẽtẽ quid est, medietas est: sic tenet mediũ, substãtia est diffinitio, patet in antepredicamẽtis. Æquiuoce dicunt̃ quoꝝ nomẽ est cõmune. & ratio substãtię est diuersa. Cape ergo literã. Quapropter virtus substãtia quidẽ & ratione dicente, hoc est diffinitione, ratio exponit substãtiã mediocritas est, quia diffinitur, est habitus electiuus in mediocritate cõsistẽs inter supabũdãtiã & defectũ, tamẽ aliter cõsiderat̃, tãq̧ optimũ aut bonũ & respectu actus bene sese habẽtis sic opponit̃ vitio tãq̃ extremũ. Dicit litera ac optimi respectu & bene sese habẽtis extremitas. Sub clarioribus verbis dicamus sic. Virtus bifariã cõsiderat̃, vno modo inquãtũ bonũ qđ malo aduersat̃, quo respectu est extremũ. Sunt ẽm duo extrema opposita bonũ & malũ: in altero est virtus in altero aũt vitiũ. In geminos ramos distrahitur. s. excessum atq̧ defectũ. Alio respectu cõsideratur virtus secũdũ essentiã suã siue diffinitionẽ siue rationem formalem, qua cõsideratione est mediocritas inter duo extrema interiẽs. Nihil sane absurditatis est dicere, idem vno respectu extremũ, & alio mediũ. ¶ Sequit̃ quarta pars capitis principalis. Nõ autẽ omnis actua. Hic vnũ dubiũ remouet. potest ẽm dubitari, an cuiuslibet operationis vt pturbationis esset mediũ, dicit q̧ nõ, dictũ suũ limitans: trifariã istud probat. Primo aliquorũ nõ est mediũ, sunt ẽm affectus nõnulli qui cõtinue nomine suo sunt cũ prauitate cõnexi. Exẽplificat, vt inuidẽtia maliuolentia imprudẽtia. Et actus similiter, vt adulteriũ, furtũ, homicidiũ. hæc ẽm vniuersa ita dicũtur praua nõ ob idipsum q̧ ipsoꝝ sunt excessus aut defectiones, nec circa similia tẽpus vllũ vnq̃ est recte agendi sed simpliciter in quolibet istorũ delinquitur. Non ẽm in furto licet furari quantum

Dub.

Responsio.

oportet & quãdo oportet.certe omne furtum est prauũ. ¶ Sequitur in litera. Simile est. Probat istud conuenienti similitudine habitus vitiosos assignans in quibus nõ inuenitur mediũ. Simile est circa iniustitiam,timiditatẽ & luxuriam,mediocritatẽ,& exuperationẽ & defectionẽ esse censere. Secũda ratio est,ducens ad impossibile ac si sic argumentaretur,quia operationes & affectus præfati secũdũ se important malitiam sicut & vitia. extrema quorũ medietas est virtus,ideo qui in huiuscemodi operibus & affectibus medium inuestigat persimilis est illi,qui in extremis vitiosis quęrit mediũ, & circa quod est iniusta facere,timere & incõtinẽtem esse & luxui deditũ esse,sed incõuenit quęrere mediocritatem circa extrema,vt circa defectionem & exuperationem : quia sic excessus haberet defectum & medium,& defectio medium & exuperationẽ,quod est impossibile:ergo impossibile est vt in actibus & affectibus qui secũdũ se importanr malitiã,sit mediũ laudabile. Tertio probat per simile in virtutibus sic. Sicut virtutes quæ sunt secũdũ se bonæ se habẽt ad extrema, sic se habent vitia quæ sunt secũdũ se mala ad mediũ:sed palã est ꝙ virtutis in sua latitudine nõ est excessus & defectus: Temperãtię enim & fortitudinis nõ est exuperatio & defectio:quia cum secundũ se importent mediũ,si earũ essent extrema,sequeretur ꝙ extrema essent in medio,& mediũ in extremis:quod est impossibile. Litera est; sed vt temperantiæ fortitudinisve non est exuperatio atq; defectio : quia medium ipsum esset modo quodã extremũ,quomodo virtus est in medio & quomodo in extremo nuperrime in hoc capite enucleauimus:non quin virtus extrema sortiatur,sed illa latitudinẽ medij haud contingũt,sed eius fimbrias prętergrediũtur:sic nec illorum quæ nominauimus est mediocritas exuperatio aut defectio:sed quomodocũq; agãtur semper peccatur omnino,nec excessus & defectus est mediocritas : nec medij est experatio,sunt enim latitudines omnino diuisę sese minime ambientes.

¶ DVbitatur primo,quomodo intelligitur illud,virtus est omni arte exactior & prestãtior quemadmodũ & natura. Secũdo,an virtutis diffinitio sit bona. Tertio,de virtutis mediatione: extrema enim sunt infinita,vt authoritate Pythagore philosophus probat, & patet ratione: nam quocunq; intemperãte dato,datur intemperantior,& quocũq; meticuloso oblato timidior dari potest, & sic in insensibilitate & in audacia: sed inter infinita non est dare medium. Quarto dubitatur, an omnis virtus sit in duarum malitiarum medio. Quinto, an latitudo virtutis sit diuisibilis. Dub.v.

¶ Ad primã dubitationẽ dicitur,ꝙ virtus est præstantior arte:nempe per eam homines sunt boni Ad primũ. nõ autẽ per artem:sed boni secũdũ quid,vt boni geometrę,periti artistæ,boni oratores. Auro quoq; virtus pręstat secundũ illud Horatianũ. Vilius argentũ est auro,virtutibus aurũ. Est etiam virtus arte exactior:natuaraliter enim ad suũ actũ elicitũ impellit. Artẽ autẽ habẽs potest ea abuti & secũdũ artẽ minime operari. ¶ Ad secũdã dubitationẽ respondetur,ꝙ non quęrimus hic diffinitionẽ quę datur Ad secũdũ. per essentialia. Primo enim Topicoꝝ solius substantiæ est diffinitio quidditatiua,hoc est termini de prædicamẽto substãtiæ rem compositã significantes: sed loquendo de descriptione quã habere potest, est bona. Ponitur enim genus virtutis habitus:& ponitur suus actus implicite,per hoc ꝙ dicitur electiuus, reliquæ particulæ discriminis gratia ponũtur: in medietate consistẽs per hoc ab extremis seiũgitur. Prout determinat ipse prudens,antiqua translatio habet sapiens improprie. Quonã pacto autem prudens & sapiens distinguãtur, in sextum librum deus cepra secũdet latius aperiemus. Quia vero innumerę circũstantiæ sunt pro tempore & loco circa materiam virtutis variandæ, propterea vna regula virtutis dari nequit:proinde cõtinue philosophus adiũxit,prout determinat ipse prudẽs.

¶ Ad tertiam dubitationem,licet non detur limes possibilis in vitijs:tamẽ nõ inconuenit dare me- Ad tertiũ. dium inter vitia:& si extrema essent infinita ascendendo & descendẽdo nõ incõueniret inter illa esse medium. Patet,sint duæ lineæ infinitæ a occidentẽ versus,b ad orientem solem terminatæ ad pedem meum: inter illas potest poni mediũ. Vnus paulo plus q̃ oportet bibit alius amplius:& sic capẽ asotos ascendendo in mensa ingurgitatos ad vomitum,calices coronãtes. Assuetudine gastrimargi venter distenditur & appetit alimenta vorare ad nauseam vsq;. Aristoxenus enim Cyreneus omniũ nepotum altissimus gurges,lactucas vesperi mulso irrigauit,quo luxuriosius crescerẽt & delicatioris saporis essent. Et si illic in excessu nõ ponatur limes,in medio tamen homo manducat bibitq; prout ratio postulat,quocirca nulla est ambages quin inter hęc extrema infinita,hoc est indeterminata medium detur. ¶ Ad quartã dubitationẽ affirmatiue respõdetur. Omnis enim virtus naturaliter acquisita est in duorum vitiorũ meditullio:& sic de theologicis dici potest. In deficiendo enim potest esse Ad quartũ. defectus,& sic in excessiuo actu:qui homini in casu officit,quãdo est quiescendum orare & circa diuina meditati. Sic & sperare potest esse contra conscientiam rectã vel erroneam. ¶ Ad quintã dubitationẽ Ad quintũ. respondetur,ꝙ latitudo medij est diuisibilis. Porro si esset impartibilis a viatore non cognosceretur, vel saltem ægerrime deprehenderetur. Præterea possum a panẽ comedere qui mihi sufficit,sed paulo maior mihi nõ nocet: sic in potu,carne,piscibus,& cæteris id genus. Et quicquid alij de iustitia loquũtur id idem censeo : nam in plerisq; eius speciebus non est adequatus valor precij ad mercem. Est enĩ precium rigorosum gratũq;,& inter illa mediocre: sic ꝙ stando in latitudine medij venditor vnam vlnam holoserici,4.scuta vni vẽdit,& illud est supremũ precium atq; rigorosum,latitudinem tamẽ medij tenet. Secũdo per gratũ precium alteri cuipam tribus scutatis cũ duabus tertijs vnius scutati commutat. Tertio mediocre precium assignat. Potest etiam iudex pro mutilatione vel alio crimine hãc pecuniæ summã aut illam paulo minorem imponere. Pro mutui restitutione in aliquibus quoq; valor est adequate notus opus est tenere medium ei,quod cum medio rationis coincidit. ¶ Sexto Dub.vi. dubitatur circa ista quæ inuolutam malitiam habent,videtur enim ꝙ quis possit dormire cũ vxore rationes.v. tyranni,vt ipse intereat & ciuitas aut patria liberetur. Icciroo tunc adulterium est licitum. Insuper ex ignorantia nonnunq̃ inter veros coniuges diuortium celebatur. sit talia Socrates qui cognoscit

postea aliam cum qua in facie ecclesiæ contrahit:& hoc facto argumentor sic. Socrates cum hac adul-
terium committit:patet quia non est vxor eius cum coram deo non sit separatus a priore:quos enim
deus coniunxit homo non separet. Matthęi.xix. Ergo Socrates cum secũda adulterium committit:
& est copula carnalis inter vxoratum & Bertam aliamve solutam vel matrimonij vinculo adnexam
non refert. Tertio medicus infirmo mentitur dicens eum sanandum proximo quẽ arbitratur mo-
riturum,hoc est pro alterius vita seruanda. Quarto iudex hominem iuste occidit,ergo homicidium
est in casu licitum,ergo potest bene fieri. Quinto,si deus præciperet Platoni dormire cum vxore Ci-
Ad primam rationem. ceronis,ille actus est licitus,& est adulterium. igitur. ¶ Ad primam rationem dicitur,ꝙ perperam is
agit qui cum tyranni coniuge ob expetibilem finem adulterino coitu commiscetur. Non enim fa-
Ad secũdã. cienda sunt mala vt inde eueniant bona. Ad Romanos.3. Ad secundum argumentum dicitur,ꝙ
si casus datus ex ignoratione inuincibili proueniat,illa carnalis copula est coniugalis castitatis actus.
Ad castitatem enim coniugalem sat est matrimonium inuincibiliter putatum. At si vni ignorãtia
vincibilis extiterit isa toto excusaudus non venit,alter tamen ob probabilem ignorantiam est pec-
cati immunis. vnde fit ꝙ in eadem cõmixtione alter aut altera castitatis coniugalis actum, alter vel
Ad tertiam. altera vero moechiam committit. Ad tertiam dicitur,ꝙ sinistre agit medicus mentiendo. Bene
autem agit si laborantem veritate ad sanitatis spem erigat,eum hortando vt in domino confidat:
& ꝙ plerique in deteriori statu existentes q̃ ipse laborans,dei adiutorio & medicorum solertia bene se
habuerũt,esto ꝙ eum arbitratur animam efflaturum. hoc enim modo verum dicit. Plerique enim lã-
Ad quartã. guentes supernaturaliter aut medicorum solertia incolumes euaserunt. Ad quartam respondetur,
ꝙ sermo est de nece,authoritate propria. homicidium enim in cõmuni potest & bene & male fieri.
Ad quintã. Ad quintam respondetur,si deus præciperet Platoni dormire cum hac muliere quæ est Ciceronis
Dub.vij. ille actus non esset adulterium,sed ad castitatem coniugalem spectaret. ¶ Dubitatur septimo,an vir-
Responsio. tus potest augeri & minui. Respondetur affirmatiue. Aliquis enim est temperans, & alius temperan-
tior,non solum extensiue secũdum plures actus specie distinctos extensiue,sed etiam intensiue:vnus
est fortis vt vnum,alius vt duo,tertius vt tria. Item vnus est peior alio,proinde est vnus alio etiam
melior. Præterea vnus est alio sanior in corpore,& illo debilior: ergo pari iure sanior & debilior in
Obiectio. mente ¶ Contra hoc arguitur. Virtus determinatur secũdũ excellentiã termini. primo cęli,sed talis
Responsio. excellentia in indiuisibili consistit. igitur. Dicitur ꝙ excellentia virtutis cognoscitur secundũ extre-
mũ potentię,hoc est secũdũ maximũ in quod potest:siquidem Milonis vires per arietis portationem
Dub.viij. non cognoscerem,sed per immanis tauri portationem,quẽ cũ magna difficultate portat. ¶ Octauo
Responsio. dubitatur,an virtutes distinguãtur per obiecta,an per affectus & perturbationes. Respondetur ꝙ vir-
tutes distinguũtur per obiecta adæquata & totalia,eadẽ caro numero potest esse obiectum partiale li-
beralitatis & illiberalitatis, temperantię & intemperãtiæ,iustitiæ & iniustitiæ. Volo dare hãc carnem
vero domino,est actus iustitiæ, restituendo alienum:& si postea sit mea,volo ipsam liberaliter alteri
dare est materia liberalitatis. Nolo eam indigenti dare,est materia illiberalitatis: temperanter eam
comedendo erit materia temperantiæ,intemperanter intẽperantię. Si quis in naturali philosophia
imbutus fuerit de intellectus aut voluntatis obiecto hic nulla est difficultas. Illud est obiectum potẽ-
tiæ in quod potentia tendit vt intellectus intelligendo,voluntas volendo & nolendo: & sub nolitio-
nem & volitionem generatim particulares actus cadunt: quare impertinens est virtutes aliquas per
passiones & alias per operationes seiũgere. Rarenter enim aliqua virtus habet effectum pro obiecto,
potest tamen ipsum pro materia habere,vt ego volo expectare vt timorẽ mihi innatũ abolere discã.
Dub.ix. ¶ Hęres forsan quare dicat philosophus,ars confert opus suũ redigẽdo ad mediũ. Dico hoc intelligi
Responsio. de medio inter excessum defectũque non de medio inter bonũ & malum. ¶ Dubitas,quomodo virtus
Dub.x. inter extrema intermediat. Respondetur,ꝙ aliquid est medium participatione, cum extremis con-
Responsio. ueniens,vt colores interstites inter alborem & nigredinem,aliquid est medium per extremorum ab-
negationẽ vt in pręsentia:tametsi enim magnanimitas circa extrema obiectiue desudet: locũ tamen
medij inter excessum & defectum tenet.

Tract.III. Cap.I. & Lib.II. Cap.VII.



Tenim idipsum solum vniuersaliter dicere: sed ad ipsa singula etiam
accommodare oportet: sermonum enim eorum qui circa actus ver-
santur vniuersales quidem magis cõmunes: particulares vero magis
sunt veri. Actus namque circa singularia sunt, quibus oportet sermones
consentaneos esse. Hęc igitur ex descriptione sumenda sunt. Circa
Timor. timores itaque fiduciasque mediocritas quidem est fortitudo. At exu-
Fiducia. perantium is quidem qui non timendo exuperat nomine caret: sunt
autem complura quę nominibus vacant. Is autem qui confidendo exuperat,audax est. At
Audax. is qui timendo quidem exuperat,confidendo autẽ deficit timidus. Circa voluptates atque
Timidus. dolores,non omnes quidem & minus circa dolores, mediocritas quidem est temperantia:
Tẽperantia. exuperatio autem intemperantia. At deficientes circa voluptates perpauci fiunt. Quapro-
Intẽperãtia. pter nec his est positum nomen, sed insensati vocentur. Circa dandas,capiẽdasque pecunias
Insensati.

mediocritas quidem est liberalitas: exuperatio autem & defectio prodigalitas,atq; illiberalitas.Quibus contrario modo exuperant & deficiũt homines.Prodigus enim in erogando exuperat: in capiendo deficit.At illiberalis atq; auarus in capiendo exuperat, in erogando deficit.Atq; de hisce nunc quidem figura loquimur & in summa,hoc ipso contenti.Postea vero exactius de ipsis determinabimus.Sunt & aliæ circa pecunias dispositiones & mediocritas quidem est magnificentia. Differt enim hoc a liberali magnificus, q̃ hic circa magna: ille circa parua versatur.Exuperatio autem ruditas circa decorum,atq; sorditas & defectus circa decorum pusillitas.Atq; hæc differũt ab his quæ circa liberalitatem diximus esse & differentiam posterius explicabimus.Circa honorem & eius oppositum : mediocritas quidem est magnanimitas, exuperatio vero lentitudo quædam,& defectio pusillanimitas dicitur.Vt autem ad magnificentiam sese habere diximus liberalitatem:hoc differentem ab illa q̃ circa parua versatur, sic sese habet & ad magnanimitatem quæ quidem circa honorem magnum versatur, alia quædam dispositio,quæ circa paruum versatur.Fit enim vt appetatur honor vt oportet,& magis q̃ oportet,& minus. Atq; is quidem qui in honorum exuperat appetitione,ambitiosus vocatur. Is autem qui deficit appetitione vacans honoris,& medius,nomine caret. Dispositiones etiam ipsę præter vnam nomine carent. Ambitiosi nãq; ambitio vocitatur.Quocirca fit,vt extremi de medio loco decertent. Nos quoq; medium hunc modo ambitiosum,modo vacantem honoris appetitione vocamus. Et nũc ipsum ambitiosum,nunc alterum laudamus: quam autem ob causam id facimus, in sequentibus explanabitur.Nunc de cæteris eundem seruantes modũ dicamus. Est igitur & circa iram mediocritas,& exuperatio & defectio.Atq; cum fere nominibus careant: medium mansuetum dicentes,mediocritatem mansuetudinem appellabimus. Extremorũ autem is quidem qui exuperat,iracundus.Et vitium,iracundia vocitetur.Is vero qui deficit,ira vacans,& defectio,irę vacuitas nuncupetur. Sunt & aliæ tres mediocritates , quæ tametsi similitudinem quãdã & conuenientiam inter sese habent,differunt tamen.Omnes enim sunt circa verborum , actuũve cõmunem vsum.Sed differunt q̃ earum vna circa verum quod est in ipsis,cæteræ circa iucundum versantur: quod quidem partim est in ioco partim in cæteris congressionibus vniuersis.Et de his igitur est dicendum vt magis cernamus in vniuersis mediocritatem quidem laudabilem esse, extrema vero neq; recta neq; laudabilia,sed vituperabilia esse.Atq; horum etiam pleraq; nominibus careãt.Verum enitendum est & his perinde atq; cæteris,ponere nomina dilucīditatis gratia vt facile sequi possimus.Circa verum igitur medius verax quidem & mediocritas veritas appelletur. Fictio vero si ad maiora pergat,arrogantia,& arrogans q ipsam habet dicatur.Sin ad minora dissimulatio nuncupetur & qui habet ipsam,dissimulator.Circa iucundum quod in ioco consistit medius quidẽ comis ac vrbanus: & dispositio comitas atq; vrbanitas appelletur. Exuperatio autem scurrilitas,& qui ipsam habet,scurra:& qui deficit, rusticus quidem, & habitus rusticitas nuncupetur.Circa vero reliquum iucundum quod est in vita, is quidẽ qui est vt oportet iucundus amicus dicatur,& mediocritas amicitia. Is autẽ qui exuperat si nullius gratia rei,placidus: sin sui emolumenti causa,adulator est appellandus.At is qui deficit & in cunctis est iniucundus contentiosus quidem,difficilisq; dicatur.Sunt & in affectibus & in iis quæ sunt circa affectus mediocritates. Verecundia nãq; virtus quidem non est.Laudatur tamen & ipse etiam verecundus.Nam & hic dicitur esse medius & exuperans atq; deficiens.Et exuperat quidem is qui in vniuersis verecundatur,qualis est ipse pauidus.Qui vero deficit,aut nulla in re verecũdatur appellatur impudens. Medius vero dicitur verecũdus.Indignatio autẽ mediocritas est inuidia & maliuolentia: versantur autẽ circa dolorem & voluptatem,quę oriũtur ex iis quę proximis accidũt.Indignãs enim dolet cũ aliqui prosperitate fortunæ indigne fruũtur. Inuidus autẽ hũc exuperans de omnibus dolet.Sed maliuolus adeo deficit in dolẽdo vt gaudeat. Verũ de his erit & alio loco tẽpus dicendi.De iustitia vero postea pertractabimus. Atq; cũ nõ dicatur simpliciter distinguemus ipsam,& de vtraq; dicemus quomodo mediocritas est. Et similiter de rationis virtutibus.

Liberalitas. Prodigus. Auarus. Magnificẽtia Respondet pusillitas. Magnanimitas. Ambitiosus Mansuetus Mãsuetudo. Iracundus. Iracundia. Mediocritas laudabilis est. Arrogantia Dissimulatio. Vrbanus. Scurra. Rusticus. Amicus. Adulator. Difficilis. Verecũdus. Pauidus. Impudens. Indignatio. Inuidus. Maliuolus.

Etenim idipsum.Hic tertium tractatũ huius secũdi libri auspicatur:quẽ in tria capita diuidit. In primo virtutẽ tãq̃ genus in species distrahit. In secũdo extrema adinuicẽ & ad mediũ cõparat,illorũ contrarietatẽ enodans.In tertio nõnullas normas affert cõducibiles pro virtutũ

acquisitione.In hoc item capite ostendit in speciali virtutē inter vitia mediare: & continet hoc caput tres partes præcipuas.In prima ponitur causa quare opus est loqui de virtutibus speciatim.In secūda virtutes speciatim enumerat.In tertia ostendit in passionibus mediū esse bonū & laudabile.Secunda ibi.Circa timores itaq; fiduciasq;. Tertia ibi.Sunt & in affectibus. In prima igitur parte dicit,ꝙ nō solū vniuersaliter & generatim dicere,sed ad singularia sermonē aptare oportet.Et sequitur causa in litera.In sermonibus enim quos de actibus agitamus:vniuersaliora quidē inaniora sunt particulariora vero veriora existūt.Sermones vniuersales sunt inanes qui nō cōsequūtur finem suū qui est directio operationū singulariū.Etiā deficiūt in aliquo particulari ob materiæ varietatē : ergo sermones particulares sunt efficaciores:sicut in medicina corporali dicere febrientē debere frigidia curari parum est, sed oportet dicere hūc cholericū huius regionis,huius ætatis &c. hoc modo curari debere. Sic in virtute & vitijs animę,procedere oportet.Expedit igitur hoc modo virtutē duorū hincinde deficientum extremorū mediocritatē ostendere.Hęc igitur ex descriptione,hoc est ex virtutū partitione & diuisione ostēdēda sunt. Sequitur secūda pars principalis. Circa timores atq; fiducias mediocritas est fortitudo. Verū enimuero qui nō formidando excedit nomine caret : sunt enim pleraq; quæ nominibus carēt, & ille qui cōfidēdo exuperat audax & temerarius dicitur: qui timēdo exuperat & cōfidēdo deest,timidus est.Circa voluptates & dolores non omnes,sed circa suā materiā,hoc est gustus & tactus,est intēperātia quæ est magis circa voluptates,minus vero circa dolores inuigilat: quia solū ob voluptatum carentiā excessus est intemperātia.Et quia perpauci circa voluptatē deficiūt: iccirco defectui nomē nō est impositū:sed interim insensati aut insensibiles vocentur . Circa erogandas & accipiēdas pecunias mediocritas est liberalitas.Exuperatio autē & defectio prodigalitas atq; illiberalitas.His tamen contrario modo exuperant & deficiūt homines,quippe prodigus in erogando exuperat & accipiēdo deficit: illiberalis & auarus opposito modo in capiendo est inexplebilis,& in erogatione deficit . Atq; de his nūc ruditer & in figura loquimur,summa solū nūc cōtenti: postea autē de ipsis exactius atq; emūctius docebimus:& signāter in quarto libro.Sunt etiā & aliæ circa pecunias dispositiones,hoc est virtutes & vitia,quæ hominē ad bonū vel ad malū disponūt,& mediocritas est magnificētia . differtq; a liberali magnificus:qoia hic circa magna,ille vero circa parua versatur . Exuperatio est ruditas circa decorū,atq; sorditas,& defectus pusillitas:sed quo differāt extrema huius ab extremis liberalitatis, posterius dicetur.s.in quarto. Circa honorē & inhonorationē mediocritas est magnanimitas, excessus lentitudo,defectus vero pusillanimitas.Et magnanimitas circa magnos honores,quēadmodum magnificentia circa magnā pecuniæ erogationē versatur.Liberalis circa paruā pecuniarū erogationē insudat.Et similiter quēadmodū circa paruas erogationes mediocritas est liberalitas : ita & circa exiguos honores quædā virtus & mediocritas est,quæ nomine vacat,& excessus est ambitio : & defectus, honoris vacuitas.Interdū huiusmodi honores expetūtur vt oportet,interdum plusq̃ oportet,& interdum minus q̃ oportet.Et qui huiuscemodi honoris auiditate excedit,ambitiosus appellatur: qui deficit, honoris appetitione vacuus: medius innominatus est : nā habitus ipsi in medio & extremis nomine vacant,præterq̃ in ambitioso cuius dispositio ambitio nominatur. Vnde fit vt extremi de media regione certent.Hinc nos mediū quādoq; ambitiosum,interdū honoris appetitione carētem dicimus: & nūc hūc nūc illum efferimus.Verū quare illud in vsu est ex dicendis est considerandū: quia de hoc,in libro quarto,capite quarto futurus est sermo:& etiam in hoc secūdo. Iam ad reliqua pergamus,& de cæteris quæ restant declaremus.Circa iram mediocritas est mansuetudo,exuperatio,iracūdia,crudelitas,atq; seueritas.Defectus,iræ vacuitas.Et medius mansuetus dicitur:& extremus iracūdus & irę vacuus,ac ferme nomina desunt.Sunt & aliæ tres mediocritates, vt affabilitas,veritas,comitas:quæ inter se affinitatem habent,diuersę tamen sunt.Similitudinem habēt,quia omnes circa verborum & actuū humanorum cōmunicationem & congressum insudant: differunt tamen ꝙ vna earum circa verum existit: aliæ vero circa delectabile,hæc in ioco, illa vero in vniuersis quæ ad vitā attinent: quæ enucleatius sunt explicandæ vt in singulis medium laudabile deprehendamus.Extrema vero constat neq; recta neq; laudabilia esse sed reprehēsione dignissima : & q̃q̃ in multis nomina desunt,licet tamen vt in reliquis explicationis causa & facilis sequentium apprehensionis,vocabula effingere. Circa verum mediocritas veritas nominetur,excessus arrogantia, defectio dissimulatio. Medius verax: extremi arrogans & dissimulator . Circa delectabile in ioco,medium comitas & vrbanitas dicitur excessus scurrilitas,defectus rusticitas.Medius comis & vrbanus: extremi scurra et rusticus.Circa reliquum iucundum quod est in vita mediocritas amicitia quædā est,excessus placiditatis adulatus defectus contentio atq; inhumanitas . Medius vt oportet iucūda consuetudo est amicus extremi,qui nullius gratia exuperat,placidus lucri gratia adulator: qui autē deficit iniucundus, contentiosus et difficilis fertur. Sunt aliqui adeo deprauato ingenio vt inter deliberandum in hominū cōsessibus semper alijs cōtradicere studeāt,hosce ambitiosos crediderim.Pudet eos semita communi, quæ tamē est tutior,incedere. Hinc methodos intētatas excogitant,et sibi solis videntor sapientes.

¶ Sequitur tertia pars principalis capitis, quę dicit ꝙ non modo in virtutibus mediocritas est efferenda,sed etiā in ipsis affectibus:& extrema in his vituperanda.Vt verecūdia quę virtus nō est, vt in quarto dicetur,sed affectio,extollitur. Verecūdia mediocritas quædā est:& verecūdus medius. Sed pauidus exuperat: quia is in vniuersis verecūdatur: qui vero deficit & in nullo verecūdatur is est effrons impudens,inuerecūdus. Itidē indignatio est affectio media,& inuidia excessus, maliuolentia defectus: quæ versantur circa dolorē & voluptatē ex ipsis prouenientē quæ accidūt vicinis.Et indignās medius est,qui dolet cū inidonei ad honorū culmina euehūtur: inuidus exuperat: de omnibus dolens,hoc est

de successibus tā bonorū q̃ inidoneorū. Inuidia torquet excossatq; inuidētes vt quidā tortor ex tartareis vltoribus ad hominū interniciem missus. Pallidus & macer est iste hominū osor: nō ridet nisi in aliorū aduersitate. Maliuolus deficit etiā de bonorū aduersitatibus gaudēs. Sed de his & iustitia & de rationis virtutibus, hoc est de intellectualibus virtutibus posthac habendus est sermo.

Dubium: Responsio.

¶ DVbitatur an habēs habitū virtutis potest declinare in casu a vero, hoc est mentiri. Quidā dicūt ꝙ sicq; in mēdacio iocoso & officioso licet declinare a vero propter maius bonū cōsequēdum q̃ est tale verū a quo declinat: vel maius malū fugiēdū q̃ est tale mēdaciū iocosum vel officiosum: mēdaciū autē secūdū se, dicit simpliciter nūq̃ esse cōmittēdū, nisi in tali casu in quo fit recōpēsatio p maius bonū vel minus malū. Totū illud dico esse falsum, & cōtra doctrinā philosophi quarto Ethicorum, & cōtra veritatē. Licet quidē tacere verū in casu: veritas enim odiū parit, secūdū comicū: mentiri nullo modo licet. In quartū & alibi sup hoc fusior habēdus nobis est sermo: ne vero talibus credat nūc solū illud raptim diximus.

Dub. 2. Responsio.

¶ Dubitat secūdo quare de hisce virtutibus nominatis & nō omnibus, Aristoteles loquitur: vtpote de humilitate, virginitate, sapiētia, & alijs intellectualibus. ¶ Respōsio Aristoteles loquutus est de cōmunioribus de qbus postea est dogmatizaturus. Nec est petenda ratio quare de fortitudine ante tēperantiā, & sic cōsequēter de alijs loquutus est: ad libitū eñi id fecit. Hoc dico ob multos qui in talibus inanib⁹ sese & alios fatigāt. Sed ordinē virtutū in speciali posuit ferme eodē modo quo posthac in tertio, quinto, sexto, & in sequētibus loquuturus est. Possumus tñ cōgruētias dare. Primo virtutes affectuū regulatrices posuit. s. fortitudinē & tēperantiā: deinde tractat virtutes quę res externas cōsiderāt: demū, eas quę respiciūt quosdā actus exteriores in cōuersatione humana.

Dub. 3. Responsio.

¶ Tertio dubitatur, quid est inuidia. Respondet ꝙ cū ob effectus, teste Aristotele, nec laudamur nec vituperamur: & inuidia vitiū etiā capitale a Theosophis ponat, aliter de ipsa est loquēdum propter eos qui hac lurida tabe inuidię suapte natura coinquinātur. dico inuidiā esse actū electiuū volūtatis: & in primis cōformiter ad philosophū dico ꝙ possum nolle prospera cōtingere malis: qa hoc eis & reipublicę officit: nolo hūc illiteratū aut vitijs sordētē ad sacerdotiorum culmina euehi. Et qa ad nolitionē dolor subsequit, ex talis promotione tristior & recte in medio teste Aristotele. Sub inuidia maliuolentiā alterū extremū theologi intelligunt. De inuidia quo ad actū iam in secūdū Sententiarū scripsimus.

Tract. III. Cap. II. & Lib. II. Cap. VIII.



CVm autē tres sint dispositiones, & duę quidē sint vitia: quorū alterum in exuperatione, alterū in defectione consistit: vna autē virtus quæ quidem est mediocritas: omnes īter se & si nō æque suscipiūt oppositionē. Extremæ nāq; cū mediæ tū inter se contrarię sunt. Media vero extremis: nam vt æquale maius quidē est, cū cōparatur ad minus: minus autē cū cōparatur ad maius: sic & habitus medij respectu quidē defectionū exuperant: respectu autem exuperationū deficiūt, tam in affectibus q̃ etiā in actibus. Fortis enim cū ad timidū comparatur, audax: cū ad audacē, timidus esse videtur. Pari modo tēperans respectu quidē insensati intēperās: respectu autē intēperātis, insensatus videtur. Liberalis etiā prodigus videtur si ad illiberalē: illiberalis si cū prodigo cōferatur. Quapropter & extremorū vterq; mediū ipsum a se cōpellit ad alterū. Atq; fortē audax quidē timidū, timidus autē audacē appellat, & in cęteris simili modo. Hęc cū hoc pacto inter sese opponātur: maior est vtriq; cōtrarietas extremorū inter sese q̃ ad mediū. Longius enim hæc inter sese q̃ a medio distāt. Et perinde atq; magnū magis a paruo paruūq; a magno q̃ ab æquali vtrūq; distat. Extremis insuper nōnullis ad mediū similitudo quędā esse videtur, vt audaciæ ad fortitudinē: & prodigalitati ad liberalitatē. At extremorū inter sese maxima est dissimilitudo, atq; ea quę plurimū īter se distāt diffiniētes cōtraria dicūt. Quo fit vt ea quę magis distāt, magis cōtraria sint. At vero medio in quibusdā exuperatio: in quibusdā defectio magis opponitur. Fortitudini nāq; non audacia quæ est exuperatio, sed timiditas quę est defectio, magis opponitur. Tēperantiæ vero nō insensibilitas quæ quidē est defectio: sed intēperantia quæ est exuperatio magis opponitur: id autē ob duas accidit causas. Atq; vna quidē est ex ipsius rei natura. Nā quia propinquius atq; similius est extremorū alterū medio: ideo nō hoc ipsi, sed cōtrariū oppositū esse magis asserimus, vt cū audacia quidē similius fortitudini videatur atq; propinquius esse: timiditas autē dissimilius: hanc illi magis oppositā esse censemus. Etenim ea quę plus a medio distant, eidē cōtraria magis esse vidētur. Hæc igitur vna est causa: quæ quidē est ex ipsius rei natura. Altera autem ex nobis sumitur ipsis. Ea nāq; medio contraria magis esse vidētur: ad quę nos ipsi quodāmodo natura sumus propēsiores: Nos enim ipsi quia magis ad voluptates sumus procliues, icirco facilius ad intēperātiā q̃ ad modestiā inclinamur. Hæc igitur magis cōtraria dicimus ad quę fit magis accretio. Et propterea intēperātia quæ est exuperatio magis est contraria temperantiæ.

Cōtrarietas extremorū inter se maior.

Medio contraria.

CVm autem tres sint dispositiones. In hoc capite ponit philosophus expositionem extremorũ & medij ad extrema. Et tres conclusiones ponit: quarum Prima est. Et medium extremis & extrema inter se aliquo modo aduersantur: sunt enim, vt dictum est, tres dispositiones, hoc est qualitates ad bonum & malum disponentes, quarum duæ vitia sunt, vnum in excessu, & alterum in defectione, & tertia virtus, quæ & mediocritas quædam est: sed media dispositio extremis contraria est: nam æquale quando confertur ad minus, maius esse videtur. ¶ Nota ꝙ virtus bifariam consideratur, vt superius diximus: vno modo vt est quædã mediocritas: alio modo vt est quoddam bonũ quomodo ex vna parte extremis simul sumptis tãꝗ pesti ac malo. Vt autem est mediocritas duobus extremis opponitur, quorũ vnũ est ex vna parte vt excessus, alterũ ex altera parte, vt defectus. Et sic medium quãdam relationem subit & cõparatũ ad maius, minus apparet: sic medij habitus respectu defectionum exuperant in habitudine excessuũ, deficiũt tam in affectibus ꝗ in operationibus. Exẽplariter illud propalor fortis: cum ad timidum cõfertur audax, cum ad audacem formidolosus esse videtur. Item temperãs respectu insensati temperãs: respectu autem intemperati insensatus putatur. Et si liberalis ad illiberalem & auarũ cõferatur prodigus apparebit: si vero ad prodigũ illiberalis: & ita in similibus. At extrema illa vt audax, timidus, intemperans, insensibilis, palam inter se contrariãtur. Igitur & medij illi habitus extremis cõtrariantur. Reijcit enim a se vnum extremorum ipsum medium, alterum extremũ versus potius in alterum extremũ & contra: & hoc non est nisi quia medium vtrique extremo aduersatur: hinc audax fortem, timidũ: & timidus fortẽ, audacẽ appellat, & ita in reliquis. Mediũ propterea extremis & extrema inter se quodãmodo opponũtur. ¶ Sequitur secũda conclusio quæ dicit. Hæc cũ hoc pacto inter sese opponantur, maior est extremorũ contrarietas inter se ꝗ ad medium. Hanc conclusionem bifariam probat, primo sic. Illa contraria quæ magis distant magis aduersantur: quemadmodum magnum & paruum magis inter se distant ꝗ ab æquali, hoc est a medio rei inter illa. Secundo sic. Illa inter quę nulla est similitudo magis cõtrariãtur, ꝗ illa, inter ꝗ est aliqua similitudo: sed medij ad extrema est aliqua similitudo, nam liberalitas aliquam affinitatem cum illiberalitate, aliquã cum prodigalitate habet: magis igitur inter se extrema distant. Nam diffiniãtur contraria per plurimũ distare: siquidem contraria sunt, quæ sub eodẽ genere posita maxime a seinuicem distant: & eidem subiecto vicissim assunt a quo mutuo sese reijciunt. Ex postprædicamẽtis. Extrema igitur quæ maxime distant maxime inter se sunt cõtraria. Ipsorũ igitur maior est oppositio ꝗ extremorũ ad mediũ. ¶ Sequitur tertia cõclusio. At vero medio in aliquibus excessus, in aliquibus defectus magis est ipsi medio oppositus. vnde timiditas magis fortitudini ꝗ audacia cõtrariat: & intẽperãtia magis temperãtiæ ꝗ insensibilitas opponitur. Et istud ob duo contingit. primũ ex parte rei, secũdũ ex nostra parte sumitur. Ex parte autẽ rei, nã quando vnũ extremorũ medio est similius & propinquius, tũc non ipsum sed eius oppositũ est ipsi medio magis oppositũ: vt quia audacia similior est fortitudini: timiditas autẽ quę est defectus dissimilior & remotior, propterea timiditas magis fortitudini opponitur. Secũda causa ex parte nostra est hęc, extrema illa magis cõtraria vidẽtur ad quæ natura propensi & inclinati sumus: vt nos ad voluptatẽ proniores sumus ꝗ ad voluptatum abstinẽtias: proinde intemperãtia est magis cõtraria temperãtię ꝗ insensibilitas: quia ab illo ad quod sumus naturaliter inclinati, cum maiori difficultate recedimus tendendo ad medium: & facilius a medio ad illud recedimus. Hæc igitur magis contraria dicimus, inqt, ad quæ magis fit accretio, hoc est augmẽtum, & ipsa hominis inclinatio. Modestiam in litera pro insensibilitate ponit.

Dub. iij. ¶ DVbitatur Primo, an extrema plus opponantur sibi mutuo ꝗ ipsi virtuti. Et probatur ꝙ non. virtus enim non opponitur vitio: ergo dubitatio falsum supponit. Antecedens patet. Non opponitur relatiue nec contradictorie, vt notum est: nec videtur ꝙ ipsa priuatiue, aut contrarie opponãtur cum non maxime distent: igitur. Secundo vitium vitio contrariatur: ergo non contrariatur virtuti: tenet consequentia, quia tm̃ vnum vni est contrarium. primo cęli. Tertio genere differentia maxime a seinuicem distant: sed extrema vitia sunt in eodem genere: virtus & vitium sunt in diuersis generibus. In oppositum est Aristoteles.

Ad primũ. ¶ Ad primum dicitur. ꝙ virtus non est vitij virtus: ergo non opponuntur relatiue nec alter terminorum in priuatiuis: & non opponitur contradictorie: relinquitur igitur ꝙ contrarie opponuntur: non enim sunt plures species oppositionis incomplexe, ex postprædicamentis. Quomodo voco hic incomplexionem ex artibus liquere reor. Et licet virtus maxime a vitio non distet: non tamen sequitur quin cõtrarientur: solum sequitur non contrariantur contrarietate proprijssime sumpta. Album enim & puniceum cõtrariantur, sicut candidum & pullum in eodem genere contrarietatis.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum nego consequentiam. Probatio verũ habet de contrarietate proprijssime dicta & de contrarietate rerum.

Ad tertium. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ aliquam affinitatem extrema habent quam medium non habet cum aliquo extremo, quia continentur sub eodem genere vitij: sed quantum ad bonum & malum virtus & vitium plus contrariantur: vnum enim sub genere boni, alterum sub genere mali includitur. Et quia est difficile attingere medium: forte facilior est transitus de extremo in extremnm ꝗ de extremo in medium: tamen de extremo in medium rei prius ꝗ in extremũ transitur: quinto physicorum: sed de medio ratione dico id non oportere: sed aliam conueniẽtiam virtus habet cum extremo, sicut Aristoteles in litera dicit, vt sesquipedale plus cum bipedali & pedali conuenit ꝗ bipedale cum pedali. De conuenientia secundũ substantiam hinc & illinc nũc est maior, nũc vero minor. Duo actus eiusdem speciei, immo idem actus numero sensim sub virtute & vitio implicatur: vt volo dare decem minas huic, & volo dare decem minas huic: vnus actus potest esse liberalitas, alter vero pecuniæ profusio, & prodigalitas.

Tractatus.III.Cap.III. & Lib.II.Cap.IX.



Irtutem igitur moris mediocritatem esse:& quomodo fit:& vitiorũ duorum mediocritatem esse:Vnius per exuperationem,alterius per defectionem:& talem esse propterea q̃ coniectatrix est eius medii:quod in affectibus est atq; actibus, satis iam diximus. Quapropter difficile est studiosum esse.Est enim difficile in vnoquoq; medium capere.Vt circuli medium inuenire non cuiuslibet,sed scientis est tm̃: pari modo irasci quidem & dare argentum sumptusue facere cuiuslibet est,& facile: sed cui, & quantum,& quando, & gratia cuius oportet,non cuiuslibet est,neq; facile.Quod quidem est ipsum rectum,& est perrarum,& laudabile,& perpulchrum. Ideirco eum qui medium ipsum cõiectat. Primum quidem a magis contrario discedere oportet & perinde atq; Circe monebat. Studiosum esse difficile est.

Extra vndam & fumum longe compelle carinam.

Extremorum enim altero magis altero minus delinquitur. Cum igitur consequi medium summe sit difficile, secunda (vt inquiunt) nauigatione minima malorum sunt capienda. Circes admonitio. Idq; erit hoc maxime modo quem diximus.Considerare autem oportet ad quid nos sumus propensiores.Nam alii ad alia natura sumus procliues.Quod quidem ex voluptate doloreve inde prouenientie percipietur. Atq; nosipsos ad contrarium oportet retrahere. Longe nanq; a delinquẽdo secedentes ad ipsum tãdem medium accedemus:vt solent ii facere qui lignorum ea quæ sunt obliqua ad rectitudinem redigunt.In vniuersis autem cauendum est maxime a voluptate. Non enim incorrupti iudicamus de ipsa: vt ergo Troianorum senes erga Helenam sese habuerunt:sic & nos ad voluptatem ipsam esse affectos: in omnibusq; illorum dicere vocem oportet:hoc enim pacto remouentes a nobis ipsam,minus peccabimus. Hec igitur facientes (vt in summa dicam) maxime medium attingere consequi ve poterimus. Senes circa helenam. Id autem ipsum difficile est fortasse & in singularibus maxime:non enim facile determinari potest quomodo & quibus & pro quibus:& quanto in tempore irascendum est. Etenim nos interdum eos qui deficiunt laudamus & mites dicimus esse.Interdum ipsos infensos appellamus viriles. Verum qui parum a recto exorbitat, non carpitur: siue ad defectionem siue ad exuperationem se flectat. Qui vero multum, vituperatur. Non enim latet egressus.Facile autem non est excipere ratione quousq; & quantum a recto quispiam egressus carpendus est. Neq; enim aliud quicq̃ sensibilium determinari facile potest. Talia vero in singularibus sunt, & iudicium est in sensu. Verum illud est manifestum medium habitum iu vniuersis laudabilem esse.Oportet autem nunc ad exuperationem, nunc ad defectionem declinare:hoc enim pacto facillime medium ipsum & rectum attingemus ac assequemur. Parum exorbitans non vituperatur.

VIrtutem igitur.Repetit quędam dicta,inquiens dictum est virtutem moralem duorum vitiorum esse medium,vnius per excessum,alterius per defectum: idcirco virtutem esse coniectricẽ medij,sed tam in affectibus q̃ in actibus.iam super hoc diximus. Inde duas conclusiones cum quatuor documentis ponit. Prior conclusio est. Difficile est hominem esse studiosum. Probatio:quia q libet studiosus habet tenere medium tam in actibus q̃ in affectibus,sed hoc tenere est difficile:igitur. Minorem similitudine probat,vt circuli medium capere non cuiuslibet est,sed scientis tm̃,hoc est geometræ. Similiter irasci, pecuniam erogare,& sumpt⁹ facere cuiuslibet est & facile est factu,sed cui,quãtum,quando,quomodo,& gratia cuius,non amplius est cuiuslibet,neq; id est facile factu. Quod enim rectum est,hoc rarenter in vsu est,sed est laudabile & præclarum. Rari quippe boni, numero vix sunt totidem quot Thebarum portę vel diuitis ostia nili.

¶Sequuntur tria documenta attingendi medij. Primum documentum. Volenti mediũ assequi summe elaborandum est magis euitare vitium quod ipsi medio magis opponitur. Perinde atq; Circe vt in litera dicitur monebat inquiens Vlyssi. Extra vndam & fumum lõge compelle carinam. Versus est Homericus,quo poeta perbelle comminiscitur Circen admonẽtem Vlyssem post Troię excidium varijs nauigationibus nantem vt extra fluctum & fumũ carinam adigat. Hoc est extra Syllam & Charybdim,tradens indicia quibus ea discrimina notentur,scilicet q̃ ex fumo atq; reciprocis fluctib⁹ in nonnullis locis periculosis mare vndabundum vento agitatur & vicinum aera fumosum reddit, sicut nosipsi in Britannico oceano notauimus. Et cum vno cõtrariorum magis q̃ altero peccetur, vt in timore magis q̃ audacia,& cum medium consequi sit interdum summe difficile, in secunda nauigatione minima mala vt inquiunt sunt capienda. De duobus enim malis minus est eligendum: in malis quidem pœnæ non culpæ,& a maiore malo est magis fugiendum. Hoc autẽ maxime erit per modum quem retulimus. ¶Secundum documentum. Considerare oportet vitia ad quæ natura procliuiores sumus:siquidem alij ad alia natura feruntur,& nos ad opposita retrahere,& demum remote ab his in quibus transgredi solebamus declinãtes,mediũ inueniemus, more eorũ qui flexa & obliqua

ligna retorquent & rectificant. Vitia autem ad quę proclives sumus voluptate & dolorē percipiemus.
Nam plerūq; in quibus est alijs voluptas alijs dolor adest. ¶ Tertiū documentū. In vniuersis summo
pere est a voluptate cauendum. Non enim incorrupti & incontaminati de illa iudicamus. Hoc est nos
nondum de voluptate tentati rectam sententiam ferimus. Non enim putamus eam esse tantę diffi-
cultatis quantę est & apparet in obiecti praesentia: sicut senes Troianorum erga Helenam sese habue-
runt, sic ad voluptatem nos esse affectos oportet, in omnibus illorum imitabimur vocem. Nolebāt enī
Helenam (quae omnes suo aspectu ad libidinem trahebat) videre. Dicere solemus de mediocriter for
mosa muliere, haec non rapit videntes in sui amorem: ac si per locum a contrario sensu diceremus, ali
quę sunt quarum aspectus signanter cum tempore fiunt periculose, in amorem sui trahunt. Sic autē
a nobis ipsis voluptatem repellentes minus peccabimus, & has praeceptiones obseruātes, medium vel
maxime consequemur. Sequitur tertia pars principalis huius capitis. Id autem ipsum difficile fortas
se &c. Hic ponitur secunda conclusio dicens pro omnibus his documentis est difficile attingere medi
um in particulari. Probatur, Non enim est facile determinare quomodo, & quibus & pro quib⁹ & quā
to tempore irascendum sit. Nam nonnunq̄ eos qui deficiunt laudamus, & mites dicimus esse. Interdū
ipsos infensos & excandescentes viriles dicimus. Sed animaduersione dignum est q qui parum a re-
cto exorbitat in alterutram partem, non carpitur: qui vero plurimum deuiat vituperatur, talis enim
egressus non latet, attamen non est facile sermone consequi quousq; & quantum a recto egressus vitu
perandus est, nec aliud quicq̄ sensibilium prompte determinari potest. Nam talia in singularibus col-
locata sunt, quorum iudicium est in sensu. Nihil igitur mirum videatur, si difficile est esse studiosum.
Illud duntaxat clarum est, q medius habitus in cunctis laudatur, & q declinare oportet nunc ad ex
cessum nunc ad defectionem. Sic enim facillime medium adipiscemur.

Dubia. iij. ¶ Circa literam dubitatur. Primo an est bonum documentum, irretitum in vno vitio aliud intrare,
vt demum in medium redeat. Videtur Aristoteles hoc velle per flexum lignum vel ensem, qui in op
positam partem flectitur vt tandem in medium redeat. ¶ Secundo an quilibet q̄tumcunq; paruus
ingressus in extrema sit vitium. videtur Aristoteles dicere q non, inquiens, qui parum a recto deui-
at non carpitur. In oppositum argumentor. Is est extra rationem medij: ergo in extremis, & per con
sequens in vitio. ¶ Tertio an possum aperire viam minoris peccati viro quem video in maius pecca-
Ad primū. tum lapsurum quatenus eum a maiori peccato retraham. Respondetur ad primum negatiue. Aristo-
teles enim intelligit vt vno genere vitij coinquinatus, in extremum medij aliud extremum versus
pergat, & sic sensim ad medium venire potest. Vt prodigus ad partem liberalitatis illiberalitati vici-
nam primo pergat, postea circa totam latitudinem liberalitatis insudabit. Liberalitas enim sicut & q̄
libet alia virtus non consistit in impertibili, sed quandam latitudinē sibi vendicat. Maior autem vni
q̄ alteri latitudo medij temperantiae est. Minor siquidem debili q̄ robusto: & minor infirmo q̄ sano.
Qui ab altero extremorum etiam peiori in minus malum prosilit inconsulto agit cum medium in
manu habeat secūdum illud Flacci in arte. In vitium ducit culpae fuga, si caret arte. Et in sermo. Nō
ego auarum Cum veto te fieri vappam iubeo ac nebulonem. Dum vitant stulti vitia in cōtraria cur
Ad secundū. runt. ¶ Ad secundum dicitur q quilibet egressus extra latitudinem medij est peccatum & actus ma-
lus, sane opposito dato nō esset latitudinis medij egressus. Cui quadrat Flaccus inquiens in sermoni-
bus. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit consistere rectum. Sed qui
parum medij cancellos transgreditur is non carpitur, quia error est permodicus & nō a quouis per-
cipitur: Quando vero excessus est magnus, tunc non latet, sed vbi est pręcisus limes non est facile co-
gnitu, quēadmodum in aliqua intercapedine panem triticeum sacerdos consecrare potest & in aliqua
ob grande interuallum nequit. Sed vbi sit adaequatum confinium, fortasse plerosq; etiam sapientes
fugit. Cęterum si tota latitudo medij quae deo est nota nonnihil extremorum ex ignoratione inuin-
cibili includat, iam illud totum est operanti medium. Ego enim si ex pręteritis me posse tantum mā-
ducare & bibere probabiliter reor, & tamen ex tali comestione in morbum labor non feci intemperā
tię actum, sed temperantiae cum hac circunstātia notitię qua comestionis tempore fungebar. vbi ali-
us mihi omnino parilis, hoc dempto q pręcise limitem inter excessum & defectum nouit, ille intem
perāter mecum tantundem manducabit potabitq; non autem ego. ¶ Ad tertiam dubitationem ne
Ad tertium. gatiue respondetur. Nam consulere alicui perperam agere, malum est: veteri enim prouerbio dicitur,
Malum consilium consultori pessimum est. Attamen possum sine peccato dare ei pecuniam in bursa
aut in capsa inclusam vt me incolumem abire sinat, hoc enim est mihi licitum: ei tamē illicitum re-
cipere, & haec extorta datio illi non prestat rei datae completum dominiū, quare acceptum refundere
astringitur. ¶ Pro affirmatiua responsione discepto sic. Possum consulere Socrati meam pecuniā quā
habeo in antro conseruatā capere quatenus meū iugulū nō abscindat qd scindere iam euidēter delibe-
rat, obice non pręstito: & tamen ipse peccat meā pecuniā sic capiēdo cū eam nō mea pura spōte erogē.
Itidē do pecuniā Socrati ne Platonē occidat, aut vt Ciceronē simoniace ad dignitatē eligat: igit hoꝝ
Dubiū. iiij. telorū solutiōes in fine primi sentētiarū q̄re. ¶ Dubitat quarto vtꝝ est q aliq sunt ꝓpēsiores ad vnum
Responsio. vitiū q̄ ad aliud. Respōdet q aut mores ac influētię celestes ad hoim habitudines non parū momētī
habēt: natus enī in tali horoscopo est audax, ac in alio natus more leporis timidus ꝓpriā vmbrā me-
tuēs, & nocturnas laruas in tenebris excogitās. Nōne vides ad oculū q in tali vel tali aere nasci ad hūc
affectū vel illū inclinat? A via solis remoti sunt aiosi & bellipotētes pierūq;: apricis in locis editi astuti.
Poeni erāt astuti atq; versipelles. Cōcauis oculis nati inuidi ferunt. Verūtamē vir circūspectus inclina-
tionē corporis malā minime insequit, rōnē enim audit atq; illi innitit. Nā sapiens dñabit astris, inquit

Ptolemæus Alexandrinus gentilicio errore imbutus. Hoc experientia hausit. Idem innuit philosophus in Ethicis & vbiq̧,& diuina eloquia. Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius. Stultior inclinationem citra reluctamen insequitur vel ex malis actibus se ad malum promptificat, quia ex malis actibus ingratissimę filię oriuntur, scilicet habitus. Exempli gratia Adrianus Imperator Traiani Cæsaris laudem adeo ęgrę tulit, vt Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, ab illo acquisitas Parthis cōcesserit. Pontem supra Danubium ab illo extructum diruerit. Asinius Pollio adeo infensus fuit Ciceroni vt eius laudes audire nequiret. Cum enim Sextilius poeta inciperet canere in mensa. Deflendus Cicero patrięq̧ silentia linguæ: cunctis spectantibus adeo est commotus, vt silentium vati imperaret. Aliqui sunt in choleram pronissimi. Aliqui constantes atq̧ patientes in disfortunijs vt Iob, Socrates, Licurgus, Aristides. Et Stephanus alijq̧ martyres ecclesiæ. Breui in omnibus his, ratio & voluntas imperium tenent: quacunq̧ calamitate opprimaris cladem in bonam partē accipe, patientiam per voluntatis imperium conserua: & omnia leuentur. Propterea de inclinatione siderum parum est curandum.

LIBRI TERTII TRACTATVS PRIMI, CAPVT PRIMVM.



VM AVTEM VIRTVS CIRCA AFFECTVS, actusq̧ versetur: & in iis quidem quæ sua sponte quis agit, laudes & vituperationes: in iis autem quæ inuitus facit, venia nonnunq̄ & misericordia locum habeat: eos forsitā qui de virtute considerant, de eo quod sua sponte quis facit atq̧ inuitus, determinare necesse est. Vtilis est etiam legum latoribus hæc sane consideratio ad præmia pœnasq̧ instituendas. Videtur itaq̧ ea inuitus facere quispiam, quæ violentia vel per ignorationem facit. Id autem est violētum cuius principium est foris, in quod nihil is qui agit aut patitur confert, vt si ventus aliquo tulerit, aut homines potestatem habentes. At ea quæ ob maiorum metum malorum, aut ob aliquod bonū aguntur: vt si tyrannus quempiam aliquid agere turpe iuberet, habens in potestate & parentes & liberos, hac lege: vt si illud agat illi sint incolumes: si non agat, dispereant, controuersiam habere videntur vtrum hæc inuiti an sponte faciant homines. Tale etiam quid accidit & circa iactus eos qui in tempestatibus fiunt. Simpliciter enim nemo suas fortunas eiicit sponte. Sed omnes propter suam cæterorūq̧ salutem eiiciunt, modo sint mentis sanę. Tales igitur actus mixti quidem sunt. Ijs autē magis sunt similes quos sponte homines agunt. Expetuntur tunc enim cum aguntur: atq̧ finis actionis in temporis conditione consistit. Et sponte igitur & inuitum vnumquemq̧ dicendum est agere cum agit. Agit autem sua sponte. Est enim in ipso principium mouendi partes eas quæ sunt in huiuscemodi actibus instrumenta. At quorum principium est in ipso ea agere vel non agere in ipso est situm. Talia igitur sua sponte quisq̧ agit. At simpliciter fortassis inuitus. Nemo nanq̧ talium quicq̄ per se expeteret vnq̄. In actibus autem huiuscemodi nonnunq̄ homines & laudantur cum pro magnis & honestis rebus aliquid turpe ferunt aut molestum: si vero contra faciunt vituperātur. Est enim improbi pro nulla re honesta vel mediocri, res turpissimas ferre. In quibusdam autem laus quidem non fit, sed venia locum habet: cum ea quæ non agere oportet quispiam egerit ob huiuscemodi res, quæ naturam humanam superant, nemoq̧ perferret. Sunt autem quædam, ad quę forsitan non licet queq̄ esse compulsum. Sed potius oportet summa perpessum tormenta mortē obire. Ridicula nanq̧ vidētur ea quæ ad necem matris, Alcmeonem Euripidis compulerunt. Est autem interdum difficile quale pro quali sit expetēdum, & quid pro quo sustinendum: discernere. Difficilius etiam est posteaq̄ cognoueris, in sententia permanere. Fit enim plerumq̧ vt ea quidem quæ expetuntur molesta, ea vero ad quæ cogimur turpia sint: vnde laudantur atq̧ vituperantur ii qui fuerunt aut non fuerunt compulsi. Quænam igitur dicenda sunt violenta? An ea quidem simpliciter inuitus quispiam agit quorū externa est causa, & ipse agens nihil omnino confert: quæ vero per se quidem inuitus facit: sed nunc & pro his expetuntur, principiumq̧ est in ipso agente: ea per se quidem inuitus facit, nunc autem & pro his sponte agit. Magis aūt his similia sunt quæ sua sponte quis agit. Actus enim sunt circa ipsa singula quę quidem sponte facit. Qualia vero pro qualibus ex-

Inuite & spōte agentis cōsideratio.

Violentum.

A tyrannis coactio.

Alcmeon.

Violenta.

Actus circa singula. petenda sint non facile assignare possumus, quippe cum in ipsis singulis complures sint dif-
ferentię. Q: si quispiam ideo iucunda & bona violenta dixerit esse, quia & extra sunt & cō-
pellunt: omnia erunt eius sententia violenta: horum enim gratia omnes omnia agunt. Atq;
qui violētia, inuitiq; agunt, ij cum dolore: qui ob iucundum, ij cum voluptate agunt. Est au-
tem ridiculum externa quempiam accusare, sed non seipsum, qui quidem ab huiusmodi re-
bus facile capitur. Et honestorum quidem se, turpium autem ea quæ afferunt voluptatem cē
sere causam esse. Id igitur violentum esse videtur cuius principiū est foris, nihil prorsus eo
Ignorata. cōferēte cui vis est allata. Oē aūt quod ob ignorationē est actū, nō spōte qdē est actum.



Vm autē virtus &c. Supiori libro Aristoteles de virtute generatim docuit, illius
originē mōstrās quo a fonte virtus pficiscit virtutis diffinitionē tradēs ac illi⁹ ra-
mos & nōnulla slia scitu non indigna vt in processu vidimus. Nūc autē hoc ter-
tio libro cōsequēs videbat vt speciatim de qualibet virtute loqui auspicaret, ea pti
cularius pingendo, quorū antea generatim meminit, vt exacta virtutū agnitio
deprehēdat, quia virtutibus tanq̄ p cōpēdia ad felicitatē pcedit, illa eñ est virtutū
scopus. Sed aliqus ad cōpletā illarū doctrinā remāserāt, q̄ in primis tractare ppo-
nit virtutes, quia ex nostris opationib⁹ scatēt: Cōsiderandū venit ex quibus principijs opationes sca-
turiāt. Talia sunt spōtaneū & non spōtaneū, cōsultatio, electio & cętera id genus de quibus merito pri-
mo habendus est sermo. Cęterū libet iste tertius trifariā distrahit. In primo tractatu de oībus princi-
pijs operationū nostrarū edisserit. Fortitudinē secūdus tractatus enodabit. Tēperantiā terti⁹ absoluet.
Rursus primus tractatus, i quinq; capita diuidit. In primo de spōtaneo ac inspōtaneo docet. In secū-
do de electione. In tertio de cōsultatiōe. In quarto de volūtate. In quinto hęc principia virtutib⁹ ac vi-
tijs applicat, ostēdēs ea oīa in nostra facultate esse sita. Rursus hoc caput trifariā seiugat. Primo enar-
rat qd inuite facimus p violētiā. Secūdo qd inuite patramus p ignorationē. In calce quid nostra spōte
agimus. Tandē prima pars aliquot cōclusiōib⁹ absoluit, quarū pria est. Ad moralē philosophū de volū
tario pariter ac inuolūtario loqui attinet. Hāc cōclusionē duab⁹ rōnibus fulcit. Prior ratio est hęc, qa
virtus circa affectus actusq; insudat, atq; in hisce nr̄a spōte agimus, laudamur carpimurve, in his vero
q̄ inuolūtaria sunt venia & nōnunq̄ misericordia locū hn̄t, ppterea forsan philosophi munus est de
spōtaneo ac inspōtaneo tractare. dixit forsan, qa moralis exactā certitudinē nō efflagitat. Vel sic. Non
qa ipse dubitaret, sed qa alijs multis aliter videret, forsan adiecit: vt in euāgelio dn̄s ppter liberū arbi
triū, forsitan & mihi crederetis. Et Psal. Forte viuos deglutissent nos. ¶ Cæterū quacūq; de causa id fa
ciat, in reb⁹ certis. Aristoteles, forsitan & forte iterū atq; iterū vtit. Scdo de ijs q̄ legū latorib⁹ sunt ppi
tia ad p̄mia atq; poenas instituēdas moralis phūs cōsiderare habet, qa spōte malefactū punire ac mul
te tale factū remittere hn̄t. Per hāc cōclusionē ac ei⁹ roborationē mōstrat se in ptinēs minime lapsu-
rū cōtra mltos hoc seculo dogmatisantes, & ita vsu venit Aristotelicis dieb⁹ Athenis. Et satyrici erāt
tetrice tales sugillātes, q̄re in materia vacui loci, & sexcētis locis suę doctrine Aristoteles id pbat. Cę
terū tū venia alicui debet qn̄ multō de vitupio minuit, vt Oresti q matrē interemit, cuius dolo incly-
tus Agamēnon pater ei⁹ occubuit. Tūc est misericordia qn̄ ois culpa est ablata atq; afflicto cōpatimur.
Misericordia eñ alienę miserię cōpatimur. Nō opinor cū Stoicis misericordiā culpātib⁹ vt Augusti-
nus nono de ciuitate meminit. Seqt. Videt itaq; inuit⁹ facere q spōtē &c. Bifariā inuiti opamur, vtpote
violētia aut ignorātia. Prio nō spōtaneū p vim, secūdo nō spōtaneū p ignorationē explanat, a nō spon
taneo auspicat vt priuatiōis explicatiōe positiuū. s. volūtariū notū euadat, oppositorū eñ eadē est disci
plina. Notitiaq; vni⁹ ad alteri⁹ cognitionē nō parū momēti hr̄e cognoscit. Spōtaneū appetitū rationa
lē cū cognitiōe p̄uia copulatiue icludit, qa inuolūtariū duob⁹ modis fit sub disiūctione. s. p vim aut p
ignorationē. Volūtariū vtrūq; copulatiue includit. Porro si aliqd sit volūtariū ipsum nec est ignora-
tū nec coactū. Dicis tantū vnū vni opponit prio de cęlo & q̄rto topicorū, quō ergo spōtaneū duobus
opponit? Hoc iaculū facile repellit. Volūtariū nō volūtario in gn̄e aduersat, & rursus nō spōtaneū i du-
os ramos deducit: vt sanitas egritudini cōtrariat prio, & ex cōsequio specieb⁹ ægritudinis opponit. De-
inde violētō sic discribit. Violentū est cui⁹ principiū est foris, hoc est principiū est extrariū in qd ia qui
agit aut patit nihil auxilij cōfert. Idē diuersis respectib⁹ agit atq; patit. Porro ea rōne q̄ violētiā susci-
ptat patiēs dicit: vt si lanceolam in manu tenēs a robustiore cogat illa quicq̄ ferire, inquātū cōpulsus
agit, agēs dicit. Exēplo gemino id mōstrat, vt si vētus aliquo hoc est ad aliquē locū te tulerit iam tu a
spiritu violētiā fers: si ad oriētē cōtēdere destinabas, & sifflatu vēti in occasum impellaris vim pateris, &
qa tuis pedib⁹ musculis ac tibijs pgis, agere diceris. Aut si robust⁹ vt Milo tuā manū moueat. Si autē
quispiā aliquo migrare voluerit & a vēto iuuamē suscipiat, is vim suscipe nō dicit qa sua spōte ad desti
Quęstio de metu. natū terminū festinātius pgit. ¶ Seqt in lrā. Et ea q̄ ob maiorū metū malorū &c. Hæc q̄stio obiter oc-
currit, an illa q̄ ob maioris mali metū fiāt aut ob bonū aliqd: volūtaria sint an inuolūtaria. Verbi grā
tyrānus hn̄s alicuius parētes & liberos in sua potestate, cogit illū turpe aliqd cōmittere, hac lege seu cō
ditiōe pposita, vt si id nō admittat, interficiant. sin illi pareat, seruent. Talis inqstio cōtrouersiā & du
bitationē hr̄e videt an hoies talia spōtanei an inspōtanei agāt. Tale etiā qd hoc est talis ambiguitas
cōtingit circa iactus mercīū q̄ fiūt gratia exonerandę nauis. Nam nemo simpliciter hoc est solitarie si
ne timore ac piculo suas opes in aquā eijcit: verū oēs suā salutē ac aliorū fortunas in mare deuoluunt
modo sōnis sint pticipes. ¶ Seqtur scda cōclusio. Tales igit opatiōes mixtę qdē sunt, nō sūt oino vo-

luntarie, nõ mixte ex volitiõe ac nolitiõe respectu eiusdẽ. Possum eñ nolle peccatũ ꝓpter deũ volitũ: sed hoc in p̄sentia haud cõtingit. Ille actus participatiue mixtus dicit̃, quia cum illo quod inuite fit & cum illo quod voluntarie fit, partim conuenit. ¶ Sequitur tertia conclusio. Tales operationes potiꝰ ad voluntarium q̃ ad inuoluntarium attinent. Hoc in valore sic probat. Quoniam omnis operatio censenda est talis qualis est tempore operis, quia operationis finis est secundũ tẽporis & singularis conditionis exigentiam, at tales operationes tempore operandi sunt sponte elicitę, siquidem ipse operis spontanee operatur: omnis autem ille operatur volens, in cuius potestate est organicas partes mouere quibus operatur: at iste suas fortunas deijciens hunc motũ in sua potestate situm habet: igitur. Vel sic: Omnis actio ad finem terminatur, itaq; si iacere cistam auro aut purpura repletam in oceanum est ꝓpter salutem, salus quoq; erit finis qui illo tempore actu desideratur. Item arcam proiiciens, iacturã ac circunstantias apprehendit, igitur fontes spontanee operationis non impediũtur. Nam illa principia suot notitia & appetitus quę hic contingunt. Ecce iam literam perspicuam, quæ dicit: ijs autem magis sunt similes quos sponte homines agunt: expetuntur enim tunc cum aguntur, hoc est desiderantur tempore periculi instantis, atq; finis, hoc est complementum & denominatio actionis in tempore, conditione & circunstantia consistit, & sponte agitur, & inuitum vnumquodq; dicendum est agere cum agit, quia tunc operatio est in actu: & vnũquodq; est iudicandum magis secundum ꝙ est in actu, q̃ secundum illud qđ est in potentia: agit igitur sua sponte, & nemo eum ad agendum impellit. Est eñ in eo principium mouendi partes eas, hoc est voluntas organica membra mouet, quę sunt huiusmodi actibus instrumenta. Et quorum principium est in aliquo ea agere vel non agere in eo collocatum est. ¶ Sequitur in litera. Et simpliciter fortassis inuitus. Simpliciter hoc est solitarie sibi relictus sine timore instãtis periculi, fortassis dicit: Democritus enim (vt produnt) suas fortunas in mare deiecit vt liberius ocio literario vacaret. ¶ Sequitur in litera. In actibus huiusmodi. Tertiam ponit cõclusionem dubitationis solutiuam & est talis. Ille operationes quarum causæ laudantur aut vituperantur sunt spontaneę, sed actus qui ob metum fiunt sunt huiusmodi: igitur. Minor ostenditur, quosdã gradus eorum qui fiunt adducendo, primus est illorum qui pro re honesta consequenda turpe ferũt aut molestum: non turpe flagitium imputabile eis sed laudabile coram oculatis, coram indocta plebicula turpe frequenter putatur: vt protulit Socrates qui pro vnitate dei mortem tolerauit, ac martyres in primitiua ecclesia, vel in exilium gratia honesti operis missi vt Thomas Cantuariensis. Plerіq; censura vulgi turpia tolerarunt. Aliquot paradigmatibus id explicemus. Dionysius iunior Syracusis expulsus Corinthi ludi magistrum egit. Similiter Perseus legitimus Macedoniæ regis filius artem ferrariam exercuit, ea propter neuter eorum a bene consideratis est vituperandus, sed solum a fęce vulgi. Sin contra faciunt vituperãtur. Est enim improbi pro nulla re honesta etiam mediocri talia turpia ferre. Secundi sunt illorum qui pro re exigua vel mediocri probrosa tolerant, vt citius fero grassatores aut lictores me ducere contemptim ad carceres anteq̃ dem denarium. Vel potius permitto me flagellari anteq̃ dicam viuat burgundus, quemadmodum de leodiensibus ferunt qui in ripa fluminis adacti libentius contemptibilem mortem tolerarunt q̃ dicerent bene valeat burgundus. Sic literam cape. Est enim improbi pro nulla re honesta turpitudinem apud homines pati, hoc est pro minima re sic est pro re mediocri inhonesta pati. Tertij, laudem non promerentur quibus venia danda est, vt mentiri ratione vitæ conseruandę quæ sine mendacio amitteretur, illic mortale in veniale permutatur. Et ex eo loquendi modo veniale peccatum emersit. Aliquis lapsus temporarie mulctatur, siue Aristotelica loquutione laudem minime promeretur quia exorbitat. Sed quia humanam naturam superat id agere, nemo mortem eo casu pręferret: hoc est pauci. In hoc membro est difficultas, cum mendacium inuolutam malitiam habeat videtur ad quartum ramum attinere: hoc paradigma tanq̃ inutile resecantes aliud exemplum ponemus: vtpote quando homo plus æquo se demittit propter cruciatum quem alioqui tolerare oporteat, vt Pazaites attauus huius Turcę, fero Tamburlano caballum inscensuro humeros subinclinauit ac scabelli vsum ministrauit. Pari modo egit Rom. Valerianus Imperator ante eum, tumido Sapori regi Parthorum. Si metu mortis id facerent, nullo modo video eos vituperandos: sin minore cruciatu apprehenso, vtpote flagellatione ac verberibus indecenter se submitterent, tunc eia ignoscendum: attamen sunt laudis expertes, quia plus q̃ æquum est sese demittunt. Philosophus id supponit. Tunc sic cape literam. In quibusdam autem laus non est sed venia locum habet cum ea quæ non agere oporteat aut deceat, quispiam egerit ob huiuscemodi res quæ naturam humanam superant hoc est hominum maiorem partem, & fere nemo perferret, ali qui tamen cordatissimi id tolerarunt. ¶ Sequitur quartum membrum. Sunt autem quædam ad quæ forsitã nõ licet quẽpiã esse cõpulsum, sed potius summa tormẽta ferre oportet ac interitũ obire: quẽadmodũ de oĩbus pc̃tis cognitis talibꝰ cõtingit. Ridicula eñ sunt illa Euripidis poete alcmeonẽ i matерna nece excusantis. Vocat̃ Alcmeon Euripidis, vti Dido vel Æneas Virgilij. Vxorio suasu pr̃ Alcmeonis ad Thebanũ bellũ ꝓdijt in quo letalr̃ vulneratꝰ post letales plagas Alcmeoni filio iussit matrẽ ꝓ iniquo cõsilio occidere. Paricidiũ aũt priuata authoritate nõ est cõmittẽdũ. Maior erat color, Orestẽ excusãs q Clitẽnestrã matrẽ iteremit. Ea eñ ꝓpter adulteriũ securꝰ cõmittẽdũ incytũ Agamẽnona occidit. Fuit eñ Orestes ꝑsona publica, iudiciario tñ ordine ꝓcedere debuit. ¶ Seq̃ i lr̃a. Est aũt interdũ difficile itellectu iudicare q̃le malũ est eligẽdũ ꝓ q̃li malo vitãdo, & difficile est cõtinere qđ malũ ẽ sustinẽdũ ne hõ a recto deuiet. Hęc difficltas ex pte itellectꝰ iudicãtis emergit. At maior difficultas ex pte affectꝰ orit̃, difficilꝰ est etiã postq̃ cognoueris ꝑseueranter in iudicio intellectꝰ ꝑmanere, q̃a ea quæ expetunt̃, sunt sępe tristia ac afflictiua: illa ad quæ cogimur sunt turpia, interdum delicta interdum infamiam

a ferentia: propterea turpia non committentes efferuntur, in eo discrimine succumbentes culpantur: & in hoc quarta cõclusio hui⁹ capitis poni põt. Sed de cõclusionũ numero nõ est vis q̃rẽda, qa nõ oẽs in ea multitudine cõueniũt, sed nihil inexplanatũ in lr̃a p̃terire est pulchri⁹. Posthac iter epilogãdũ aliq̃ dicta strictim resumit. Quęnã igit̃ sunt violẽta, an ea iuit⁹ simplr̃ agit quorũ extraria est causa tan.i.nõ ne & ipse agẽs minime coopat̃, ea p se & solitarie sine respectu ad aliud dãnũ euitãdum inuit⁹ facit, sed nũc p circũstãtijs occurrẽtib⁹ expetũt: hoc est istãte discrimine qd aliter euadi neq̃t, nauim iactu rerũ exonerat. Actus sũt circa singula, hoc est singularia incidẽtia q̃ multa cõtingũt, nec est facile assignare g̃natim q̃lia p q̃lib⁹ sint expetẽda, vt mulier a mulieroso iuasa dubitat an iuasorẽ interimat vt suam castitatẽ cõseruet. & Marcus Regul⁹ dubitare poterat an ad vaferrimos poenos rediret, sacrũ iusiurandũ ex altera pte ipellit, quo irretitus captiuus iuste erat: ppterea sctẽ obseruauit iusiurãdũ, ipsumq̃ violare nefas duxit. Et plerĩq̃ theologi i multis casibus dubitãt an sit eis iusta causa martyrij in ancipiti causa p q̃ taxant̃, & patet authoritate scripturę exp̃ssę de illis bonis Macchabeis primi Macchabeorum. ij. Illi eñ ob sabbatinam religionem credebant nefas esse hosti reniti aut loca speluncarum opilare, qa nõ p quolibet vita est extremo pi̇culo exponẽda. ❡ Seq̃t̃ in lr̃a. Qz si q̃spiã ideo iucũda &c. Fuit opinio Cyrenaicorũ, hoiem sua spõte agere, q̃ a recta rõne p̃ueniũt. Turpia quoq̃ inuitus agit quorũ hominẽ causam esse nõ dixere, sed res externas iucũdas ad malũ pelliciẽtes ac inescãtes. Haec positio liberũ arbitriũ ac cõsultationẽ adimit, & breui oẽm moralẽ philosophiã labefacit. Bifariã eã nũc confutat. Prior ratio est. Si iucũda aut pulchra vim afferãt: dubio p̃cul oĩa q̃ patram⁹ essent violẽta: hoc illatũ cõcedere est absurdũ. Cõsequiũ tñ patet, oẽs eñ ob iucũda ac pulchra opamur. Scd̃a rõ est. Quicq̃d violẽte opamur cũ moestitia & angore agimus, at opatiões circa iucũda & venusta cũ dolore nõ agimus, sed potius cũ oblectamẽto: pinde tales opatiões sunt oĩs violẽtię exptes. Hinc bñ instituit ecclesia vt mer⁹ in cõstãtẽ virũ aut foeminã cadẽs cõnubiũ ĩpediat nõ aũt iucũda, plus Tãburlani sęuitia quẽpiã ad opã dũ ipulisset, q̃ Demosthenis facũdia aut Tulliana eloquẽtia. Infert postea corollaria. Ridiculũ est externa incusare & nõ seipsum potius q̃ facile ab hmõi externis illaq̃at̃. Ridiculũ est etiã seipsum honestorũ causam dicere, turpium autem voluptatem. Talia igitur violenta non sunt. Postea diffinitionem violenti subnectit inquiens. Violẽtum est cuius principium est foris, nihil omnino conferente, ac cooperante eo cui vis est illata. Trifariam violentum describẽs, primo dixit in quo agens vel patiens nihil confert. Secundo nec agens quicq̃ confert, nec patiens omisit: quasi diceret multum tolerat, sed nihil cooperatur. Tertio dixit nihil conferente eo cui vis est illata, & verbum agens omisit, quia parum aut nihil agit, sed multum patitur.

Dubia. iij. ❡ Circa hanc partem capitis dubitatur. Primo quid est naturale, quid violentum. Secũdo dubitatur an proiectio bonorum fortunae in mare gratia exonerandę nauis sit voluntaria aut nolita. Tertio an aliquo casu cedere timori sit laudabile.

Ad primũ. ❡ Circa primam dubitationem potest esse difficultas verbalis in acceptione violenti, sed peregrinis dictis pretermissis in actione naturali principium est intrinsecum, & non est situm in facultate agentis non agere vel passum, ad id inclinatur vt materia ad formã ferrum ad magnetem. Illud est violẽtum cuius principium est extrarium passo reluctante & inclinato ad oppositum. Prior particula est philosophi in litera. Secundam particulam intelligit Aristoteles per nihil prorsus eo conferente cui vis est illata, & suppleatur passo repugnante, quia si intelligatur illud sine pluri: dealbatio superficiei esset violenta ipsi superficiei, & introductio formę ignis in materiam quae sint stupae erit violenta. Patet. principium est foris hoc est causalitas actiua est ab igne & materia non confert vim, quia ipsa nullius actiõis physicę est, ipa naturaliter formam recipit: sicut ferrum ad magnetem suapte natura mouetur, & si ventus te ferat quo tendis violentiam non pateris. Intellige diffinitionem philosophi circa principium capitis sic. Violentum est cuius principium est foris in quod nihil is qui agit aut patitur confert. Ille qui patitur in vulgari modo loquendi agere dicitur licet proprie non agat, vt si robust⁹ manu Socratis Platonẽ percutiat, manus Socratis p̃cutere dicitur cui vis & violentia est facta. Et patet de exemplis philosophi in litera de vento ferente te ad vnum locum: tu diceris te mouere, quia pedes, tibię, & musculi te illo ferunt. Ex his corollaria infero. Graue proiectum in altum violentatur, proiectio est extrinseca & graue tendit ad oppositum: illa actio sursum respectu lapidis est violẽta, respectu vero proijcientis est spontanea. Secundo sequitur q̃ aqua violente calefit, licet ignis naturaliter actiue eam calefacit. Tertio seq̃t̃ q̃ qñ Socrates mouet manũ in altũ, ille motus nõ est violẽt⁹, patet qa pricipiũ mot⁹ nõ est ab extrĩseco, sed põt dici quodãmõ vel ex parte alteri⁹ violẽtus, qa graue mouet̃ i altũ. Vel põt dici motus animalis naturalis & motus corporis violẽtus, cũ ascẽditur a voluntate quę est potissima animalis pars: totus ille motus est animalis spontaneus, quia animalis perfecti est se quoquouersum mouere. Pari iure dicatur, si Socrates ipso nolente descẽdat. Quarto sequitur q̃ voluntas ad nullum suũ actũ elicitũ cogit̃. Patet. Actiue ad tales actus volũtas concurrit vt proxime dicere p̃ponimus, & si aliqui a solo deo p̃ducerent̃ cũ quibus volũtas in obiecta extrinsecus tẽderet, tũc ille act⁹ cũ sint salus sic, cõtra ei⁹ iclinationẽ nõ erũt violẽti volũtati. iplicat eñ sic capiẽdo terminũ voluntatẽ cogi & violẽtari ad suos act⁹ vel habit⁹. Quito seq̃t̃ q̃ volũtas nõ põt cogi p̃prie ad suos actus imperatos. Si tu me fortior manu mea Platonẽ ferias, ille nõ est actus me⁹, sed tuus: ergo nõ est me⁹ act⁹ impat⁹. Sexto seq̃t̃ q̃ hęc cõsequẽtia est nulla, hic act⁹ de necessitate cõtinuat̃ aut p̃ducit̃, ergo volũtas per illũ cogit̃. Patet, aliquis actus per tempus de necessitate continuat̃. Similiter deus potest voluntatem necessitare ad actũ perpetuo cõtinuandũ, vt pz de btitudine in patria. Cor regis i manu dei est, & quocũq̃ voluerit vertit illud. Septimo sequitur hanc cõsequentiam nõ valere, voluntas nolendo ha-

bēre,a,habet a: ergo voluntas cogitur. voluntas tam a deo q̄ a creatura potest habere multa nolendo in affectibus habitib⁹ & etiā in actib⁹. Octauo seq̄r q̄ motus cęli non est violentus. Patet, nō inclinaē ad oppositū suapse natura plusq̄ ad hūc motū. Volūtas vulgariter loquēdo cogiē hoc est inducię p timorē & assentationē ad hoc vel illud faciendū. ¶ Ad secundā dubitationē respondeē q̄ dubitatio pōt multifariā formari. Vno modo sic. An stantibus his circūstātijs singularib⁹ tēpore piculi eijcere merces gratia salutis sit voluntarium an nolitū. Et dicaē ad hāc quęstionē affirmatiue q̄ sit volūtariū. Si autem petatur vtrū illud esset volitū an nolitū hac conditione non interueniente, palam est id esse nolitum. Si petatur, siue pluri dicaē illa piectio est mixta, nō ex duobus contrarijs ex volito & nolito, sed participatiue qn̄ eijcit fortunas habet volitionē & plus cū volito q̄ cū nolito participat. Vel iste habet velle efficax & categoricū eijciēdę mercis, & inefficax & cōditionale de nō piciēdo: vt nolim nauim deonerare nisi hæc necessitas eueniret: vel distinguaē in sensib⁹ p̄dictis, nec alioqui est difficultas vlla. Subdubitas, si quispiam suas merces in mare projiciat angiē, quo modo ergo vult. Respōdeē angię talis & dolor a nolitione solitaria pficiscię q̄ extra periculū merces eijcere nolit & a nolitione cōditionata mœror profluit: vellē si possim euadere & meas fortunas seruare. ¶ Ad tertiū diciē vel timor ad bonū stimulat & inducit vt timore culpę cōmittendę homo seruat p̄cepta, & hoc est laudabile, etiā timore pœnę euitandę in gehēna, aut in hoc mundo sine pluri est bonū, sed minus bonum q̄ p̄cedens, sed si nollet seruare præcepta aliquo mō, sed hoim sola formidine id facit, ille actus est mal⁹, vel timor ille inducit ad malum, & tunc distinguo de illo vel est facilis & nō cadens in cōstantē virū aut cōstantē fœminā, & tūc cedere timori est vituperabile, & non cedere laudabile. Vel est ex magna causa, sic q̄ cadit in virum cōstantem & tunc vel malū ad quod inducit est pusillę turpitudinis vel mediocris vel insignis: si primum, tūc cedere timori, nō solū habet veniā, sed etiā misericordiam cōpatiēdo tali, vt si duo putati ęqualiter animosi occurrant obuij, & vnus sit mutilatus, tunc nō lesus timore mortis cogit illum misericordiā implorare & arma reddere. Si secūdū, tunc venia locū habet & nō misericordia. Si tertium, vt fidem abiurare aut matrē occidere, tunc cedere timori est probrosum & nō cedere laudabile, & metus meriti magnitudinē auget, quia est circa difficile. Et potest esse sermo hic de malo pœnæ & nō culpę, quia malū culpę nō cadit reuera in virū cōstantē ob quodcūq̄ suppliciū. Potest etiā esse sermo de malo culpę paruo in quod si quis ob magnum metum incidat adhuc a numero constantiū non est segregandus a vulgo licet is metus iustus nō fuerit. Inter duo mala pœnę quorū alterū est ineuitatabile semper minus vir constans acceptat, & quolibet malo culpę quantumcunq̄ paruo postposito malum pœnæ etiam atrocissime subit, anteq̄ enim peccet moriendum est. nec ad vllum malum culpæ necessitari potest, semper enim patet ei noua via omne tale euitandi. Opposito dato reipsa esset perplexitas in lege, q̄ nulla est. Potest tn̄ q̄s esse pplexus secūdū suā opinionē delirā, existimans falso q̄ quicq̄d agat peccet. Si eñ sit in cōpedibus ligatus, fame cōfectus, habēs ferrū ad manus qn̄ tibiā, digitū, aut manū abscinderet vt habeat vitę succurrere est excusatus, licet & ad vitā & ad mēbra ptegenda obligeē, in casu incōpossibili maius p̄ceptū a p̄cepto minori deobligat. Et si abhorreret sibi tibiam amputare vel timet mortem illam tibię sectionem sequi, moriendo fame eo in casu illi non imputatur, & si ad manus sacerdotem cui peccata detegat non habeat licet sit censuris ecclesiasticis innotatus non refert. Sufficit male acta detestari & efficaciter velle reddere Cęsari q̄ Cęsaris sunt, & deo q̄ dei sunt.

Ad secundū.
Subdubitatio.
Responsio.
Ad tertium dub. princi.

Ab inuito tamen id effectum est omne pro quo dolet qui egit, ipsumq̄ pœnitentia subit. Qui nāq̄ ob ignorationē aliquid agit & nō fert moleste se illud egisse: sponte quidē sua nō egit quod nesciebat, nō tamen erit inuitus: quippe cum non doleat ob idipsum. Qui igitur ob ignorationem quippiam egit, si ipsum pœniteat, inuitus fecisse videtur: Si non pœniteat cum is alius sit, non sponte dicatur egisse: cum enim differat: melius est vt proprium habeat nomen. At eñ hęc etiā ipsa, ob ignorationē inquā agere, & ignorātē agere, diuersa esse vidētur. Nā ebrius aut iratus nō videē ob ignorationē agere, sed ob aliquid eorum quę dicta sūt, nō sciēs, sed ignorās. Omnis igiē prauus ignorat quę agere oportet: & a quib⁹ est abstinēdū. Et ob huiuscemodi errorē iniusti hoīes maliq̄ oīno fiūt. Inuit⁹ aūt diciē q̄spiā agere, nō si ignorat id q̄d cōducit: nō eñ ea ignoratio q̄ facta est electiōe, causa est vt aliq̄d inuit⁹ q̄spiā faciat, sed prauitatis. Nec etiā ea q̄ est vniuersalis, hoīes eñ propter hāc ipsam rephendūtur: sed ea quæ est singulorū in quibus, & circa q̄ est ipsa actio. In his eñ & cōmiseratio locū habet & venia, qui nāq̄ aliquid eorū ignorat inuitus agit. Forsitā igiē nō ab re fuerit: si quæ & quot sunt ipsa determinabimus. Quis itaq̄, quid, & circa quid, vel in quo agit, nonnunq̄ & quo, vt instrumento: & cuius gratia, vt salutis: & quō, vt sensim vel vehemēter. Vniuersa igitur hæc nemo ignorauerit, modo non sit insanus. Patet aūt, neq̄ enim ipsum agentem, quo nāq̄ pacto se ignorabit? Ignorauerit autem quispiam id quod agit: vt inquiunt dicentes excidisse sibi aut nescisse arcana esse: quemadmodum Æschylus ipsa arcana cęteris, aut ostēdere volentes immisisse, vt qui telum immisit. Putauerit autem quispiam & filium hostem esse, vt Merope putauit, & hastam cuspidē habentem ea carere, & lapidem, punicem esse. Et interfecerit quispiam salutis percussum causa & monstrare volens (vt faciūt q̄ manibus certa-

Violentum.
Prauus oīs ignorans.
Æschylus.
Cæteris arcana.
Merope.

Beluæ & pueri [redacted] agunt sponte. Irascendum interdum.

mis luctantur) percusserit. Cum igitur circa hæc omnia in quibus est ipse actus fit ignora-
tio, qui horum aliquid ignorauit, is inuitus egisse videtur, & maxime in præcipuis, hæc au-
tem ea videntur esse in quibus est ipse actus & id cuius gratia. Eius igitur quod ab inuito
ob ignorationem talem dicitur esse factum: oportet actionem dolorem insuper pœnitenti-
amque afferre. Cum autem id inuitus quispiam agat: quod vi & ob ignorationem agitur, id
sua profecto sponte quispiam videbitur agere: cuius principium est in ipso agente sciente
singula, in quibus est ipse actus. Forsitan enim non recte dicitur, ea fieri ab inuitis, quæ per
iram aut cupiditatem aguntur. Primo namque nulla belua sponte aget, neque pueri. Deinde
vtrum nihil eorum sponte agamus quæ cupiditate vel ira agimus: an honesta quidem spon
te, turpia vero inuiti? An ridiculum est: cum vna sit causa? Absurdum est etiam forsitan ea
ab inuitis agi censere, quæ oportet: oportet autem & irasci pro quibusdam, & cupere non-
nullas res: vt sanitatem atque disciplinam. Videntur etiam ea quidem quæ ab inuitis fiunt,
dolorem: ea vero quæ cupiditate aguntur, voluptatem afferre. Præterea quid interest inter
ea quæ per rationem & quæ per iram peccantur, hoc ipso quod ab inuitis agantur, etenim
fugienda quidem sunt ambo. Affectus autem rationis expertes non minus humani esse vi-
dentur, & actus ipsius hominis ab ira cupiditateque fiunt. Absurdum est igitur hæc ab inui-
tis agi censere.

¶ Sequitur in litera. Omne autem quod ob ignorationem est actum &c. Superius philosophus de in-
uoluntario per metum, nunc autem de inuoluntario per ignorationem scribit, & est secunda pars spe-
pua huius primi capitis & prima cõclusio huius partis. siue sexta totius ponitur capitis, & est hęc. Ta-
metsi omne quod fit ob ignorationem sit non voluntarium, non tamen omne tale inuite fit siue est
inuoluntarium. Probatur sic. Quicquid a nobis inuite per ignorantiam fit postq̃ deprehenditur pœ-
nitudo atque angor sequitur, sed certe aliquid per ignorantiam fit vbi pœnitentia & dolor non comi-
tatur: proinde aliquid fit per ignorantiam quod ab inuito haud quaq̃ emergit. Verbi causa si pro plũ-
bo mihi debito ignoranter argentũ accepi, & cũ illud a me rescitur non angor, non dicor inuitus ac-
cepisse, nec mea sponte quia non cognoui. voluntas enim non fertur in incognitum, decimo de Tri-
nitate scd̃m Augustinum, & Aristotelem in litera. Si non pœniteat, cum is alius sit a pœnitente, nõ
sponte quidem siue voluntarie egit, & tamen ab inuito differt. Satius est vt peculiare nomen ipsi inda-
tur. Nomineque generis appellitabitur, hoc est non sponte agens, siue non voluntarie agens, sed nõ di-
cetur inuoluntarium siue inuite fieri. Ex hac doctrina trahitur q̃ cum ancilla quam liberam crede-
bat contrahens minime connubium init: contra cum libera contrahens quam seruam suspicabatur,
vinculum nuptiale firmum manet: in hoc enim casu pœnitudine nõ ducitur, illa vero pœnitudo eũ
subit. ¶ Septima conclusio. Non est prorsus idem ignorãtem agere & p ignorantiã agere. Id biphari-
am fulcit. Prior ratio est, quia temulentus ac iratus non videtur propter ignorãtiam agere, sed po-
tius dementem ob temulentiam ac sanguinolentam iram, attamen ebrius necnon iratus non sciẽs,
sed ignorans agit, itaque non est prorsus idem queq̃ per ignorantiam & ignorantem agere. Secunda
ratiocinatio est hæc. Non omnis malus per ignorantiam operatur, attamen malus operatur ignorãs,
Itaque non omnis ignorans per ignorationem operatur. Maior ostenditur, quia si per ignorantiã age-
ret esset venia dignus, & tamen malus agit ignoranter, quia scopum propter quem agere debet sua
prauitate ignorat, & iam habet iudicium corruptum. prauus enim vt plurimum tortuosum finem
sibi instituit. Nam qualis vnusquisque est talem sibi finem pręstituit, ac propter huiuscemodi errorem
agibilium finis flagitiosi ac iniusti homines fiunt, de mediocriter malo non loquitur, sed de prauo,
& de errore speculatiuo haud falletur. Prauus Euclidem aut almagestum Ptolemei legere potest, sed
in agibilibus cęcutiet. ¶ Sequitur conclusio octaua huius capitis hęc. Nec ignoratio illius quod con-
fert siue ignorantia vniuersalis, sed solum ignoratio singularium voluntarium facit. Porro ignoran-
tia quę facta est ex electione ac deliberatione non est origo vt quispiam inuitus agere dicatur, sed est
causa prauitatis. Etiam nec ignorantia vniuersalis est causa inuoluntarij. ob talem enim nescientiam
homines iure carpuntur, at ignoratio quæ est circa particularia & quę ex electione non emergit, lo-
cum veniæ ac misericordię habet. Ignorantia vniuersalis est nescientia illius ad quod omnes talis p-
fessionis sunt obnoxij, vulgo ignorantia iuris appellatur. Nescientia illius quod scire deuinceris te a
lapsu non alleuiat. Non pręteribat Iacob dormire, cum nõ sua esse lapsum, sed an Lia intempesta no-
cte oblata esset non sua ignorabat, illic erat ignoratio particularis circunstantiæ. Sic literam cape, in-
uitus autem dicitur quispiam agere non si ignorat id quod conducit, hoc est quod agere vel vitare
oportet. ¶ Sequitur forsitan igitur non ab re fuerit si quę & quot &c. Non ab re non extraneum non
impertinens fuerit si speculemur quot & quę sunt circunstantię quas singulas nominitat. Prima cir-
cunstantia est quis, hoc est ipse agens: Nam si sit homo grauis, plus alios scandalisat, si canus domita
carne turpe est venereorum meminisse vel illa effutire. Secunda quid, actus quem patrat. Tertia cir-
ca quid. Materia circa quam insudat. Quarta in quo: & hæc circũstantia deducitur, scilicet quo loco an
in tẽplo seu alio loco sancto. Quinta quo .i. in quo instrumento agit. Sexta gratia cuius, hoc est finis
propter quem agit. Septima quo modo sensim an vehementer. Ecce septem circunstantias operatio-

nem circũstantes. Aliquę istarũ circũstãtiarũ actũ quãdoq; informãt & cadũt in rationẽ obiecti, vt vo-
lo orare in phano atq; scito. Nunq̃ informãt nisi q̃n sunt volita. Interdũ assistũt actui. Quãdoq; effici-
unt & sunt actus accidentia, vt Ethici loquunt. Patet paradigmate. Ob inanẽ gloriã eleemosynã dare
volo, hic vana gloria actum vitiat, quia cadit in materiam indebitam & actum malum ex genere red
dit. Quandoq; incitat & coefficit actum & tunc non oportet actum alioqui licitum esse illicitum, vt
volo dare eleemosynam propter deum. Obiectum hic est debitum & finis laudabilis. Superbia regina
vitiorum peccata interdum extrudit vt spurcam venerem quę habentem maculosum reddit. Tertio
modo actum extrinsece terminat: quandoq; est scopus non actualiter volitus, tunc etiam opus macu-
lat. Quarto modo vana gloria est extranea & actui impertinens quando nec illum coefficit, nec termi
nat extrinsece, nec ipsum informat, & tunc nec actum decorat, nec dedecorat, me scribente aut orante
inanis gloria furtim irrepsit oratio per assistentiam illius maculæ minime deprauatur. cum peccato
veniali letali ve opera de genere bonorum sæpenumero assistunt. Interdum tamẽ circunstantia sup-
ueniens actum maculat. Abdito loco comedo in die ieiunabili rationabili causa inductus, ob superue
nientes si illam causam non explano delinquo. Similiter ob erroneam conscientiam superuenientem
alias licitum in prorogatione illicitum emergit. Non potest vna norma tradi quãdo operatio ob cir-
cunstantiam coinquinatur. ¶ Quæritur an metus mortis instantis excusat quempiam a crimine su Quæstio.
as fortunas in mare deijcientem aceas perdentem. Constructiue respondetur. Homo enim iniuste de- Responsio.
tentus in compedibus, sic scilicet q; mortem obibit nisi tibiam qua detinetur amputet, tibiam abscin
dendo non delinquit. Minus enim malum est corpocis partem amittere q̃ totum. Et præstabilius est
mutilum corpus circunferre q̃ mori. Vt vitam redimas ferrum patieris, & ignes. Proinde valentio-
re ratione opes in pontum eijcit: quod enim alias esset illicitum, necessitas licitum reddit. Vulgariter
enim dicitur, necessitas non habet legem. ¶ Instatur, ergo pari modo Machabęi poterant carnes su- Obiectio.
illas in mortis articulo comedere, id autem non fecerunt, sed mortem tolerarũt quorum mors in ec-
clesia laudatur. Fortasse dicis iure diuino vetitum erat porcinas carnes mandere: cõditio autem mor
tis a diuino iure haud deobligat. Obiecto, Dauid panes propositiõis in necessitate comedit prophanis
vetitos qui in hoc nõ deliquit: cuius exemplum saluator noster ad excusandos discipulos in medium
adduxit. ¶ Dicis Dauid diuina inspiratione id fecisse sicut fecit & Sanson cum alienigena cõtrahẽs.
Hoc sic impugno. Seruare vitam est iuris naturalis. Omne autem tale ius diuinam sanctionem no-
stris pręcordijs insitam reputo: itaq; Dauid poterat tales panes in necessitate capere. Secundo, si boni
illi Machabæi fuissent in occulto fame perituri nisi suillas carnes comedissent, poterant illas sumpsis-
se, vt Carthusiẽsis nunc post votum de abstinẽtia a carnibus in occulto. Multa sunt hic inculcata in-
ter arguendum. Pro omnibus autem telis allatis dicimus q; Antiochus in legia Mosaicę cõtẽptũ im
perauit eis tyrãnice esitare carnes, cui parere noluerũt, strenui in hoc ꝓpugnatores legis. Carnes tamẽ
in occulto poterãt impune edere sicut Carthusiensis in occulto, licet expresse se carnes non mandu
caturum vouerit. Nec excuso Dauidem ea via qua Ioannes gerson: q̃m ipse de illa inspiratione docere
nequiret, & inaniter (vt mea fert opinio) ad eã volitat. ¶ Insultas. Tunc in diuino iure ignorantia in
uincibilis locũ haberet. Oppositũ affert oim cõcors sentẽtia, vt Gerson affirmat. Sequela tamen sic ro
borat. Abstinere ab esu suillarũ carniũ pro legis decursu erat diuinę sanctionis: at seruare vitã secũdũ
dicta, quia est iuris naturalis, arctius seruandũ est. Quicquid aũt Gerson dicat cum Guillelmo parisiẽ-
si, concedo ignorãtiam inuincibilem in diuino pręscripto locum habere. Sunt duo quorum vtrinq;
separatim contingens est diuinæ legis. Opposito modo euenire prima fronte vident, tũc vtrũuis par-
tẽ faciẽdo hõ minime legẽ ꝓuaricat, & tñ altera ꝑ solũ est diuinæ legis. Patet de alijs Macchabæis pri-
mi Macchabęorũ. ij. q in sabbato non reluctabant immani hosti, nec ostiũ spelũcæ obturabãt vigore
legis deterriti: attamen ꝓpositum saniore consilio mutarũt. Cõcedimus itaq; ignorationẽ inuincibilẽ
in diuino iure occurrere, in his q̃ nõ tenet hõ scire. Ægrot⁹ quispiã in eo discrimine ponit, nisi pricu-
losam medicinã ceperit iudicio medicorũ sup̃mũ aget diẽ repẽte. Ex opposito medicina assumẽda est
periculosa, hic vtrinq; de nõ peccato agit. Insup aliubi hoc exp̃ssius diximus & summa rõnis est. Bapti-
smus hierosolymis sufficiẽter ꝓmulgat⁹ erat diuini iuris anteq̃ Indis declararet tale, ꝓinde remotio-
res illud ius inuincibiliter ignorarũt. ¶ Cõsequẽter postq̃ vnus finis de illicito licitũ facit, ambigit an Dubium
finis bon⁹ culpã attenuet, vt si furer rẽ diuitis vt paupis inopiã leuẽ. ¶ Affirmatiue respõdemus. Pro- Responsio.
batio. Multiplicatio finis laudabilis facit actũ laudabiliorẽ, pari modo culpa culpę supaddita totũ dete
rius reddit, ꝓinde bonũ malo adiectũ eius malitiã tẽpat, sicut algida aq̃ feruẽti adiuncta cõgeriẽ tepi-
dã facit. ¶ Sed obijcio his. Primo sic. Vnus finis bonus adiectus vnũ gradũ malitię adimit: secundus Obie. 1.
aũt finis nõ est minus bonus q̃ ꝑcedẽs: itaq; tantũdẽ subducit, & tota imputabilitas criminis nõ est i-
mẽsa, ergo additio bonorũ finiũ totã prauitatẽ subtrahit, & ex cõsequẽti dabis furtũ & opus ꝑ se ma-
lũ bonis finibus fultũ nullius noxę, qd liquet esse falsum. ¶ Secũdo, Socrates sua auaritia inexplebili Secunda.
a Crœso opulẽto clãculũ tres oues subducit. Plato totidẽ simili conatu ab alio furat. vt indigo succur
rat, quo supposito sic argumẽtor. Quicqd malitię est in actu Socratis est in actu Platonis, itaq; actus
Platonis nõ est minoris culpę q̃ actus Socratis. ¶ Ad p̃cius. Obiectũ dicit, q; a maiore culpa sillis cir- Ad priorem
cũstãtia plus malitię subducit, ac a minore noxa minus aufert vbi supabũdat delictũ illic misericor- Ad secundã.
dia locũ habet, & si ponas multas bonas circũstãtias simul allatas illę mutuo prauitatẽ attẽperãt vni-
ca subtractione totius. Secundũ iaculũ nõ mouet nisi plus in authoritate sumat. s. nõ est circũstãtia in
posteriori improbitatẽ minorãs, qd liquet esse respuẽdũ. ¶ Cõsentanee ad hoc, ambigis an actus duos Dub. 1.
hñs fines simul, bonũ atq; malũ, simul sit bonus ac malus. Nullo mõ de actu nullo elicito, ille enĩ totus Responsio.

categoreumatice est malus, quia rectę rationi difformis & nulla via duobus actibus sepatis quorũ vnꝰ est bonus & alter malus æquiualet. At tamẽ nõ est absurdũ eundẽ actũ impatũ bonũ atq; malũ vocitare, quia ille actus talibus denoĩationibꝰ gaudet qbus vt actus interiores a qbus pficiscif, denoĩatione extrinseca bonꝰ ac malus dicif. At ille exterior a bono ac malo separatim scatet. ¶ Fortasse insultas: tunc idẽ actus erit meritorius vitę æternę ac supplicij perẽnis, & cõformis dictamini recto ac difformia dictamini recto, & ita p pctõ habet vitã æternã. Habet eñ p isto actu vitã æternã aut habebit, & hic actus est pctũ: igif. ¶ Alicui dictamini rõ est cõformis ac alio respectu alteri dictioni erroneo ẽ cõsonus, scd͂m illatum nõ incõuenit qñ pctũ est meritũ: nõ tñ cõcedaf cõclusio absolute, pcipue corã inexercitatis. ¶ Sequif in lrã. Vniuersa igif hęc. Ponif alia cõclusio. Nemo, nisi idẽsit rationis inops, vniuersas circũstãtias ignorauerit. Vniuersa in plurali semp collectiue dicimus: ppterea nõ inepte iurisconsulti scribũt vniuersis & singulis. Nemo ipsum agẽtẽ: hoc est seipsum ignorabit, in alios aũt ignoratio cadit. Hoc sic ostẽdit. Circũstãtias afferendo a secũda circũstãtia auspicaf. Vt si dicat se ignorare quidnam agat vt de Æschylo cõtigit, qui in sua poesi tradif arcana edidisse qbus in sacris Cereris vtebanf, & cũ ad ariopagũ in ius vocaref, dicebat se ignorare, hęc esse arcana. Fuit Æschylus ãtiquus poeta Gręcus carmine tragicus: cuiꝰ Horatius in prio lib. sermonũ meminit. Floruit Athenis teste Gellio tpe Miltiadis anno ducẽtecimo sexagesimo ab vrbe cõdita. Illius autẽ mors nõ fuit vulgaris. Nã cũ aprico in loco sederet aqla desup volitãs illius caluitię elusa (caluitiẽ eñ lapidẽ putabat) testudinẽ quã vncis pedibus gestabat, fractura demisit in caput, & capiti pinde atq; lapidi testudinẽ illisit vt fractę testudinis carne vesceref, quo ictu inaudita morte poeta fato cessit. Secundũ exẽplũ dicentiũ se ignorasse est, qui excusantes ignorationẽ suã dicũt se ostẽdere voluisse arcanã vim machinæ bellicæ, telũ emittẽtis, quã dũ ostẽdere pararẽt, telũ pter spem ipsurũ esse emissum: vt q colubrinę lapide & puluere istructę vsum ostendere volẽs ignẽ imittat, & aũ eã astãtẽ interficiat, dicẽs se putasse eã fuisse vacuã. Tertia circũstantia est circa qd͂. s. materiã, vt cõtigit Meropæ circa filiũ Trasipõtẽ, quẽ interemit hostẽ esse rata. Sicuti in fabulis Agaue Pẽtheũ filiũ bacchico furore vitulũ esse putãs. Põt etiã quarta esse circũstãtia. s. quo ignorari, vt si quispiã, Sarissam seu hastã habentẽ cuspidẽ ferreã dicat se putasse illã ea carere. Vel iaculãs lapidẽ durũ dicat se putasse q; esset pumex aut tofus. Pumex est lapis leuis & spõgiosus, poliendis libris accõmodatus quo pgamenarij vtunf. Itẽ põt ignorari scopus, vt accidit si chirurgicꝰ venã scindat sanitatẽ allaturꝰ & enecat. Sicut cõtrariũ euenit apud Valeriũ Maximũ, ei q volẽs inimicũ pugiõe occidere, incurabile alioqui vulnus eius in latere aperuit & sanitati restituit. Potest insup modus nos latere, & hæc est sexta circũstantia, vt si magister ludi gladiatorij docere volẽs, sensim se ieagere existimans, vehementer percusserit, vt faciunt illi q extremis manibꝰ luctanf. Põt quispiã illic colluctantẽ rigide pręter spem aliũ cędẽdo pimere. Ex his ignorationẽ circa tẽpus ac locũ notã reliquit. Põt etiã quempiã latere vt an locus sit sacer an pphanus, & dies tali loco sit festus an non. ¶ Post hæc ait Aristoteles ignorans aliquam istarum conditionũ pticulatim inuitus agere dicitur, pręcipue si circa materiam atq; finem aberrauerit, nemo enim illas circunstantias nescire optat: proinde si casu cõtingat vt ista ignoret dicef inuitus fecisse. Itaq; circa singulas circumstãtias nescientia cadit pręter opantem. ¶ Sequitur. Eius igif. Nunc explanat philosophus q; ignoratio alicuius circũstãtiæ est fons & origo, quare quispiam inuitus operaf præcipue si angor præteriti operis comitetur. Vt vero nihil obscuritatis maneat dicamus eius illius quod ob talem ignorationem ab inuito dicif esse factum, necesse est actionem dolorem afferre, ac vt pœnitentiam præteritam actionem auersetur oportet. Hoc enim pacto inuitum per ignorantiam fecisse explicatum habemus. ¶ Sequitur in litera. Cũ aũt id inuitꝰ. Hęc est tertia pars principalis in qua philosophus ostendit quid est spontaneum, cuius agnitio sine pręcedẽtis inuito per vim ac ignorationẽ capi nõ poterat. Et sic ait. Cum id inuitus quispiã agat quod violentia, ignoratione ve agit (vt ex ante enarratis est pspicuũ) id spõte fit cuius principium est in agẽte, singula cognoscente: ppter eñ geminas causas inuoluntariũ emergit. Prior ps diffinitionis inuolũtariũ per vim excludit, illic principium est extrariũ. Hic aũt fons agẽdi intrinsecus pdit. Deinde addif sciente singula, hoc est singularia, ad discrimen inuoluntarij per ignorãtiã. ¶ Sequif. Forsitan eñ non recte dicitur. Nunc confutat placitum dicentium ea quę per iram aut cupiditatem fiunt ab inuitis emergere. Aliquot rationibus id euellere satagit: & dicit forsitan, quia ira oppilãdo quodammodo libertatem voluntatis præcedit, ac concupiscentia rationem quodammodo obnubilat. Primo sic procedit. Ex aliorum placito infertur, nec belluas nec pueros volũtarie agere, hoc illatum est falsum: proinde ea quæ propter iram aut concupiscentiam fiunt, non sunt inuoluntaria. Valor illationis sic ostẽditur. Pueri & bruta omnia his duobus affectibus, scilicet ira & concupiscentia operantur, pecora suis operationibus sibi placent, ac in sua obiecta cum voluptate feruntur. Dicimus enim gradarius mens incessanter vult comedere, murilegus semper in lecto decumbit, & sic in illis est voluntas, nomen voluntatis ad appetitum sensitiuum extendendo. Non tamen sunt suorum actuum domini. Nec infantes nisi in potentia remota, quibus sensim ratio accrescit, in quo tempore sunt periocundi: quorum societate nonnulli locupletes viri moribus graues inter prandendum gaudent vt a serijs rebus leuentur, eo decursu sunt in precio stulti. ¶ Secunda ratio. Aut tam bona q̃ mala quæ ob iram, aut cõcupiscentiam fiunt inuoluntaria dicuntur, aut sola bona voluntaria putantur, & mala inuoluntaria. Non secundum, quia tam bonorum q̃ malorum est vna causa, scilicet voluntas, ergo hæc non sunt inuoluntaria, illa vero voluntaria. Nec primum, quia absurdum est asserere illa inuoluntaria quæ appetere oportet: at in nonnullis subirascendum est, vt contra vitia, & quędam sunt concupiscibilia, vt sanitas, disciplina, proinde non omnia quę ob iram concupiscentiam ve fiunt sunt inuoluntaria.

¶Tertia est. Omnia inuoluntaria sunt tristia & anxietatis plena: sed quæ a concupiscentia prodeunt
haud sunt tristia, sed delectabilis: igitur. ¶Quarta ratiocinatio est. Nihil interest inter illa quibus p
deliberationem peccatur, & inter illa quę ab ira proficiscuntur. Sunt enim ambo fugienda: nec diffe-
runt eo ipso q quis vnum inuitus faciat. ¶Alterum vero voluntarie. Fortasse dices. Illi affectus sunt Obiectio.
in parte brutali animę. scilicet parte sensatiua: nam mens semper est cum ratione. Hoc non valet, ta-
metsi enim essent in parte irrationali animę tamen illa rationi obedit, & est libera participatiue. Ab- Responsio.
surdum igitur est cēsere hosce affectus ab inuitis proficisci. ¶Quęritur de veritate illius. Omnis ma- Quæstio.
lus est ignorans. Respondetur multum malus circa scopum malum quem sibi præstituit iniqua quæ- Responsio.
rit media: q vt incubones pecunię iniquo lucro student, libidinosus pro sua libidine explenda & fines
& media perpraua venatur: sicut infirmitas in febriente gustum corrūpit, vt philosophus in hoc ter-
tio ostendit: vt enim ægrotis dulcia amara videntur, sic malitia intellectum corrumpit, sexto Ethi-
corum. Malitia intellectum a recto dictamine auertit: & habentem ad sophistica media implicat. Lo-
quimur de errore in agibilibus & non speculabilibus. Diuina eloquia & experientia hęc roborant. De
sacra pagina ostenditur sapientię secundo. Excęcauit enim illos malitia eorū. Et sapientię quarto scri-
bitur. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. ¶Cæte- Quæstio.
rum cum ignorantiæ materia sua sponte incidat, quærimus an ignorantia sit peccatum. Responde- Responsio.
tur per enunciationes quarum prima est. Ignorantia inuincibilis non est peccatum. Secunda ignorā
tia vincibilis eorum quæ quispiam scire est obnoxius est peccatum: siue sit ignoratio prauę dispositio
nis siue purę negationis. Tertia propositio. Tametsi ignorantia ex electione culpam non attenuat:
ignoratio tamen crassa ac supina culpam attenuat. Prima enunciatio cognitis vocabulis in fotibus
est perspicua. Tunc autem est ignoratio inuincibilis quando quispiam facit illud ad quod est obnoxi⁹:
attamen scientiam illius adipisci non valet propria industria, sed humano præsidio vtitur atq; diui-
num auxilium vbi opus est implorat. Vnde omnis ea ignorātia quam homo vincere nequit est illi in-
uincibilis, nemo autem ad impossibile deuincitur. Secūdo dilucidum est aliquam esse ignorationem
inuincibilem, quam homo vincere potest. Patet in casu, si quispiā non suam loco suę se ingerentē in
tenebris cognosceret. ¶Secunda propositio ostenditur sic. Contrauenio pręceptioni puta scire illius
oppositum, præcepto affirmatiuo quo aliquid pręcipitur illius oppositum prohibetur, itaq; si illud sci
re astringor hoc ipsum ignorare prohibeor. Tertia quo ad ei⁹ priorem partē sic enucleatur. Illa igno-
rantia est volita & sponte elicita: hanc ignorantiam affectatam vsitato vocabulo theosophi nomini-
tant. Hic additur peccatum peccato volendo nescire ea quę conducunt. Secunda pars eiusdem enoda-
tur de pctō Lamech Cain occidentis Genesis. iiij. Prę senio eius oculi caligabāt & ferā interimere puta
bat. iuuenis errore illudebaī. in ibi ab homicidio nō excusabaī teste glossa. Vñ perspicuū est, culpā culpā
attenuare nō rōne qua culpa, sed ea ratione qua volūtariū attenuat. Idē facit timor etiā culpabilis. Im
mo si quispiā ex crapula in fronte quadragenarij ieiunij in ęgritudinē notabilē incidat a ieiunio de-
obligaī, nō aūt ratione culpę sed qa iam aliunde p aliud pceptū maius ad ieiuniū minime astringitur.
¶Cōtra primā cōclusionē argumētor primo sic. Cognoscēs nō suā cū ignorātia inuincibili facit actū Obiectio. i.
diuina lege phibitū. s. mœchiā, itaq; peccat. Scđo Abimilech abducēdo vxorē Abrahæ ac eā volēdo Secunda.
cognoscere peccauit vt Aug. ait: & tamen fuit illi ignoratio. In Genesi enim scribiī. Ego scio q in sim
plicitate cordis feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me. ¶Prius iaculū eluiī: qa ignorantia illum Ad priorem
actū excusat ne iterea peccet. nō est mœchia, sed actus castitatis cōiugalis: sufficit eñ inuincibilr puta-
tū cōiugiū in tali copula. ¶Scđm telū sic frangiī, si Abimilech fecit indaginē ad quā deuinciebaī nō Ad secundā.
peccauit saltē adulterio, ignoratiōe eū excusante: Nā pctū nō semp cum culpa cōuertiī scđo Physicoꝝ:
mōstra sunt pctā in natura & motus primo primi sunt pctā cōtra naturā hois primo instituti añ la-
psum. ¶Cōtra secūdā cōclusionē argumētor. ex ea sequiī hoiem cōtinuo peccare cū ignorātia purę ne- Obiectio.
gationis cū semper maneat in illa. Hæc catapulta sic retūdiī. Credere est pręceptū affirmatiuum. pro- Responsio.
inde non pro quolibet tempore obligat: ignorantia purę negationis imputatur homini illo tempo-
re quo actualiter credere tenetur. Mahometanus non continuo peccat non credens Christum esse de
um, sed pro illo tempore quo tenetur huic assentire. proinde altercantur tres de illa Iudæus discredit
& peccat: non credens qui iam credere tenetur, minus peccat q̄ discredens. Ignorantia purę negatiōis
est nescientia rei, secundo priorum. Illa beatis alijs ab anima Christi respectu multorum cōuenire po-
test. Ioannes enim euangelista in superis non omnia possibilia scit. Ignorantia prauæ dispositionis
est patrię aliena. Error est assensus falsi extra reflexiua aut dissensus veri: hoc adieci ob assensum talia Contra pri.
hæc est falsa cuius pronomen demonstrat propositionem cuius est pars. ¶Contra priorem partem partem tert.
tertiæ conclusionis sic argumentor. Non adeat Socrates tēplum die dominica quatenus ignoret. Oc-
currat festum aut ieiunium in Hebdomade cuius curatus est inscius aut non meminit dum ea indi-
cit. Plato templum petens illo die laborans non peccat, quia ignorātia inuincibili laborat: ergo & So
crates eo die suam artem exercens aut non ieiunans non delinquit plusq̄ Plato, quia si ad templum
tempore debito contendisset non peccasset: proinde idem est iudicium nunc. ¶Dicitur q probabili- Responsio.
tate haud vacat dicere q Socrates bifariam peccat. primo ignorate proponit. ¶Secundo non labo- Contra secū-
rat suam ignorantiam vincere. vbi si Basilicam adiuisset minime deliquisset. ¶Contra posteriorem dam partem
partem obiecto sic. Actus intellectus nō est liber, itaq; error crassus nō imputaī. ¶Dicimus q est liber Responsio.
mediate. Volūtas eñ est primo libera, cęterę aūt potētię in hoīe q̄ sunt volūtati & rōni natę parere, sūt
liberę interp̄ratiue. Talis ignorātia est volita postq̄ hō eā diligentiā ad quā astringiī nō apponit. Quæstio.
¶Quęriī an sit idē ignorātē agere & ob ignorationē agere. ¶Dicim⁹ cōformiter ad Aristotelē q lō- Responsio.

go interstitio hęc discrepent. Agere enim ex ignorantia vel propter ignorantiã est sic agere ꝙ si hõ-
mo sciret, non operaretur, & si opus patet illum penitudo subit. Vt ego iacio spiculum in vineã pręter spem viticolam occido, meam vicem cum cędem rescio doleo. Interdum est ignorantia vincibilis vt impræsentiarum, & tunc est locus venię: nonnunq̃ cum ignorantia inuincibili cõcurrit & tunc est locus misericordię. Ignorans facit aliquid quando casum non pręcognoscit non minus acturus si id pręsciuisset: & qui factum non auersatur vt iactu lapidis extra murum occidens hostem, is non agit ex ignorantia vel propter ignorationem, sed ignorans occidit. Accipe analogiam in non multum dissimili de absentia naucleri qui est causa priuatiua submersionis nauis, posito ꝙ eius præsentia fuisset causa salutis & non aliter: si enim eo pręsente nauis perijsset, nolla via est ipse submersionis causa.

Dubium. ¶Dubitatur an circũstãtia personę opus melius deteriusve efficiat.
Respõsio. Respondetur ꝙ bonitas elicientis actum non reddit melius. Eliciat Socrates bonus vt duo actum, & Plato bonus vt vnum actũ: simili conatu oĩbus paribus hoc dempto ꝙ vnus est alio melior, tum si actus Socratis esset melior actu Platonis, crescẽte bonitate Socratis, bonitas opis cõformiter cresceret. ¶Scđo opposito dato annosus baculo innixus plus merebiť ieiunãdo vnõ diẽ, q̃ sexagenari⁹: & rursus sexaginta annos natus plus me-
Obiectio. rebiť q̃ vndeuigenti annos nat⁹, cęteris semp parib⁹, sed ista nõ sunt rõni cõsentanea: igiť. ¶Contra cõclusionẽ argumẽtor. religiosus ex voto nõnihil faciens plus mereť q̃ alter similis tale opus ex con-
Secunda. silio faciens vt cõmuniter dicitur. Pari iure existens in sacris & habẽs sacerdotiũ horas canonicas di-
Tertia. cẽs plus meretur q̃ vnus non obligatus liber horas celebrans: & nõ nisi per bonitatẽ igitur. ¶Tertio cui plura talẽta a dño cõceduntť plus peccat nihil boni opando pitate data q̃ ille cui pauciora traduntur dicente Gregorio in homilia: Cum crescunt dona, rationes crescunt donorum. De confessore põtifice quotidie id recitamus: proinde talis plus meretur. Alioqui qui omittendo plus peccabit, opãdo
Ad primã. non plus merebiť. ¶Hęc iacula neminẽ stringunt. Prima argutia explorat an opus pcepti sit pstantius q̃ simile opus consilij. Vt semel finiam semp intelligo paritate data. Et pars affirmatiua est vero similis. si cadat pręceptio in ratione obiecti, animũ elicientis promptificat supiori parere: bonũ obediẽtię actũ adiuuat. Maior est etiã consonãtia atq; dissonãtia ad prudẽtiam. de difformitate nulla prorsus est ambiguitas. quanto plura præcepta circa idem concurrunt tanto lapsus est grauior. Minorita plus exorbitat veneris diem quadragenarij ieiunij primæ hebdomadæ integræ frãgẽs q̃ diem veneris extra quadragesimam non ieiunans contra solam constitutionem regulæ. Non me præterit hoc consequium esse inualidum contraueniens a peccat & non contraluctans b. proinde a est magis meritorium. Sit a exile opus præceptionis, b grande opus consilij. Nihilotamen minus puto opus pceptiõis esse ope cõsilij pstabilius. Et quãto plura sunt pcepta tãto bonõ actum facere, est laudabili⁹ signãter qñ
Ad secundũ. mãdatũ in rationẽ obiecti cadit: a nobiliori eñ virtute, s. iustitia pficisciť. Nec non idẽ puto si poeptio nõ sit actu volita. ¶Ad scđm cõcedo ꝙ plurib⁹ pceptorijs nexib⁹ innodat⁹ plus mereť q̃ paucioꝛib⁹.
Ad tertium. ¶Ad tertiũ assumptũ cõcedo signãter qñ bñficiũ est cognitũ. Si qspiã cẽtũ scuta mihi dederit me inscio, ppterea illũ offẽdẽs nõ magis pecco q̃ aliũ lędẽs. Sic est de bñficijs diuinis q̃re pdestinatiõis & gręmunera scđm legẽ cõem nos ptereũt. si eñ nobis detegereť tũ culpã aggrauarẽt: verũ vnũ bñficiũ non aggrauat ea pportiõe qua aliud trãscẽdit: alioqui donũ gratię plus incõparabiliter aggrauaret q̃ donũ sanitatis aut viuacitatis ingenij, quęlibet pportio gratię est his pstabilior ac infinitas portiões amplectiť, sed obligatio est penes diuinã volũtatẽ pẽsanda, quã cõstat in nobiliori bñficio esse maiorẽ, sed in
Dubi. qua adęquata pportione nos fugit. ¶Dubitať quõ colligiť sufficiẽtia circũstãtiarũ.
Responsio. Rñsio. Omnis circunstãtia sic se habet: aut substãtiã actus cõtingit, aut eã mẽsurat, qualificat, aut illius est causa: si primũ simul est circũstãtia qd. Si scđm est circũstãtia loci ac tẽporis. Actus eñ a sacro loco ac sacro die maliciã cõtrahit. Si actũ qualificet vt sensim aut vehemẽter pulsando, sic est circũstãtia quomodo, & sic quatuor circũstãtias ppalatas habes. Si vltimũ, si illa est causa efficiens principalis est circũstãtia quis, si instrumẽtalis quo instrumẽto, sin sit causa materialis est circũstantia circa quid, sin gratia cuius est causa finalis. Ecce circunstantias octonario numero completas.

Lib.III. Tractatus.I. Cap.II.



Electio. DEterminatis autem his, eo inquam quod sponte, & eo quod inuitus quispiam agit, consequens est vt de electione dicamus. Ipsa nanq; virtuti esse familiarissima & magis q̃ ipsi actus diiudicare mores videtur. Electio itaꝙ sponte quidem nostra videtur fieri. Non tamen est idem quod illud quod sponte fit. Sed quod fit sponte ad plura sese extendit. Est enim cum pueris & animalibus cæteris nobis commune: electio vero non est com-
Electio nõ fit repente. munis. Et ea quæ a nobis repente fiunt, sponte quidem nostra fieri dicimus, electione vero non dicimus. Qui vero dicunt ipsam esse cupiditatem vel iram vel voluptatem, vel opinionem quandam non recte dicere videntur. Etenim electio non est commune homini cum rationis expertibus: At cupiditas est & ira. Et incontinens cupiens quidem, nõ tamen eligens
Incontinẽs. Continens. agit. Continens autem contra eligens quidem, at non cupiens agit. Et cupiditas quidem ad
Cupiditas. uersatur electioni: cupiditati vero cupiditas non repugnat. Cupiditas præterea iucundi est

& molesti, electio vero neq; molesti neq; iucundi. Ira etiam minus esse videtur, quippe cum ea quae fiunt ira, minime per electionem fieri videantur. At vero neq; voluntas est tametsi finitima haec esse videntur. Electio nanq; non est eorum quę fieri nequnt. Quod si quis eligere dixerit ea: amēs esse videbitur. Voluntas autem est vt immortalitatis, & voluntas quidē est & circa ea quae per ipsum qui vult nequaq̄ agerentur. Volumus enim histrionem aliquē vincere certamen: at elegit talia nemo: sed ea quae per seipsum existimat fore posse. Praeterea voluntas quidem magis est finis ipsius, electio autem eorum quae ferunt ad finem. Vt sani quidem esse volumus: eligimus autem ea quibus erimus sani. Et foelices quidem esse volumus, atq; ita dicimus. Eligimus autem non cōuenit dicere. Atq; omnino circa ea versari videtur electio, quae in nostra sunt potestate. Opinio quoq; non est: opinatio namq; circa vniuersa videtur esse nec minus circa aeterna & ea quae fieri nequaeunt, q̄ circa ea quę in nostra potestate sunt collocata, et falso, veroq; diuiditur: non malo bonoq;: electio autem hisce magis. Electionem igitur idem esse & opinationem omnino, nemo forsitan dicit. At nec etiam est idem quod opinatio quaedam. Eligendo nanq; bona vel mala quales quidem sumus, opinando autem non sumus. Et eligimus quidem capere aliquid aut fugere, aut aliquid talium: opinamur autem quidnam sit vel cui conferat: vel quo pacto conducat: sed capere aut fugere non nimium opinamur. Et electio quidem laudatur ex eo, quia est eius quod oportet magis: vel quia est recta. Opinio vero ex eo quia est vera. Quia eligimus quidem quae maxime scimus esse bona: opinamur autem ea quae non nimium scimus. Videntur pręterea non iisdem homines eligere optima, atq; etiam opinari: sed quidam opinari quidem melius: ob vitium autem non ea quę oportet eligere. Nihil autem refert si antecedat electionem an comitetur opinio: non enim idipsum nunc perscrutamur, sed an idem sit electio quod opinatio quaedam. Quid igitur aut quale quid sit electio, cum nihil sit eorum quae diximus. Videtur itaq; sponte quidem a nobis fieri: attamen nō omne quod sponte agimus est eligibile: sed id cuius consultatio antecessit. Electio nanq; cum ratione est atq; mente. Subsignificare autē id & nomen videtur, innuens ipsum ex aliis legibiles esse.

Ira.

Electio voluntas.

Opinio

Opinatio.

Determinatis autem his &c. Superius de voluntario & inuolūtario loquutus est philosophus nunc consequenter de electione mentionem facit, & in primis dicta dicendis nectit. Et ponit prima conclusio huius capitis quę dicit. Post sermonem de voluntario inuoluntarioq; absolutum, cōsequens est loquutio de electione suscipienda. Et ne imperitorum more tam in cōcione q̄ in scribendo in impertinens labatur illius determinationis geminam causam ostendit. Et hanc conclusionem bifariam stipat. Primo quia electio est virtuti familiarissima, hoc est virtuti maxime propria atq; coniuncta. Porro electio in eius diffinitione ponitur, & ab ea proficiscitur. In valore sic argumentatur. Cōtemplatio illius quod est virtuti familiarissimum, ad moralem philosophum attinet, at electio est huiusmodi: igitur. Ipsa enim magis virtutes q̄ actus exteriores diiudicat: sed virtutem actus exterior crebriter manifestat. Lingua enim tua manifestum te facit qualis es intrinsecus: cum ex abūdantia cordis os loquatur, sed hypocrita per actum exteriorem nō cognoscitur, quia sanctitudinem similat. Virtus est habitus electiuus vt in secūdo diximus. Secundo electio sponte nostra fit, sicut voluntarium: itaq; non est extraneum, post determinationem voluntarij & inuoluntarij doctrinam electionis suscipere. ❡ Sequitur secunda conclusio in litera. Non tamē est idē. Indagat primo qd est electio secundū genus. Secūdo quid est secūdū speciem, licet p negatiuas ppositiones aliquas hoc deducit. Postea affirmatiuā cōcludit. Aristoteles artificis ingenij vir sępenumero hac manerie procedit, vnum supponit tanq̄ notum q electio est volūtaria. Aliud qa ignotū pbat, q nō cōuertibilr se habet cum volūtario. Secūda igit̃ cōclusio est hęc. Electio & volūtariū nō prorsus idē sunt, hoc est nō cōuertibilr se habēt. Quod pbat̃ primo sic. Illa nō sunt idē cōuertibilr, quorū vnū lati⁹ se diffundit q̄ aliud, sed sic est in pposito. Nā volūtariū lati⁹ se fundit. gen⁹ eñ fere lati⁹ fundit̃ q̄ ei⁹ spēs, lz eñ discretū spēs quāti cū quāto i supponēdo cōuertat̃: & idē sit trāscēdēs, hoc ē prarū in qb⁹ rō supior etatis & inferior etatis obseruat̃ in significatiōe & nō in suppositiōe: vt aliūde videri debet. Spōtaneū belluis & pueris nobiscum cōe est, at electio solis hoib⁹ est adiecta: & sic ex pte subiecti cōclusionē ostēdit. Scdo ex pte obiecti mōstrat ingens. Et repētina q̄ p irā cōtingūt volūtaria dicimus, electiōe vero nō dicim⁹, qa nō fiūt ex deliberatiōe ratiōis. In logicali tū materia cōsequētiā bonā malā ve dicimus ppositionē verā ac falsam, & tamē ois cōsequētia est ppositio. ❡ Seq̃ tertia cōclusio q̄ ē. Nō recte sentiūt q electionē i cupiditatē, irā voluptatē vel quādā opinionē diuidūt, & in eis referunt esse. hoc pbat̃ quadrifariā. Primo quia electio nō est cōis hoibus cū rationis expertibus, electio eñ rationē psupponit: sed cupiditas & ira cōis belluis habet̃. Scdo sic, Incōtinēs cupiēs agit & nō eligēs, is enim cōcupiscētiā insequtur: & ediuerso continens electione non cupiditate agit: igitur. Tertio sic. Electioni cupiditas aduersatur, & cupiditas cupiditati non repugnat, si cupiam diuitias aut paupertatē nō cupio: ergo electio nō est cōcupiscētia. Quarto sic. cupiditatis est psequi iucūdū & delectabile, & molestum fugere: haec autem non sunt electionis: igitur.

Nam concupiscentia est delectabilis,quando res cupita est presens: & tristis,quando deest. Sed electio nec est iucunda nec tristis,cum electio in rationis deliberarione consistat. ¶Sequitur quarta conclusio. Et tanto minus electio est ira,cum illa quę irę motu perpetrantur non emanent ab electione, vt liquet. Cōcupiscētia aūt est cū deliberatione:ergo si electio nō est cōcupiscētia a fortiori nō est ira. Nā si id qd magis videt inesse non insit,nec illud qd minus videt inesse inerit. ¶Seqr quinta cōclusio. Electio nō est volūtas,licet volūtati sit finitima:patet primo quia electio nō est impossibiliū & eorū quæ fieri nequeūt. Q: si qa eligere dixerit ea,demens reputabit,volūtas aūt est impossibiliū vt immortalitatis. Secūdo probat hęc conclusio. Nullus eligit ea quæ non possunt per ipsum fieri:electio enim est solū eorū q̄ sunt in nr̄a potestate,sed quispiā pōt velle ea q̄ i sua potestate sita nō sunt,vt volumus pletunq; aliquid vt histrionē,aut gladiatorē quēpiā in certamine vincere,qd i nostra facultate collocatū nō est:at eligit talia nemo,sed q̄ per seipsum existimat posse fieri. Insuper volūtas potius est ipsius finis,electio autem eorum quæ sunt ad finem:vt sani quidem esse volumus, eligimus autem ea quibus erimus sani,& beati esse volumus atq; ita dicimus. Eligere autem dicere nō congruit: electio enim est finis consilijs vt posthac patebit. Omne eligibile est consiliabile,consilium autem non est de fine. Medicus enim de coporis sanitate recuperanda minime consultat,sed de his quæ ad corporis incolumitatem promouent,& potissimū est ei sermo de fine principali siue vltimo i suo genere: in alijs autem finibus vnus ob alium ordinatur.sicut vna conclusio demonstrata.patet in Euclide, per totum potest esse principium alterius demonstrationis,sic de finibus minus principalibus. Dignitates tamen sunt indemonstrabiles : sic finis precipuus in consultatione non ponitur:vincere enim in consultatione non ponitur:sed quo pacto melius vincere possimus. Atq; omnino circa ea versari videtur quę in nostra sunt potestate. Hanc repetit,quia inter reliquas rationes est pręcipue memorię mandanda.

Obiectum. ¶At forte dicis hac electione medium ad finem eligimus,hęc electio est volitio, ergo hac volitione
Responsio. medium ad finem eligimus,expositorie. ¶Respondeo id esse verum, sed dicit,communiter dicimus electionem esse mediorum ad finem:& quia velle est cōmunius ad vtrunq; & statum finis in consultationem non ponimus, velle descriptionem fini accommodamus.

Dub.iiij. ¶Dubitatur primo circa dicta. Videtur enim q electio insit belluis:nam bos hanc hęrbam acceptat illa repudiata. Et electio est duobus propositis vnius pre alio acceptio:ergo male dicit philosophus in principio bruta non eligere. ¶Secundo dubitatur de veritate illius,concupiscentia non contrariatur concupiscentiæ. Nam Socrates concupiscit gloriam & pecuniarum cumulum,sed sine pecunię cōsumptione perit gloria, vt pecuniarum abundantia indiget retentione pecuniæ. ¶Tertio dubitatur an voluntas potest velle impossibile, vt se esse immortalem, quod est impossibile naturaliter loquendo. ¶Quarto dubitatur an voluntas ex libertate sua potest acceptate minus bonum maiore relicto.

Ad primū. ¶Ad primam dubitationem respondetur q electio proprie dicta non inest pecoribus: nam de ratione illius est libere hoc relinquere.hoc accepto:qd pecudibus nō conuenit. Equus enim fame pertesus pabulum vndiq; in circunferentia habens accipit illud quod sentit conuenientissimum, & optime a fronte ei applicatum,quod tale sentit prosequitur:nec potest aliud. Si duo auenā equo famescēti æqualiter a fronte pręsentent, illud ad quod obtuitum primo affigit prosequitur,paritate data, si enim alter sit ei notus,& cibum ei assuetus ministrare,illum quia plus in illo sperat protinus adit: sed quemcunq; adit hoc naturaliter facit,nec in eius voluntate est oppositum situm. Percutimua tamen belluas sine earum culpa, vt sic vel sic habituentur quando sunt disciplinabiles. Quo pacto canis lanij integrum bouem occisum minime attingit,frustellum ei proiectum iubēs acceptat. Verbera enim timet.

Ad secundū. licet fame adigatur cadauer contingere. ¶Ad secundam dubitationem respondetur, q concupiscentię contrariæ non competunt eidem: possibile est tamen concupiscere nummorum aceruum & cum hoc gloriam. Pecuniarum adminiculo gloriam assequi proponit, inops & apud homines inglorius censetur. Et prudens secundum rectam rationem competentes expetit opes. Nemo autem simul paupertatem & amplas opes concupiscere valet & licet gloria ad pecuniæ consumptionem sequatur : stat

Ad tertium. velle antecedens & non consequens. ¶Ad tertiam dubitationem respondetur per propositiones quarum prima est. Impossibile Socrates potest velle. Patet Socrates potest velle Iouem perditum hominē esse sua natura immortalem & deum:& id est impossibile. Sed quisquilijs, & appellatiōe rationis seclusa, notetur q duplex est actus voluntatis:quidam efficax,id est actus operationis exequutiuus obiecti seclusio,hanc volitionem habens quærit media ad finis optati cōsequutionem, quemadmodum est desperante sanitatem qui doses,enemata,sirupos & similia sibi pro incolumitate appropriata quęrit. nolitio efficax pari passu diffinienda venit. Volitio inefficax opposito modo diffiniatur . De sanitate recuperanda desperans,vult & velle potest categorice sanitatem vt reor:conditionaliter non cadit in dubium, & differūt isti duo actus in idem obiectum vel in similia specie lati,penes diuersum modum in obiecta tendendi:vt notitia intuitiua & abstractiua eiusdem obiecti nec inter illos est incompossibilitas. Hoc pręmisso respondetur voluntas inefficax est impossibilium talium putatorum. Hoc vult Aristoteles in litera de aliqua volitione:hoc vult hoc modo. Primus angelus æqualitatem dei appetere potuit,& hoc ad peccatum sufficit. Secundo hæc consequentia est nulla:apprehendo Nabuchodonosorem esse bouem errantem in sylua:ergo Nabuchodonosor potest esse bos: & nullus est error nisi qa a magis aplo ad min' amplū pcedit:igit. Tertio itellectus pōt itelligere multa possibilia vt hoiem & asinū,& vnire illa adinuicē sic q illorum vnio est impossibilis, vt hō existēs asinus,& intellectus ad

Obiectio. illud totū terminat:& qcqd intellectus intelligit volūtas velle pōt:igit. ¶Cōtra illud arguit: volūtas non pōt psequi illud qd nō est iudicatum ab intellectu esse psequēdū:sed intellectus non potest assen-

tire huic ergo possum esse deo æqualis:igit̃.❡Respõdet̃ nõ reqrit̃ iudiciũ ad illud volendũ,sufficit cũ Responsio.
notitia simplex apprehensiua non iudicatiua.Omnẽ autem notitiam non iudicatiuã simplicẽ appel-
lo siue fuerit cõplexa cõplexiõe distãte,siue idistãte.❡Secũdo argumẽtor cõtra vnã ꝓbationẽ cõclusio- Obiect. scda.
nis.Si ponenda esset ampliatio ad aliquas temporum differentias,hoc esset ob concessionem huius &
similium,Socrates imaginarie est brunellus,sed illa est falsa:extrema enim non supponunt pro eodẽ
cum socrates brunellum non significet.❡Tertio subiectum mentalis istius, Socrates existens asinus Tertio.
imaginarie currit,pro nullo impossibili supponit,Patet,quia vel ille conceptus a rebus impossibilibus
producitur & hoc non:nulla enim talis est:nec a rebus possibilibus,ille enim potius conceptus sui ꝓ-
ducunt.❡Ad secundum concedo illatum,Socrates enim brunellum significatione aduentitia signi- Ad secundã.
ficat cum copula amplissima:in qua significantia est transcendens, tamen hoc nõ satis est ad significa-
tionẽ ꝓprie dictã.In cõi modo loquẽdi extra hãc materiã de significatiõe absoluta loqmur quã termi Ad tertiam.
nus habet suapte natura vel ex ipositione.❡Ad tertium dicitur ꝙ pro re impossibili subiectum acci
pit:impossibilitas illius totius a rebus possibilib⁹ ꝓducit̃.habeo in intellectu cõceptũ Socratis & asini,
mens mea mediante aliquo cõiungibili illos cõceptus vnit,dicẽdo Socrates existẽs asinus,illud ꝓ re i-
possibili accipit̃.❡Ad quartã dubitationẽ respõdẽt aliq ꝙ stãte iudicio rõnis in vniuersali & in ꝑticu Ad quartũ dubiũ principale.
lari ꝙ vnũ est altero maius bonũ,volũtas ꝓ tũc non põt velle minus bonũ maiori bono icõpossibile.
Iudiciũ in vniuersali in ꝓposito est iudiciũ quo iudicamus vnũ esse simpliciter mai⁹ bonũ altero,& iu-
diciũ ꝑticulare est iudiciũ quo iudicam⁹ scdm oẽs circũstãtias apparẽtes vnũ ꝓ tũc esse maius bonũ al-
tero,qa illud cõtra volũtatis libertatẽ cẽseo.❡Contra illud sic arguo.Volũtas põt velle minus bonum Argumẽtũ.
anteq̃ ab intellectu ei maius bonõ ꝑsentat̃, & maius bonũ non necessitat volũtatem in sua ꝑsentia ad
eius volitionem:ergo adhuc voluntas potest continuare suam volitionẽ circa min⁹ bonũ.❡Secũdo
argumentor sic.Stante casu dubitationis voluntas est libera respectu vtriusq̃,libertate cõtradictiõis,
potest elicere actum vel non elicere circa maius bonũ:pone ꝙ nullũ actũ circa mai⁹ bonũ eliciat: tunc
quæro q̃re non põt elicere vnũ actũ circa minus bonũ,& nõ est necessariũ circa ipsum elicere nolle,er-
go circa ipsum potest elicere velle.❡Item plerique consulto ex volũtatis libertate maius bonum respu-
unt & minus acceptant:igitur.Item illud est cootra philosophum probantem electionem nõ esse opi
nionem circa agenda.Dicit enim,quidam vere opinant̃ quod est melius,sed ob malitiam illud non eli
gunt,& patet de incontinente,vide eum.Preterea non idem homines eligere optima atq̃ etiam opi-
nari dicit philosophus,& sequitur in eius litera ad ꝓpositũ.Sed q̃dam opinari,q̃dã melius ob vitiũ au In oppositũ.
tem non ea q̃ oportet eligere.❡In oppositũ argumẽtor.Minus bonũ respectu maioris habet rationẽ
mali:sed nemo põt velle malũ sub ratione mali:oĩa enim bonũ appetũt primi huius capi.primo. Ad
maiorẽ ratiõis in oppositũ nego eam:quia fuit minus bonũ ꝑeligẽs vtrũq̃ esse bonũ:idq̃ quod respu-
it scit bonũ maius,sed ex voluntatis imperio vt eius libertatem experimento cognoscit minus bonũ
pro acceptat:sed an malũ potest esse voluntatis obiectum in volendo alias indagabimus.

❡Dubitat̃ quinto an electio sit ipsius finis.Respondet̃ negatiue,patet in litera.Contra illud arguit̃ ꝓ Dub. quintũ
pter quod vnumquodq̃ tale,& illud magis:sed ea quæ sunt ad finem ob finẽ eligunt̃ igit̃. Secundo,feli- Respon.
citatem ob seipsam eligimus,primo Ethicorum,modo felicitas est finis etiam supremus . Ad priorẽ Obiect. j.
ratiocinationẽ respondetur ꝙ regula illa primi Posteriorum intelligitur quando illud in quo est cõ Secunda.
paratio vtriq̃ comparabilium conuenit:non enim sequitur,Socrates est temulentus ob temetum,er Ad priorem
go temetum est magis ebrium. Ad secundum dicitur ꝙ eligere interdum & satis cõmuniter capitur Ad secundã.
pro actu voluntatis deliberato,quando homo nec ignoratione nec affectu delinquit.Electione trans-
gredi dicitur & esse peccatum in spiritum sanctum.❡Seqtur in lrã.Opinio quoq̃ non est &c. Proba
uit electionem non esse concupiscentiam aut iram,iam probat eam nõ esse opinationem,& sic tn va-
lore argumentat̃.Opinio circa vniuersa videtur esse & circa æterna,& ea quę fieri nequeũt,& q̃ i nostra
sunt potestate sita:electio autẽ est circa contingentia.Secundo sic.Opinio vero & falso seiungitur ,ele-
ctio bono & malo:sed illa quæ diuersis differentijs diuiduntur non sunt idem,igitur.Sed forte nemo
electionem & opinionem omnino esse idem censeat,hoc est conuertibiliter,sed ꝙ est eadem cum opi-
natione quæ est de his quę sub nostram potestatem cadunt, hoc improbat conclusionem ponens op-
positam illi assertioni , quam quintupliciter probat. Primo sic. Eligendo bona vel mala quæ in no-
stra potestate sunt dicimur quales,hoc est boni vel mali,sed in bonorum & malorum opinatione nõ
dicunt̃ boni aut mali:igit̃.Non enim qui opinat̃ tẽꝑãtiã esse bonã,est bonus: nec q opinat̃ ingluuiẽ
esse fœdã est malus. Secũdo electio vsquequaq̃ nostras opationes respicit:nos eñ eligimus vt ꝓseq̃mur,
aut fugiam⁹:sed opinio res ipsas & nõ nr̃as opatiões respicit. Nõ eñ opinamur vt aliqd ꝓseq̃mur vel
fugiamus,sed vt deꝑhendamus aliqualiter cui aliquid confert̃.Tertio.Electio laudat̃ & eo ampli⁹ quo
magis qd oportet eligere eligit:& qa recte eligit,& opinio nõ ꝓpterea,sed ꝓpter verũ laudat̃: ergo opi-
nio & electio nõ sunt idẽ.Quarto.Electio est circa maxie certa,& q̃ maxime scimus bona:q̃ aũt opina
mur nos nõ ea scim⁹.dicit̃ eñ.In modio rendi,nõ est vola plena sciẽdi,qa opinio habet annexã formi
dinẽ.Quinto.Nec vident̃ idẽ hoĩes eligere & opinari optima,sed opinant̃ meli⁹, ob prauitatẽ aũt dete
riora sequũt̃.Patet i icõtinẽti.Proide electio nõ ẽ eadẽ cũ opiniõe vniuersali,nec etiã cũ opiniõe q̃ ẽ de
opatiõib⁹ hũanis.❡Sꝫ rẽanet difficultas quõ opinio & electio se habeãt iter se , an opiatio electionẽ ꝑce-
dat an cõtra:dicit ꝙ quãtũ ad ꝓpositũ attinet nihil attinet nec id hoc loco idagat̃.Sꝫ an electio sit opĩ
nio qdã est difficultas. Act⁹ intellect⁹ actũ appetit⁹ ꝑcedit,ꝓpterea opinio ãtecedit electionẽ sępi⁹.Electio
eñ nõ semp ꝑrereqrit opinationẽ,satis eñ est de alijs notitijs in obiectũ volũtatis latis . Sed qa aliqs
diceret,cũ electio nõ sit cõcupiscẽtia,ira,volũtariũ,aut opinio vniuersal' aut ꝑticlaris, qd ẽ ipsa electio?

Ostendit quid ipsa est, tam secundum genus q̃ secundum differentiam suam dicens, cum electio non sit aliquod istorum quæ ante dicta sunt, si efflagitetur quidnam & quale ipsa sit: dari potest responsio q̄ est voluntarium, sed non omne, sed id voluntarium cuius consultatio præcessit. Est enim electio cum ratione, & ad hoc nomen ipsum electionis alludit & applaudit, quasi ratione vnum ex alijs seligeretur & ab alijs separaretur.

Lib. III. Tractatus. I. Cap. III.



Consultatio non est de æternis.

T est ne de omnibus consultatio: & omne quoduis est consultabile: an de quibusdam non est consultatio? Atq; dicendum est forsitan consultabile non id esse de quo quispiam insipiens, vel mente captus: sed id de quo sanę mentis quilibet consultaret. De æternis autem nemo consultat, vt de mundo: vel de diametri laterisq; incommensurabilitate. Sed neq; de iis quę consistunt quidem in motu: semper autem fiunt eodem modo: siue necessitate, siue natura, siue propter aliquam aliam causam: vt de solstitiis atq; ortu. Neq; de iis quæ alias aliter sese habent, vt de siccitatibus imbribusve, nec item de iis quæ eueniunt a fortuna: vt de thesauri inuentione. sed neq; de humanis omnibus rebus, nam quonam pacto respublica Scytharum optime gubernaretur: nemo Lacedęmoniorum consultat. nihil enim horum per nosipsos fieri potest.

Consultatio de quibus fit.

Consultamus autem de iis rebus agendis, quę in nostra sunt potestate. hę etenim restant. Causę nanq; videntur esse: natura, necessitas, fortuna & mẽs insuper, ac omne quod per hominem efficit. Hominum autem quisq; de iis consultat quę agi per ipsum possunt. Atq; circa exactas quidem scientias & sufficientes, non est consultatio, vt de literis, non enim ambigimus quonam pacto literæ sint scribendæ. Sed de iis consultamus quæ fiunt quidem a nobis, non tamen semper eodem modo, vt de agendis per medicinam vel pecuniariam artem, & eo magis circa gubernandi facultatem, q̃ exercendi artem deliberamus, quo minus exacta est, & de cæteris simili modo. Atq; magis circa artes q̃ circa scientias, nam circa ipsas magis ambigimus. Consultatio autem in iis versatur, quæ plerũq; quidem fieri possunt, incerta tamen sunt quonam euenient pacto, & in quibus est indeterminatio. Atq; cũ magnis de rebus deliberate volumus, sumimus & alios ad consilium, diffidẽtes nobisipsis, tãq̃ nõ sufficiẽtibus ad discernẽdũ. Cõsultamus aũt nõ de finib⁹, sed de his q̃ ad fines ipsos pducũt. Nec eñ medicus si sanabit, nec orator si persuadebit, nec reipublicæ gubernator, si bene recteq; legibus ciuitatem instituet, nec deniq; cæterorum quisq̃ de fine deliberat. Sed omnes posito quodam fine: quemadmodum & per quæ fiet ille, considerant, atq; si per plura posse fieri videntur, per quod illorum facillime, optimeq; fiet, perquirunt. Sin per vnum quonam pacto per illud fiet, & illud item per quid efficietur considerant. Idq; faciunt, donec ad primam perueniunt causam, quæ quidem in inuentione est vltimum. Qui nanq; consultat, is quærere videtur dictoq; modo perinde atq; designationem linearum resoluere.

E St ne de oib⁹ cõsultatio &c. Est eñ electio q̃si q̃dã finis & effectus cõsultatiõis, ppterea ad cognoscendã electionẽ adamussim opus est medullitus cape ipsam cõsultationẽ. Quęstio est an oĩa in cõsultationẽ cadãt & an quoduis sit cõsultabile, an quorũdã potius nulla sit cõsultatio. Istud caput trifariã scindit. In pria pte explanat illud q̃d sub cõsultationẽ cadit. In secũda modũ, effectũ ac terminũ eius mõstrat. Tertia particula cõfert cõsultationẽ cũ electiõe. Primo diuulgat ea in q̃bus nõ est cõsultatio vt illis electis, ea relinquant de q̃bus cõsultãt. Seq̃t pria cõclusio. Nõ oim est cõsultatio. Patet primo, q̃a cõsentaneũ nõ est illi⁹ cõsultationẽ facere de quo insipiẽs vel mẽte captus q̃reret, sed tm̃ de illo de quo rõnis cõpos cõsultabit. Seq̃t, de ęternis aũt nemo cõsultat, vt de mũdo vel de diametri laterisq; icõmẽsurabilitate. Nulla eadẽ mẽsura adęq̃te costã q̃drati & ei⁹ diametrũ metit. Intẽdit aũt pbare cõsiliũ esse de opatiõib⁹ hũanis q̃s nr̃a spõte facim⁹. Probatio. Cõsiliũ ordinat ad opationẽ, ergo opz cõsiliũ esse de opabilib⁹ ab aliq̃ causa effectiua, sed causę effectiuę sunt q̃tuor. s. necessitas, & illa est necessariorũ: natura, & illa est causa eorũ q̃ frequẽter sunt: fortuna, & ea est eorũ causa q̃ praro fiũt. Sub fortuna casum intelligit. Quarta causa est intellectus siue hõ p intellectũ. His cõstãtib⁹ arguit sic. Cõsultabile est de opabilib⁹ ab aliq̃ causa effectiua, & nõ est de opabilib⁹ a necessitate, nec de opabilib⁹ a natura, nec a fortuna, ergo est de opabilib⁹ ab hoie, & nõ de q̃buscũq; opabilib⁹ ab hoie, sed solũ de his q̃ penes nos collocant, ergo cõsiliũ est de opib⁹ hũanis q̃ in nostra facultate sitę sunt. Cõsequẽtia claret cũ maiore. Ostenditur minor, quantum ad quãlibet eius partẽ, cõsiliũ eñ nõ est de his q̃ sunt de necessitate, quia talia sunt ęterna & de ęternis consultat nemo, vt de mũdo, de diametri & costę quadrati incõmẽsurabilitate. Mundũ enim totum necessarium in se & necessariũ, prime intẽtionalr̃ putabat, diameter est incõmẽsurabilis costę, est necessariũ secũde intentionaliter, hoc est dictu est ppositio necessaria tam-

esset propositio in se sit res contingens, consilium enim est de his quę per consiliũ possunt immutari ergo consiliũ non est de æternis quæ semper vniformiter se habent: nec etiã est de æternis quoq; substantia motu est subiecta. Nec de his quæ sempiterno motu eodẽ tenore iugiter manent sine necessitate, siue natura, siue propter aliquã aliam causam, hæc sunt ortus atq; cõuersiones siderum nũc citra æquatorem, nũc vltra æquidialem circulum. Dixit siue necessitate, siue a natura, aut propter aliam causam, ob varia philosophorũ placita. Quidã enim dixerũt cęlum necessitate circũuolui: alij natura, vt enim ignis suapte natura ad suũ locũ conscendit: ita dixere cęlum circulo agitari. Vnde in libris de cęlo ait Aristoteles si pars cęli ablata inferius poneretur illa nec ascendet nec descendet, sed in circulo mouebitur. Alij dixerũt cęlum a sua forma circũtorqueri: propterea secũdũ varia philosophãtũ placita varias causas attulit, sed quicquid sit de solstitijs & ortu signorũ non cõsultamus. Nosti duplex esse solstitiũ. æstiuale cũ sol est in primo pũcto cancri: in illo enim incipit recedere a nobis, cõtinuo irrequietoq; cursu ab ingressu in capricornũ ad nos mouebatur & cũ omne quod reflectitur in pũcto reflexionis quiescat: videbatur illic stare. Sic de solstitio hyemali in primo gradu capricorni dicatur: cũ sol a nobis maxime recedit, illud est astronomicæ considerationis: proinde hoc missum facio. Nec est cõsultatio de his quæ a natura proueniũt, vt de siccitate aut imbre, licet bene cõsultemus quonam pacto nos habebimus tali tempore. Nec de fortuna, vt de inuentione thesauri cõsultamus. Fortuna fit ab agente a proposito præter eius intentionẽ, vt fodiens terrã vt sereret arborem, thesaurũ insperatũ offendens. Casum sub fortuna cõplectitur qui ab agente naturali proficiscitur. Nec cõsilium est de omnibus operationibus humanis, nã Lacedæmonij siue Spartani non consultant quonam pacto respublica Scytharũ optime gubernari valeat: sunt autẽ Scythæ Męotidis paludis accolæ ad borealem polum siti. Nihil enim horũ per nos ipsos fieri potest. Cõsultamus autẽ de his rebus agẽdis quę in nostra facultate sunt. Hę solum reliquæ post negatiuã respõsionem supsunt, hoc est a sufficienti diuisione sequitur hoc membrũ, scilicet ꝙ consultamus de his rebus agendis. Et in hac minore variæ sunt conclusiones, quarũ Prima, Consilium nõ est de æternis. Secũda. Cõsilium nõ est de his quę fiũt frequenter a natura. Tertia. Consilium nõ est de his quæ fiũt a fortuna. Quarta. Consilium nõ est de omnibus operationibus humanis. Quinta affirmatiua. Quia cõsilium est de aliquo, & de nullo prędictorũ, est de operationibus humanis quæ sunt in nostra potestate. Quatuor primas cõclusiones ꝑ idẽ medium probat. Sequitur in litera. Atq; circa exactas quidẽ scientias. Hic ponitur alia cõclusio quæ vult ꝙ nõ de omnibus quæ a nobis agi possunt, & quæ in nostra potestate collocantur, consultamus. Primo, quia circa exactas & sufficiẽtes scientias nõ est cõsultatio, vt de literis. Non enim dubitamus quo pacto literæ sunt scribendæ: ac si sic argumẽtaretur. Consilium nõ est nisi de dubijs, at illa quę determinata sunt ab aliqua certa arte nõ sunt dubia sed certa: igitur. Verum de his cõsiliũ capimus q̄ a nobis sunt, sed nõ semper vniformiter, vt de his quæ ad medicinã & rẽ pecuniarã attinẽt: & eo magis circa gubernãdi facultatẽ q̄ exercendi artẽ deliberamus, hoc est circa gymnasticam palęstrã siue luctationẽ. Subditur ratio, quia minus exacta est. Conclusio ergo erit. Non æqualiter consultamus de operabilibus a nobis. Argumenti valor in hoc pẽdet. De inæqualiter certis inæqualiter cõsultamus: sed nõ omnia quæ per nos fiunt, sunt æqualiter certa: igitur. patet. Vbi est minor certitudo illic plus cõsultãdũ est. vbi nulla est ambages, ibi cõsultatio est inanis: ergo vbi res est anceps, ibi est opus maturo cõsilio, & in re magis ancipiti potius opus est cõsultatione. In medicina & in arte gubernandarũ nauiũ minor est certitudo q̄ in palęstra. In medicina, vbi est indagare patientis ætatem, patriam, educationem, & cõsuetudinem viuẽdi, aspectũ planetarum, & siderũ, & in quo signo est luna. Potes enim cauterio membrũ humani corporis attingere vagante in signo aduersario, & laborãtem nõ curabis. In nautica arte obtuitũ ad ventos, syrtes, charybdim, syllam, & ponti discrimina dirigere maximope oportet. Paucis opus est in lucta: sufficit illic cũ corporis agilitate exercitationis vsum habere. Vides Aristotelem natura duce pestilens dogma Vvitclef ac huius Lutheri damnare, ꝙ omnia de necessitate eueniũt. Sequitur alia cõclusio. Atq; magis circa artes q̄ circa scientias est cõsultãdum. Ratio est, nam circa ipsas magis formidamus. Ars est circa cõtingẽtia, sicut ipsa prudentia, sexto Ethicorum. Scientia est circa necessaria ex eodẽ sexto. Possumus tamen cõsultare de modo procedendi aut studẽdi aut scribendi in tali scientia: quia hoc est cõtingens nobis incertum. ¶ Sequitur cõclusio. Consultatio autem in his versatur quæ plerũq; eueniũt, ambigua tamen sunt, quonã pacto euenient. Et in quibus est determinatio: aliqua semper sunt, aliqua vero frequẽter, aliqua vero raro secũdo Physicoꝝ. Consilium est de his quæ sępius eueniũt, & incertus est illorũ euentus. Ratio est. Quia illa quæ semper eueniũt, nullam ambagem relinquũt, vt homines cupiũt honores. Circa illa quæ rarenter contingunt, nemo cõsultat, vt de parricidio patris a filio, sed famuli dominorũ opes subtrahant, quia hoc pluries in vsu est, cõsultant. Sequitur. Atq; cũ magnis &c. Conclusio. Cum de arduis rebus deliberare volumus nobis diffidentes alios ad cõsiliũ asciscimus: ea propter oculati reges prudentes viros asciscũt ad sibi cõsulẽdũ: quia de rebus arduis, quę pondus habẽt, vt de reipublicæ salute discernere cum multis oportet. Plura enim vident oculi q̄ oculus. Non aliter Argos centũ luminibus pręditus a poetis fingitur, vaccę Iunonis custos. Ille autẽ nõ est imprudens qui consilio acquiescere nouit: qui vero sibi plus q̄ aliorũ ingenio confidit crebriter in perplexitates incidit Ludouicum vndecimũ Francorum regem Breseus heros in hoc cauillo carpsit asserendo paruũ gradarium super quẽ rex equitaret immanem: & cũ rex illius inopinabilis dicti enodationẽ efflagitaret, dixit equũ illum totius regni cõsilium ferre. Diuus Bernardus, cũ beatam animã efflaret fratribus coram dixit se plus alienę sentẽtiæ q̄ suæ acquieuisse. ¶ Sequitur conclusio. Cõsultamus autẽ nõ de finibus, sed de his quæ ad fines ipsos

conducunt. Hoc inductiue per aliqua loco vniuersalis probat, inquiens: Nec enim medicus si sanabit nec orator si persuadebit, nec reipublicę gubernator si bene & trãquille ciuitatẽ legibus instituet, neq̧ cęterorum quisq̃ de fine deliberat: sed oẽs posito fine quemadmodũ: & per quę fiet cõsuitãt: quo pacto an vno, an plutibus mediis, & quo illorũ facillime ad finẽ deuenietur. Et si vnico ad cũ deueniẽdũ est medio. qua via id fiet, & per quid hoc assequemur mediõ quo ad primã deueniamus causam, quę inuẽtione vltima est. Qui enim consultat quęrere videt atq̧ resoluere, perinde atq̧ ille qui lineas designat, vel resoluere quasi diadragma: vt Leonardus & antiqua trãslatio dicũt. Aliquãdo em̃ plura media occurrũt per quorum quodlibet homo finẽ attingere potest: tũcq̧ mediũ certius & facilius eligẽdũ est. Interdũ vnũ mediũ est reperibile, & ita tãdiu q̃ritur, donec perueniat ad primã causam, a qua incipiendũ est. Queãdmodũ in geometria cũ volumus probare triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, per pręmissas notiores id ostẽdimus: & illas pręmissas ad dignitates indemõstrabiles & ad principia resoluimus, in quibus standũ est. Cũ enim illę sint per se notæ eis assentimus terminorum significatione intellecta. Sic omnino est in operabilibus: nã finis in operabilibus est sicut principiũ in speculabilibus, vt dicit secũdo Physicorum. Sine supposito media indagamus, & procedimus ad vltimum. Quod est primũ in operatione, hoc est nouissimũ in resolutione. Et quod est vltimũ in inuẽtione, est primũ in operatione. Patet exẽplo. Supposita sanitate medicus inquirit media, & inuenit enema (vt cõmuniter fit) maxime pro cura accõmodũ. Ad conficiẽdũ enema hęrbas diureticas explorat, vtpote maluã, bismaluã, mercurialem, paritariã, & cętera id genus: postea inquirit vbinã crescunt & cũ in his cãpis has sitas esse cognoscit, hęc arua primo adit vt hęrbas legat, has hęrbas esse in hoc territorio

Dubia. vj. est vltimũ in inuentione, & primũ in operatione. ❡Circa literã dubitatur. Iura & leges non sunt in nostra potestate sita, attamen de hisce cõsultamus cũ iurisconsultis, quorũ opinionẽ venamur postq̃ hincinde cõsultauerint. ❡Secũdo, an pręstabilius est habere principem rudẽ qui peritorũ cõsilio vtitur, q̃ regem Minerua pollẽtem & inflatũ qui suopte ingenio nimis cõfidit. ❡Tertio dubitatur, quo modo consulimus alios circa artẽ, cũ ars est vniuersaliũ quæ sunt necessaria. ❡Quarto, hęc diameter quadrati est incõmẽsurabilis costę, est falsa. si nullũ sit quadratũ aut diameter: ergo ipsa nõ est necessaria. ❡Quinto, cõsultamus de re amici, ergo nõ solum de operabilibus a nobis. ❡Sexto, nauigaturus

Ad primũ. consultat de vento futuro qui nõ est in eius potestate. ❡Ad primã dubitationẽ respõdetur, q̧ ius est in potestate legislatoris cuius mẽtem iuriscõsultus interpretatur mihi explanans, an litis cõtestatione reum vincam nec ne.

Ad secũdũ. ❡Ad secũdũ responsamus affirmatiue. Nã rudissimus quisq̧ regni habenas optime moderabitur modo prudẽtum cõsilium sibi asciscat, eorũq̧ iudiciũ insequatur: & si sint prudentes in vnã sentẽtiã cõuenient vel eorũ maior pars. Salus autem vbi cõsilia multa. Iuuenile consiliũ, ipsum Roboam pręcipitauit. Tres hic figno in republica principes, Socratem ingenio sublimem & tumidũ sibiipsi nimis placẽtem. Platonem rudem & mitem, parua de sua Minerua putãtem, qui alios cõsulit & eorũ cõsultationẽ imitatur. Ciceronem mẽte pręstãti tumore vacãtem. Horum infimus est Socrates & regũ pessimus, qui aulicorũ assentatione afficitur tãdẽ regum fęx & mõstrum. Medius est Plato, q̃ optimus Cicero prudẽtũ cõsessum euocat, quos in re ardua cõsulit quorum deliberationes maturas audit, nemini suam mẽtem quidnam facturus sit explicãs: sed recte sentẽtiatum a saniore parte, vel a toto conuentu exequetur. Verũenimuero animaduertẽdũ est, vt in asciscẽdis consulibus sit magna & maturissima deliberatio. Ratio, q̧ eis habitis omnia sunt facilia circũspectorũ consilio rex eos

Ad tertium. seligat. ❡Ad tertiã dubitationẽ respõdetur, q̧ intelligatur illud de opere artis quæ plurimũ diuersificatur, vt in exemplis philosophi: circa res leuis momẽti, vel vbi est vniformitas nõ oportet alios

Ad quartũ. cõsuiere. ❡Ad quartũ dicitur, q̧ exemplorũ nõ requiritur veritas. Secũdo, q̧ posita æternitate mũdi (quã ipse falso ratus est, sed ad fidem Mosaicam non tenebatur) difficile est factu quin alicubi erit aliquod quadratum: licet enim quodlibet quadratum cõtingenter est, tamẽ necesse est esse aliquod quadratum, & diametrũ sicut dicere solemus: Nullus homo necessario est animal, & omnẽ hominem esse animal est necesse. Tertio, hęc negatiua est necessaria, diameter non est cõmẽsurabilis costæ: etiã nõ sto

Ad quintũ. in ampliatione dictionis commẽsuralis. ❡Ad quintũ dicitur, q̧ negocium amici meum iudicatur: est enim amicus meus alter ego, nono Ethicorum. Hoc postea philosophus tãgit: & idem est de negocio

Ad sextũ. serui. ❡Ad sextum dicitur, q̧ non consultamus de euentibus futuris, sed qualiter nos tũc operabimur, an secunde tunc nauigare valeamus.

Perquisitio. Non autem omnis perquisitio consultatio esse videtur. Mathematicę nãq̧ perquisitiones, consultationes non sunt. Omnis autem cõsultatio est continuo perquisitio: idq̧ quod

Resolotio. vltimum est in resolutione, primũ esse constat in generatione. Atq̧ si consultantes in ali-

Generatio. quid inciderint, quod quidem fieri nequeat, desistunt: vt si sit pecuniis opus, has autem habere non possint: quod si videatur fieri posse, tunc agere aggrediuntur. Ea vero dicimus

Quę p amicos per nos possumus. fieri posse, quæ per nosipsos fieri possunt. nam ea quæ per amicos fiunt, per nosipsos quodammodo fiunt, quippe cum principium sit in nobis. Quęruntur autem quandoq̧ quidẽ instrumenta, quandoq̧ autem vsus ipsorum: & in reliquis simili modo. Interdũ per quod, interdum quomodo, aut per quem modum. Videtur igitur (vt dictum est) homo prin-

Finis nõ cõsultabilis. cipium actuum esse, & de iis esse consilium quæ agi ab ipso possunt: & actus aliorum esse gratia. Finis igitur non erit consultabilis, sed ea quæ ducunt ad fines. Nec etiam singula-

ria, vt si panis sit hoc, vel cōfectum sit vt oportet: hæc enim sensus ipsius sunt. Q; si semper quispiam consultauerit, in infinitum abibit. Consultabile autem & eligibile idem est: ipsum tamen eligibile iam definitum est: quod enim cæteris ex consultatione prætulimus id eligibile est. Definit enim tunc demum vnusquisq; perquirere quonam aget pacto, cum in seipsum principium redigit, & in id suiipsius quod antecedit: hoc est enim quod eligit. Patet hoc ita esse & ex vetustissimis rebus publicis, quas imitabatur Homerus: quæ nãq; reges eligerent, ea populo renunciabant. Cum igitur ipsum eligibile sit consultabile appetibile ex iis quę in nostra sunt potestate: & ipsa electio deliberatiua appetitio rerum erit, earum quæ in nostra sunt potestate. Nam simulatq; diiudicauimus ex consultatione: affectamus deliberatione. Quid est igitur electio, figura sit dictum, & circa quæ versatur & eorum esse quibus ad ipsos fines acceditur.

¶ Sequitur in litera. Non aotem omnis perquisitio, cōsultatio videtur. Hic ponit cōclusionem hy-
poteticam. Tametsi omnis consultatio perquisitio quædam est, non tamen omnis perquisitio con-
tinue & vbiq; consultatio est. Nam mathematici & quadriuiales perquirūt: huiuscemodi autem per-
quisitiones consultationes non sunt, attamen vt supra retulimus, omnis consultatio inquisitio est,
& quod in huiuscemodi resolutione per indagationem vltimum est, hoc in conficiendo negocio
primō est. Superius, vt res sit apertior exemplo detegimus, & si cōsultantes resoluendo in aliquid in-
ciderint (vt sunt pecuniæ) quod haberi nequit, consultare desistunt. Verbi causa: pacem regna vici-
na petant, pacis autem medium accommodatissimū matrimonium inueniūt sed sufficientē pecuniæ
summā pro dote inuenire nequeunt, illic quiescūt, & nō vlterius resoluētes pergūt. Si autē pecuniam
habere possunt ab illa opus aggrediūtur, pecuniā promittētes & eā dantes. At dicis gigantes arcem Obiectio.
extruere volebāt, vt Iouē cęlo extruderēt, quod impossibile censebāt. Responsio. Id faciebant vt se a Responsio.
cataclismo præseruarēt, ne simili alluuione sicut tempore Noe cōtigerat, perirent. & id erat possibile.
Et dicimus nos posse, quæ per nosipsos possumus. & quæ p amicos & patrueles, consobrinos, vel alios
nobis necessarios possumus, per nosipsos posse reputamur: nam principiū in nobis est. Et in hac con-
sultoria perquisitione interdū instrumēta quęrūtur, & an machinæ bellicę equis an bobus sint vehē-
dæ. Nōnūq; instrumētū vsus, an plaustro, an alio vehiculo. Hoc persimile in alijs probat, puta in quæ-
stionibus scientiarū in quibus interdū quęritur per quid, id est causa efficiēs: interdū qualiter .i. causa
formalis: interdū propter quid, hoc est causa finalis: quãdoq; per quid sit quod intēditur, interdū quo
modo fit & per quē modū, & quo mediāte fit, & homo (vt supra est mōstratū) est suarum operationū
principiū: & de his cōsultat quę sunt aliorū causa: ea propter rursum ipsius finia nō est consultatio, sed
eorū quæ nos in finem perducūt. ¶ Sequitur in litera cōclusio. Singulariū nō est consultatio. Nam
taliū est sensus, vt nemo cōsultat an id sit panis, & an sit bene cōfectū & concoctū vt oportet. ¶ Sequit
in litera, qd si semper &c. dicit hæc conclusio. Cōsultatio est finitorū. Nā si in abyssum cōsultetur, id in
infinitū abibit: hoc autē esse nequit. Cōsultabile em̄ & eligibile idē sunt. Ostendit nūc in quo cōsulta-
bile & eligibile ex parte obiecti cōueniūt, atq; differūt. Ex obiectis operationes splendescūt: itē ex ope-
rationibus potentiæ, & a potentijs essentię cognoscūtur. Vt Aristoteles in de anima scribit: & id ra-
tionis est, quia obiecta actibus sunt notiora. Pari modo actus q̄ potentiæ. Similiter potentiæ essentijs
sunt manifestiores. Obiecta scilicet cōsultabile ac eligibile sunt idem in re: differūt autē sola ratione.
Porro cōsultabile inquātū cōsultabile eligibile antecedit. Idem iam cōsultatum ac determinatum est
eligibile. quid tamē est eligibile superius dictū est. Quod enim cęteris ex cōditione pretulimus, illud
est eligibile. Si cōsultatio in immensum sine termino progrederetur, nihil esset eligibile, quia nihil
esset cæteris prælatū, igitur finitorum est cōsultatio: & tūc desinit vnusquisq; consultare qua via aget
cū principiū operādi in seipsum cōsulentē redigit: & cū reducit id in antecedens, hoc est in rationem
actiuā suiipsius, hoc est ipsiusmet eligentis: quia ratio actiua & electiua collectionē hęrbarū antecedit.
Alio modo sic desinit consultatio cum homo principiū agēdi in seipsum, hoc est in suā potestatem
redigit, tū principiū operādi penes eū ipsum est situ: & rursus redigit id principiū operādi .s. colligēdi
hęrbas in suū antecedēs, hoc est in suū principium decoquendi eas: & sic deinceps ad mediū fini pro-
pinquissimum. Vel sic paucioribus hoc explanabimus. Desinit homo tūc consultare, cum in seipsum
principium redigit. hoc est in suam potestatem & in id, hoc est illud suiipsius eligentis quod antece-
dit in operādo quod est principium in processu operatiuo: legendo hęrbas, eas decoquēdo, ac decoctā
aquam ægroto ministrando. Quod patet a signo ex vetustissimis institotis quæ Homerus vates in-
sectatus est: vbi reges inducit qui quæ ipsi elegerant populo denūciabant vt ipsi etiam eligerent, & sic
regium consilium plebis electionem præcedebat, & hoc est signū cōsilium electionem pręcedere. Vnde
fit q; cum eligibile rursus deprehenditur esse cōsultabile quoddam affectabile eorū quæ in nostra po-
testate sunt: electio erit quædam cōsulta affectio eorum quæ in nostra potestate sunt: per locum a cō-
iugatis. Ex consultatione enim iudicātes affectamus secūdum cōsilium. Quid igitur est electio, figura
& typo sit dictum: & circa quæ versatur & eorum esse consilium quibus ad ipsos fines acceditur.
¶ Circa ista dubitator, vtrum consilium sit ipsius finis: & videtur q; sic, quia finis est quoddam ope- Dub. v.
ratum a nobis, vt domus quæ est finis ædificationis: sed de operabilibus a nobis quæ in nostra pote-
state sita sunt est consilium: igitur. Item de fine vltimo, consultamus quanam via possumus aliqui

beatitudinem. In oppositum est Aristoteles. ¶ Secũdo dubitatur, vtrum omnis inquisitio consilij sit
resolutoria, vt philosophus dicit, & argumentor probando q non: consilium enim est inquisitio ra-
tionis, sed ratio a prioribus incipit, & ad posteriora procedit, vt a principijs ad principiata: sed ille
nexus est compositiua & non resolutorius. ¶ Tertio dubitatur, quomodo se habent cõsultabile & eli-
gibile, & quid est consilium. ¶ Quarto, quid est electio. ¶ Quinto vtrum inquisitio consiliatiua pro-
cedat in infinitum. Videtur enim q sic, quia cõsilium est de singularibus operabilibus a nobis quorũ
non est numerus. Item consilium est de omni illo per quod remouetur obiex a consequutione finis:
Ad primũ. sed talium est abyssus: igitur. ¶ Ad primũ negatiue respondetur, & patet responsio vltra dicta: si quẽ-
piam consulas, abs te efflagitat de quo fine, ipsum finem tãq̃ suppositum ponit: postea de medijs de-
liberat: alioqui tibi cõsulere nequit. Sed idem potest esse finis & medium, vt patet de quolibet fine nõ
vltimato: ergo finis est consilium: sed non est sub ratione finis sed medij ad finem vlteriorẽ ordinati.
Ad secũdum concedo, consultamus quonam pacto assequi possumus finem vltimũ: & sic finis est cõ-
silium tãq̃ eius de quo queritur per consilium: quia quod queritur est ambiguũ: finis vltimus non est
anceps sed presuppositua in oĩbus operationibus. finis est premiũ in intẽtione & vltimũ in exequu-
Ad secũdum dub. tione. ¶ Pro secũda dubitatione scito q inquisitio resolutoria incipit ab effectu procedẽdo ad causam
proximam: & ab illa ad causam priorem quoad deueniatur ad causam primam in esse quæ est vltima
in inuentione. Perquisitio consiliatiua est huiusmodi via compositiua siue compositionis: ecõtrario
est quando proceditur a causa ad effectum. Insuper in inquisitione cõsiliatiua est duplex processus &
duplex principium, vnus processus speculatiuus, alter autẽ processus operatiuus. Hic processus est cõ-
positus, quia in eo a causa ad effectũ & a simplicibus ad compositũ proceditur. Patet, in domus stru-
ctura, in cuius ædificatione a causis domus incipitur, vt cumulando pecuniam, ligna, lapides cẹmẽtũ
& cẹtera id genus ad domus factionem: sed in speculatione domus est principiũ. quia primo domum
intendimus erigere, deinde lapides & ligna: & vltimo precium argẽtũ in domus structura. principiũ
actionis est numisma & principiũ speculationis, proximũ est ædificiũ. Adhuc scito q duplex est finis:
vnus operationis, & est illud quod vltimate per totã operationem in esse producitur. alter est finis rei
operatẹ qui potest toti operationi præexistere. hoc est finis gratia cuius, & finis quo: more cõmẽtato-
ris secũdo Physicorũ loquendo. Sed nos de fine operationis impręsentiarũ loquimur. Hic autẽ finis ad
sua pręcedẽtia bifariã cõferri potest: vno modo secũdũ perfectionis ordinẽ, & sic habet rationẽ primẽ,
& per cõsequẽs habet rationẽ causẹ omniũ aliorũ: alio modo secũdũ ordinẽ generationis, & sic rationẽ
vltimi vsurpat, & sic habet rationẽ effectus omniũ aliorũ quæ ad ipsum antecedũt: ideo secũdo Physi-
corũ dicit philosophus, q causẹ sunt sibiinuicẽ causæ, hoc est causa alicui in vno ordine est effectus illẽ
in alia consideratione, & respectu: & sic vterq; discursus potest vocari resolutorius aut cõpositus diuersi
mode secũdũ operationẽ aut bonitatẽ & dignitatẽ: propterea in hoc nõ seriose insudabis. Ad ratio-
Ad ter. dub. nem in oppositũ dicitur, q nõ vsquequaq; ratio a prioribus capit primordiũ. ¶ Ad tertiũ dicitur, q
cõsultabile bifariã accipitur: vno modo pro omni illo qd in cõsultationẽ ponitur, & qd in cõsilio in-
quiritur: & sic nõnũq̃ vtraq; pars cõtradictionis est cõsultabilis: vnus eñ capit hãc partẽ pro medio:
alius oppositã, & stat hoc & illud esse elegibile. Nõnũq̃ vtraq; pars cõtradictionis capitur, sed vnus solã
partẽ suã capit vtiliter, alter inutiliter: & sic nõ omne cõsultabile est re ipsa eligibile. Alio modo capit
cõsultabile proprie, & sic vtile ad finẽ cõsequẽdũ. de quo inquirit per cõsiliũ est cõsultabile, & eius oppo-
sitũ inutile. Omne cõsultabile taliter acceptũ est eligibile: quia cõsiliũ est alicuius qd est vtile ad finem
bonũ cõsequẽdũ: sed omne tale est eligibile: igit. Sed nõ omne eligibile est cõsultabile: ratio est quia ele-
ctio est de omnibus quẹ a nobis nostra sponte agũtur ad finis cõsequutionẽ: sed nõ de omnibus talibus
Ad secũdũ. est cõsiliũ: quia cõsiliũ est inquisitio de rebus ambiguis & nõ de manifestis. ¶ Ad aliã dubitationis ptẽ
respondet q cõsiliũ bifariã accipit, vno modo pro iudicio capto ex tota ratiocinatione consultãtiũ: &
sic dicimus habeo ex cõsilio maiorũ taliter esse operãdũ, hoc est quãdo iudicabãt omnes regẽ daturũ
filiã hosti cũ dote vt habeat pacẽ. Tale iudiciũ regis cõsiliũ dicitur esse. Interdũ capit pro tota ratioci-
natione & discursu ad tale iudiciũ & cõsiliũ, hoc modo assumptũ ordinato, & sic dicimus adhuc sunt
Ad quartũ. Senatores in cõsilio & de ambiguo cõsultãt & ratiocinãtur. ¶ Circa quartã dubitationẽ aliqui fusius
q̃ par sit, insudãt vtrũ electio actũ intellectus an volũtatis importet. Respõdetur cõsequẽter ad dicta
in pręcedẽtis capitis calce in recto pro actu volũtatis supponit & intellectus actũ vel actus in conno-
tato importat. electio est acceptio vnius boni alio illi incõpossibili relicto. hoc vis vocabuli denotat.
inter incompossibilia syllogisamus vtrũ est nobis cõducibilius, & id nobis assumimus per volũtatis
actũ: talis actus est electio. vt familiariter dicã vocabulũ electio est cõnotatiuũ, in recto pro voluntatis
actu supponẽs cõnotãdo intellectus discursum pręuiũ inter bona incõpossibilia dictãtis vnũ esse pre-
stabilius altero & acceptãdũ: & sic electio est desideriũ, vt Aristoteles dicit. Et volũtariũ latius se habet
q̃ electio: est eius genus. Moraliter loquẽdo, hoc est loquẽdo vt sufficit morali, & extra artes laborantis
cũ volitio has cõnotationes nõ vendicet, & electio inuolutã multifariã cõnotationẽ sortitur, non est
volitio quidditatiuũ superius ad electionẽ: & ex cõsequẽte nõ est eius genus, sed est denominatiue supe-
rius sicut homo ad homo albus. nec stes in in pręedicatione indirecta huius, homo albus est homo.
Vltra dicta dicitur q eligibile est bonũ possibile, expetibile alteri bono incõpossibili collatũ: si vtrũq;
bonũ habere potes iam nõ esset electio. Nõnũq̃ qui a certo proposito sciẽter delinquit, electione pec-
Ad quintũ. care dicitur. ¶ Pro quinta dubitatione respondetur, q singularia non sunt infinita actu licet bene
potentia vel infinita syncategorematice. impedimenta finis perficiẽdi occurrere possunt: sed posteri
secundum q tempus efflagitat consultabunt.

Lib. III. Tract. I. Cap. IIII.



Oluntatem autē finis quidē ipsius esse, iam paulo antea diximus. Sed videtur aliis quidē esse veri boni, aliis apparētis boni. Atq; sit sentētia quidē eorū qui verū bonū id esse censent quod est affectabile volūtate: vt id nō sit affectabile voluntate quod is qui nō recte expetit vult. Nā si sit, erit & cōtinuo bonū, at erat forte malū. Sentētia autē eorū q bonū apparens inquiūt esse quod est affectabile volūtate: vt nihil sit prorsus quod suapte natura sit affectabile voluntate: sed id quod vnicuiq; videtur. At aliud alii videtur: & repugnātia forte. Q; si hęc nō placēt, dicendū est simpliciter quidē & reuera verū bonū est affectabile volūtate, vnicuiq; vero id quod vnicuiq; videtur. Studioso igitur id esse affectabile volūtate, quod vere est bonū, vitioso vero quicqd cōtigerit. Fitq; hoc perinde atq; in corporibus ipsis. His enim quorū corpora bene sese habēt, salubria sunt ea quę vere talia sunt: iis autē quorū corpora sunt ægrota nō hęc ipsa, sed alia. Similiter & amara ac dulcia, & calida atq; grauia, & singula cęterorū. Studiosus eñ homo recte singula iudicat, & singulis in rebus idipsū videtur quod vere est tale. In vnoquoq; eñ habitu sunt propria quędam honesta atq; iucūda, atq; in singulis plurimū fortasse pręstat vir studiosus in dignoscendis quę vere talia sunt, propterea quod est vt norma quędā atq; mēsura ipsorum. Multitudo vero decipi videtur ob voluptatē. Ipsa nāq; bonū quidē nō est: bonū tamē esse videtur. Persequūtur igit̃ ipsam tāq̃ bonū, dolorem autem fugiunt tāq̃ malum. Affectabile volūtate. Studiosus.

VOluntatem autē &c. In hoc quarto capite Aristoteles de volūtate & eius obiecto determinat. Volūtatē autē pro suo actu elicito crebriter ponūt: discriminis gratia hāc volitionē atq; nolitionē moderni theologi dicūt. Duas opiniones erroneas circa volūtatis obiectum recitat: quarū vna tenet q̧ p se bonū siue realiter bonū est volūtatis obiectū adequatū. Alij vero tenēt bonū solū apparēs esse volūtatis obiectū. Per tres cōclusiones difficultatē soluit. dicit ergo in primordio sic. Volūtatē esse ipsius finis tāq̃ obiecti, iam dictū est: sed eius duę sunt positiones: vna est ponētiū voluntatē esse solius veri boni. idcirco hi verū bonū diffiniūt, q̧ est volūtate affectabile: & volūt nos ea non velle: quę nō recte cupimus: nā ea mala sunt: Nos autē vt illorū fert opinatio. nihil nisi bonū volum⁹: & cōtinuo si id volumus bonū est, at erat forte malū. Ponatur esse tale. Ac si sic argumētaretur. Solū verū bonū est affectabile a volūtate: sed malus vult aliquid qđ est malū: ergo malū est bonū. Vel sic formalius. Omne affectabile a volūtate est verū bonū: sed hoc (demōstrādo malum) est affectabile a voluntate: igit̃ hoc est verū bonū. In darij. Cōclusio est falsa, & minor nota p experientiā: ergo maior est falsa, & p cōsequēs prior opinatio pessumit. ¶ Secūda cōclusio. Volūtas nō est solū apparētis boni. Probatio, quia secūdū eos nihil suapte natura erit bonū, sed vnicuiq; illud est affectabile qđ ei videt̃ bonū: ac vni hoc videt̃ bonū, & eius propositū alteri bonū: ergo cōtraria sunt bona, qđ est incōueniens: nā cū vnū alicui appareat bonū eorū sentētia bonū est, & cū idē alteri appareat malū eorundē opinione malū est: idē igitur est bonū & malū, quæ absurda existūt atq; nimirū audiētibus displicēt: diffiniri ergo potest reuera bonū qđ simpliciter volūtate affectabile est, secūdū quid vero est vnicuiq; bonū qđ cuiq; videtur. Postea ponit cōclusionē hypotheticā. Studioso illud est a volūtate affectabile qđ vere est bonū: vitioso autē secūdū quid, quicquid cōtigerit, hoc est qđ apparet bonū. Sic in valore hāc copulatiuam probat. Quēadmodū se habēt boni cibi in corporibus, sic affectabilia in animis (sicut eñ per esculenta corpora aluntur, sic affectabilia rationi cōsentanea, sunt volūtatis pabulū: sed corporibus bene dispositis cibi illi sunt salubres, qui reuera sunt tales, quibus dulcia, dulcia, & amara amara apparēt: ijs autē quorū corpora sunt ægrota & inualetudine languent, nō hęc ipsa sed alia quæ in rei veritate nō sunt salubria, sed secūdū gustū praue dispositū dulcia amara, & cōtra suspicātur. Febre eñ corrept⁹ ob humorū copiā a stomacho descendētē habet linguā & palatū infectum, & saluberrimus cibus assumptus his crudis humoribus miscetur, quare bonū malū censet ob congeriem assumptā malam: cibū salutiferū inutilem putat, vinū acre quia intus penetrat, qđ reuera est malū, bonū arbitratur. sic de grauitate suo more dicatur. Debilis paruū onus graue existimat: sed robustus & in corpore incolumis bene id diiudicat. Et sicut est in corpore, ita est in animo: quia argumētū a notiore ad ignotius procedit. Proinde ab his quę corporis sunt nota, occultiora animę mōstrat. Studiosus singula recte iudicat, & in singulis rebus qđ vere tale est cognoscit. Habitus eius secūdū rectę rationis dictamē est pcreatus, & delectabiliter in actus sui habitus quilibet progredit̃. In vnoquoq; eñ habitu sunt ꝓpria quędā bona & iucūda: at in veritate habēda studiosus antecellit quasi regula & illorū mēsura existens. Iustus eñ est lex animata, quinto Ethicorū. Voluptate multitudo imperita decipit̃: quæ licet nō sit bona, tamē bona apparet. Multi & signāter praui, voluptatē sequūtur tāq̃ bonū: dolorē vero tāq̃ malū exhorrent & aufugiunt. ¶ Circa voluntatem dubitatur, Primo, per quid agens a proposito ab agente naturali differat. Secundo, per quid voluntas in actum suum exit. Tertio, an malum potest esse voluntatis obiectū. Quarto, an voluntas cuilibet iudicio rationis se conformare & cuilibet se difformare potest.

¶ Ad primam dubitationem respōdetur, q̧ potentia rationalis est agens potens suapte natura actū elicere & non elicere, omnibus causis positis ad actum requisitis, deo parato ad productionem actus Dub. 4. Ad primū.

concurrere. Ignis enim potest calefactibile calefacere, atq; non calefacere si deus non coöperetur, vt de pueris in camino regis Babylonis contigit: sed illud ab extrario euenit. Deo parato cooperari, ignis non potest non calefacere obiectum approximatum obice secluso, secus est de voluntate: Deo enim parato ad coagendum, voluntas potest suum actum producere atq; ipsum suspendere: est enim libera libertate contradictionis, vt diligendo ac non diligendo: item contrarietatis, vt diligendo ac

Ad secūdū. odiendo. ¶ Ad secūdum dicitur, q; voluntas seipsa & sine actu elicito preuio actum producit, alioqui si quilibet actus priorem præsupponet, non habebitur vnus actus elicitus sine infinitis precedētibus:

Ad tertium. quo nihil est absurdius. ¶ Ad tertiam dubitationem respondetur, q; vltra opiniones duas erroneas ab Aristotele recitatas theologorum sunt opiniones his apparentiores: quarum vna tenet volūtatem esse liberam respectu cuiuslibet obiecti libertate contradictionis, & etiam libertate contrarietatis, nisi respectu duorum. Non enim potest nolle deum esse & velle miseriam. Ponantur propositiones: Prima. Malum potest esse obiectum voluntatis. Patet in nolendo. Secūda propositio. Malum potest esse obiectum voluntatis in prosequutione, hoc est volendo. Patet, quando est adulterinum & sophisticum bonum, vt aliena coniunx circa libidinosum actum. Tertia propositio, voluntas regulariter non fertur prosequutiue, nisi in bonum verum vel apparens. Bonum enim omnia appetunt primi huius primo: & hoc in litera innuere videtur: consonatq; Dionysius in libro de Diuinis nominibus inquiens, Nullus operatur ad malum aspiciens. Quarta propositio Malum voluntas potest velle in quo nulla ratio boni est ostensa. Patet, voluntas potest velle obiectum in quo non est ostensa ratio boni vel mali, ex libertatis plenitudine. Socrates enim de hoc malo notitiam habere potest per quam nec bonitas nec malitia huius rei ei ostenditur, quare non potest id tunc velle. Ostēditur mihi regem esse in prandio, sine consideratione vlla bonitatis: dico, opto illi bene esse. Quinta propositio. Voluntas potest velle malum ostēsum esse malum, & nō ostēsum per aliquam rationem boni, ex sua libertate. Patet, respectu aliquorum obiectorū. potest volūtas elicere actus cōtrarios: & nō videtur negādum quin potest illud respectu cuiuscūq; obiecti, cum libertatem volūtatis id stipet. Secūdo. Volūtas potest velle impossibile, ex superius annotatis, & pari iure nolle necessarium (appellationem rationis secludo) ergo potest velle illud in quo nulla occurrit ratio bonitatis, vltra bonitatem quam auet in suæ libertatis experimēto. loquimur de obiectiua bonitate. Apprehēdat illud obiectū sub vna notitia mali, quare nō potest velle illud. Tertio. possum nolle deum esse, quia possum necessariū nolle esse, in quo nulla ratio mali apparet: ergo pari iure possum velle miseriā esse ī qua nulla est ratio boni.

Obiectio. At dicis est ratio displicibilitatis in deo eo q; punit, & sic malitia sophistica in eo est causa odij, secūdū

Responsio. eius verba, odio habuerūt me gratis. Et, Ascendit fumus eorū qui te oderūt semper. Quicquid de illo sit, probabile est vt bonū transcēdēter sumptū est entis passio, sic est obiectū voluntatis in volendo. & quācūq; rem miserā ponis, pœnā aut culpā vel harū congeriem, volūtas illam potest velle: nō autem

Ad quartū dubium. regulariter nec ita facit, sed ex sua fœcūditate id ei repugnare nō videtur. ¶ Ad quartum dicitur, q; potest velle qualiter dictatur, sed interdū nō erit ita in re sicut vult: patet hic. Habeat intellectus hoc dictamē: nihil est volitū: volūtas potest habere hūc actū, nihil est volendū: licet nō exequatur id quod intellectus dictat: tamē vult qualiter intellectus dictat. & si intellectus habeat hoc iudiciū, nulli iudicio se conformat: voluntas potest velle nulli iudicio se cōformare: licet nō sit ita, in re finaliter uelit,

Dub. quintū. ob reflexionē. ¶ Ambigis quare dicit in exordio huius capitis: voluntas est finis: videtur enim nō

Responsio. esse propterea mediorū in finē. Respōsio. Volūtas ad actū suū elicitū hic extēditur quem Neoterici vt nuperrime retulimus volitionē atq; nolitionē nūcupāt. Et volūtas cōtra electionē distinguitur, & tūc est solius finis. Electio enī est mediorū in finē, & sic capite precedēti vocabulum Aristoteles cepit. Sermones aūt secūdū subiectā materiā sunt sumēdi. Alio modo pro omni actu potētię volitiuę accipitur & hoc cōmunius, & sic ad mala ac impossibilia extēditur.

Lib. III. Tract. I. Cap. V.



CVm igitur finis quidem sit affectibilis voluntate: ea vero quibus itur ad finem cōsultabilia sint atq; eligibilia, fit vt actus ii qui circa hæc versantur ab electione proficiscantur, nostraq; sponte efficiantur. At operationes virtutum circa hęc ipsa versantur. nostra igitur potestate ipsę virtutes, & idētidem vitia collocantur. Quibus enim in rebus nostra, in po-

Virtutes & vitia sunt in nostra potestate. testate situm est agere: in iis & non agere: & in quibus nō agere, in iis est & agere. Quare si agere bonum, quod honestum est in nobis est situm: & non agere quod est turpe in nobis est collocatum. Et si non agere malum quod est honestum, in nostra est potestate: agere quod est turpe, in nobis est situm. Quod si in nobis est situm tam honesta q̄ turpia agere, & simili modo non agere: hoc autem erat bonos & malos esse: in nobis certe est sitū nos probos & improbos esse. Dicere autem sua sponte neminem prauū, nec inuitum quęq̄ bea-

Beatus nemo inuitus vel prauus. tum esse: Alterum falso est simile, alterum vero. Nā beatus quidē nemo est inuitus. Sponte autem nostra prauitas comparatur. Vel obstandum est iis quæ modo sunt dicta, & hominē non esse principium est dicendum, neq; procreatorem actuum perinde ac liberorum. Quod si hæc vera videntur, nec in alia vlla principia actuū q̄ in ea quæ sunt in nobis reducere pos-

ſumus,quorũ principia ſunt in nobis:ea quoq; in nobis ſunt ſita,ſponteq; a nobis fiunt. Hęc ita eſſe teſtes ſunt & priuati ſinguli homines,& ipſi legũlatores.Nam eos quidem qui praua faciunt (ſi modo non vi nec ob ignorationem eam cuius ipſi non fuerint cauſa:illa agant) caſtigant ac puniũt: iis autem qui honeſta agunt, honores inſtituunt, vt homines partim hortentur,partim prohibeant . At ad ea agenda quæ nec in noſtra ſunt poteſtate, nec noſtra ſponte efficiũtur,nemo prorſus hortatur:quippe cum vanum ſit perſuaſum eſſe cuipiam non calere,aut non dolere,aut non eſurire,aut quiduis aliud tale: nam nihilominus hæc ipſa patietur.Etenim pro ignoratione etiam ipſa, pœnas inſtituunt, ſi quiſpiam ignorationis eſſe ſibi videretur.Ebrios nãq; duplici pœna afficiendos eſſe putarunt:.Principium enim in ipſis eſt:quippe cum in ipſarum ſit poteſtate ebrietatem vitare, quę quidẽ ignorationis eſt cauſa,puniũt autem eos qui aliquid eorum ignorant quæ legibus continentur,quæ quidem ſcire oportet,nec ſunt difficilia cognitu: ſimiliter & in aliis quęcunq; per negligentiam homines ignorare videntur: ex eo plane,quia in ipſis eſt non ignorare. Eſt enim in ipſorum poteſtate diligentiam adhibere.At fortaſſe tales ſunt quidam vt diligentiam non adhibeant.At vt tales fierent,aut iniuſti, aut intemperantes : ipſi ſunt ſane cauſa diſſolute viuentes,& res iniuſtas agentes:& potui & rebus talibus indulgentes.Operationes enim quæ ſunt circa ſingula,tales efficiunt. Quod quidem ex iis patet qui cuiuis ludo vel actui ſtudent: perſeuerãt enim in operando.Ignorare igitur ex operationibus quę fiũt circa res ſingulas,habitus ipſos emergere,nimiũ hebetis hominis eſt.Præterea metas rationis egreditur iniurias facientẽ hominẽ aut intẽperate agẽtẽ:nolle ſe iniuſtũ aut intẽperatũ eſſe:q; ſi quis nõ ignorãs agit ea ex quibus erit iniuſtus,is ſua ſpõte erit iniuſtus.

Ebrij duplici pœna plectendi.

Leges ſcire oportet.

CVm igitur finis quidem ſit affectabilis voluntate &c. Superius philoſophus de principijs virtutis & vitij:vt voluntario,inuolũtario,electione,conſilio & voluntate loquutus eſt:nũc virtutes & vitia in noſtra poteſtate eſſe ſita mõſtrat,& cõtrarie opinãtes nõ ab re redarguit.Quadrifariamq; caput hoc diſtrahit.In prima parte virtutes ac vitia in noſtra facultate ſita oſtẽdit . In ſecũda placitũ recitat dicẽtium virtutes in noſtra facultate collocari,non autem vitia,quod confutat. In tertia radices illius monſtrat quas extirpat.In quarta epilogat ſupratacta de virtutibus . Prima concluſio.Virtutes morales ſunt in noſtra poteſtate.Probatur hæc concluſio ſic.Voluntas eſt finis,& conſilium & electio ſunt de his quæ ad finem conducunt:hoc ſuppoſito,ſic fit argumentũ.Quorum principia ꝓductiua ſunt in noſtra facultate,illa ſunt in poteſtate noſtra:ſed primordia virtutis productiua penes nos ſita ſunt:igitur.Maior patet,quia cuius cauſa eſt penes nos, illius effectus etiam eſt penes nos:quando illa cauſa eſt pręciſa ex qua ſola poteſt huiuſmodi effectus produci . Minor patet: quia bonæ operationes virtutũ productiuę ſunt ab electione noſtra, & ipſa eſt circa illa quæ ſunt ad finem. Ex his litera eſt perſpicua quã repeto vt nihil obſcuritatis inueniatur . Quia igitur finis eſt affectabilis volũtate,hoc eſt cũ finis ſit hoc qđ volumus,ea vero quibus ad finẽ itur cõſultabilia atq; eligibilia ſint:ſequitur vt actus qui circa hęc verſantur ab electione prodeant & noſtra ſponte efficiantur. Sequiť ſecũda cõcluſio. Virtutes & vitia in noſtra poteſtate ſunt ſita. Primo,quia virtutes & vitia ex operibus ſecũdũ electionẽ corũ quæ ſunt ad finem oriũtur:ſed illę ſunt in noſtra facultate: igiť. Secũdo,in poteſtate noſtra eſt operari bona vel mala.Nam in quibus rebus ſitũ eſt agere, ſitũ eſt etiã non agere:& quibus nõ agere & omittere cõuenit etiam agere cõuenit. Loquitur reſpectu operabiliũ a nobis.Poſſum quidẽ nõ euertere cęlum:nõ autẽ cęlum euertere:ſed hoc nõ eſt ad propoſitũ.Sequiť tertia cõcluſio,Virtutes & vitia voluntaria ſunt.In hac cõcluſione refellit quãdã deliram opinatonẽ eorũ qui dicebãt ſua ſponte neminẽ prauũ nec inuitũ quẽpiã beatũ eſſe. Dicit itaq; q; dicere neminẽ ſua voluntate prauũ eſſe neq; inuitũ quẽpiã eſſe beatũ.primũ ſane eſt falſum, & ſecũdũ vero conſonũ. Nemo enim eſt inuitus felix, ſed ſponte noſtra ipſa prauitas cõparatur : alioquin reclamandũ & reſiſtendũ his quæ nuperrime adduxim⁹.Et eſt dicere hominẽ non eſſe principiũ & procreatorẽ ſuorum actuũ,perinde ac liberorũ.Ex illo ſequitur q; voluntas effectiue ad ſuos actus concurrit,cũ illum concurſum liberorũ generationi a parente cõparat:q; ſi pro quia,hæc vera videtur,nec in alia vlla principia actuũ q̃ in ea quæ ſunt in nobis reducere poſſumus.Poſtea omniũ cauſam ponit inquiẽs.Quoq; principia ſunt in nobis, ea quoq; in noſtra facultate ſunt,& voluntarie a nobis fiunt.Secũdo. Harũ rerũ teſtes ſunt cũ priuati homines tũ legũ adminiſtratores: nã publici viri eos qui praua perpetrant (ſi non vi aut ignorantia id fecerint)corripiũt & pœnis afficiũt:& eos q honeſta agũt,pręmijs & honoribus donant,tã q̃ hos ad perpulchra prouocãtes:illos autẽ a malis coercẽtes. Atqui ad ea facienda quę in noſtra facultate nõ ſunt,nũq̃ hortarentur:quippe cũ vanũ ſit perſuadere velle nõ calere non dolere,nõ eſurire:nã ſiue quis hortetur ſiue deterreat, nihilo ſecius hęc omnia quilibet patiet ſi cauſas naturales ſibi relinquanť.Vnde patet toxicũ hęreticoꝝ noſtri tẽporis aſſerẽtiũ oẽs bonos actus totaliter a deo produci.Inſulſa ſane eſt illorũ cauillatio,aia totaliter a deo ꝓficiſciť,proinde & illi⁹ actus. Frigida ꝓfecto eſt hęc illatio:oppoſitũ eñ cõſequẽtis cõcedo cũ antecedẽte. Oſtẽdit hoc eſſe verũ etiã vbi eſt quodãmodo inuolũtariũ ꝑ ignorationẽ, vbi ſum⁹ in ignorãtia cauſę. Dicit etenim pro ignoratione

ipsi peccant, si ignorantiæ sunt causæ. Probaт: quia nullus punitur nisi pro actu qui est in eius facul tate situs: sed homo pro talibus punitur: igitur. Cõsequẽtia patet cum maiore. Minorem probat in quiens, temulentos duplici pœna afficiẽdos leges decernũt: principiũ enim in ipsis est, cum in ipsorũ sit facultate ebrietatẽ vitare, q̃ quidẽ ignorantia est causa perperam agendi. Similiter puniũt eos qui delinquũt ignorantia eorũ quæ scire sunt obnoxii, vt sunt aliqua eorũ quæ in legibus includũtur, & quæ cognitu facilia sunt: & cõsimiliter in aliis in quibus per negligentiam ignoratione delinquũt: si quidem in eorũ potestate est diligẽtiam adhibere: & sunt tales qui diligẽtiam legibus cognoscẽdis nõ adhibent. Proinde hæc opinio est falsa quę dicit: nemo est in aliis voluntarie. Insuper qui cuius studio sese addicũt, & in eo perseuerãt operãdo sic dissolute viuẽtes vt tales euadant & iniusti & intẽperãtes, sibi ipsis causa sunt delicta faciẽdi potui ac similibus rebus indulgẽtes: quales enim sunt operationes circa singula tales euadunt. Hoc est operationes circa singula faciũt tales habitualiter qualia sunt ipsorũ opera: vt si citharam pulsarẽt, citharœdi euadũt. Quod perspicuũ est his qui ludo aut alicui arti studẽt: perseuerãt enim in operando, deinde habitus in eis genitus eos ad similia opera promptificat: ita vt cum voluptate perseuerent, vt videre est in hominibus deplorate malitiæ, quia alea totos dies ludunt ac patrimoniũ prodigũt. Ignorare autẽ habitus ex actibus fieri, nimis hebetis est hominis & obtusi. Prętetea a ratione alienũ est dicere actu iniuriantẽ nolle esse iniustũ, neq; intẽperãter viuẽtem esse intẽperatũ habitualiter, et si quis nõ ignorãs agit ea ex quibus est iniustus volũtarie sit iniustus.

Dub. tria. ❡Circa hanc partem literæ dubitatur, Primo, an ebrietas sit peccatũ. Secũdo, an facta ebrietatis tẽ

Ad primũ. pore sint homini imputabilia. Tertio, an voluntas suorũ actuũ sit effectrix & domina. ❡Ad primam dubitationẽ respondetur, q̃ si homo ebrietatem ex ignorãtia inuincibili incurrat, non peccat. Sed pro illius ampliori enodatione ponuntur propositiones, quarũ Prima est. Aliquis interdum efficitur ebrius sine sua culpa. patet ex præcedente propositione. Secũda propositio, Aliquis scienter incurrit ebrietatem sine sua culpa. probatio. Quispiã eget euacuatione, vt vomitu, alio qui est incurabilis ob venenũ pręsentaneũ ab eo sumptũ vel aliũ morbum aliter incurabilem. Casus est cõtingens vt suppono, his stantibus argumẽtor sic. Socrates est positus inter duo, vtpote de vita seruãda & de temulentia euitanda, quæ locum alteri parti in casu dat. igitur. Tertia propositio. Incurrere ebrietatem ex ignorantia vincibili vel scienter sine rationabili causa est peccatũ, & exprobabile. Q: sit peccatũ patet quia est intemperãtia. Q: sit exprobabile patet, quia ab omnibus vinosus abominabilis & flagitiosissimus a vulgo reputatur. Contra secũdã propositionẽ obiicitur, Primo sic. Talis facit actum intẽperantiæ, cũ sit extra mensurã sobrietatis. Secũdo, si homo priuaret aliũ ratione plus peccaret q̃ eũ pecunia priuando: & nõ minus quoq; peccat se sua ipsius ratione priuãdo: igitur. Ad priorem rationẽ respondeo negãdo q̃ faciat actũ intemperãtię. Bene quidẽ esset extra mẽsuram sobrietatis nisi rationabilis causa excusatoria occurreret. Moraliter itaq; loquẽdo in materia sobrietatis manet: solum q̃ vulgariter loquẽdo est ebrius. Ad secũdam rationẽ dicitur, q̃ dormiens priuat se ratione ad tempus sine peccato: sic & iste, signanter si inter amicos maneat qui eũ ab exequutione mali impediũt. Cęterũ quicũq; extra latitudinem sobrietatis est ebrius moraliter, licet sit mentis compos. Potestq; esse mo

Dubitatio. dicus excessus, & sic esset veniale peccatũ, aut magnus ad mortale crimen sufficiens. ❡At dubitas, an

Responsio. assiduitas ex veniali letale efficiat. Respondetur, q̃ neutiq̃ paritate datai si pręuia parua temulentia sit venialis, secũda pariter talis erit & tertia, & sic cõsequẽter. Verum si debilitatẽ cerebri cognoscat &

Ad secũdum promptitudinẽ ad temulentiam: iã ratione nouæ notitiæ veniale in mortale conuertitur. ❡Circa

dub. principale. secũdam dubitationẽ ponũtur propositiões, quarum Prima est. Occidens in ebrietate quã sine culpa incurrit, nõ peccat. Patet, quia talis actus est inuoluntarius & nullo modo in potestate viri: ergo ei ad culpam nõ imputatur. Secũda propositio. Occidens in ebrietate culpabili quam per pœnitudinem emendauit, nõ peccat. probatur, talis ante homicidium cõmissum culpam præcedẽtem quę ad homicidium est antecedẽter castigauit: ergo nõ peccat. Tertia propositio, loquẽdo de ebrio qui nihil rationis habet qui temulentiam ex culpa nõ emẽdata incurrebat est maior ambages. Beatus enim Thomas partem affirmatiuã insequitur, quæ mihi nõ placet. Propterea ad partem negatiuã argumẽtor, Primo sic. Homicidiũ in ebrietate factum nõ est volũtarium, ergo nõ est imputabile. At dicis est volũtarium in sua causa: poterat enim illud euitasse. Replico, illo dato sequitur q̃ actus exterior aliquid malitiæ vel bonitatis super actũ elicitum poneret. Consequẽs est falsum, cũ solum naturaliter ad actũ elicitum sequitur. Consequẽtia tamẽ patet. quia actus operatus est volitus in sua causa: igitur. Secũdo sic. Sequitur q̃ dormiens & ad matutinũ officiũ ad quod tenetur nõ surgens, peccat: cõsequẽs est falsum, quia nõ est situm in eius potestate surgere. Et forte dicis dedit operam rei licitę dormiens. nec in hoc peccauit. Contra, saltem sequitur si ibat dormitum tempore indebito tũc nõ surgens ad matutinũ peccabit. Tertio, nullus vnico peccato irritatus, duobus peccatis peccat per aliquid mere naturale quod nõ est in facultate sua situm: sed iste ante necem erat peccator solum vnico peccato temulentię, postea non plus vtitur ratione q̃ bellua: igitur. Roboratur maior. Non enim alia de causa pollutio nocturna homini, nõ imputatur in somno, nec actus libere elicitus in continuatione naturali. Propter has & multas alias rationes quæ facile adduci queũt partẽ negatiuã teneo, videlicet q̃ ebrius nihil rationis habens temulentiam ex culpa nõ emendata incurrens tempore ebrietatis, non peccat.

❡Contra cõclusionem secũdam argumẽtor. Licet doleam de temulentia aut eius causa anteq̃ ebrietas accedat, nihilo tamẽ minus peccatũ est futurum. s. homicidiũ cuius ipse sum actor, propterea talis occisio mihi imputabitur. Secũdo, si seruũ meũ mittam occidere Platonem, et me facti pœnitet, celerem equitem post illum mittens ne flagitium perpetret, & interim ipse occidit, innocens occiditur

& iniuste,cuius iniustitię ego sum fons & origo:proinde culpabilis. Amplius meo famulo mãdo pulsare Ciceronẽ districte vetando ne illũ trucidet:famulus illũ interficit,ego sum irregularis.itaq3 mãdatarij scelus mihi fonti sceleris imputabitur.Hęc nõ stringũt:fateor pro futuro scelere cõmittẽdo cõtritio est insufficiẽs,sed cũ auerser & execrer causam ebrietatis meę futurę, feci qđ potui futura mors quicquid cõtigerit mihi haud imputabiť,tametsi innocens occidať:illius mors mihi eã detestãti nõ imputabiť ad nouã culpã. Attamẽ forẽsis iudex capitali supplicio me pro illo homicidio puniet,quia illius erã author. Simili modo si emiserim piculũ ex arcu & anteq̃ sagitta Socratẽ occidat doleã siue occidat siue nõ in crimine nõ sum. ℂContra.hoc est cõtra Aristotelẽ in litera dicẽtẽ ebrio debentur duplices increpationes. Secũdo,ex cõclusione sequiť homo ꝙ ꝑ peccatũ a ꝓcepto diuino deobligabiť. Cõsequẽs est incõueniẽs. Tertio argumẽtor cõtra probationẽ de actu exteriori.Ille malitiã & bonitatẽ actui interiori superaddit,esto ꝙ naturaliter ab eo imperať. Assumptũ patet quadrifariã.Primo,diuersi decalogi pręceptionibus illi actus prohibẽtur,Non furtũ facies,& nõ concupisces rem proximi. Tũ secũdo,melius est illi qui capit Eucharistiã q̃ illi qui capere vult,nõ capiendo. Tum tertio,tũc nõ esset necesse celebrare matutinũ aut vesperas,tum actus interior sit ita bonus sicut binarius vtriusq3 actus. Tũ quarto,Socrates faciẽs interiorẽ cũ exteriore facit duo mala, quorũ actus interior est ęqualis actui Platonis vt supponitur:ergo Socrates plus peccat q̃ Plato. ℂAd primũ respõdetur,ꝙ illud dictũ ex Pitaco vno septem sapiẽtũ Aristoteles recitat. patet secũdo Politicoꝝ. Secũdo est sermo de ebrio vulgari nõnihil rationis habẽte qui in loquela blaterando delirat vel nutat,parieti aut baculo adhęrendo. Tertio,interdũ minores culpę acerbius reprimũtur. fures enim in trino furto repertos patibulo suspẽdũt,nõ autẽ simoniacos,moechos,& cętera id genus: propter procliuitatẽ ad mala illã noxã acriter Pitacus sapiens puniuit. Nusq̃ gentiũ maior offendiť vinolẽtia q̃ in Lesbo,cuius Mytilene est ciuitas potissima,si alicũde crimina inualescãt maiori acrimonia atq3 vigilantia sunt arcẽda.

Obiecta.

Responsiones.

Quarto,diciť magis ad propositũ distinguẽdo illã: ebrio debentur duplices increpationes. vnus enĩ sensus est: Carpendus est pro temulentia & etiã peccat in opere tẽpore ebrietatis facto,& illũ sensum nego. Alius sensus est,arguẽdus est dupliciter. Primo ꝑ ebrietate,& nõ solũ ꝑ ea sed pro damno qđ verisimiliter potest proximo inferre. Sunt enĩ aliqui qui ebrij porcorũ more dormiũt. De his nõ est timendũ,solũ vno peccato peccãt. Sed si illo tẽpore quis rabiem quãdã incurrere solet secũdũ verisimilem iacturã eius peccatũ in ebrietate mẽsurandũ est. Effectus sequẽs ad actus pręcedẽtis grauitatem nihil operať:sed damnũ verisimiliter sequẽs,iudicio prudẽtũ actũ praecedẽtẽ aggrauat. In quo mẽbro iste nũc libens ad primã ebrietatem includereť.scit ad suã temulentiã iacturã posse sequi,quẽadmodũ est de proijciẽte lapidẽ per fenestrã in vicũ,siue occidat siue nõ.aequaliter peccat coram deo. Quinto, expono illã propositionẽ sic.dupliciter increpanť & puniunť,ab hominibus. Legislatores enĩ possunt tales actus punire vt homines deterreãtur a talibus flagitijs cũ tales actus sint spõtanei antecedẽter. Ad secũdũ cõcedo sequelam:& patet ad oculũ de illo qui ꝑ intẽperãtiã morbũ incurrit in fronte quadragenarij ieiunij,ratione cuius a ieiunio deobligatur. Ad tertiũ,nego assumptũ.fit prohibitio ob aliquos existimãtes actũ interiorẽ nõ esse malũ. Ad secũdã ꝓbationẽ,cõcedo assumptũ,hoc est virtute operis operati in sacramẽtis:etiã est relaxatio poenę in venijs ponẽdo inesse cõditionem in venijs inclusam. Ad tertiã nego sequelã. Non stat virũ habere actũ efficacem celebrãdi quin celebret secluso impedimẽto. Potest tamẽ habere actũ inefficacẽ etiã categoricũ qui nõ sufficit celebrationẽ imperare vt piger vult & nõ vult. vult quidẽ inefficaciter & nõ vult efficaciter,sicut de pigro scholastico mane conãte surgere. Ad quartũ diciť,ꝙ cũ actus exterior naturaliter imperetur ab interiore non plus illi imputabiť quoad culpã q̃ si solus interior ponereť paritate data. Si actus elicitus ratione actus exterioris intẽdať. Iam cętera sunt imparia: quocirca si quispiã in mortali existẽs mẽte perpetim capiať ppetuo in culpa manebit. ℂAd tertiã dubitationẽ respondeť affirmatiue. Patet authoritate philosophi in litera: alioqui volũtas nõ esset libera & suoꝝ actuũ domina. ℂCõtra illud obijciť Primo,intellectus actus ad volũtatis actũ actiue cõcurrit,ergo actus volũtatis ab agente naturali producitur: ergo talis actus nõ est liber. Secũdo sic.aliquis actus volũtatis est mere naturaliter elicitus siue cõtinuatus,quod quintupliciter ostẽdiť. Primo de actu elicito in instãti quem volũtas nõ potest subito resecare,alioqui meritũ aut demeritũ haberet in quolibet tẽpore quãtũlibet paruo, cũ in libera cõtinuatione in quolibet instãti post primũ nõ minus mereref aut peccaret q̃ in primo. Tũ secũdo,si Socrates efficaciter velit aliquẽ finẽ,vtpote sanitatẽ:& intellectus iudicet solũ tale mediũ,vtpote potionẽ amarã, necessariũ pro talis finis cõsequutione,volũtas de necessitate vult tale mediũ. Tum tertio,si efficaciter volens vnã vniuersalẽ,subsumat sub illa minorẽ ꝑ intellectũ: volũtas necessitãtur ad cõsequẽtis volitionem. Vt volens efficaciter oẽm peruersum esse bonũ,& iudicãs Socratẽ esse peruersum,voluntas de necessitate cõsequẽtię vult Socratẽ esse bonũ. Tũ quarto,ex connexione volũtatis cũ appetitu sensitiuo, in volũtate surripit actus subito qui est malus,primo primus actui sensualitatis ꝓportionatus,quẽ actũ volũtas habet actui sensualitatis respõdentẽ, vt vulgo diciť. Tũ quinto,dei intuitiua notitia volũtatẽ in eius amorẽ rapit. Tũ sexto,vnus actus volũtatis imperať ab alio naturaliter. ℂAd primum (licet ab aliquibus an intellectio ad actus volũtatis cõcurrat dubitetur) cõcedo illud:sed nõ sequiť propterea actũ volũtatis esse naturalẽ. Nã actus volũtatis a charitate infusa & ab habitu acquisito ꝓducitur,qui sunt agentia naturalia: nec propterea sequitur ꝙ tales actus nõ sunt liberi. Ad secũdi argumẽti singulas obiectiones strictim respõdero. Cõcedendo illã cõtinuatione pro tẽpore,actus naturaliter liber erat a principio. voluntas est libera sub limitibus certis cõstituta. Non potest ad eius nutũ suos actus resecare, nec habere actũ cuiuscũq3 intẽtionis in gradu. Ad secũdũ & tertium cõcedo tales actus esse

Ad tertiã dubium.

Obiectum primũ.

Secũdũ cuius sex sunt propositiones.

Ad primũ obiectum.

Ad primam rationem secundi.

Ad secũdã & tertiam.

naturaliter productos: sic de volitione cõsequentis cuius antecedẽs est volitum & consequentia volita esse bona. sed antecedenter sunt liberi primi actus illorum productiui & ipsa voluntas libere agit.

Ad quartã.

¶ Ad quartũ de potentiarũ antecedẽter cõnexione cõcedo. illud est cõmune: & de opposito mihi non cõstat: quicquid a sensu est sensatũ, intellectus nõ impeditus intelligit: quãobrẽ pari iure quicquid appetitus sensitiuus prosequit̃, volũtas id suapte natura vult: & in hoc non peccat si sensualitatẽ atq̃ se pro viribus a talibus actibus remoueat, qđ est in eius facultate sitũ: cõuertẽdo sensum ad alia obiecta vel faciẽdo sensualitatẽ proportionabiliter ad rationẽ moueri, imprimẽdo in appetitu sensitiuo actũ cõformẽ ipsi voluntati, vt volũtas imprimit impetũ in mẽbris motiuis, q hominẽ distractũ mouet.

Ad quintã.

¶ Ad quintũ, de opposito nõ doceor & ita existimo. Suadetur. Solent de formosis aliquibus mulieribus traderet, vt de Helena, q̃ rapiebãt aspiciẽtes in sui amorẽ, hoc est multõ impellebãt. nõ autẽ necessitabãt: quare ergo negabit̃ id cõuenire creatori, in quo omnis ratio bonitatis eminẽter includit̃?

Ad sextã.

¶ Ad sextum cõcedo vt ego volo diligere deũ, hæc dilectio a volitione imperatur, sublata volitione ipsa euanescit: & sic est libera. Sic vnus actus volũtatis sicut seta in alluta ad filum facilitat, vt dilectio probi amici, ad hoc q̃ velim ei sacerdotium aut aliud bonũ spirituale aut corporale. E diuerso vnus actus ad aliũ difficultat: cũ aliquẽ peruerso odio prosequeris, ægre ei vis bonũ. Omnia ista sunt in facultate nostra sita. licet vnus actus ex alio naturaliter sequatur. Patet. habitus enĩ teste philosopho in in litera, mere naturaliter ex actu emegit, attamẽ est in potestate nostra actũ admittere non habendo habitum quem in nostra potestate philosophus quãtũ ad eius generationẽ, nõ autem ad eius corruptionem collocat: quem e uestigio in litera audiamus: sequitur enim

Ægritudo & vitia per nos acquiri possunt sanitas & virtus non potest.

Non tamen si vult, cum est iniustus, definit esse talis, ac iustus erit. Nec enim qui ægrotat, si vult erit sanus: & forte sua sponte ægrotat, si incõtinẽter viuebat: & præcepta medicorũ negligebat. Tunc igitur licebat ipsi nõ ægrotare: sed posteaq̃ valitudinem prodidit suam, nõ licet. Sicut neq̃ fit vt quisq̃ resumat lapidem quẽ proiecit: erat tamẽ in ipso sitũ sumere ipsum atq̃ proiicere: principiũ enim erat in ipso. Modo eodẽ, & iniusto, & intẽperãti, licebat quidẽ ab initio talem nõ fore: quapropter sua spõte est talis: sed postea q̃ talis est factus, nõ licet ipsi nõ esse talem. Non solũ autẽ animi vitia nostra sponte fiũt, sed corporis etiã interdũ a nõnullis idẽtidẽ cõparantur: quos quidẽ & increpamus. Eos enim qui

Natura turpes reprehẽdit nemo.

natura sunt turpes, reprehendit profecto nemo: sed eos qui per inertiam tales atq̃ ocium euaserũt. Idem & circa imbecillitatẽ eueniri videtur: & cũ quispiã mẽbris est captus. Nemo nãq̃ exprobabit cuiq̃ id ipsum, si sit aut natura, aut ægritudine, aut vulnere cęcus: sed potius miserebitur. Q; si ebrietate, vel aliquo alio flagitio captus sit oculis: omnes vtiq̃ carpent, ac increpabũt. Vitiorũ igitur corporis, ea quidẽ quæ in nostra sunt potestate, reprehendũtur: ea vero quę nõ sunt, nõ increpãtur. Hæc cũ ita sint: & in cæteris, ea vitia quæ increpãtur, nostra in potestate sunt collocata. Sed fortassis quispiã dicet vniuersos quidẽ homines id affectare semper, quod bonũ apparet. ipsius tamẽ apparentiæ dominos ipsos non esse. Sed qualis tandem vnusquisq̃ est, talem & finem ipsi videri. At si habitus ipsius aliquo modo sibi quisq̃ est causa, erit & apparẽtiæ ipse sibi quodã modo causa. Sin vero nemo est sibi mala agendi causa, sed hæc ob ignorationẽ finis ipsius agit, putans per ea se summũ bonũ consecuturũ, affectatioq̃ finis nõ in nostra est potestate: sed ita natũ esse oportet, vt habeat quasi visum: quo quidẽ recte discernet, & id expetet quod vere est bonũ, atq̃ is est ingenio bono. cui idipsum bene sese habet natura (id enim quod maximũ est atq̃ pulcherrimũ: & quod fieri nõ potest vt ab alio accipiat atq̃ discat, quale est ortũ natura: tale habebit) atq̃ hoc recte natura beneq̃ ortũ esse ipsa est habilitas perfecta, veraq̃ naturę. Si igitur hæc vera sunt, cur magis virtus sponte nostra q̃ vitium cõparabitur. Ambobus enim similiter tã bono q̃ malo finis ipse natura, aut quouis modo videtur ac ponitur: cętera aũt agũt, quouis modo, ea ipsa referẽtes ad illũ. Siue igitur finis nõ natura talis vnicuiq̃ videatur, sed sit aliquid etiã apud ipsum: fuit quidẽ finis sic naturalis: quia vero sua sponte vir studiosus cętera agit, virtus sponte cõparetur ac acquiratur: vitiũ quoq̃ nõ minus cõparabitur sponte. Et homini nãq̃ malo eadẽ cõpetũt, & actuũ, & finis respectu. Si igitur (vt dicitur) nostra sponte cõparãtur virtutes (ipsorũ enim habituũ nos ipsi concausæ quodã modo sumus: finẽq̃ talẽ ex eo ponimus, quia nos tales sumus) vitia quoq̃ spõte ab hominibus acquirentur: similes enim subeant modos. Cõmuniter igitur dictũ est de virtutibus & genus ipsum figura: mediocritates inquã ipsas esse ac habitus. Et a quibus fiũt & principia esse illa per se agendi: nostraq̃ in potestate collocatas esse & nostra fieri sponte: atq̃ ita vt ipsa recta ratio iubet. Verũ nõ similiter nostra sponte actus ac habitus fiũt. Actuũ enim a principio vsq̃ ad finem domini sumus, ipsa singula cognoscentes: habituum vero

Vitia corporis reprehendenda.

Epilogus.

principii. Singulorum autẽ additio nõ est nota: quemadmodũ in aduersa fit valetudine: sed nostra spõte ideo fiunt, quia nostra erat in potestate sic aut non sic agere atq; vti. At nunc repetentes de singulis dicamus virtutibus, quænam sint, & circa quæ versentur, & quo etiam modo. Ex quibus & illud simul emerget quot sunt ipsę virtutes, atq; de fortitudine primo dicamus.

Non tamen si vult cũ est iniustus, desinet esse talis: ac iustus erit, hoc est comparato habitu iniuste, homo nõ efficietur iustus pro suo arbitratu: sed mora ad id requiriritur. Patet p simile, dicit, Nec qui ægrotat si vult erit sanus. Et forte sua sponte languet medicorũ pręceptiones cõtemnens. Cũ sanus erat, licuit non ægrotare, sed valetudine bona perdita incolumitas non statim recuperatur. Morbus (vti refersit) eques accedit sed pedes & pedetẽtim discedit. Ac si sic argumẽtaref pcedit philosophus, Sicut est in corporis morbo, ita est in animę lãguore: sed sic est circa corpus q̧ quispiã potest ad nutũ in morbũ incidere, sed incidẽs exire nequit pro arbitrio suo: ergo ita est in animi morbo. Aliã manuductionẽ dat inquiẽs. Sicut nõ fit vt q̃spiã resumat lapidẽ proiectũ, erat tamẽ in eius facultate collocatũ lapidẽ illũ sumere atq; proijcere: similiter de iniusto & intẽperãti dicaf. Aliã cõclusionẽ ponit. Non solũ vitia animi sunt in nostra potestate, verũ etiã corporis vitia. Probatur sic. Nullius corporis turpitudinẽ exprobramus nisi eã quã inertia homo acq̃rit, vtpote ingluuie ac bibacitate: sed aliquas corporia labes increpamus, igif. Dicit cõclusio corporis vitia a nõnullis cõparãtur quoa increpamus: eos autẽ qui a natura sunt turpes profecto reprehendet nemo. sed eos qui p socordiã & inertiã tales euaserũt. Nisi quis imprudẽs litigando excãdescat: tũc enim quicquid ad aduersariũ spectat, ad laudes vsq; exclusiue recitabit: vocãdo eũ monstrũ in corpore, mõstrũq; in anima, coclitem monophtalmũ, & si de reliquis quicquid in buccam primitus occurrit effutit. Verũ dicaculorũ ineptias signãter quãdo bili cõcitãtur nos floccifacimus. Idẽ circa corporia imbecillitatẽ euenit, vt cum quispiã membris est captus, vt gulę & luxui indulgẽdo. Profecto nãq; nemo prosequef cõtumelia aut opprobrio illũ q ex plaga in bello iusto, aut a natura, aut ægritudine naturali cęcitatẽ incurrat: sed potius eius miserebitur: q̧ si temulẽtia imputabili vel aliquo alio flagitio captus sit oculis, vniuersi carpent & increpabũt. Vt vero paucia cõcludã, vitia corporis quę in nostra potestate sita sunt carpũtur, nõ autem alia. Post hęc vnũ errorẽ reijcit Philosophus. Dixerũt eñ quẽlibet expetere id qd̃ sibi bonũ apparet: qualis enim vnusquisq; est talẽ ipsi finem videri: sed nõ est in nostra facultate sitũ vt aliquid nobis appareat bonũ aut malũ: proinde nõ est penes nos collocatũ vt expetamus bonũ aut malũ: & sic nõ est in hominia potestate vt sit bonus aut malus. Hoc delirium refellit philosophus, duo probãdo. s. q̧ illa apparitio est volũtaria & in nostra facultate. Insuper q̧ finia expetitio homini non inest a natura. Probat ergo primo apparitionẽ habitus esse in facultate nostra sitã, hoc pacto. Habitus morales in nostra potestate sunt siti, ex prędictis: sed talis apparitio habitũ moralẽ insequif: proinde talis apparẽtia est penes nos sita. Quicũq; eñ habet dominiũ sup antecedẽs, dominiũ sup cõsequẽs sibi vendicat: igitur. Litera est. Sed fortasse quispiã dicet: vniuersos quidẽ homines id affectare semp qd̃ bonũ apparet, ipsius apparentię dominos ipsoa nõ esse. Sed qualis tãdem vnusquisq; est talẽ & finẽ ipsi videri. Huic obiectioni respõdẽs ait. At si habitus ipsius aliquo modo sibi quisq; est causa, erit & apparentiæ ipse sibi quodãmodo causa. Replicat pro alioꝝ errore adhuc p ignorantiã causæ finalis, diceret enim quispiã: nemo est causa malitiæ, sed q̧ sic operef, hoc est ob finis ignorationẽ, quia existimat aliquod optimũ per suã operationem assequi: nec affectatio finis debiti est volũtaria, sed potius naturalis qui optimũ bonũ appetiturus est: sic natura institutum esse oportet, quasi visum habeat quo discernat & id expetat quod est vere bonũ: ita sicut organũ visus habens a natura bonũ de coloribus recte cẽset: sic habens visum intellectus acutum, desiderat illud quod reuera est bonũ: atq; is est generoso ingenio cui talis intellectus limpidus feliciter obtigit rem optimã atq; pulcherrimã qualem nec ab alio accipere nec discere potest. sed quale quid ortum est, natura & tale habebit. & hoc recte natura beneq; ortum, est natura ipsa habilitas perfecta veraq; naturæ. Hoc est talis est bene natua & vere bonũ appetit. Male natus non potest verum bonũ appetere. Qualis vnusquisq; est talis sibi finis videtur: bifariam intelligitur. Vno modo sic. qualem quisq; habitum acquisiuit talis ei finis videtur. Secũdo sic, qualis est quispiam a natura natus: talis sibi finia videtur. hoc est qualem virtutem cognoscẽdi a primo ortu sortitur, talis illi videtur finis, priorem expositionem primo impugnat, deinde posteriorẽ illam friuolam excusationem cõfutat, dicẽs. Si igitur hæc vera sint, cur magis virtus nostra sponte q̃ vitium comparabitur? cuius oppositum ipsi dixerunt. ambobus similiter bono & malo finis ipse natura aut quouis simili modo poni videtur. Clare sic dicit quia desiderium finis tam in bonis q̃ in malis vel est naturale vel spontaneum: si secũdũ, ergo tam virtua q̃ malitia sunt voluntarię: sin primũ, tunc virtus dicitur voluntaria, ob media in finem ordinata quę sunt voluntaria secũdũ omnes: sed etiam media in malum finem ordinata sunt voluntaria: proinde malitia erit voluntaria sicut & ipsa virtus. Literam iam pono. Ambobus enim tam bono q̃ malo finis ipsa natura aut quouis modo hoc est spontanee ponitur. hoc est natura vel non natura, qualitercũq; videtur & ponitur. reliqua homines quouismodo agunt propter finem, hoc est suo arbitratu ea ipsa medio in illum finem referentes. Siue igitur finis non natura, hoc est spontaneus, talis vnicuiq; videatur: sed sit aliquid etiam apud ipsum facientem spontaneum ac liberum: siue finia sit naturalis, quia vir studiosus cætera, hoc est media ad finem spontanee patrat. Profecto virtus sponte cõparabitur a nobis: nec minus sponte

vitium parabitur. Probatio, quia etiã homini malo eadem competunt tam respectu actuum q̃ finis Si igitur nostra sponte virtutes habeantur ipsorum habituũ nos quodãmodo concausæ sumus: quia actus efficimus: finemq; ex eo ponimus talem quia nos tales sumus. Vitia sane sponte ab hominibus parantur. Similes enim sunt vtrorũq; modi. Postea facit epilogum, dicens, cõmuniter igitur dictum est de virtutib⁹: & genus ipsum, hoc est virtutis est mediocritas & habitus. Et a q̃bus virtutes emergunt & principia agendi nostra esse in potestate collocata, & sponte fieri vt ratio efflagitat. Verũ non similiter nostra sponte habitus & actus fiunt: quia horum sumus domini (modo circũstãtias nouerimus) semper: Illorum vero post generationem minime, habituũ vero principij, hoc est clare dicendo sumus domini principij, hoc est originis principij habituũ, hoc est sumus domini actuũ qui sunt habituũ principia. Singulorũ additio non est nota, hoc est additio partiũ habitus, nõ est nota. quemadmodũ & in aduersa valetudine, & in hominis aut quercus cremento. At nunc repetentes de singulis dicamus. hoc est in particulari quænã sunt & circa quę obiecta versantur, & quo etiã modo. Ex quibus & illud simul emergit & fluet, quot sint ipsę virtutes. Atq; de fortitudine primũ dicamus. aliqui nõ inepte tertiũ librũ hic claudũt & speciatim de virtutibus in quarto loquũtur. At ne alij libri super secũdum turgeant cõmunior via in liberalitate quartum inchoat. Et quia in hoc non est magna vis, communiorem viam imitabimur.

Dub. iiij. ¶ Dubitatur circa finẽ huius capitis. Primo, nõ possumus remouere a nobis habitus vitiosos, sicut nec ipsum morbũ, secũdũ philosophũ: ergo semp in eis manebimus: qđ est incõueniẽs. Secũdo, non possumus actũ ad nutũ resecare. Patet de actu ex dictis superius pro tẽpore naturalis cõtinuationis: ergo nõ habet discrimẽ ab habitu, cõtra Aristotelẽ. Tertio dubitaẽ, an semper volens causam vult effectũ, vt Socrates vult indulgere gulę: ergo vult esse intẽperãs, & vult esse malus. Quarto dubitatur, an homo negligẽtia sit malus nullũ actũ eliciendo. Pars negatiua coloratur sic: nullũ actũ volũtatis tũc habet, ergo nõ erit volũtarie malus. **Ad primũ.** ¶ Ad primũ respõdeẽ, q̄ homo habet dominiũ super actus oppositos sui habitus, quos si iugiter & efficaciter eliciet p actũ volũtatis in tertio tẽpore suũ habitũ euacuabit. Item post pœnitudinẽ quinimo ante pœnitẽtiã malorũ actuũ habitus nulli imputaẽ, nec est amplius malus imputabiliter. At si quis in gratia discedat illi habitus inutiles a deo in patria euelluntẽ, tãetsi puersi habitus in stygia palude siue i inferno maneãt: nulli tñ mali habitus in patria manebũt, quoniã ibi quisq; est in gratia & bonus. Nõ est totaliter idẽ de corporis languore & habitu malo: at habitus vitiosus si non remoueaẽ homini officit, bono resistit: sicut virtus vitio, inclinat ad malũ sicut virtus ad bonũ, & excęcat intellectũ in agibilibus. Supius eñ mõstratũ est q̄ omnis malus est ignorãs. **Ad secũdũ.** ¶ Ad secũdã dubitationẽ respõdeẽ, q̄ citius possumus actũ q̃ habitũ euellere, nec ipse tẽpore naturalis cõtinuationis est nobis imputabilis. **Obiectio.** ¶ At dicis, si homo incidat in odiũ dei, nõ est in eius facultate sitũ pœnitere & deũ diligere: & sic est cũ extra statũ meretiũ tẽpore quo ratione potitur. **Responsio.** Respõdeẽ, q̄ cõtinuatio naturalis repugnat actui opposito, sicut actus liber: a principio idẽ actus numero q in primo instãti erat liber, tẽpore cõtinuationis est naturalis. Nolitio dei esse nõ cõpatiẽ volitionẽ eiusdẽ naturaliter: sed homo potest mox habere actũ reflexum q̄ illud odiũ ei displicet, & velle ipsum nõ esse, & sic pœnitẽtiã subit, & pœnitudine sceleris imputabilitatẽ abolet. **Questio.** ¶ Queris quare nequimus actũ subito resecare, sicut ipsum ꝑducere. **Responsio.** Ratio est, q̄ ille suę corruptioni renititẽ: cuilibet eñ rei insitũ est corruptioni sui reluctari: at eius ꝑductioni nullũ est reluctamen. Anima cuiuslibet actus est capax. **Ad tertium.** ¶ Ad tertiã dubitationẽ respõdeẽ negatiue. Nemo enim respicit ad malũ volens, hoc est cõmuniter bene sequiẽ de lege dei ordinata, Socrates cognoscit nõ suã ergo peccat: vult antecedens cũ opposito cõsequẽtis. Similiter Thomas Britãnus pergit in cõtinentẽ, ergo nauigat æquor. antecedẽs vult & nõ oportet velle cõsequẽs: sicut in exẽplo cõmuni Socrates pœnitet, ergo peccauit: antecedens est volitũ & nõ cõsequẽs. Sed si cõsequẽtiã velit esse bonã vult cõsequẽs. Similiter efficaciter volẽs antecedẽs licet solitarie nolit cõsequẽs anteq̃ derelinquat antecedẽs vult etiã cõsequẽs: vt ego sum in luto pro centũ scutis: ergo ego sum in luto. licet Socrates nolit esse in luto absolute, tamẽ adiecto magno emolumẽto vult totũ aggregatũ. Pari modo sequiẽ Socrates occidit hominẽ authoritate ꝓpria: ideoq; deũ offendit. Antecedẽs est volitũ & cõsequẽs nolitũ: nihilo tamẽ minus anteq̃ antecedẽs concupitũ deserat vult cũ ipso indirecte cõsequẽs. Hic autẽ Socrates pœnitet ergo deliquit: cõsequẽs fuit ab eo volitũ qđ iam auersaẽ. antecedẽs obuijs vlnis amplexatur. **Ad quartũ.** ¶ Ad quartã dubitationẽ cõcedo hominẽ posse esse malũ per purã omissionẽ, licet nullũ actũ volũtariũ eliciat. Poterat enim elicere & nõ elicere. propterea libere omittit. Si inferiori superior nõnihil operandũ præceptorie iniungat, potest inferior elicere actũ hũc, nolo id facere: & tũc p positiuũ actũ delinquit. potest tamẽ voluntas ex sua libertate nullũ actũ elicere pro tempore quo est obnoxius actum elicere: & tũc pure omissiue delinquit.

Dub. quintũ ¶ Dubitatur quomodo totus habitus est notus & nõ partiũ additio vt in aduersa valetudine. **Sextum.** ¶ Dubitatur itẽ quomodo intelligiẽ illud: habituũ sumus quodãmodo cõcausę. **Ad quintũ.** ¶ Ad priorẽ harũ dubitationẽ respõdeẽ q̄ a posteriore p effectus habitus magnus innotescit, p impulsum ad actus, sicut morbus: sed licet hęc caro grossa sallita difficilis digestionis semel esa nõ ꝑcipitur morbũ est ingerere, vel huius fructus comestio: tñ successu quãdo est notabilis discrasia illud deprehẽdeẽ: Parua ablatio a bona valetudine sanitatis non percipiẽ: si quis fuerit robustus, cuius sanitatis latitudo est magna, paruũ nociuũ est illi impceptibile vt mihi in viridi ætate de fructuũ ampla comestione cõtigit: quãdo vero sanitatis latitudo est pusilla paruũ nociuũ mox valetudinẽ (quia est parua) extinguit, & paruũ morbũ creat. **Ad sextũ.** ¶ Ad posteriorẽ dubitationẽ, tenẽdo potẽtiã nõ cõcurrere immediate ad habitum, quod est probabile. dicetur q̄ sumus concausæ mediatæ: quia causæ effectus.

Tract. II. Cap. I. & Lib. III. Cap. VI.



Ortitudinē itaq; circa metus mediocritatē esse fiduciasq; perspicuū iā euasit. Metuimus autē ea quę terribilia sunt. Atq; hęc simpliciter dicēdo sunt mala. Quapropter & veteres metū diffinientes, expectationem inquiūt metus esse mali. Metuimus igitur omnia mala, vt infamiā, paupertatē, morbos, inimicitias, mortē. At nō circa hęc omnia vir fortis esse videtur. Sunt etenim nōnulla mala, quę quidē metuere oportet & honestū est, & nō metuere turpe. Infamia nāq; qui timet est probus & verecūdus: qui non timet impudens. Fortis tamē translatione dicitur a quibusdā: quippe cū aliquid simile videatur habere. Est enim & ipse fortis interritus quidē, paupertatē autem metuere forsitan non oportet: nec morbū, nec omnino quicq̄ eorū quę nec vitio, nec a nobisipsis proueniūt. Nec tamē is est fortis q hęc nō metuit: sed hūc etiā fortē similitudine quadā vocamus: nonnulli enī homines in bellicis quidē periculis meticulosi sunt. Liberales autē sunt, & ad erogandas pecunias animose se habēt. At neq; siqs pro filiorū atq; vxoris pudicitia timet, aut inuidiā metuit, aut aliquid tale, timidus est. Neq; etiā fortis, si cū est verberibus cędendus, confidit. Fortitudo.

FOrtitudinē itaq; &c. Aristoteles generatim in secundo de virtutibus est loquutus, nūc specia-tim de eisdē loquit quatinus mediocritate homines ad virtutes alliciat, & a vitijs retrahat. Nō enī aliter a Socrate Ethica sunt inuēta, dicēte Marco Tullio. v. Tusculanarū Quęstionū: Socrates aūt primus philosophiā deuocauit e cęlo, & in vrbibus collocauit: & in domos etiā introduxit: & coegit de vita, moribus, rebus bonis & malis q̄rere. A fortitudine auspicat hic Aristoteles. Nō aūtē a corporis neruis hęc virtus emanat, nec truces carnifices quos vulgus affert in fortiū coetum (vt ex dicēdis liquebit) adnumerādi veniūt. ¶In quatuor aūt capita hic secūdus tractat⁹ distrahit. In primo obiectū circa qd fortitudo versat mōstrat. In secūdo de eius opationibus ac extremis. In tertio quas species simulatę fortitudinis verę fortitudini affines tractat. Quartū caput ꝓprietates viro forti cōgruētes numerabit. Caput hoc est breue. quocirca si ipsum in suas ptes ptirer lectori tędiosus forem, eā ob rē ad literę explanationē accingor. Hic ostēdit virū fortē versari circa mortē in bello. Prima cōclusio huius materię est hęc. Et si fortitudo circa timorē & fiducias tāq̄ inter affectus verset, non tn̄ circa metus vniuersos atq; fiducias infudat. Hic tāgit obiectū ipsius fortitudinis siue viri fortis. Nā prius in secūdo fortitudinē esse mediocritatē circa motus & fiduciā mōstrauimus. Metuimus enim ea quę terribilia sunt: licet in re terribilia ausibilia sint, vocabula tn̄ in significato formali discrepant. Terribile enī difficultate obiecti pauorē inducit: oppositū cōnotatio ausibilis implicat. Atq; vt simpliciter & apte dicamus: metuim⁹ mala & culpę & poenę. Quocirca veteres metū diffiniuere expectationē esse mali. Metus est respectu mali futuri: metuimus ergo omnia mala vt infamiā (quia cura habenda est de bono nomine) paupertatem, morbos, inimicitias, amicoꝶ interitum, & ne nobis hostes parent (Capit inimicitia tā priuatiue q̄ cōtrarie) mortē & id genus similia. Sed nō circa hæc omnia fortitudo infudat. Nēpe istoꝶ sunt quędā vt infamia quę semp metuere decoꝶ est & nō timere turpe. Qui enī infamiā timet probus & verecūdus est: qui vero nō formidat impudēs & frontosus est. Dicit tn̄ talis a nōnullis trāslatitie fortis, q simile aliqd habere vid at. Nā vterq; est impauidus: attamē imprudētis est nimis ardēter famā gliscere. Nec putet quispiā suā famā lacerari posse ab ęmulis siue mala vita. nō negat: immo ingenue ꝓfitet infamiā esse metuēdā. cōtra eos qui frontē meretriciā iā perfricuerūt loquit: sed dicit q apud aliquos tales trāslatitie fortes appellant: forte nō apud cū. Itē cōtingere potest, vt inopia metuēda nō sit. neq; langor: ita vt summatim dicat, neq; prorsus q̄ neq; ab improbitate neq; a nobis proficiscunt, at sine culpa sua aliquis & paupertatē & morbos incurrit, & id nō est timēdū: sed si qs sua ignauia pauperiē incurrat, vt patrimoniū dissipādo, vituperādus est. Similiter si indulgēdo genio morbū cōtrahat. attamē q hęc nō metuit nō est fortis nisi trāslatitie talis appellet. Nā plerią; in discriminibus bellicis meticulosi inueniūtur qui liberaliter pecuniā erogant. Ergo signū est eos paupertatē nō timere. At neq; si quispiā pro liberoꝶ atq; vxoris pudicitia timet aut inuidētiā metuit, aut aliquid simile timidus est. Neq; fortis certe si virgis cędēdus nō terretur. Patet, quia nullus multū laudatur talia nō timēdo: sed fortē oēs efferūt plurimū, igit: & hoc intellige si verberib⁹ nō repēte intereat. Si enim lapidibus obrutus aut scorpione cęsus moriatur sustinendo, in fortitudinis actus incidit. Elatos scholasticos offendimus qui verberum diritate nō mouentur plusq̄ statuæ.

¶Dubitatur Primo, quare Aristoteles a fortitudine & actibus voluntatis initium scribendi in hoc tertio sumpsit. Secundo, an fortitudo est virtus cardinalis, & quot sunt virtutes cardinales, & cur tales appellitentur. Tertio queritur, an quilibet actus fortitudinis sit virtus cardinalis: & si sic, multo plures erunt q̄ quatuor, cum centies mille sint fortitudinis actus & numero & specie distincti: tum distincti specie actus sese minime intendant. Quarto, quomodo hæ virtutes distinguantur. Dub. 4.

¶Ad primū dicitur, q vt significauimus, id partim ad libitū fecit philosophus. Sicut enim intellectus officiū volūtatis actū antecedit, de intellectus virtutibus potuit nō incōtinue prius loqui: sed cōgruentiam dare potius hoc modo. Appetitus est intellectu pręstātior, necnō eius virtus laudabilior: propterea a virtutibus ipsius appetitus materiā auspicat. Fortitudo etiā est temperantia pręstabilior: Ad primū.

difficultas materię id iudicat, quocirca de fortitudine orsus est. Nomen a virtute & viro sumit. Iustitia est id aliud, atq; propriũ syntagma requirit: quas ob res ipsam ad partẽ reseruauit. Nõ minus etiã prudẽtia cęterarũ uirtutũ auriga suũ expostulat syntagma. Alias virtutes quas potẽtiales nũcupant post has cardinales annectit, vt eis absolutis reliqua liberius seriosiusq; prosequaƚ. Amplius fortitudo circa affectus versaƚ, scilicet circa iracũdiã moderãdã, modo prius affectus regulare cõducit anteq̃ de virtutũ actibus doceamus. Prius enim est homo interius mitigãdus anteq̃ externas operationes producat. Ad hęc circa affectũ vehementẽ negociatur, vtpote circa irãac partẽ irascibilẽ. Etiã fortitudo est nota ac eius perturbatio quã moderaƚ. s. ira. Excellẽtia fortitudinis hoc argumẽto splẽdescit: historiographi pręstãtiũ ducũ elatos animos pleno ore laudant, quos ad cęlũ vsq; extollũt: ac illorum gesta cum sanctis ac eruditis exarare solent. Degeneres vero tanq̃ muliebres tetrice vituperant.

Ad secũdũ. ¶ Ad secũdã dubitationẽ respõdeƚ affirmatiue Numeratur eñ cũ alijs tribus Iustitia, quę fortitudinẽ a toto genere excedit: sed ipsa est in ordine ad alterũ, quocirca de virtutibus volũtatis quę sunt ad se prius loquutus est tẽperantia. s. & fortitudine. Ita Tullius & Seneca, & morales alij loquẽtes has quatuor cardinales nũcupãt. Sed quare ita nũcupãtur? Respõdeƚ. Cardinale est principale: quatuor autẽ sunt signa cardinalia. s. signa zodiaci, & cęli cardines vt astronomi dicũt: vt oriens, occidens, meridiei angulus, & angulus ei oppositus. Istę sunt pręcipue cęli partes in quibus motus & effectus solares emicant. sic sunt istę. 4. vitrutes. prudẽtia est rectũ iudiciũ agibiliũ, sine quo alię appetitiuę virtutes in tenebras cõuertũtur: nec virtutis appellationẽ sibi vendicãt. Pro fide, pro patria, pro liberis, cõiugibus, fortunę bonis & omnibus quę mortalibus sunt cara, fortitudo versaƚ. Authore eñ Iob. Militia est vita hominis sup terrã. Crebro fortitudo occurrit. & pluries tẽperantię materia circa cybũ potum & venerea: & ob prauorũ cõsuetudines probos inquietãtes, pnecessaria est iustitia. Circa harũ virtutum materias tota humana vita versaƚ. Alię autẽ inferiores ad has reductionẽ tãq̃ ad pręcipuas habent. Nec de humilitate philosophi in significãtia (qua theosophi vtũtur) verbose loquũtur. Nec id quod humilitatẽ appellamus, vsqueadeo vt Christianorũ solidissima schola sic magnopere extulere. De ea in quarto suo in loco. circa magnanimitatẽ fortasse nõnihil, si tẽporis augustia patiãtur & deus coepta secũder loquemur.

Ad tertium. ¶ Ad tertiũ respõdeƚ q; sic, extẽdẽdo virtutes ad actus. Alias oporteret dicere q; virtus cardinalis capiƚ collectiue: & tũc genus virtus de virtute cardinali non pręicabiƚ, qđ est rationi dissonũ. Quęlibet ergo pars subiectiua tẽperãtię est tẽperãtia, & q̃libet pars subiectiua virtutis cardinalis est virtus cardinalis: & licet nõ tota vita humana in illo actu aut eius habitu tãq̃ in cardine versetur, tñ est pars virtutis in qua vita humana insudat: & hoc satis est. Licet aũt mille tales sint actus aut habitus & multo plures etiã specie distinctę sub harũ. 4. virtutũ denominatione includunƚ. Nec maior est hęc ambiguitas q̃ illa quã in artibus de pręicabiliũ aut pręicamẽtorũ numero tractare solem*.

Obiectio. ¶ Insultas hic actus sub nulla istarũ cardinaliũ virtutũ imbibitur: Volo bene agere, volo cõsentanee ad prudẽtiã operari. Pari modo iste actus, Volo fortiter agere ad fortitudinẽ nõ spectat: patet. nec ad expectationẽ, inuasionẽ, fugã, aut cũctationẽ: proinde sub fortitudine nõ includiƚ.

Responsio. Et cõformiter de habitu est dicẽdũ. Prior ratio nõ mouet, quia virtutes quas alij potentiales vocitant sub nulla istarũ implicanƚ. Et sunt aliquę virtutes ex parte obiecti excelsę quę sub nulla cardinea virtute subduntur. Talis aũt actus volo fortiter agere ad fortitudinẽ spectat: & nullã specierũ eius quę p materiã particularẽ diuidũtur. Hęc autẽ materia est omnibus fortitudinis ramis cõmunis. Et sic in tẽperãtia atq; iustitia dicẽdũ est.

Ad quartũ. ¶ Ad quartã dubitationẽ respondetur, q; prudẽtia subiecto a reliquis distinguiƚ. Nã intellectui realiter inhęret, & nõ volũtati inquãtũ huiusmodi: licet intellectus & volũtas re ipsa coincidãt, eorũ tñ actus & habitus in idẽ obiectũ lati specie distinguũtur. Propterea de intellectu & volũtate tãq̃ de distinctis loquimur. Ad illũ ergo sensum loquẽdo dico prudẽtiam ab alijs differre, quia aliud habet subiectũ. Iustitia autẽ est ad alterũ, & per hoc ab alijs duabus seiũgitur. Tẽperantia gustus & tactus impetus regulat, non autẽ fortitudo. Tria etiã haec per obiectorum totalium distinctionẽ seiũgantur. Rarissime vlla virtus (vt ante meminimus) affectum pro obiecto habet: sed res ipsas circa quas negociatur. Ingenue tamen fatebor voluntatem posse velle pręstituere sibi affectum pro partiali obiecto.

Circa quae igitur terribilia vir fortis versatur. An circa ea quae sunt maxima? etenim
Mors. nemo tolerantior est malorum homine forti. Mors autem maxime omniũ est terribile. Est enim vltimũ vitę: & nihil post homini mortuo, aut bonũ, aut malum esse videtur. Atenim neq; circa omne genus mortis, vir fortis esse videtur. Non enim circa mortem eã quae fit in mari, aut euenit morbis. Circa quã ergo mortem vir fortis erit? An circa eã quę est pul-
Mors pulcherrima. cherrima? Talis autem est ea quae fit in bello: in maximo nãq; fit & pulcherrimo profecto periculo. Eodẽ accedũt & ipsi honores, qui tum a ciuitatibus, tum a regibus sunt instituti. Is igitur homo fortis proprie dicitur, qui circa honestã mortẽ, & ea omnia quae repente eueniũt atq; afferũt ipsam, interritus est. Huiusmodi vero sunt ea quę in bello cõtingunt. Quinetiã & in mari, & in ipsis morbis vir fortis timore vacat: non tamen ita vt nautae: fortes eñ & de salute sua desperãt & genus tale mortis moleste ferũt: illi vero spe propter experientiã sunt freti. Simul autẽ & viriliter fortiterq; agũt in quibus vires habent locum, aut honestũ est mori quorum neutrum est in tali genere mortis.

¶ Sequitur litera, secunda conclusio huius capitis quæ est hæc. Fortitudo circa intempestiuę mortis
discrimina insudat. sane viro forti nullus malorum tolerantior est: Terribilissimum autem omniũ
malorum insperata mors est: omnes enim ob ipsom terrentur. est enim vitæ nouissimũ: post mor-
tem enim homini aut bonum aut malum nihil esse videtur. ¶ Sequitur tertia conclusio. Non circa
omne genus mortis, sed circa eam quæ est in bello, fortis dicitur esse. Nam non appellabitur fortis
circa mortem in naufragio quando nauis est a scopulis semilacera aut fracta: aut si morbo in lecto
decumbat, bene confidendo: quia hoc non est multum gloriosum cum euadere nequeat: sed vir for-
tis est circa elegantissimam mortem: talis autem ea quæ est in bello in maximo & pulcherrimo pe-
riculo. Quod testãtur honores tum a ciuitatibus, tum a regibus instituti illis qui talia pericula glo-
riose aggrediuntor. Post hæc viri fortis diffinitionem ponit inquiens. homo fortis proprie dicitur
qui circa honestam mortẽ & ea omnia quę repente cõtingunt, ipsamq; afferunt, interritus est: hoc est
imperterritus. Si homo terribilia repente venientia sustinet, in hoc eius fortitudo splendet. huius-
modi autem sunt ea quæ in bello emergunt: Et in mari, & in morbo, timor, secundum q̃ ratio ef-
flagitat, vacat: non tamen sunt propter peritiam nauigandi securi vt nautæ: sed fortes de sua salute
desperãtes, tale genus mortis moleste ferũt, p̃eligũt in bello mortẽ oppetere. Pontiuagi enim nautæ
ob spem euadendi bene sperant, ac ego confidẽter cum a magnis oceani fluctibus pluries mare sulcã-
do euasi, ratus sum consequenter me tunc quoq; euasurum, & metum pręconceptum seposui. Insuper
fortes viriliter agũt in quib⁹ vires habent locũ, & honestæ mortis præbetur occasio: quorũ neutrũ in
hmõi mortis genere existit. puta nec exercere vires, nec pulchrũ est in tali casu mortẽ oppetere. Dicit
viriliter & fortiter agũt: in q̃bus vires habent locũ propter bellũ cõmune: addit aliã particulã ad So-
cratẽ q potu cicutę p̃pterea q̃ p̃dicabat dei vnitatẽ passus est: aut honestũ est mori quoq; neutrũ in
tali genere mortis putatur. Neq; eñ est multũ decoq; in aquis mori nec illic vires locũ vẽdicãt vllũ.
¶ Dubitat̃ hic primo de veritate illius. Nihil videt̃ bonũ aut malũ post mortẽ: videt̃ eñ q̃ velit di- Dub. qua-
cere animã esse mortalẽ. ¶ Secũdo dubitat̃, quõ hic bellũ capit̃, an requirat̃ contrapugnatio viribus, tuor.
sicut in litera innuere videt̃: q̃a si sic, Socrates & martyres q mortẽ p fide tolerarũt non erant fortes.
¶ Dubitat̃ tertio, an fortitudo sit vna virtus specie. ¶ Quarto dubitat̃, an requirat̃ mors ad fortitu-
dinis actũ. ¶ Respõdet̃ ad primũ, q̃ Aristoteles, Tullius, & bene philosophantes in lumine naturali Ad primũ:
animã hominis immortalẽ ponũt, licet vulgariũ aliqui cũ nõnollis obscuris philosophis aliter opi-
nati sint: propterea Aristoteles addidit caudam, videt̃. tertio de anima, cũ de ea in particulari loquit̃
suã opinionem circa hanc materiã ponit. Circa quã materiã Tullius in de Senectute, Pythagoricos
Socratem, Platonem, Zenophontẽ, & eos omnes q generose philosophati sunt adducit. secũdo ad
Aristotelem dico q̃ de loco composito loquutus est. In mortem enim tota compago soloitur, qua
soluta bona fortunæ, coniunx, liberi, ac reliqua abolentur. opinor q̃ resurrectionem ignorasse: & ita
Pythagoram, Socratem, Platonem, cum Zenophonte bonorum animas in Elisijs campis vel amœ-
nissimis locis a deo manuteneri credebant multo sublimius q̃ nos de animabus paruulorum in ori-
ginali decedentibus dixere. Aut potissimum dico eum locutum de felicitate & infelicitate huius vi-
tæ, quæ quia mors vltima linea rerum finitur hac vita: & ita ad mortuum non pertinent bona aut
mala huius vitæ pro felicitate aut infelicitate in ea habenda, sed bene quãtum ad statum vitæ æter-
næ: opera enim illorum sequũtur illos. Hęc fuit philosophorum opinio natura duce perbelle instru-
ctorum. ¶ Ad secundum respondetur, bellum in proposito capitur pro pugna aut prælio sicut satis Ad secũdũ:
cõmuniter capitur, & non pro toto tempore quo homines sunt in militia. Et sic quoq; bifariam ac-
cipitur. Vno modo quando est contrapugnatio hominũ. Alio modo quando nõ derelinquitur actus
bonus, non obstãte mortis discrimine: puta nec cõmittit̃ turpe nec cõmittitur honestũ ob imminẽtẽ
necẽ, vt in martyribus. Fortitudo virtus est in maximo & optimo periculo secũdũ philosophũ. Prę-
clarũ est sane p iustitia & fide intrãter ad mortẽ vsq; stare: quare martyres in apice fortitudinis cardi-
nalis existũt. Sic Marcus Regulus a Pœnis interemptus erat fortis. Nec est de ratione fortitudinis,
q̃ p fugã se seruare possit. Patet de illo qui in cuneo hostiũ circũuẽtus occidit̃. Hoc prenotato respõ-
detur, q̃ bellũ capit̃ secũdo modo ab Aristotele Probat̃, quia Aristoteles dicit fortitudinem esse circa
mortẽ pulcherrimã: & talẽ dicit esse in bello. In maximo nãq; fit & pulcherrimo periculo. Sane mar
tyres corporeis viribus nõ cõtrapugnãtes steterũt in pugna terribiliori, q̃ cõtropugnãtes. Nã p fide
& iustitia mortẽ obierũt: proinde Marcus Attilius Regulus a Tullio tertio Officioq;, in materia for-
titudinis maxime effert̃ inter fortes. Et nõ minus laudandus est Socrates aut alius quispiã philoso-
phoq; mortẽ patiẽs p dei vnitate. Cõtrapugnãs calefit & minus metuit: habetq; spem euadẽdi sępius:
& gaudet nocere corporaliter hosti. Illud nõ cõtingit in patiẽte martyriũ: ergo martyres erãt heroice
fortes, & in excellẽtissimo fortitudinis gradu: ergo hic nõ capit̃ bellũ primo modo. Martyr & si verbo
& ratione cõtra hostẽ pugnat. Morbus insup in pabulo est hostis, & patiẽs sustinẽs est fortis si apparẽ-
ter semp & p̃babiliter expectat̃. Cũ vehemẽti affectione citra æstimationẽ mortis placabilitatẽ animi
tenere, est secũdario fortis, hoc est affinitatẽ cũ forti magnã habet. Periculũ in marinis vndis, nõ est
atrox: leuiter eñ illic homo mortẽ sustinet. Acerba quoq; est afflictio in nephrisi, quę est sęuus hostis,
cui si gratiose tenitit̃ cũ animi placabilitate apparenter est fortis. Ob Martinũ magistrũ hęc paululũ
prolixius explanauim⁹. ¶ Cõtra hoc instat̃ sic. Fortitudo est cũ cõtrapugnatione vt Aristoteles dicit, Instantia.
& vbi vires locũ habẽt: sed hoc martyres nõ habuerũt. R̃nsum est, q̃ erat i eis cõtrapugnatio intrin Responsio.
seca cõtra carnẽ & spiritũ. Nemo eñ carnẽ suã odio habet. Secũdo martyres carnificibus reluctabant̃
verbo & nõ corporis viribus: propterea ab Apostolo ad Ephesios & ab alijs sanctis verissime dicitur

Replica. fortes. At dicis capiẽdo bellũ secũdo modo, licet secũda acceptio sit priore multo latior: Plerique heroici viri fortitudine hoc modo sompta vacabãt. Patet de eremicolis, cœnobitis & plerisque alijs gloria dignis: ergo circa has virtutes nõ voluitur tota humana vita. Respõsio. Respõsio: voluitur in tota multitudine, nõ autẽ in quolibet supposito. Alij magis se circa vnã virtutẽ exercent, alij vero circa aliã. Nec opus erat exercere se circa actus interiores materiæ nũq̃ occurrẽtis. Paulus enĩ primus eremita circa orationẽ, Christi passionẽ, & cęlestia iugiter meditabatur, corporis insultus cohibuit & in seruitutem redegit: sic beatus Antonius & ingens sanctorũ chorus pro iustitia & fortitudine excellentiora acceperũt. Nec virtutũ cõnexionẽ aliorum more pono, vt circa huius sextũ patebit. Milites circa fortitudinẽ & eius prudentiã negociãtur: iudices circa iustitiã, & alij circa alias virtutes. Alienũ est ab Aristotelis mente quod Buridanus dicit, ieiunium, vigilias, & huiusmodi afflictiones ad fortitudinem attinere.

Ad tertium dub. prin. ¶ Ad tertiã dubitationem respõdetur negatiue. Nã quot sunt actus specie distincti fortitudinis, tot sunt habitus eius idẽtidẽ separati: sed centies mille sunt tales, igitur. Nec dubitationẽ istã mouissem nisi propter Buridanũ & antiquos qui secus senserint. Fateor Buridanũ sequi Altisiodorẽ. Thomã, & reliquos veteres, qd in via nominaliũ est peregrinũ. Educatis enĩ in artibus nostro seculo sine vlteriore probatione istud est persuasum: quare vela cõplico. Talibus enĩ nenijs lectorẽ remorari est tędiosum.

Ad quartũ. ¶ Ad quartũ respondetur negatiue: sufficit enĩ & requirit nolle deserere honestũ, vel velle prosequi qd est rationi cõsentaneũ in verisimili iudicio mortis, vt in bello cõmuniter dicto si iusta causa pugnæ incidat, & cętera ad virtutẽ requisita. Ex hoc corollarie infero. Primo, q velle pati cõsidẽter verbera sine mortis colore nõ est actus fortitudinis. Hoc Aristoteles in litera innuit. Secũdo sequit per locũ ab oppositis, q si mors verisimiliter protinus sequat, est actus fortitudinis. Tertio sequit, q occidere inuasorẽ pro vitæ tuitione, moderamine inculpatę tutelæ seruato, est actus fortitudinis. Nec probatio Buridani oppositũ opinãtis valet. dicit enĩ, q hoc est naturale & nõ morale: sic enĩ in bello se haberet canis ad canẽ. Et ad hoc Aristotelẽ citat dicẽtẽ: boni vtique s. honesti gratia fortia sustinet & operatur: nõ propter necessitatẽ, sed quoniã bonũ est. Illic est bellũ proprijssime dictũ & laudat, tãq̃ fortis qui se sic tuetur. Quarto sequit, q falsum est illud qd Buridanus dicit in eadẽ quęstione de muliere percussa vt cõsentiat adultero, vbi nõ eminet mortis periculum, q ille actus est fortitudinis. ¶ Contra primũ corollariũ ex Aristotele depromptũ, dubitat vtrũ mors sit bonũ an malũ. dicimus mortẽ ex operationibus retroactę vitę cõsiderãdã: si vita in dei religione transacta est mors nõ est malum. Mala, inquit Augustinus, mors putãda nõ est quã bona vita pręcessit. Sin scelerate finaliter vixit mortẽ esse malum est necesse. Non terribilis est mors his authore Tullio quorum laus emori nõ potest. Cęterũ illius iugis memoria reprimit a peccato dũ memorat homo q quocunque ierit mors eius capiti semp imminet. Ludat quispiã, epuletur, lasciuiat, illi insidiat: mille casibus exponitur: imprę meditatę ægritudines occursant: senectus certissimus nũcius senis fores cõtinuo pulsat, fatales sorores secũ comites adducit, quę insperato fila secant. Hinc poetę acerbã mortẽ noctis & erebi filiam prodiũt: quia ipsa quasi e tenebris emergens inexpectato ferit ictu. Non me pręterit illud Catonianũ. Linque metũ leti. Idẽ suadeo, vt letũ plus æquo minime formides: sed dicere volo tẽpore occurrẽtis coinquinamẽti mortẽ in mẽtẽ reuoces: & quo post ęrũnosam mortẽ ibitur.

Dubium. ¶ Heres quã ob causam ait, q fortes molestẽ ferũt in mari mortẽ oppetere. Responsio. Respõdetur, quia nec vires inibi locũ habẽt: ignaui secũ in salo animã efflant. pulchrũque mori succurrit in armis, ait Maro. & rursus, O terque quaterque beati. Quis ante ora patrũ Troię sub mœnibus altis Contigit oppetere: Graui Æneas ferebat animo inter remos, transtra atque pręruptũ aquæ mõtẽ fato cedere, qd & alij fecisse legunt. Propterea Herculẽ tradũt cęlũ lamentationibus implesse q toxico summũ ageret diẽ: furens enĩ virus rabie anhela eius artus extra pugnã exussit. Hydrę se tabe extingui, aut a Centauris occidi optabat. Inclytũ enĩ in bello exitũ eligibilissimũ rebatur, & post tot exantlatos labores a fœmina occidi fœdũ censebat. Epilogãdo capio Laurẽtiũ martyrẽ, & Pãnonẽ cũ Turca decertãtẽ persistere in bello, quo aufugere potest. Socrates est a Cuneo hostiũ inclusus, euadere nequiẽs. persistitque dimicãdo. Plato mirabili cholica aut valẽter calculo affligit ad desperationẽ vsque medicorum: verũ æquanimiter reluctat morbo hilaritatẽ vultu simulãs: tũc Pãnoni in hac materia secũdũ locũ a Laurẽtio tribuo. Socrates autẽ est fortis extra cõtrouersiã penitus. Nec Platone fortiũ numero repellẽdus. secus est de morte in mari, aut per lentũ morbũ, vel vbi est spes euadẽdi. De Platone sum topice loquutus: sed indubitatũ tenent beatum Laurentium atque martyres reliquos heroice fortes extitisse.

Tract. II. Cap. II. & Lib. III. Cap. VII.



On est autem idem vniuersis terribile. Et dicimus etiã aliquid esse quod facultatem superat hominis: id igitur vnicuique terribile est homini sanæ mentis. At ea quæ metas facultatis non egrediuntur humanæ, magnitudine differunt, & intentione remissioneque. Similiter autem & ea quibus cõfidimus. Fortis itaque impauidus est vt homo, atque timebit quidẽ & huiuscemodi res formidolosas, verũ vt oportet: & vt dictat ratio tolerabit, honestatis causa. Hæc enim ipsius virtutis est finis. Fit autem vt hęc & magis & minus timeant homines, & etiã vt ea quæ non terribilia sunt, vt terribilia metuãt, atque delinquitur, cum metuũt aut ea quæ non oportet metuere, aut non quemadmodum oportet, aut non

quando oportet, aut aliquid talium. Similiter peccatur & circa ea quibus confidimus. Qui igitur & ea quæ oportet, & gratia cuius oportet, & vt oportet, & quãdo oportet: fert & metuit (& identidem confidit) is homo est fortis. Fortis enim pro dignitate, & vt ipsa ratio iubet, tam patitur q̃ etiam agit. Finis autem operationis omnis est, qui accommodatur habitui, & viro etiam forti honestum est ipsa fortitudo. Talis igitur & ipsius est finis. Singula namq; suo fine definiuntur. Fortis igitur honesti causa subit & agit ea quę ad ipsam fortitudinem pertinent. Exuperantium autem is quidem qui in non metuendo exuperat, nomine caret: atq; dictum est antea nominibus complura vacare. At vocari potest insanus quidem vel stupidus: si nihil omnino neq; motus terrę, neq; fluctus (vt de Celtis dicitur) metuat. Sed is qui circa res formidolosas exuperat confidendo, audax est. Videtur autem ipse audax & arrogans esse & fortitudinis simulator. Qualis igitur est fortis circa res ipsas formidolosas: talis & ipse videri vult. Itaq; imitatur illum in quibus potest. Quapropter & complures ipsorum audaces sunt simul & timidi. In his enim audentes, res formidolosas non sustinent. Is autem qui metuendo exuperat, timidus est. Nam timet ea quæ non oportet: & non vt oportet. & omnia talia ipsum sequuntur. Deficit autem & in confidendo. Sed in doloribus exuperans magis est manifestus. Meticulosus igitur male sese habet circa spem quippe cum vniuersa metuat: fortis vero contra sese habet. Confidere nãq; bene sperantis hominis est. Circa igitur hæc versatur & audax, & meticulosus, & fortis. Sed diuerso modo ad hæc sese habent. Illi namq; exuperant & deficiunt: at hic mediocriter sese habet & vt oportet. Et audaces quidem præcipites sunt ante ipsa pericula & volunt ea, sed cum in ipsis sunt tergiuersantur. Fortes autem in ipsis quidem operibus feruidi sunt: antea vero quieti. Vt igitur dictum est. fortitudo mediocritas est circa ea quibus confidimus, & ea quæ terribilia sunt in iis quæ diximus: & eligit atq; fert ipsa: quia est honestum, & quia est turpe non subire atq; perferre. Mortem autem sibi consciscere ob fugiendam paupertatẽ, aut amorem, aut molestum aliquid non fortis est hominis, sed potius timidi. Est enim mollitudinis laboriosa fugere, atq; non quia res est honesta appetit mortem, sed quia malum fugit. Fortitudo igitur tale aliquid est.

Fortis. Celtæ. Meticulosus confidere.

NOn est idem vniuersis terribile &c. Actus viri fortis audacis & meticulosi comparat. declarans fortem semper seruare medium. Prima capitis conclusio est. Terribilia nõ in omnibus vniformiter existunt: terribile enim puero pumilioni & decrepito non est robusto viro tale. Nam terribilium aliud hominis facultatem transcendit, & illud cuilibet sanæ mẽtis est terribile: vt terrę motus, maris sęua procella, tonitruum. Aliud facultatis humanę mensuram non supergreditur. Et hęc intensione & remissione, hoc est magnitudine & paruitate, differunt. Terribilia igitur non omnibus vnomodo existunt. Pariq; iure ausus differunt. ¶ Secũda cõclusio. Fortis omnino impauidus nõ est: Probatur: vir fortis impauidus est vt homo: timet enim humana terribilia vt ratio effligitat, eaq; tolerabit honestatis causa: is enim virtutis finis est, proinde fortis non est omnino impauidus. ¶ Secũdo argumentor ad idem sic. Aliqui metuunt terribilia plusq̃ oporteat, aliqui vero minus & deficiũt, immo fit vt ea quæ minime terribilia sunt perinde atq; formidabilia metuãt: & sic delinquunt cum formident ea quæ metuere non oportet vt debiliorem, aut non quemadmodum oportet: hoc est plus æquo: aut quando non oportet, cum sim in puerorum cœtu, aut aliquid talium. Et similiter confidẽdo & non metuendo, hoc est audendo, etiam peccatur. Qui igitur ea quę oportet terribilia, gratia cuius oportet, & vt oportet, & quando oportet, tolerat, metuit & confidit, vir fortis est. Fortis enim p dignitate & vt ipsa ratio iubet tam patitur q̃ etiam agit. ¶ Tertia conclusio. Viro forti finis decorus est. Nam omnis operationis talis erit finis, vt suo habitui cõsentaneus sit in decoro. Et forti viro fortitudo honesta est: nam singula a suo fine determinantur & modificantur: cum operatio fortis sit decora, finem esse decorũ honestum & æquum est: immo opposito admisso, operatio fortis non esset bella. Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes vt adagialiter aiunt. Stoici fortitudinem diffinientes dixerunt eam virtutem esse pugnantem pro æquitate. Neminem itaq; iniuste aggreditur. si itaq; secus feceris temerarius es. Fortitudo in viro forti est habitus bellus, postq̃ est sublimis virtus, quare finis cuius gratia fortis sustinet & operatur erit decorus. Ne cum aliquibus hallucineris putando omnes actus eundem finem habentes eiusdem esse speciei specialissimę, singulariter de fortitudinis honesto fine loquitur, ob multos putãtes fortem in vitæ discrimine non posse sibi finem honestum pręstituere. Quocirca & aliena iniuste rapientes. Vt sua augeant non sunt fortes, sed fortium inimici, cum fortitudini repugnanter operentur. Nec alium iniuste inuadens est fortis. Proinde hi carnifices quos imperitum vulgus vt fortes extollit, non sunt fortes. ¶ Dubitatur primo de causalitate causæ finalis actui malo superuenienti. ¶ Secundo quę relatio in finem vltimum in actum moraliter bonum requiratur. ¶ Ad priorem dubitationem respondetur q; nihil aliud est q̃ volitionem aut noli-

Dub. duo. Ad prius.

tionem finis causare actus medios in finem. Finis autem mouet agentem ad operandum: hoc est voli
tio finis mouet partim operantem ad agendum, vt volitio sanitatis est partialis causa volendi habe
re medicum. Non oportet finem aliquid efficere, stat ipsum nõ esse in rerum natura. Vt si quisq̃ vult
gladium aut vestem pro filio qui est in bello efficere, quẽ stat inscio patre esse e medio sublatũ. Actus
intellectus & voluntatis ampliant: sed an terminus finis & efficiens similiter amplient ad logicũ atti
net. Multa concedimus vera quae sine ampliationibus de virtute sermonis seruari nequeunt, licet ta
lium communiter in ampliationibus regulę non ponantur. Potest dici talis ad bonum sensum con
cedi: vt Aristoteles dicit hoc. Oẽs apostoli Dei sunt duodecim. Finis gratia cuius mouet me ad agen
Ad secundũ. dum, loquendo ac si talia essent. ¶ Ad secundum respondetur, q̄ si requireretur relatio actualis in fi
nem vltimum, aut habitualis ex charitate infusa aut acquisita sicut Gregorius putat, purus infidelis
nullum actum moraliter bonum habere potest, quod est durũ, nec probari potest. Mihi autem id pla
citum non placet: sufficit relatio in aliquem finem creatum honestũ. Non enim in quolibet actu stu
dioso tenetur homo de deo cogitare, & si de eo cogitet, non tenetur propterea illum actum in Deum
Obiecta. referre. ¶ Contra hoc argumẽtor primo sic. Non summũ in mentibus non est propter se diligendũ
& volendum: nulla creatura siue finis creatus est summum bonum. quãobrem non est diligendum
propter se: proinde propter aliud, & non nisi propter Deum: igitur. Item August. negat veram virtu
tem pure infidelibus inherere. Et glossa ad Romanos. xiiij. dicit: omnia infidelium vita est peccatum.
Ad primũ. ¶ Prior ratio solum probat q̄ ille finis non est vltimatus simpliciter, nec in illum tenetur homo re
ferre: sat est q̄ est finis sufficiens in illo: vt volo resistẽdo pugnare ne Socrates authoritate propria me
Ad august. interimat. Vel pro patria. ¶ August. intelligit de virtutibus & earum actibus quae ad vitam aeternam
Ad gloss. immediate promouent. Glossa intelligit quando ex infidelitate agit, vel semper infidelis est in pecca
to capiendo infidelem contrarie, & etiam priuatiue si se ad bene agendum non disponat: nam si se dis
posuerit, tunc Deus ei fidem infunderet. ¶ Ex dictis diffinitiones extremorum colligere possumus.
Insanus & stupidus est ille qui omnino non timendo exuperat, vt qui non metuit terrę motus & suc
cussiones, neq; fluctus, vt de celtis perhibent. Hispaniam celtę ex gallis descendentes incolunt. Gallo
rum celtę miscentes nomen Iberis dicuntur celtiberi. Audax est qui circa humana discrimina confi
dendo superat, & is inflatus & arrogans insolenter sibi tribuens quae in eo non sunt, est viri fortis si
mulator siue simia: falso simulat sibi inesse fortitudinem. qualis enim est ipse fortis circa pericula, ta
lis videri desiderat: & sic fortem quantũ potest imitatur: hoc est eius mores insequitur. Ex quo sequi
tur vt multi audaciũ sua temeritate sic magnę stragis authores, & pro gloria dedecus reportent. Ale
xãder macedo saliendo in oppidum Sardeacarum seu Mallorum temere egit: multis plagis acceptis
pene inglorius occubuit. citra prudentiam non est fortitudo. Praeterea audaces plerũq; sunt timidi:
nam temere sperantes pericula adeunt, & vbi difficultas ingruit res formidolosas non sustinent. Ti
midus est qui metuendo excedit & spe destituitur. Qualis fuit Xerxes Persarum rex, qui primus in fu
ga, & nouissimus in praelio, numerosissimum ductitauit exercitum, ita vt flumina diceretur exic
care: inconsulto tamen bellum gessit & in feruore conflictus minime perdurauit. Nulla est repugnan
tia quempiam esse temerarium in aggressu, & periculo ingruẽte esse pauidum. Timet quẽ non opor
tet, puta aliquem esse ei hostem, eum inuasurum qui ei non nocebit: & plus aequo, & non pro dignita
te pauet. Omnia talia eum sequuntur. Proinde esse audacem non infert quempiam esse non timidũ.
Deest autem in confidendo. Posthaec ponit philosophus doctrinam cognoscendi timidu, indicẽs q̄
in doloribus exuperans multum est manifestus: male sperat & cõfidit cum vniuersa metuat. Noctur
nis in tenebris arborem esse spectrum falso existimat. Laruas ianes occursuras sibi fingit demisso ani
mo atq; abiecto ambulat. Contrario modo sese fortis habet. Confidere est hominis bene sperãtis. De
inde quarta conclusio ponitur. Audax, fortis & timidus circa eandem materiam, sed vario modo la
borant. Quia circa timores & fiducias negociantur, licet sępius res ipsas quae haec inducunt pro obie
ctis habeant. Fortis medium locũ tenet: Audax abũdat, timidus deficit. Audaces ante pericula sunt
pręcipites & animo valenti: sed cum pericula assunt, minus valent, tergiuersantur & terga vertunt.
Fortes autem in pugna feruidi sunt & ante pręlium quieti. Dictum est q̄ fortitudo est mediocritas
circa terribilia & metuendo & confidendo ea eligens, & persistens honestatis gratia, quia indecorũ est
ea subire & non perferre. ¶ Sequitur quinta conclusio & finalis. Mortem sibi consciscere ob inopiam
fugiendam aut amorem, aut molestum aliquid non fortis est hominis, sed mollis & timidi. Hanc cõ
clusionem bifariam probat, primo, quia effoeminatio est laboriosa deuitare, & non fortitudo, tales au
tem sunt huiusmodi igitur. Secundo, mortem non subeunt decoris causa, sed vt fastidientem mole
stiam deuitent. Hac via sibi manus infligere non est fortitudo, quae vsquequaq; est honesti causa, sed
mollities quędam & longioris mali formido. ¶ Ex his sequitur q̄ Annibal poenus alioqui dux fero
cissimus & Cato vticensis, Mitridates, Nero, Saul sese interimentes aut facientes se occidi, & Cassi⁹ iu
gulum feriendum prębens, non erant fortes in sui nece. Nec ipsa Lucretia ad infamię notam abolẽ
dã. Nec mulieres q̃ se ob amorẽ (vt poeta de Didone fingit) sese occidẽtes fortes erãt. Idẽ de Pyramo
ac Tysbe Babylonijs dico. Putabat enĩ Pyramus amicã suam a leone deuoratã & ideo se pemit, & stul
tum autem erat propterea mucrone se transfodere. Nec minus stolida erat puella quę cęco amore in
ebriata vbi amicũ ob sui amorẽ interemptũ agnouit sese eodẽ mucrone interemit. Idẽ de Ero censeo.
Quaestio & Leander aũt magis excusandus est. Natãdi enĩ peritia fretus helespõtici maris traiectum breuẽ trans
Argu. xi. re sperabat. Stolidiores sunt ob exterorũ bonorũ iacturã sibi mortẽ cõsciscentes. ¶ Queritur an hõ põt
licitę sibi manũ inferre: & q̄a Aristoteles in huius capitis fine partẽ negatiuã tenet, ad partẽ affirma

tiuam argumētabor primo sic. Sanson occidit se. Iudicum.xvj.& non peccauit cum inter sanctos ad
Hebreos.xj.numeretur. ¶Similiter damnatus ad mortem vt se occidat potest se occidere: Patet, iu-
dex potest alteri præcipere occidere reum, ergo hoc ipsum ipsi reo imperare potest. Tertio capiens ci-
cutam aut helleborum letiferū, quod arbitratur esse salubre, se interficit sine culpa. ¶Quarto mulie
res in altum flumen se præcipitantes gratia seruandę castitatis vt se a tyrannis seruarent se occidunt
sine peccato, quia quasdam tales ecclesia martyrum adscripsit catalogo. ¶Quinto, damnatus ad mor
tem prope quem ponitur panis non comedens se occidit, & non peccat. ¶Sexto secundi Maccabæo-
rum.xiiij. Rasias seipsum interfecit eligens nobiliter mori potius q̄ subditus fieri peccatoribus. ¶Se
ptimo offerens se ad martyrium est causa suę mortis, ergo occidit se. At dicis, & bene, deobligatur a
sua vita seruanda ob materiam præcepti oppositi occurrentis. ¶Contra ergo ad minus vbi non est
materia præcepti, sed consilij solum, homo est causa suæ mortis, & non peccat: ergo cuipiam licet occi-
dere se sine culpa. ¶Octauo Marcus Tullius Catonem Vticensem excusat a suo interitu primo Offi-
ciorum. Nono rex qui est persona publica potest occidere malefactorē, at ipse est huiusmodi: ergo po-
test sese interimere. Decimo habens pedem in compedibus & habens prope se ferrum quo potest pe-
dem abscindere, alioqui fame periturus potest abscindere pedem, & licet in eius abscisione moriatur
est sine culpa. ¶Vndecimo obsidentes ciuitatem letum omnibus minitantur nisi detur eis talis, vt
Ioab Sybam petijt. Addatur q̄ si ciues nolunt ob suam humanitatem talem tradere occidendum:
talis potest se perimere, vt salui sint omnes in ciuitate vt Codrus Atheniensium rex fecisse scribitur.
¶Ad primom dicitur q̄ Sāson instinctu diuino sese interemit, Deus enim ei supernaturaliter tam Ad primum
immensas vires contulit, vt se cum hostibus interemerit. Deus est causa vitę quam potest pro libito
tollere, Deo imperante quispiam potest se aut alium letaliter ferire. Sed vbi de Dei imperio non con
stat, non est faciendum. Quousq; Abraham esset extreme certioratus noluit isaac filium insontem
occidere, quando dicebat Deus tolle filium tunc, dixit duos filios habeo nec acquieuit innocentem oc
cidere: & cum adiungeret vnigenitum respondit vtrunq; genitrici suæ esse vnigenitum, & cum ap-
poneretur quem diligis, ait vtrunq; diligo, & cum ab oraculo singulariter apponebatur Isaac, diuino
imperio acquieuit, dans exemplum non credendi phantasię pro innocente occidendo quousq; certis-
sime doceatur. ¶Ad secundum dico illud non licere, sicut nec debet seipsum damnare: sed alijs suum Ad secundū.
casum committere, & ita executionem mortis reus in seipsum non committat. ¶Ad tertium respō Ad tertium.
detur q̄ ignorantia inuincibilis potest quempiam ab homicidio excusare. ¶Ad quartum responde Ad quartū
tur q̄ si ex instinctu diuino id perpetratū fuit, patet solutio ex primo. Secundo q̄ nesciebant flumen
fuisse tantę altitudinis & ob repētinū tyrānorum insultum & flagrans seruandę castitatis desiderium
a culpa excusantur in toto, & pro castimonia plurimum extolluntur. Mulier tamen non debet se oc-
cidere ne cognoscatur. Nec ob pronitatem futuram in peccatum potest hoc facere. Patet quia ipsum
violari ipsa pro virili reluctante non est ipsi peccatum. Tolerāda est mors potius q̄ peccetur, sed ipsa
sic se habendo non peccat. ¶Ad quintum respōdetur q̄ potest homo damnari vt non comedat vt Ad quintū
opinor, & tunc potest panem appositum nō mandere. Et probabiliter idem puto si dānetur ad mor-
tem, q̄ ita facere potest. sed an teneatur alibi inquiretur. ¶At dicis laudatur hæc mulier quæ suo la
cte parentem in carceribus coniectum pauit: ergo probe egit. Ergo pater comedendo bene etiam
egisset & lactendo. ¶Respondetur primo q̄ ob pietatem in patrem laudatur. Secundo q̄ probabile
est vtrunq; recte egisse, sed si filia id non fecisset non deliquisset. ¶Ad sextum respondetur q̄ Rasias Ad sextum
non excusatur. ¶Ad septimum inter arguendum responsum est ad calcem vsq; de consilio: & illic di Ad septimū.
citur per opus consilij quis deobligatur a vita seruanda, & cum opus est licitū non dat his qui eum
occidunt causam peccandi. Intēdit enim in fide vel moribus eos inducere, & si alij ex sua malitia qui
eum occidūt peccant. nihil ad eum: quia nemo faciens quod iuste potest occasionem culpabilem alijs Ad octauū.
ministrat. ¶Ad octauū respondet q̄ Cicero erat propensior æquo in Catonis laudē qui in sui nece nul
la via (ignoscat mihi Tullius) valet. primo Officiorū cæteros Romanos qui se Cęsari probari dedide
runt excusat, immo inquit vitio datū esset si illi se interemissent: quia eorū vita leuior & mores erāt
faciliores. Catoni aūt cū natura incredibilē tribuisset grauitatē, eāq; ipse perpetua cōstātia roborasset sem
perq; in eo proposito permāsisset, moriendū cēsuit potius fuisse q̄ tyrāni vultū aspicere. ¶Ad nonū dici Ad nonum.
mus q̄ cū sentētia esset taliter lata ac ipse ita ageret, nihil id cōtra cōclusionē. Auctoritate eīm priua-
ta nulli fas est seipsum occidere. Lex eīm talē malefactorem mactat. ¶Ad decimum dicimus q̄ talia Ad decimū.
ignoratione inuincibili est sui homicida. ¶Ad vndecimū dico q̄ casu admisso, dicta non infirmentur. Ad vndeci-
¶Dubitatur an ad martyriū actualis tolerātia mortis requiratur. Respōdetur affirmatiue. probatur. cōcinit ec- mum.
clesia, hic est verematyr qui pro Christi noīe sanguinē suū fudit: itaq; per opposītū si sanguinē nō fude Dubita.
rit nō erit Christi martyr. ¶Secūdo ratiōe sic. opposito dato sequitur q̄ martyr pōt dānari in sensu cō- Responsio.
posito, cōsequēs est incōueniēs, quia iniuriā facit martyri qui orat pro martyre. Seq̄la tamen patet, quia opposito
dato per solū actū interiorē licet nō sequatur mors quis efficitur martyr signāter in periculorū pṡentia. Tūc sic,
talis pōt nō mori & properā agere & in mortali discedere, & tamen per te est martyr: igitur. Tertio sic aliquis plu-
ries nō resuscitatus pōt esse martyr, quia pluries pōt adduci martyriū. Sed hāc rationē nō pōderas quia ad
ductus corā tyrāno per actuū interruptionē pōt sequi mors & quilibet illorum actuū denoīabit cū martyrē,
cū hic erit tēpus totale, nō est idē secundum viā hāc & alios. ¶Cōtra istā responsionē argumētor sic. Ex cōclusio- Argumētū
ne sequitur q̄ duo equaliter faciāt quod in eis est ad patiēdū martyriū. & vnus possit fieri vt sit martyr nō au- contrarium.
tē alter: vt Ioānes euāgelista, & alius qui in doliū feruētis olei iniectus fuisset: ille alius moriēs fuisset mar-
tyr nō aūt Ioānes, sed hoc est incōueniēs. ¶Ex illo vlterius sequitur q̄ duo equaliter merētes inequaliter pmia-

buntur,quia vnus martyrū aureolam nō autē alter habebit. Secūdo martyr est testis veritatis,sed tanti
coram deo q̄ coram hoibus,isti aūt duo æqualr veritati testimoniū p̄bent.igit̄. ¶Tertio. actus mar-
Ad primū. tyrij non est post mortē nec in instanti mortis,ergo ante mortē:& ponat̄ q̄ nō moriat̄. tūc habeo op-
positū. ¶Ad primō cōcedo seq̄lā,sed qa de præmio pōt esse difficultas, dico q̄ si vterq̄ decedat in grā,
vterq̄ habebit p̄miū accidētale aureolā:sicut corrupta violēte q̄ desinit esse virgo, habebit aureolā vir
ginū.nō em̄ incōuenit martyrē & nō martyrē hr̄e p̄mia essentialia æqualia. Plerīq̄ em̄ sunt cōfessores
æqualē beatitudinē & maiorē hn̄tes q̄ iste martyr aut ille. Vt patet de illo Bonifacio Rōano viro lu-
brico,q oriente petēs celesti rore asp̄sus p̄ fidei integritate subito martyrij palmā adeptus est:& ita de
similibus. Secūdo dico q̄ ad martyriū satis est applicatio actualis causę mortē inferētis ad martyriū.
Ad secundū. Hac via Io. euāgelistę martyrium saluabimus. ¶Ad secundū dicit̄ q̄ licet deo notū est an pateretur
mortē nec ne,adhuc tñ hoibus nō sufficiēter cōstat. Multi em̄ in cruciatuū perceptiōe aut applicatiōe
retrocesserūt,& si Deus id reuelaret adhuc nō est martyr etiā durante tortura exteriori. Ille qdē actus
interior est excellēs,& nullus minor ad martyriū sufficit citra mortē siue sit eiusdē speciei essentialis,
siue nō. ¶Ad tertiū dico q̄ illū actū dici martyriū depēdet ex vno de futuro cōtingenti,ex hac.s.iste
Ad tertium. moriet̄,& si moriat̄ & a deo resuscitet̄ nō desinit esse martyr. ¶Dubitat̄ secūdo p̄ quo est ferēdū mar-
Dub. duo. tyriū. Vlterius dubitat̄,an occisus p̄ fide aut iustitia sit fortis. ¶Respōdet̄ ad priorē dubitationē q̄ ex
Ad prius. quolibet actu virtutis dū est talis,pōt quispiā mortē subire, verū pati mortē est p̄ceptū affirmatiuū p̄
tēpore & loco solū obligās.at circūstātia mortis facit aliqd de p̄cepto desinere esse de p̄cepto. Sed quan
do manet p̄ceptio & qñ nō,hoc est ad singularia descendere,in quibus iubet Plato quiescere, qa certa
regula dari nequit. Sapientis est circunstantias actus considerare, an actus talis sub præcepto aut con-
silio maneat,an illorū cancellos supergrediatur. Quapropter non solum pro fide toleranda est mors,
sed etiam pro alijs vt pro iustitia Matthęi quinto. Beati qui persequutionem patiuntur propter iusti
tiam. Iustus iudex potius mortem obibit q̄ iustitiam relinquet. Et Ioannes baptista nō pro fide mor
tem tolerauit,sed quia mœchiam carpsit. Martinus magister in de fortitudine tenet q̄ martyriū est
actus illius virtutis. In gradu tamen heroico,ad quam attinet ille actus,pro cuius persistentia patitur
& non fortitudinis si pro iustitia patiatur, est actus iustitiæ, si pro temperantia est actus temperantiæ
in gradu tamen heroico hoc a viginti exactis annis impugnauimus. Vide. xlix. distinctionem quar-
ti. Nunc lectorem non remorabor. Raptissime tñ aliqua dixero. Dilectio Socratis propter Deum,est
vsus ac fruitio,sic idem actus est iustitię & fortitudinis. Surripiēs alienum vt mœchetur est fur atq̄
mœchus quarto Æthicorum,magis tamen mœchus. Q̄ martyrium sit actus fortitudinis,autumat
beatus Cyprianus in epistola ad martyres & confessores in sequentem modum scribens. O beati mar
tyres,quibus vos laudibus prædicem? O milites fortissimi,robur corporis vestri quo præconio vocis
explicem? Vides q̄ eos a fortitudine laudat, proinde eos fortes existimabat. Martinus tenens opposi-
tum nonnulla spicula adducit. Acriora afferimus,hebetiora postponentes. Sicq̄ argumentatur. Oēs
actus habentes idem obiectum commune,spectant ad eandem virtutem, sed volo iuste agere & volo
iuste agere non obstante conditione mortis,habent idem obiectum commune,scilicet iuste agere. pri
or actus est solius iustitię,ergo & secundus. Forte dicis,& apparenter, nō omnes actus habentes idem
obiectum partiale spectant ad eandem virtutem,nam quandoq̄ actus capiunt obiecta duarum virtu
tū aut triū ab illis obiectis denoīationē capiūt. ¶Cōtra hoc argumētor. Ille actus est vnus & simplex,
ergo est vnius simplicis virtutis. Itē est cōtra oēm moralē philosophiā dicere actū ratione pluriū cir-
cunstātiarū ad plures virtutes spectare. ¶Secūdo illa virtus est iustitia,ergo nō inclinat immediate in
actum fortitudinis,sed ois habitus fortitudinis inclinat immediate in actū fortitudinis. ¶Ad priorē
rationē inter arguendū respōsum est dēpto vltimo enthymemate, Ille actus est vnus & simplex,ergo
spectat ad vnā virtutē,illā cōsequentiā nego,antecedēs qdē est verū. Actus enim est simplex & eiusdē
ratiōis ac si esset vnius virtutis tm̄,nec incōuenit eundē actū ratiōe pluriū circūstātiarū ad plures vir-
tutes attinere,signanter qñ circūstātię in rationē obiecti cadūt,& etiā qñ nō ponunt̄ in ratiōe obiecti.
Nōne libido in tēplo cōmissa q̄ est intēperātia,ratiōe delubri est sacrilegiū:sic hoiem in fano interime
re vltra iniustitiā est Basilicę coinquinatio. Nec ita dicere est cōtra Æthicā doctrinā ex Aristotelica of-
ficina atq̄ theologorū scitis deprōptam. Et si quispiā p̄ veritate fidei mortem p̄petiat̄, ille actus quo
vult nō resilire a fide nō obstāte cōditiōe mortis est actus fidei fortitudinis atq̄ charitatis. Maiorē em̄
charitatē nemo habet q̄ vt aiam suā p̄ amico ponat. Logicę cōsiderationis est modos inuidētes syl-
logismorū p̄ reductionē ad euidentē patefacere. Ac oratoris munus est sermonē cōcinnū ab illepido se
gregare,sic christiani est catholicā veritatē tueri ac pro illa mortem oppetere,ad fidē attinet, tametsi
Ad secundū dubium. habitus fidei ad actus intellectus credendi immediate inclinet. ¶Ad secūdum dicitur q̄ habitus sim
plicis virtutis nunq̄ inclinat immediate in actum alterius virtutis,sed immediate inclinat in suum
actum elicitum,& mediante illo in actum alterius virtutis, sicut habitus præmissarū mediate in actū
cōclusionis inclinat,quia vbiq̄ habitus acquisitus inclinat immediate in similes actus a quibus emer
sit,sed quia est habitus genitus ex actibus mixtis quo ad virtutes illę immediate actus mixtos coeffi-
cit,inclinare enim est efficere. Insuper scito q̄ actus potest esse vnius virtutis elicitiuæ & alterius im-
peratiuę. Charitas enim habens Deum finem vltimum pro obiecto actus aliarum virtutum & toti9
vitæ humanę ops imperat,sicut in primū diximus. Ara militaris q̄ est sup̄ior imperat equestri,ordo
virtutis sup̄ioris est inferiori imperare:vt charitas sup̄ma virtus alijs impat, tñ ex parte operātis vir-
tus inferior nōnunq̄ superiori impat,vt tēperātia fortitudini.vbi inuasa mulier a tyrāno est in peri-
culo castitatis p̄dendę,actū fortitudinis impat,hoc est volūtas eius cū recta ratione & actu elicito cha-

citatis actum fortitudinis imperāt. Eodem modo in vitijs vnum alteri imperat, vt cum Socrates ob
intemperantiam & amorem mulieris ardenter amatę est in bello, timet & fugit, tunc intemperantia
actum timiditatis imperat, quia fugere est actus metus elicitiue, & actus intemperantiæ imperatiue,
cum ea fuga ad intemperantię finem ordinetur. ¶ Circa ista subdubitas, an cum habitus vnius vir- Subdubitatio.
tutis mediante suo actu elicito inclinat in alterius virtutis primum actum, an habitus concurrit ef-
ficienter ad illum primum actum: & est similis quæstio an habitus præmissarum concurrat effectiue
ad assensum conclusionis, sicut assensus actualis pręmissarum vel vtrum est solum causa causę. ¶ Re- Responsio.
spondetur, videmus auum non concurrere ad nepotis productionem, sed solū esse causam causę si ho-
mo nullam formam educat de brutis intellige, forma tamen ignis aut aquę substantialis calorem &
frigus producunt. Potest ergo non inconuenienter dici habitus effectiue cum actu suo elicito cōcur-
rit & potentia & non erit ociosus. Allata de auo ac nepote minime stringunt: nam auita virtus inibi
sane esset superuacanea inibi enim omnis causalitas nisi mediate deesse cognoscitur, cum separetur
auus & eius applicatio ab effectu: secus est de habitu.

Tractatus.II. Cap.III.& Lib.III. Cap.VIII.



Dicuntur autem & aliæ fortitudines quinq; modis. Atq; prima est ipsa ci- Fortitudo ciuilis.
uilis, maxime autem similis est. Ciues enim ob increpationes quæ sunt
ex legibus, & opprobria honoresue, pericula subire videntur, & propterea
fortissimi videntur esse: apud quos timidi quidem infames sunt, fortes
autem afficiuntur honore. Tales & Homerus affert, vt Diomedem ac
Hectorem: dicit enim Hector. Hector Polydamanta timet.
Nam me Polydamas ante omnes ipse reprendet. Et Diomedes.
Inter enim dicet Troianos optimus Hector.
Tytides metuens puppes confugit ad altas. Hæc autem ex eo maxime similis est ei de qua
supra diximus, quę fit ob virtutem. Ob pudorem enim & appetitionem honestæ rei: hono-
ris inquam, & ob fugiendam repræhensionem, quæ quidem est turpis. In eodem posuerit
quispiam & eos qui compelluntur a magistratibus. Verum deteriores eo sunt, φ non ob pu- Fortitudo ob metum.
dorem, sed ob metum id faciunt, & fugiunt non rem turpem, sed rem molestam, cogunt enī
ii qui potestatem habent. vt Hector.
Quem procul a pugna trepidantem forte videbo,
Ille canum fiet, fiet quoq; vulturis esca.
Idē faciunt & qui aliis imperāt & si recedūt, verberib9 afficiūt: & qui añ muros, fossas & hu-
iuscemodi cōstruūt aciē, oēs enim cogūt. At nō necessitate, sed quia res est honesta, fortē esse
oportet. Videt etiā & ipsa singularū rerū peritia fortitudo esse. Quapropter & Socrates for- Fortitudo scientis.
titudinē scientiā esse putauit. Tales aūt alii quidē in aliis sunt, in rebus aūt bellicis milites,
sunt enī in bello cōplures res vanę. q̄ quidē maxime ipsis sunt notę atq; ideo fortes vidētur:
quia quales sunt illę, alii nesciūt. Deinde & aduersarios offendere, & seipsos tueri maxime ex
periētia possunt & euitare hostis conatus, & illū pcutere, cū armis vti possint, & talia habe-
ant, vt & ad faciendū sint & ad nō patiēdū aptissima: quibus efficit, vt ipsi tāq̄ aduersus in-
ermes armati, & tanq̄ aduersus rudes ludi magistri decertēt. Etenim in huiuscemodi certa-
minibus nō ii sunt pugnacissimi, q fortissimi sunt, sed ii q vires amplissimas hñt, & optime
sese hñt corporibus. At vero milites tūc timidi fiūt cū excrescit periculū, & inferiores sunt
copiis ac apparatu. Primi nāq; fugā arripiūt, vrbanę vero copię manēt, atq; intereūt, qd qdē Hermeus.
& in Hermeo accidit. Hę nāq; turpe fugere, & mortē tali saluti pferendā esse cēsent. illi vero
vt supiores ab initio sese obiectāt piculis: re aūt intellecta, fugā arripiūt, mortē magis q̄ dede
cus formidātes. Sed vir fortis nō est talis. Atqui irā etiā ad fortitudinē referūt. Fortes enī & Ob iram.
ii vident q ob irā ferunt pinde atq; ferę, in eos q ipsos vulnere affecerūt, qa & fortes cōcitant
ira. Et enī ira res ipetuosissima ad aggrediēda pericula. Quapropter & Homerus dixit. Vi- Ira.
res iniecit irę & animū ira cōcitauit, & acuta p nares vis, & efferbuit sanguis. Hęc enī vni-
uersa iræ cōcitationē impetūve significare vident. Fortes igit ob honestatē agūt, & ipsa ira
subministrat. Ferę autem ob dolorē, quia nāq; vulnus acceperunt, vel quia timent, nam si su
is in lustris sint non inuadunt: non igitur sunt fortes. Propterea φ a dolore concitari ac ira
ad periculum irruunt, nihil præuidentes malorum. Nam hoc pacto & ipsi asini cum esuriūt Adulterii fortitudo.
fortes essent. Non enim a pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoq; propter libidinem
multa audent. Non igitur fortes sunt qui ob dolorē ac iram ad pericula cōpellūtur. Maxime
autem naturalis ea esse videtur, quę est ob iram & esse fortitudo electione sumpta, fineq;

& ipsi etiam homines cum irascuntur dolent, cum vlciscuntur capiunt voluptatem. Qui autem propter hęc agunt pugnaces quidem sunt, at non fortes: non enim ob honestatem agũt nec vt ratio præcipit, sed ob ipsum affectum: aliqua tamen ex parte sunt similes fortibus.
Ob spem. Nec etiam ii qui sunt spe freti, sunt fortes: nam ex eo ꝙ sępe multosq; vicerunt, fiduciam in periculis habent. Sunt autem similes fortibus, quia vtriq; confidunt: sed fortes quidem ob eas res quas paulo antea diximus: illi vero quia se superiores esse putãt, & nihil vicissim susceptutos mali.
Ebrii. Tale & ipsi ebrii faciunt: spetant enim omnia sibi prospere euenire, cum vero non eueniunt ipsis talia: fugam arripiunt. At viri fortis erat, te seas quę sunt hominibus & videntur formidolosę, ferre: quia honestum est ferre, & turpe est non ferre. Quamobrem & magis fortis esse videtur subitis potius in terroribus intertitum esse ac sine turbatione: q̃ in pręuisis. Est enim ab habitu magis aut minus ex apparatu. Nam antea visa cogitatione & ratione quispiam eliget: at ea quæ repente eueniunt, habitu. Fortes etiam esse videntur &
Ob ignorantiam. qui ignorant. Et sunt non longe ab iis, qui spe freti confidunt. deteriores autem sunt, quoniam dignitatis nihil habent: illi autem habent. Quapropter & aliquo tempore manent, hi vero decepti, si cognouerint vel suspicati fuerint aliud esse q̃ putabant: fugiunt. Quod quidem argiuis contigit, cum in Lacedæmonios tanq̃ in Sicyonios incidissent. Dictum est igitur qualesnam sint ipsi fortes: & ii rursus qui fortes esse videntur.

Dicuntur autem &c. In hoc octauo capite quinq; modos non verę fortitudinis ponit. Primus est fortitudo ciuilis, secũdus est militaris, tertius furoris, quartus fortitudo ꝓpter spem, quintus ob ignorantiam. Quantum ad primã speciẽ literam accedo. Fortitudo politica seu ciuilis est cum ciues audacter pericula subeunt, increpationis & opprobriorũ metu, quæ ex ciuitatum legibꝰ ꝓueniũt, & honorũ cõsequendorũ spe: & ꝓpterea videri q̃ fortissimi aient: apud quos meticulosi infames, fortes vero in precio habentur. Quales affert Homerus Diomedem & Hectorem, hunc Troiianum, illum vero Etolum: ita enim introducit Hectorem loquentem.

Nam me Polydamas ipse ante coarguet omnes.

Polydamas fuit Troiani sanguinis vir, panthei filius, socius Hectoris. Hunc eloquentia, Hectorem armis valuisse. xviii. libro Iliados Homerus dicit. Istum Troiam prodidisse Dares phrygius asserit. Ad Græcorũ eñ castra nocte ꝓfectus patriã prodidit. Ex aduerso Homerus vates citat Diomedem hortantẽ seipsum ad pugnã, ne ab Hectore iactabunde ad Troiam vituperetur sicq; dicit.

Inter Troianos dicet fortissimus Hector.

Titides metuens puppes confugit ad altas. fuit Diomedes rex Ætholiæ Tidei filius, Danaum quinq; fortium (authore Homero) vnus. Et hęc fortitudo maxime similis est fortitudini quã ob virtutem fieri diximus. Vult dicere ꝙ inter quinq; species fortitudinis similitudinarie hęc prima est verę fortitudini propinquissima, sed ipsa non ob virtutẽ prouenit, sed ex dedecore euitando, & honoris consequendi gratia. Vt enim viros ad fortitudinem pellicerẽt, statuis perẽnibus eos allectarũt, cuius rei testes etiã sunt militares coronę, hastę, torques, armillę, pedestres equestresq; statuę, trophea, ouatiões, triumphi, & cætera genus id multa, quibus viri virtute præstantes in pugna honestabantur. Hinc Milciadis Atheniensis triumphus Themistoclem insomnes ducere noctes impellebat. Et huic speciei annumeramus fortitudinẽ coactam quę est eorũ qui a magistratibus compelluntur, quæ propterea deterior est ꝙ non pudore, sed timore fit: & non ad dedecus, sed ad pœnam fugiendam. Vrgentur eñ ab ijs qui superiores sunt in bello persistere, quẽadmodũ Hectora Homerus inducit dicẽtẽ hoc modo.

Si procul a pugna quemq̃ trepidare videbo.

Ille canum fiet, fiet quoq; vulturis esca.

¶ Vultur est carniuora auis pigre volitãs. Hoc est ꝓfecti & duces bellorũ verberibꝰ militẽ cogũt ꝑsistere. Sic cogũt eos q añ muros hoc est dũ obsidione vrbẽ cingũt aggeres faciũt & fossas & cisternas a tergo ne retrocedãt, vt ꝑdurẽt. Ita fecit Astyages, vt eñ Iustinus memorat, cõtra Cyrũ nepotẽ pugnans, partẽ exercitꝰ posuit ac terga vertẽtes ferro agi in hostẽ impauit, atq; suis denũciauit ni vicerint non minus fortes etiam post terga inuenturos q̃ a frontibus viros: qua cautiõe ingẽs pugnãdi necessitas Astyagis exercitui accessit. Sed nõ coactiõe & necessitate, sed qa res est honesta fortẽ esse oportet. Ecce tres modos primę speciei, pugnare ob honores habẽdos, ob vituperia fugiẽda: & ꝑ coactionẽ. Scds modus fortitudinis metaphorice est fortitudo militaris, q̃ est cũ milites stipẽdiarij q mercedẽ merent ob peritiã rerũ singulariũ q̃ in pugna eueniũt pericula aggrediunt. Quapropter fortitudinẽ sciẽtiam esse Socrates credidit: vt quẽadmodũ in alijs sunt aliq q singula cognoscũt, ita & in bello ipsi milites. Bellũ eñ multos & varios habet terrores vanos, quos milites norũt: & ideo fortes videñt, qa alij q̃lia sunt illa q̃ timẽt, ignorãt. Fortes etiã apparẽt, qa hostes ferire & seipsos ꝓtegere expiẽtia docti potissimũ pñt, & hostis conatus euitare didicerũt: & illũ ꝑcutere ac armis vti pñt, & cũ talia habeãt ad percutiendũ & nõ ad patiendũ sunt aptissimi. Non ꝑstant tpe cõflictus in eodẽ loco. itaq; difficilꝰ lędunt. Itaq; fit vt ipsi tanq̃ armati aduersus inermes, & tanq̃ ludi magistri & athletę aduersus rudes tyrũculos decertẽt. In arte gladiatoria Parisij, oxonię & in meridionali Anglia sũt ludi magri, tyrones edocẽtes sicut sũt

in cantu & grammatica ludi magistri melodiam grammaticamq; docentes. Et sane in huiusmodi digladiationibus non illi bellacissimi sunt, sed quia prępotentiores habent vires & corpora robustissima. Non enim in morali philosophia fortem pro neruoso & lacertoso capimus: sed pro illo qui habitum fortitudinis habet. Quintupliciter ergo exuperant tyrunculos. Primo sciunt varios strepitus bellicos inanes quos inexperti multi faciunt. Secundo modum pulsandi norunt. Tertio modum repellendi ictus nõ ignorant. Quarto sciunt armis vti sine grauamine. Dauid inassuetus armis armatus progredi nequibat. Demum non fugit eos quo pacto noceant alijs: & tutari se sciunt ab aliorum ictibus. Sed isti milites de quibus in secunda specie loquuti sumus non sunt fortes, sed fugaces: fugitant enim tanq̃ meticulosi, cum piculum increbrescit, & inferiores sunt, & sunt deiectiori animo. Vrbanæ autem copiæ se hostem pręstolantur & intereunt: quod apud Hermeum contigit. Hermeus est nomen loci in Eubœa: quę est Ægęi maris insula euboicum mare a se denominans. In ea olim fuit Coronia ciuitas, quam Athenienses duce Phereo obsederũt, qui arcem proditione cępit. Charon Thebanorum dux in obsessorum auxilium missus ea pugna occubuit: cuius cęde milites consternati qui antea viriliter manus conseruerant, fugam arripuere: ciues ac vrbanę copiæ fortiter pugnantes omnes prope interierunt. Est enim vrbanis aciebus indecorum fugere: & mortem tali saluti pręferendã censent. Milites vero mercenarij, a principio vt superiores sese discriminibus obiectant, Difficultate vero intellecta fugam corripiunt, interitum potius q̃ pudorem formidantes. Talis autem vir fortis non est. Tertius modus est fortitudo quę ob iram obuenit: quę est quando ira perciti infrenium belluatum more in [illegible] feruntur qui ipsos aliqua plaga affecerunt: qui propterea fortes videntur. Irascentia enim est c[illegible]s fortitudinis: quia ira sęuiores sunt. Reuera furoris concitatio ad aggrediẽda pericula res est impetuosissima: hinc illud apud Homerum de Hectore legimus. Et vires addit irę.

Ira animum mox corripuit, vis ferbuit acris
Naribus, & sanguis iamq; ebulliuit &c.

Hæc enim omnia irę concitationem significare videntur: sed isti nõ sont fortes. Nam fortis propter honestatem operatur, & illos ira coadiuuat. Quapropter ira fortem ad fortiter agendũ iuuat. At ipsa est moderate post iudiciũ rectũ induenda. Taurus enim cornua, & vnicornis suum cornu ante cõgressum cum elephanto pręparat: & leo terram cauda ferit, & villi cani, setæq; porco dimicaturo erigũtur. Ferę autem ob dolorem & timorẽ dimicant, sed frequẽtius ob dolorẽ agunt, vt quia vulneratę sunt, aut vulnerari formidant, tentant an eorum inuasione possint alijs timorem incutere, & se conseruare. nempe si in suis latibulis in nemore essent nullũ inuaderẽt. Igiť a simili fortes non sunt q dolore perciti & ira in discrimina irruunt, nihil mali pręuidentes. Secũdo, hac via asini fortes dici mererentur, qui esuriẽtes vix a pabulo dimouenť. scripsi vix, acerba verbera plus mouẽt q̃ fames, & mœchi ob tetrã libidinẽ multa audẽt. ¶ Tertio fortitudo ob irã maxime ei vicina est q̃ fit secundum naturam electionem ꝑueniẽs: sed vera fortitudo nõ est sine electiõe & fine, quia est honesti gratia. ¶ Quarto cũ homines irascunť ob paruipensionẽ dolẽt, & cũ vltionẽ ceperint voluptate afficiuntur, & propter hęc agunt. propterea pugnaces sunt: fortes autem non sunt, non enim agunt ob honestatem & vt ratio monet. fortis more probi iudicis nõ capit voluptatẽ in vidicta. Diligit hoiem, odit eius culpã & gaudet in actu iustitię ministratę. Licet iustitia suspendio annectatur, potest quispiam de vno voluptate affici & mœrore de alio. Isti tertij agũt ob pturbationẽ & affectũ. Nõ sunt ergo fortes: sed aliquomodo sunt fortibus siles, nã picula cõtẽnũt. Porro si electio ꝑcedat & debitus finis gratis cuius opareť, qñ furor seqť, est vera fortitudo. In fortitudine ex ira duo ꝑueniũt. s. dolor ob iniuriã illatam, & nondum vindictam & delectatio cum corripuerunt eum qui in eos iniuriam commisit, tunc delectãtur, quia desiderium suum iam cõpleuerũt. Quadruplex est differentia inter hos & vere fortes, primo quantũ ad cognitionẽ, quia pericula non ꝑuidẽt. Secũdo p electionẽ, qa ista fortitudo ob irã est naturalissima & subita nõ expectãs cõsiliũ & electionẽ. Tertio quãtũ ad ĩtẽtionẽ: cũ ei finis fortitudinis dei sit. Quarto p delectationẽ, cũ isti tristenť. Fortis enĩ nõ capit oblectamentũ in vindicta, sed qa belle operať. Loqtur ira moderata & assumpta. Quartꝰ modus sophisticę fortitudinis est fortitudo p spem. Isti spe freti, quia secunda fortuna eis alias sępius arrisit sunt fortes, & in periculis fiduciam habent. Hoc cõtingere potest in vna integra gente aliam sępius domãte: & ꝑpterea in spem erigiť. Ille enim qui aliquos tales vicit, cæteros se superare posse arbitratur. Sũt autem fortibus similes, quia vtriq; bene sperant: sed fortis alium finem sibi vendicat, vt sępius iam est significatum. Isti fiduciam habent, quia se superiores esse rentur, & arbitrantur nihil mali suscepturos. Simile aliquid temulenti faciunt. Putant enim omnia prospere sibi cessura: quæ cum dextre non cedunt, fugam corripiunt. In temulentia (vti Ouidius in arte ait) pauper cornua sumit. Temeto calefacti multa sibi pollicentur. Vina parant animos, redduntq; caloribus aptos. (Non est sermo de pure ebrijs) & vinum ad prælia trudit inermem. At viri fortis est terribilia honestatis gratia ferre: quia illa ferre est decorum, non ferre indecorum. Posthæc corollarium infert inquiens, Potius fortis esse videtur qui in repentinis terroribus interritus & incõcussus sine perturbatione manet q̃ qui præuisis. Quia virum stare intrepidum in subitis terroribus magis ab habitu emergit q̃ præueniendo. Acsi sic argumentaretur. Ille est magis fortis qui ex habitu fortitudinis, q̃ ille qui non operatur ex habitu: at qui resistit in repentinis periculis operatur ex habitu. qui autem pericula præuidet, potest se armare & animum figere ad suam moram: si efficaciter expectare voluerit expectabit. Suam præuisa minus ledere tela solent. Alter autem qui impræmeditate est inuasus, expectans solum a fortitudinis habitu moratur: modo habitus per modum naturæ mouet & impellit. Nec ille ramus cum secũdo coincidit. Nam multi bene

ſperant ob victoriam habitam ſiue rei militaris peritiam. Poſt hæc ponit quintam ſpeciem ſiue mo-
dum fortitudinis adulterinæ, & eſt fortitudo ob ignorantiam, cum pericula ignorantes ſeſe diſcrimi-
nibus obiectant. Et iſti ſunt multum affines his qui propter ſpem & fiduciam audēt. Verum illis ſunt
tanto deteriores, quanto hi minus honeſtatis habent. Illi enim dignationem habent, q alios inter-
dum vicerunt. Sane hi non exiſtimatione, vt illi, ſed ſola ignoratione audent. Hinc fit vt illi aliquā-
tiſper ſuſtineant. Sed cum hi aliud q̄ ipſi arbitrati ſunt capiunt, fugitant. Quod argiuis contigit eis
in armipotentes lacedæmonios hoc eſt ſpartanos tanq̄ ſycionios timidos incidiſſent. Sed qui fortes
ſunt & fortibus ſimiles fuſius iam dictum eſt. Argos eſt Achaiæ oppidum, a quo argiui ſiue argolici
dicuntur. Sycionij erant imbellaces, Argiui rebantur cum meticuloſis Sycionijs decertare, ſed cum
ſecus intellexerint terga dedere. Sycionia eſt regio inter Corinthum & Achaiam ſita. Per vnum ex-
emplum hanc quintam ſpeciem vt ſecundam probat, & ita eſſe docet & exemplificat de nōnullis quæ
ex Græcorum monumentis innotuere.

Dub. tria. ¶ Dubitatur primo an fortitudo habeat partes ſubiectiuas. ¶ Secundo an in repentinis actibus ma-
xime fortitudo reluceat ſicut philoſophus dicit. ¶ Contra hoc enim argumentor. Actus fortitudi-
nis debet eſſe deliberatus & cum electione: illud quod ex inaduertentia euenit non imputatur ad mor-
tale, eſto q ſit de mortalium genere, vt periurium indeliberatum: ergo nec in bonis actibus ex gene-
Ad primum re, indeliberatio facit actum moraliter bonum. ¶ Tertio dubitatur an quinq; ſpecies ſophiſticæ forti-
tudinis ſint peccata. ¶ Ad primum dubium affirmatiue reſpondetur. Probatio. Non eſt ſpecies infi-
ma ergo habet inferius. Secundo, iſtę ſunt eius ſpecies & inferiora: fortitudo aggreſſiua, expectatiua
fortitudo, fugitiua, cūctatiua more Fabij Maximi, de quo poeta ſexto Æneidos ait. Vnus homo no-
bis cunctando reſtituit rem. Pœnum ducem alia via cenſuit non eſſe atterendum.
Ad ſecundū. ¶ Ad ſecundum dubium etiam affirmatiue reſpondetur. Ad rationem in oppoſitum concedo talem
fortitudinis actum eſſe deliberatum. Habituatus enim propere circa ſuam materiam deliberat. Et ſi-
cut habet habitum fortitudinis, ita habet habitum prudētię, fortitudinis regulatiuę, & citius eligit.
Et ſic obiectio non procedit. Iuramentum indeliberatum, quod non eſſe peccatum aiunt, nō eſt actus
humanus, inaduertentia enim periurium excuſat, tunc autem inaduertentia eſt periurij cauſa, quan-
Ad tertium. do ſi aduerteret minime peieraret. ¶ Ad tertiam dubitationem reſpondetur q pugnare propter ho-
norem, præmium, aut infamiam vitandam, non eſt malum, vt multi falſo arbitrantur. Licet enim
cōfligere pro fortunis protegendis. Itaq; a fortiore ob ignominiam euitandam aut ob honorē in vi-
ro quem certare decet. Nam quilibet talis honorem opibus præponit: clericus autem precationibus
decertat cum deo & non armis militaribus. Et quia hi actus ſunt boni, virtutes generant: timore pœ-
næ manus conſerere, vbi nō patet elapſus, nō eſt culpa: & ſi alia mala circunſtantia non inuoluatur nō
eſt peccatum ſed eſt inferioris ordinis q̄ duo primi gradus primi rami. ¶ Secunda ſpecies ponit pro-
cliuitatem ad fugam vbi ratio mouet eſſe manendum, & in hoc eſt culpa. Tertia ſpecies poteſt exerce-
ri ſine crimine. De quarta ſicut de ſecunda dicatur. Sed omnes iſti rami deficiunt a vero fortitudinis
fine cum non ponantur finis ipſius virtutis propinquus aut remotus. Pax & commune bonum eſt
finis belli remotus. Pugnamus enim vt pacem habeamus, dicit Tullius primo officiorum, & Augu.
xix. de ciuitate dei. De fine propinquo ſuperius nō nihil retulimus. Honeſtum fortitudinis finē Ari-
ſtoteles ponit. Nec tertius ramus primę ſpeciei qui alijs duobus eſt deterior vel minus bonus eſt pecca-
tum. Timore enim pœnę bellare non eſt malum, ſicut nolle peccare timore pœnæ gehennę non eſt
peccatum: nec timor ſeruilis eſt malum niſi culpa in ratione obiectiua implicetur.
Dubi. quar. ¶ Quarto dubitatur quis ſit ordo ſpecierum fortitudinis. Reſpondetur. Fugere eſt fortitudinis infi-
Reſponſio. ma ſpecies. Ipſe enim fortis nonnunq̄ celeritate pedum ſibi ſuccurrit: diſcrimini non temere ſeſe inij-
cit, cui coniectatione penſiculata eſt prorſus impar. Animo circunſpecte verſat hoſtis vires atq; ſuam
imparitatem. Si in ſuo conflictu plus incommodi q̄ boni timet euenturum, minime congreditur.
Dum quidam Demoſtheni fugienti exprobraret dicens. Fugis o Demoſthenes. Scite reſpondit. Qui
fugit, iterū pugnare poteſt. Nam ſępe etiā victis redit in p̄cordia virtus. Semel autē confectus haud-
quaq̄ contra pugnat. Supra quā eſt cunctatio, & licet in caſu inuadere ſit difficilius q̄ expectando reci-
pere, non intereſt, quia aggreſſor mouetur, alter quietus ſtat. Si dicas motum ad hāc prouinciam cō-
ducere, ſtat tamen ob loci opportunitatem & alijs adminiculis in caſu aggredi eſſe difficilius: tamen
reſiſtere communiter eſt difficilius. Aggreſſor enim ſe ſuperiorem cenſet. Nam vix aliter hoſtem in-
uaderet. In pharſalico bello Pompeiani inconſulto ſtetere immobiles. Cæſariani mouebantur.
¶ Contra dicis fugere non eſt actus fortitudinis. Fortis enim ſuam vitam exponit fortunę anteq̄ fu-
giat. Reſpondetur in caſu, viri fortis eſt pedum celeritate ſuā vitam protegere: plerią; meticuloſi tur-
piter fugiunt: conſternati ſuccumbunt, pernicitate vti neſcientes. Scite ordinate fugere cum locus eſt
flagitat non eſt indecorum. in bello Rauennatico Hiſpani a Gallis meo tempore victi animoſe au-
fugerunt. comitem Fuxium iuuenem cordatiſſimum Ludouici duodecimi ex ſorore nepotem ſuper-
uenientem intrepide expectantes occiderunt. fugam turpem nō laudamus. ¶ Quinto dubitatur an
Dubita. tria. vir fortis in acie belli iuſti bene agat ſtando: eſto q reatur ſe caſurum ſi manſerit. ¶ Sexto vnde ſan-
guis viri fortis per nares ebullit. ¶ Septimo an licet vti inſidijs ac occulto marte in bello. Tullius
Ad quintū enim primo Officiorum inſidias vituperare videtur. ¶ Ad quintum conſtructiue reſpondemus. Nā
etiam in lumine naturali non poteſt fortis pulchrius mortem obire q̄ manus conſerendo i vbi pro-
babiliter putatur ſua expectatio ſalutem reipublicę allatura. Renuit molliter in culcitra animam ef-
flare. Chriſtianus miles pro religione in primis, pro regni ſalute, ac alijs honeſtis cauſis in ſtatiōe per-

durat,& casus occurrere potest vt vestigiũ retrahere nequeat. Ante cõflictus feruorẽ cõsciẽtię satisfacit,
ac cõmissa scelera sacerdoti denudat. Et potest casus occurrere,q̧ ꝓpositum cõfitendi si euadat,sufficit.
¶Ad sextũ dicimus illud a cordis calefactione & interiorũ cõmotione ꝓuenire.¶Pro septima dubi Ad sextum
tatione dicimus in iusto bello insidias esse licitas. Ita eñ fecit Iosue, Iudicũ. viij. impante dño. verũ tẽ Adseptimũ.
pestiue occultare nõ est nephas. Multi ꝓclari duces insidijs gaudebãt vt philippus macedo sua cautiõe
militẽ discrimini haud quaq̃ exposuit,propterea laudabat. Plano etiam Marte eius filius Alexander
manus conseruit,nec imprudenter, fuit enim ille miles longo armorum vsu in bello assuetus,ferre
atq̧ ictus euitare iam paterna militia didicerat. Tullius insidias cum verborum deceptione taxat. Sic
eum intelligas,alioqui cum eo non opinamur. Secundo indecorũ est potẽti regi stratagematibus mi
litaribus & insidijs cũ inferiori vti,tametsi eñ sine delicto id fieri queat gloriosum minime reputa-
tur. Finaliter hęres,quanã via homo fortis euadit. Dicimus q̧ aliqui ab influentia siderum & horos Dubit.octa.
copo atq̧ parentibus sunt mericulosi,sic etiam a patria. Apricis eñ oris orti minus sunt bellicosi q̃ Responsio.
frigidis regionibus orti paritate data. Insup hebetiores duriores sunt vulgo milites, vt de Achille,
Aiace Thelamonio & cęteris cõtigit. Ditiori aũt Minerua pollentes frequẽtius & degeneres in opere
sunt nothi martis,nihilotamen secius & hi & illi marticolę fiunt. Ratio,volũtas,ac honesti cupiditas
hominẽ ad mauortios pulueres sustinẽdos impellit,quare ingenio pollentes longa militia strẽnuissi-
mi duces euadunt,acumẽ eñ intellectus circunspectionem pręuidet,imminentia mala pręsagit. Iam
habitu parto ignauiam socordiamq̧ profligauit,quare imperio est dignissimus,vt strẽnuissimus An
nibal,impigerrimus Cæsar,& similes. ¶Cęterũ circa quartã speciẽ in qua dicit feras ob dolorẽ inua-
dentẽ reprimere. Scito q̧ leoni generosus est mos ꝑcussorẽ sui diligentissime obseruare,quẽ in quan-
talibet multitudine appetit,eũ aũt q telo ipsum ferire studuit at nõ lesit,ꝓstratũ resupinat nec vulne-
rat,ęqua trutina iniuriã cõpensans. ¶Simplr̃ supius diximus actũ esse finẽ fortitudinis,porro habi-
tus est ꝓpter actum,propterea actus est finis naturalis virtuti accõmodatus. Finis fortis est honestũ,
hoc est pugnat fortis cõsonãter ad rationẽ, nõ aũt aliter. si aliũ finẽ ei ꝓstituit,iam gyrũ fortitudinis
transilit. Demũ tametsi hominibus insitum est vitam tueri secundum dictamen rectę rationis, ipsa
est pro gloria Dei ac vtilitate reipublicę exponẽda. Homo inter duo ponitur, dedecus est ex vna par-
te si fugã arripiat,pulcher interitus altera ex parte. Hic autem est capessendus,illud vero tanq̃ aconi-
tum aut aspis fugiendum. Et si in pace,quæ est finis iustus belli,aliqui lasciuiant,ac in ocio marcescãt,
deteriora tamen damna mauortio strepitu contingunt,vt templorum direptio,religionis conculca-
tio,stupratio virginum ac matronarum,teterrimę cędes,fortunarum direptio. hæc enim sunt dete-
stabilissima. at in pace salutaria bona accidunt ac pauca incommoda,quare alma & togata pax est lu-
ctificoso bello anteferenda.

Tract.II. CAP.IIII. LIB.III. CAP.IX.


Vamq̃ autem circa fiducias metusq̧ fortitudo versatur:tamen non simili
modo circa vtrunq̧,sed magis circa res formidolosas versatur. Qui nãq̧
in hisce non turbatur,atq̧ se habet circa has vt oportet,magis est fortis q̃
is qui circa ea in quibus cõfiditur, se habet vt oportet. Fortes igitur ex eo
dicunt,q̧ res (vt dictum est) inferentes dolores tolerant. Idcirco fortitu-
do dolores affert,& nõ iniuria laudatur. Difficilius enim est dolores ferre Dolores ferre difficilius est q̃ abstinere a dolorib⁹.
q̃ a voluptatibus abstinere. Enimuero fortitudinis finis iucũdus esse videtur,verum ab eue
nientibus doloribus obfuscatur,vt & in certaminibus fieri solet, nam pugilibus finis quidẽ
ipse iucundus est,gratia cuius certant:coronæ inquã atq̧ honores:sed cędi molestũ est cum
sint e carne:doloresq̧ affert,& omnis omnino labor. Atq̧ quia hęc sunt multa, ideo id gra-
tia cuius certant,cum sit res parua,nihil iucũdi videtur habere. Q: si tale & circa fortitu-
dinem est:mors quidem atq̧ vulnera forti viro molesta erunt,atq̧ inuito. Feret tamen q̧ ho
nestum est ea ferre:vel turpe non ferre. Atq̧ quo omni virtute pollet magis & fœlicior est,eo
magis ob mortem sane dolebit. Vir enim talis maxime dignus est vita,maximisq̧ bonis pri
uatur,id ipsum sciens,quod quidem dolorem affert:verum nihilominus est fortis. Et eo ma
gis fortasse q̧ honestatem quę est in bello his anteponit. Nec fit vt omnibus in virtutibus
cum voluptate operemur nisi quoad attingitur finis. Nihil autem fortasse vetat nõ eos qui
tales sunt præstantissimos milites esse,sed eos qui minus quidem sunt fortes,nullum autem
aliud bonum habent. Hi nanq̧ parati sunt sese periculis obiectare,vitamq̧ pro paruo emo-
lumẽto perdũt. De fortitudine igitur hactenus dixisse sufficiat. Quid autem est, ex iis quæ
diximus non est difficile compræhendere ac assignare figura.

QVãq̃ aũt &c. Sex fortitudinis ꝓprietates hic ponit. Prima est fortitudinis opus magis relucet
ferẽdo terribilia q̃ ausibilia aggrediẽdo. Scda. Opus fortitudinis est molestũ. Tertia eius opus
est laudabile. Quarta est difficile,ac est cũ voluptate attingẽdo ei⁹ finẽ. Vltima ꝓprietas est,for-

titudo dolorosa ob grāde bonū tolerat. ¶ Prima cōclusio huius capitis est. Cum is fortitudo circa me-
tus & fiducias versef, magis tñ circa terribilia insudat. Probatio, fortitudo est magis circa illud circa
qd fortis magis laudaf, & in quo eius virtus elucet. ac fortis magis extollif in hoc ꝙ bñ se habet circa
res formidolosas, hoc est circa terribilia, q̄ in hoc ꝙ bñ se habet circa ausibilia, & in his in qbus cōfidi
tur. Secūdo, Fortes ex eo appellanf, qa res asperas atq; tristes sustinēt, idcirco graue fortitudo affert, ta
lia fortitudinē sequunf, & merito laudaf, id magis circa timores hoc est terribilia emicat q̄ circa fidu-
ciam. Tertia, difficilius est dolores pferre q̄ a voluptatibus abstinere. Patet ex scdo libro, & ad sensum
in brutis quę verberibus arcentur a voluptatū ꝓsequutione. Et nō aliter fortitudo est tēperātia prae-
stabilior & virtus magis circa difficile versaf: igif fortitudo magis circa terribilia insudat & q̄ dolorē
afferunt, q̄ circa fiducias q̄ voluptatē afferūt. ¶ Seqtur secūda conclusio. Enimuero finis fortitudinis
iucundus esse videf, tametsi a supuenientibus doloribus abstinereſ. Nā quēadmodū in gymnicis certa
minibus euenit vbi pugilibus finis gratia cuius certāt est iucūdus, coronę. s. & honores, sed illis cædi ē
molestū cū carnei sint, nemo eñ carnē suā odio habet, pariter & quicquid dolorē afert, & labor oīs res
molesta est, & cū hoc vulnera dolorē afferētia, & hæc multa sunt & finis exiguus, voluptas obfuscaf, &
nihil iucundi habere videtur. Consimili modo circa fortitudinem contingit. Nam interitus & plagę
dolorosę sunt, & eas simpliciter nollet, suffert tamen fortis, quia decorum est eas perferre, aut foedum
non sustinere. ¶ Sequitur tertia cōclusio huius capitis. Quāto magis vir fortis virtute pollet, & quā-
to virtute faustior est, eo ob mortem magis dolebit, quia talis maxime est vita dignus, propterea in
naui periclitanti cum inessent philosophus, & vir nebulo: doluit philosophus, & causam reddens, vti
litates sui in republica ostendit, nebulonemq; qui se non timuisse iactitabat, illusit dicens, nō mirum
esse cum non sit pro submersione talis viri dolendum, vt graphice scripsit Aulus Gellius. Pro alijs &
pro se vir doctus & bonus probe agit, & est alijs norma viuendi, & maximis in interitu priuatur bo-
nis, & hoc scit: igitur mors est illi molesta & dolorem affert, Nihilotamen minus, fortis decus & glori
am belli his anteponit, ac si sic argumentaretur. ¶ Quanto alijs id sciens maiori priuatur bono quo
dignus est, tanto magis tristatur. Multum facit scienter, veritatem enim defendens, putans mortem
euenturam est martyr, non tamen mortis inscius quoniam non est opus heroicum. Futuram mor-
tem baptista in sua reprehensione ignorasse non creditur, sed quanto quis est studiosior tanto maio-
ri priuatur bono quo est dignus: igitur. ¶ Quantum ad secūdam partem vult dicere ꝙ fortitudo ta-
liter cum tristitia morientis non minuitur, sed potius augetur. Virtus enim non minuetur, sed po-
tius augetur cum studiosus maius bonum propter minus eligit. Corollarium infert. ¶ Quocirca nō
in omnibus virtutibus vbiq; cum oblectamento operamur nisi quatenus finem attingimus, nec vir
tus in studioso ob inuidiam, minuitur, sed famam acquirit. Hoc, paradigmate tali ostendo. Demetri-
us phalereus Theophrasti discipulus rem Atheniensem sub Cassandro Macedoniæ rege moderaba-
tur strennue, propterea trecentas statuas Athenīēses ei erexere. A Cassandri autem obitu in ægyptū
fugere coactus est, & Athenīēses æmuli inuidia agitati statuas deiecerūt atq; eas in matulas per igno-
miniam conflarunt. Cum hæc Demetrius resciter prudenter aiebat. Virtutes ac pręclara gesta statua
rum causas abolere nequeunt. ¶ Quarta conclusio & vltima huius capitis est. Nihil prohibet eos qui
fortes non sunt validissimos esse milites, sed eos qui minus quidem sunt fortes moraliter loquendo
de virtute nullū aliud bonū hñtes. Isti si milites nō essent nihil essent, puta sunt iopes. Hi citi⁹ sese pi-
culis obiectāt q̄ alij, vitāq; puo emolumēto pdūt. Paup ego ludo (etiā pugno) dū tu diues meditaris. &
Nos tuti loqmur dū vos timidi taceatis. Vel nullū aliud bonū virtutis ab hoc actu moriēdi p patria
hñt. Paradigmate tibi id enodare minime grauabimur. Itamus vn⁹ oīm q cū Antigono rege milita
bāt pstātissim⁹ cēsebaf miles. Aduersa valetudine eadēq; occulta laborabat, ꝓpterea vitā cōtēptui ha-
bebat. Regia ipēsa curat⁹ cūctatior atq; ignauior habit⁹, iter postremos versabaf hostilē cōgressum de-
trectās. rege causā explorāte eā nō clam deprōpsit. Opes, cōiūx liberi, ac vitę cupiditas ignauos faciūt.
Dub. tria. Sed de fortitudine hacten⁹. Et qd ipsa vocef nō est difficile ex ijs q̄ dicta sūt typo recolligere. ¶ Dubi
taf primo an fortis simul tristef & doleat. Scdo an delectatio mētalis sit corpea delectatione pstātior.
Ad primū. Tertio dubitaf de itelligētia corrolatij. Rñdef ad primū ꝙ qs pōt hr̄e dolorē q est in pte sensitiua, ha-
bēdo delectationē spūalē q̄ est in aīa, sicut patiēdo plagas & vincēdo in bello. Propterea Eleazar⁹ secūdi
Maccabęorū. vij. dixit, Diros corpis sustineo dolores: scdm aīam vero ꝓpter timorē tuū libēter hęc pa
tior. Diminuif (vti meminim⁹) delectatio aīę ob corpis cruciat⁹ in se aut in pceptiōe, nisi Deus aīam
eleuet in diuina & eā coadiuuet, sicut multis martyrib⁹ fecit, vt pater de Laurētio Vincētio Tyburtio
& talib⁹. Tyburti⁹ cū sup carbones ignitos incederet, dixit sibi visum esse se sup rosas incedere. Deus
pōt ipedire ignē ne in corp⁹ agat cū ignis actiuitate nō cōcurrēdo, & tunc nihil igniet aut calefaciet.
Scdo pōt tristari de vno obiecto puta de amissiōe vitę & gaudere de bono qd cōseqf p illā vitę amis-
sionē, delectatio & tristitia de varijs obiectis nō aduersanf, licet vna earū alīā obfuscet. Itē p varias app
Ad secundū hēsiōes pōt qs de eodē obiecto hr̄e delectationē & tristitiā. ¶ Ad scdam dubitationē rñdef affirmatiue.
Ad tertium. Nā ob dolorē corpalē fortis nō desistit ab ope virtutis, licet corpalis sit nobis sensibilior. ¶ Ad tertiā
dubitationē vbi dicif. Nō in oīb⁹ virtutib⁹ lętamur: nisi q̄ten⁹ finē attingim⁹. Rñdef ꝙ opus fortitu-
dinis pōt accipi vt hñs finē q est victoria vel expectare terribilia vel honestū. Primo mō fortitudo ē
magis iucūda q̄ molesta. victoria eñ inter hui⁹ vitę bona est iucūdissima. Bone De⁹ quot exantlatos
labores hoies cordati p victoria subeunt? Sane est difficile relatu. Scriptura bibliaca ꝓborū gaudiū cū
deo cōfert exultationi q̄ in victoria contingit, inqens, lętabimur corā te sicut q lętanf in messe, sicut
exultās victores capta pda qñ diuidūt spolia. in suis epitaphijs ac triūphalib⁹ arcub⁹ claras suas victo-

rias tanq̃ splēdidissimas ponunt vt Scipio maior Affricanus sequētē in modū deuicto Annibale & domita Carthagine. Qualiscūq; alius finis relat⁹ ponit̃ semp est lętitia in illo, & in illius memoria, horū meminisse iuuabit si euadat, sin autē in hoim æstimatiōe vt Homer⁹ viuit vt poeta. ¶ Dubitat̃ finaliter. Martyres spōte & cū gaudio passi sunt & pro Christo, vt de apostolis in actis eorū scribit Lucas. Ibant apostoli gaudētes &c. Sic Agatha, Vincētius & alij. ¶ Respōdet̃ gaudebāt de Christi noie tollendo ad astra, sed nolebāt has plagas fuisse sibi applicatas, ita erat de Christo vt in. xv. distinctionē tertij sentētiarū iam diximus. Ecce fortitudinē pleno ore ab historiographia celebratā, nec imerito: difficilē eñ circa materiā insudat. Nā cū hoies carnei sint ægre diras plagas tolerāt, sautio corpe tediosum ē in cōflictu manus cōferēdo stare, nihilotamē minus vir fortis honestatē cōiugi, liberis, ac proprię vitę anteponit. Opes, vxor, nati, ac cętera q̃ mortalibus solēt esse cordi a periculosa pugna deterrēt, altera ex parte turpis socordia, infamis ignauia ac honesti cupiditas ad prelium alliciunt. Hæc fortem ad certamē impellunt, illa vero nihili ducit. Non ob honorē finalr̃ istud parrat. sed religionis ac boni cōmunis gratia. Homo attamē honorē succedere non ignorat. Annaliū eñ idonei scriptores heroū fortia gesta celebrāt, ac vapparū ignauiā tetrice admodū taxāt. Id pauc exēplis enodabim⁹. Portētosę molis Golias inter allophylos armipotēs ad singulare certamen israeliticā gentē ꝓuocabat, nec in eo populo inuētus est vnus q cū eo gigāte dimicare auderet, quoad Dauid adolescēs oim filiorū Iesse natu minimus monomachiā nō detractaret. Is circūgyrata circa caput funda excusso lapide gigantē interemit. Pariforma Iudas Maccabęus strēnuissime cū ꝓphanis belligerabat, honesta morte, fortiter manus cōferēs, supremū egit diē. Nec minus laudādi sunt Maccabęi illi fratres q citra reluctamen ꝓ patrijs sacris institutis mortē ꝑpessi sunt. ꝑelegerūt eñ mortē q̃ porcillas carnes in sanctionis cōtēptum mādcrēt. Multo plures in euāgelica Luce, heroica fortitudine ꝑditi mortē intrepide tolerarūt. Dioclētiani sæuitia sic christiani affligebant̃ vt septēdecim milia paucis dieb⁹ trucidarent̃. Christianū nomē ea seuitia abolere ac ꝓrsus eradicare studuit, at deceptus carnifex est: nā ea afflictiōe res ecclesiastica magis floruit, vno eñ cadēte centū de nouo pietatē sumpsere: scdm parabolā Christi vno grano in terrā deiecto multorū est illud seminariū atq; origo. Horū memoriā quotānis ecclesia celebrat, vltraq; beatitudinē in patria qua insigniunt̃ ab hoibus in terra honestaot̃. Ethnici in talib⁹ scriptorū laudibus cōmemorant̃ vt Cynegirus post Athenienses Medos ac Persas aiose ad rates cōpulissent nauim fugiētiū numero onustā Cynegirus dextera remorari nitebat̃, qua amputata, lęua nauim tenuit eaq; abscissa ea mordicus retinuit: nā dētib⁹ ac morsu ablatis manib⁹ pugnauit: nullaq; accepta clade factus est remissior, sed poti⁹ feruētior. Nec minore fortitudine. Sceuā Cesarianū cōmemorāt. vno eñ oculorū excusso, femore atq; humero trāsfixis. scutū centū ac viginti ictib⁹ ꝑforato nō deferbuit. Ex opposito Asdrubal nouissimus Carthaginēsiū ducū Carthagine a Romano duce capta cū magna transfugarū caterua Æsculapij ꝑhanū ingressus turpiq; formidine ꝑculsus, suæ salutis auidus solus ad Romanos trāsfugit: cuius infamiā virago cōiunx ꝑtesa filios in terrā ꝑcipitauit ac turpe mariti effugiū puerorū nece mulctauit. Haud dissimilr̃ Heliogabalus interijt q militari tumultuatiōe poene consternatus in feculētę cloacę latebris diffugiū q̄siuit, eo in secessu multis plagis trāsfodiebat̃. Maculosę illius vitę maculosus exitus respōdebat. Turpē vitā añ egit, quā ignominioso decessu finiuit. Debebat concitato militi sese in tumultu obiectare, ac insurgentē motū auctoritatiue mitigare, ita eñ Alexandrū Macedonē ac alios strēnuos duces fecisse legimus. Duos socordes post egregios subiunxi, vt illorū exangui formidine heroicorū armipotēs fortitudo eluceat. Opposita eñ cōmin⁹ sita magis elucescūt: cęlestis virtus tetrum vitium sua generositate foedat: ac spurcū vitiū candidam virtutem nobilitat: semper eñ emicat incorrupta virtus, ac vitium obscuratur.

Dub. quartū

Tract. III. CAP. I. & Lib. III. CAP. X.



Ost hanc autem de temperātia dicamus. Hæ namq; virtutes partium earum esse videntur quæ sunt rationis expertes: atq; temperātiam circa voluptates mediocritatem esse iam antea diximus. Minus enim & non similiter circa dolores versatur. In eisdem autem & intemperantia esse videt̃: sed nunc circa quas est voluptates determinemus oportet. Diuidātur igitur animę atq; corporis voluptates, vt honoris cupiditas, & auiditas disciplinę. Nam tam ambitiosus q̃ auidus disciplinę eo gaudet cuius est auidus, & corpus nihil, sed mens potius patitur, atq; ii qui voluptatibus huiuscemodi alliciuntur: nec temperantes, nec intemperantes dicuntur. Pari modo neq; qui circa cęteras voluptates, quæ non attribuuntur corpori occupantur, eos enim qui fabulis & narrationibus delectantur, & circa talia dies consumunt verbosos quidem atq; deliros: intemperantes autem non consueuimus appellare. Nec eos etiam, qui pecuniarum vel amicorum causa dolent. Temperantia igitur nō circa animę, sed circa corporis voluptates versatur. Non tamē & circa has ipsas omnes. Qui nāq; rebus iis gaudent quæ visu percipiuntur: vt coloribus, figuris, pictura, nec temperātes nec intemperantes dicuntur, & si videtur & his homines & vt oportet, & magis q̃ oportet,

Temperātia:

a. pol.

& minus etiam gaudere. Simili modo, neq; qui rebus iis gaudent quę auditu percipiuntur. Nemo enim aut eos qui cantu vel histrionis gaudent voce plusq̃ oportet, intemperantes, aut eos qui vt oportet eisdem gaudent, temperantes appellat. Nec etiam ii qui circa odores gaudent, nisi per accidens, nō enim eos qui malorum aut rosarum aut vaporum, sed eos potius qui vnguentorum aut epularum odoribus delectantur, intemperantes dicimus esse his enim intemperantes ex eo gaudent, quia per hos ipsis rerum earum quas cupiunt recordatio fit. Videre etiam licet & cæteros, cum esuriunt: epularum gaudentes odore. at his delectari intemperantis est, quippe cum eius hæc obiiciantur cupiditati. Atqui neq; cætera animalia voluptatem, nisi per accidens, per hosce capiunt sensus. Neq; enim odore leporum, sed esu gaudent canes, odor autem sensum ferit. Neq; voce bouis leo, sed esu. Per vocem autem sensit illum esse propinquū, atq; hoc ipso gaudere videtur. Pari modo neq; si vidit aut inuenit ceruum, aut feram capram, hoc ipso gaudet, sed quia cibum habebit.

Odore leporum nō gaudet canis, sed esu.

POst hāc aūt de tēperātia dicam⁹ &c. Pria cōclusio, Postq̃ de fortitudine exactū est supest de tēpantia loq: hę nāq; virtutes ptiū irrationaliū esse videt̃. Diuus Thomas pria scdę verbis Aristo. motus dicit hasce virtutes esse solū i appetitu sensitiuo cū quo nō opinor, verū sic illud itelligo quātū ad tēperātiā. In sensu gust⁹ & tact⁹ cōicam⁹ cū belluis, in venereis: pabulo, & potu, cū pecudib⁹ pticipam⁹. Silr i fortitudine circa met⁹, audacias & mortē pecora nobiscū cōueniūt, vt i tertia specie fortitudinis similitudiarie fusi⁹ p bruta disseruim⁹. Cū pecorib⁹ i prudētia, iustitia & alijs virtutib⁹ minime cōicam⁹. Nō aliter has virtutes i appetitu sensitiuo q̃ iustitiā pono, nec iter vi cōcupiscibilē & irascibilē illud discrimē quorūdā approbo. Est eñ eadē aīa q̃ diuersis respectib⁹ has denoiatiōes sibi vēdicat, vt pri⁹ in scđm dictū est, vel sic & parū iterest. De tēpantia phūs i lrā explanat quō intēpantia ē brutale vitiū ob sensū tactū, sʒ de fortitudine res ē magis iplexa. Declarat̃: nā circa tactū sūt flagella & vibices. pinde circa illū sensū fortitudo relucet: eā ob rē ptiū itrōnabiliū hę virtutes dicūt̃ eē. Tēpantiā circa voluptates mediocritatē eē atq; tristitias dicim⁹, lʒ min⁹ circa tristitias isudet. Nō ē sermo de dolore plagarū qa ille ad fortitudinē attinet, sʒ loq̃t̃ de tristitia q̃ fit ex absētia delectabiliū. Et qa delectabile efficacius agit p̄sēs q̃ absēs, hic magis isudat circa voluptatē q̃ tristitiā. ❡ Circa eadē etiā itēpātia versat̃. Cōtraria eñ sūt circa idē, sed diuersimode, & circa q̄s ē voluptas determinemus opʒ. ❡ Seq̃t̃ scđa cōclo. Nō oim voluptatū siue dolorū tēpantia ē. Nā voluptatū q̄dā sūt aię, q̄dā sūt corp̄is. Tēpantia nō ē circa mētis voluptates, sʒ circa corpis aliq̄s. Voluptatū ptitionē ponit. Voluptates eñ aię q̄ aiales apd āntiquos & antiquā trāslationē vocāt̃, sūt delectatiōes q̄ cōsequūt̃ opatiōes virtutū iteriorū nihil patiēte corpe, cuiusmodi est delectatio q̄ emergit ex honoris aut disciplinę amore. Voluptates corpales dicūt̃ delectatiōes q̄ cōsequūt̃ delectatiōes aię & corpis aliqd patiēte corpe cū corpis mutatiōe: vt sūt delectatiōes gustus & tactus q̄ fiūt cū imutatiōe & alteratiōe corpis, & rursus delectatiōes aiales trifariā segregāt̃. Quędam eñ sunt mēti delectabiles ex honestate, vt honos, virt⁹, disciplina, sciētia, & circa tales delectatiōes nō ē tēperātia. Quędā sunt mēti iucūdę ex nouitate, vt rumores, fabellę, in qb⁹ aliq tp̄s inutilr terūt, tales nec sunt tēpati nec intēpati, sed garruli, & verbosi: cū plus ęquo talib⁹ indulgeāt. Ingeniosi & lrāti viri solēt signāter tpe pastus noua explorare, qa taliū est noua & mirāda, & de oib⁹ q̄ fiūt velle audire. Dicit beat⁹ Lucas in actib⁹. Erāt Athenieses attēti semp audire aliqd noui. Et pp̄ter admirari, incepūt philosophari: prio Metaphysicę. Historias ędificatiuas aut delectabiles dicere tpe lōgi pastus vel grā tędij euitādi. Nā aut pdesse volūt, aut delectare poetę. Hi & psunt & voluptatē afferūt. Hia voluptatē capiētes nō sunt verbosi. Quędā sunt mēti iucūdę ex vtilitate vt pecunię & amici. Si quidē tā ambitiosus q̄ disciplinę auidus eo gaudet cuius est auidus, vbiq; id habet verū. Trahit sua quęq; voluptas. Et corpus in talib⁹ nō patit̃, sed ipsa mens. Et circa hęc adhuc nō est tēperātia & intēperātia. Hęc aūt vniuersa ex cōi loquēdi mō pbat. ❡ Seq̃t̃ tertia cōclo. Tēperātia circa corpis voluptates, & nō oēs, versat̃. Prior cōclusionis ps pbat̃. Nā tēperātia est circa aliq̄s delectatiōes, & nō circa oblectamēta aię, ex dictis ergo circa oblectamēta corpis. Scđa ps pbat̃, qa nō ē circa sensū visus, audit⁹ & olfact⁹. Qui nāq; his rebus gaudēt q̄ visu percipiūt̃, vt colorib⁹, forma, picturis, tales nō dicūt̃ tēpātes aut intemperātes, qa isti sunt boni aut mali & exprobrabiles, nō aūt illi. Igit̃ nec si qs oblectet̃ i his q̄ ab auditu hauriūt̃, vt in modulatiōe, aut histriōis cātatiōe etiā suaui, talis nō dicit̃ tēpat⁹ aut intēpat⁹. Nec etiā ij q circa odorū suffitionē gaudēt. In ęstu & calore vehemēti aq̄ rosacea aut olfactu gaudēt rosis. nos suffimus, ęgri suffitu interdū leuāt̃ hoc est in olfactu, sʒ nō nisi p accidēs: vt q dulciter fragrātiū malorū, vaporū, siue suffituū. ē eñ vapor exhalatio calida, tales nō dicūt̃ itēpati, sʒ illi poti⁹ q vnguētoꝝ & epulaꝝ nidorib⁹ delectāt̃. Vnguētū nō ē illđ medicamētū tenax q̄ chirurgic⁹ vtit̃ ad curādas plagas, sʒ diuersoꝝ odoꝝ conflatio, addito oleo aut balsamo ad corpa vngēda, delitiarū aut luxurię grā. Iuxta illđ i Cāticis cāticoꝝ, Odor vnguētoꝝ tuoꝝ sup oia aromata. Per accidēs & relatiue ad aliud i his sēsib⁹ gaudēt, & i his sēsib⁹ p accidēs ē tēpātia vel itēpātia, p q̄to odores ordinē ad sapores hñt. Quia p hos tres sēsus earū reꝝ q̄s intēpātes cupiūt occurrit recordatio, videre lʒ aliq̄s cū esuriūt, epulaꝝ odore gaudere, signāter cū esuriunt. Nam cū saturati fuerint nō gaudēt tali odore. His autē gaudere epulis intēperātis est, quippe cū eius intēperati hæc obijciunt̃ cupiditati, & hoc si plus æquo his gaudeant. Postea phūs ponit aliam conclusionem incidētaliter dicens. Alia aialia ab hoie nō delectantur in visu, auditu & olfactu. Probat hoc in quolibet istorum triū sensuū, Idem in ope de sensu & sensato, & in problematis dicit. Vt canis

odore leporū nō gaudet per se,hoc est propter ipsum odorem,sed propter cibū, odor aūt sensum ferit.
Probat hoc in auditu de leone,inquiens.Neq; mugitu bouis leo, sed ipsius bouis laniatu & pastu gaudet,nisi quātū suo mugitu bos proditur vicinus.Idem de visu ostendit inquiens . Pari modo neq; si
videt aut inuenit ceruum aut capream seu agrestem capram,hoc ipso gaudet , sed quia cibum habebit.Dicam⁹ itaq; sic.Tēperātia & intēperātia versanť circa voluptates corpis,at nō circa voluptates,q̄
percipiūť visu,auditu & olfactu:relingť igiť q̄ versenť circa eas q̄ in gustu & tactu cōsistūt.Inter qnq;
sensus hoīs externos,tactus est oīm cōmunissim⁹.Nā nullū est aial gustu ac tactu orbatū cōfuso aut distincto,multa aūt aialia alijs sensib⁹ carēt.Visus est sensus pfectissim⁹,prio Metaphysicę.In quocūq; aiali est visus,in illo sunt reliq sensus.Momēto tpis opať & valde spūal'r.Gustus est tactus qdā quē hō pfectissime habet,in reliqs vero sensib⁹ ab alijs aialib⁹ supať,Bonitas tact⁹ ingenij acumē arguit.Molles
carne sunt apti mente.Per acutiē visus ingeniū nō pbať,sed p carnis teneritudinē.Ostēsis manuū vo
lis iuuenes ingeniosos a rudi minerua torpentibus protinus discernas.¶Dubitať circa prędicta.Pri- Dub. tria.
mo in harmonię auditiōe & in pulchrorū colorū visu,quibus visus pasciť,& similiter in olfactiōe cō- & tertij sex
tingit excedere & deficere:ergo illic dabiť mediū,& nō spectat id mediū ad aliā virtutē q̄ ad tēperātiā: argumen.
igiť.Forte dicis q̄ ista extrema nō sūt multum apud vulgus exprobrabilia. impugno,quia cupidita
te sciendi aliqui inflanť qua intumescēs Eua Deo parificari voluit,& hoc scelus est grande:igitur.
¶Secundo dubitatur quara hominibus datū est quinq; sensibus exterioribus gaudere,non autē brutis.¶Tertio de veritate illius solotionis philosophi in litera,videtur enim ipsa esse falsa: nam pauo
in erectione caudę contra solem delectatur,& dolet in pedum foedorum aspectu,& depositis pennis p
anni vices cauda amissa pudibundus quęrit latebram,quę cum renascuntur,hilaris in publicum pro
greditur.¶Item de auditu:auctore Plinio delphin i cantu capit voluptatem . Et vulgo dicitur illud
Catonis:Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps. ¶Tertio canes odore nō relatiue ad cibū
gaudēt,patet quia cū sibi occurrunt mutuo odorant & seipsos olfaciunt.¶Quarto holor moriturus
suauiter canit.¶Quinto canes delectanť in olfactu magistrorū aduenientiū.¶Sexto gallus cantat &
in hoc delectať.Silr gallina postq̄ ouū posuit cantat.¶Ad primā dubitationē,aliorū modo loquēdi Ad primū.
nō impugnato,sed per aliā solutionē,dico q̄ assumptū est verū.Illic eñ pōt excessus & defectus & mediū inueniri,sed illud rarēter in vsu est:nec est multū laudabile mediū,nec extremū multū exprobrabile:cuius oppositū in tēperātia & in intēperātia cōtingit.Sicut aūt lex datur de his q̄ vulgo eueniūt:
sic virtutū noīa,talis aūt virtus ad tēperātię gyrū reduciť.Nec expedit cuilibet virtuti speciatim nomē indere:satis est noiata a philosophis ac theologia euentilare.¶Ad scdam dubitationē respondeť
q̄ hoibus quinq; sensus danť ob sensibiliū cognitionē,& ad ipsum roborandū, suauis citharæ lusus &
symphonia auditū cōfortat,herbarū odores cerebrū coadiuuāt. Minor fuit cura deo in belluis,quarū appetitus a solo instinctu naturę moueť,ideo nō delectanť nisi in his sensibus q̄ ad sustētationē naturæ ordinantur.¶Ad tertiam dubitationem respondetur q̄ Aristoteles expientia ad sic loquendū Ad tertium.
mouebať.Nā a foetore bruta nō aufugiūt,& si appones pulcherrimos colores equo,asino,boui aut cani tuo,non mouebiť, sic nec de cantu & odore.Ab aluī itē foeda pluuię aut excrementis pecora non Ad.j.argu.
aufugiunt.¶Ad primam obiectionem in oppositum,nego pauonē gaudere in visu plumarū,quia eo
ipso in pēnis alterius pauonis gauderet,quod non percipimus,delectatur autem quia habet illas pennas.Sicut referunt foeminā non gaudere in visione pulchrę foeminę,sed viri, sed si seipsam pulchrā
in speculo contemplatur,quia pulchritudinem habet gaudet.Licet homines in obiecto visus etiā nō
relatiue delectentur,valeat analogia partim ad manuductionem. ¶Ad secundam rationem dicitur
q̄ odoratio canum videtur referri ad tactum,olfactio ad venerea explenda. ¶Ad secundum dicitur Ad secundū
& hoc sufficit pro omnibus q̄ raro illud euenit vt bruta in hisce tribus sensibus non referēdo ad alios sensus delectenť. ¶Ad tertiū etiā diciť q̄ auis est disciplinabilis & ab instinctu naturę canit,& nō Ad tertium.
qoía voluptatem in suo cantu capit,sic stornus,psittatus,coruus & aues disciplinabiles canūt & loquūtur.¶Ad quartum concedo holorem moriturum suauissime canere:iuxta illud Nasonis.Sic vbi fa- Ad quartū
ta vocant vdis abiectus in vndis.Ad vada Męandri concinit albus holor.

¶Circa voluptates igitur tales temperantia intemperantiaq; versatur,quę quidem & cęteris animalibus sunt cōmunes.Quocirca seruiles & ferales esse videntur,hę autem sunt quæ tactu gustuq; suscipiuntur.At enim & gustu intemperantes parum,vel minime vti videntur.Gustus enim officium,saporum iudicium est. Quod quidem ii faciunt qui vina pbāt,
& epulas condiunt.Non nimium autem hisce gaudent intemperantes,sed voluptate , quæ
fit omnis per tactum,& in æsculentis ac poculentis , & in iisce quæ venerea nuncupantur.
Quapropter & quidem voluptatibus deditus epularum (Philoxenus quidā Erycius) pre- Philoxenus
catus est,vt longius sibi guttur q̄ gruis fieret,propterea q̄ tactu delectabatur.Sensuum igi- collum gruis optauit.
tur maxime cōmunis est is,circa quem intemperantia versatur. Atq; propterea iure vituperanda esse videtur,q̄ hominibus non ratione qua homines sunt,sed qua animalia , accidit.
Talibus igitur gaudere,maximeq; talia amare,ferale est.Etenim liberalissimę voluptates quę
per tactum proueniunt,exceptę sunt.Vt ea quę in ludis ac certaminibus per fricationē calorēq; fiūt.Nō eñ intēperās tactus circa vniuersum est corpus,sed circa quasdā corpis partes.

¶ Sequitur in litera, Circa voluptates igitur temperantia & intēperantia versantur, quae cęteris animantibus sunt cōmunes, hoc est temperātia & intēperātia sunt circa voluptates gustus & tactus. Probatur hęc cōclusio sic. Tēperātia & intēperātia sunt circa aliquas voluptates, ex p̄dictis, & nō sūt circa delectationes hoi p̄cise addictas, vt aiales & triū aliorū sensuum: igitur temperantia & intemperantia sunt circa delectationes, in quibus reliqua animalia communicant, quae sunt gustus & tactus. Et propterea corollarium lepidum & notatu dignissimum infert dicens. Quocirca intemperantiae voluptates seruiles sunt & brutę, quia illud cum quo in pecoribus cōmunicamus est nobis seruile & vita pecudum. Deinde ponit aliam conclusionem dicens, Gustus ad intemperantiam perpaucus aut nullus est vsus, tactus autem plurimus. Nempe gustus officium est sapores discernere, vt faciunt pitisando vinū probantes, & qui epulas condiunt vt sunt archimagyri in popina, sed in his rebus in sapore solū non plurimum intemperantes delectantur, sed ea voluptate quę in esculenti & potus contactu habetur & in rebus venereis, quapropter voluptatibus defluens Philoxenus ericius deos precatus traditur vt longius sibi guttur q̄ grui fieret, ob idipsum q̄ tactu delectabatur, linguam latiorem bouilla non petijt. quia voluptas gustus est exigua nisi pro quanto ad tactum ordinatur. Erix est mons Siciliae & ciuis etiam eiusdem. iste vappa erat siculus genere, hūc inter cupediuoros gulę proceres antiquitas posuit: ergo conclusio vera, quae dicit q̄ gustus perparum ad intemperantiam conducit, hoc est signum q̄ iste pultiuorax magis delectabatur in suorum pultium tactu q̄ gustu. Temperantia & intemperātia sunt in gustu secundario & minus principaliter, quia in lingua est discretio cibi aut potus si sit delectabilis tactui, & tunc homo tali alimento & potu vtitur. Postea ponit conclusionem finalem huius capitis, quae est haec. Intemperantia est vitium maxime ferale, vile & exprobrabile, & ab hominis natura extraneum. Probatio. Illud vitium quod spectat ad sensum communissimum, in quo cum belluis communicamus, est istissimum, sed sic est de intemperātia, quia est circa sensum tactus qui inter omnes sensus est communissimus, tum quia omni animali cōuenit. gustus solum linguam habentibus conuenit, tum quia cuilibet corporis parti inest. Non ergo ab re est vitium reprehensibile & ab hominis natura (qua homo est) alienum. Non cōuenit hominibus eo q̄ homines sunt, hoc est per aliquid praecise hominibus addictū, vt est rationale & risibile quo a pecudibus seiungitur, sed quia sunt animalia competit. Talibus ergo vitium inuolutum esse est brutum & ferale. ¶ Remouet deinde dubitatiunculam qua ambigi potest an temperantia & intemperantia sint circa omnem delectationem quae in sensu tactus euenit. Et negatiue respondet inquiens. Liberalissimas corporum voluptates quae per tactum eueniunt, semper excipimus, vt quae in ludis & certaminibus quae per fricationē, & quae per calefactionem fiunt. Dicit has delectationes liberalissimas hoc est comparatiue ingenuas, licet brutis conueniant. Alię voluptates circa quas sunt temperantia & intemperantia sunt seruiles & viles. Vel hic ponit̃ conclusio in qua reddit causam cuiusdā dicti .s. Gaudere sensu tactus est ferale. Ponit cōclusionē quomodo id intelligi debeat. Hę partes corporis determinatas vēdicāt, illę vero p totū corpus expādunt̃. Has enī ptes os & mēbra pudibūda cōsulto nō noiauit, q̄a fœda sunt & inhonesta & ideo cum circūloquutiōe depromēda. Verborū obscœnitatē etiā in sugillādis vitijs cōsulto deuitam⁹, eapropter puerorū p̄ceptor Alexāder pedo verbū nō noiauit, sed circūloquēdo dixit, q̄d turpe sonat fit in edi. Si alibi dixerit Mando cū pedo rudo carуere supinis, nihil ad nos. Quia ruditer ad vulgus hac manuductiōe vtimur. Nec nobis q̄ has ptes noiamus erit indecorū cū scripto & explicationis gratia

Dub. duo. (quia lucidi esse laboramus) id depromamus. ¶ Circa literā dubitat̃ primo, quare voluptas innata sensui tactui & gustui sit maior q̄ alijs sensibus. ¶ Secūdo an intēperātia sit vitiū maxime exprobrabile

Ad primum sicut philosophus dicit. ¶ Ad priorē dubitationē r̄n̄det̃ q̄ hoc est ad cōtinuationē indiuidui & speciei. Nā ob veneris fœditatē nulli pl⁹s p̄pagationi operā darēt, teste Auicēna, nisi voluptas concomitaret̃

Ad secundū. actū, sicq̄ est in cibo & potu. ¶ Ad secūdā dubitationē r̄ndet̃ affirmatiue patet auctoritate phi̇ i lr̃a. Si in brutales voluptates hō descēdat belluis cōfert̃, secūdū illud Psalmistę, hō cū in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumētis insipiētib⁹, & similis factus est illis. Viri decus & rationis acumen obfu-

Obiectiones duę. scat tollitq̄. Vocaturq̄ vitium puerile vt in vltimo capite huius tertij videbitur. ¶ Contra illud argumentor. Peccata magis vulgaria minus sunt exprobrabilia, hinc latro inter latrones infamię notam non incurrit, sed intēperātia est cōmune peccatū: igitur. Secūdo, blasphemia, homicidiū, & insu-

Ad priorem dra sunt grauioris culpę q̄ intemperantia: ergo sunt vitia magis exprobrabilia. ¶ Ad priorē obiectionē respondet̃ q̄ cōsuetudo peccati diminuit infamiā apud improbos, nō t̄n̄ apud sapiētes & illo vitio

Ad alteram. nō irretitos, nec secundum naturam vitiorum. ¶ Ad secundam dicitur q̄ vitia carnalia quae sub intemperantia continentur licet sint minoris culpę (vt dicit Grego. in moralibus) sunt tamen maio-

Quęstiones tres. ris infamię. ¶ Circa materiā ieiunij quęrit̃ an quoties homo in die ieiunabili comedit vltra vnā refectionem toties peccat. Secundo circa illam materiā quis pōt in ieiunij fractiōe dispēsare, in causa an-

Ad primam cipiti. Tertio an vitam abbreuiās volēs corpus mortificare peccet. ¶ Ad primā r̄ndet̃ negatiue, quia cū ieiuniū est fractū iam nemo pōt id ieiuniū seruare, q̄re postea comedens nō peccat, nisi comedat ci-

Ad secundā. bos toto illo die vetitos, vtpote carnē aut oua in q̄dragesima q̄ p̄cepto negatiuo vetant̃. ¶ Ad secūdū respōdet̃ q̄ licet hęc lex sit sup̄mi pōtificis, nō t̄n̄ est hō obnoxius eū p̄ dispēsatione semp adire, q̄a tēpus ita faciēdi aduersat̃, & cōsuetudo est inducta ad hoc. Et licet lex ieiunij sit vniuersal'r lata, t̄n̄ multę p̄sonę euidēter excipiunt̃, de q̄b⁹ minime ambigit̃. In casu dubio sufficit adire sup̄iorē, vt episcopū, curatū, vel aliū circūspectū in arte eis deficiēte. Nec ille eos ad eorū cōsciētias remittet, dando eis scrupulū. Permutet ieiuniū in septē Psalmos legendos aut in eleemosynā dandā, si opulētus sit. Eodē modo episcopus in qualitate ciborū dispēsat admittēdo butyrū in quadragesima, q̄n est olei pœnuria.

¶Ad tertiũ dicit̃ q̃ si fiat ex ignorãtia inuincibili corpus volẽs castigare,nõ est peccatũ vllũ:sin aiad= Ad tertiũ.
uertat se excedere in vitę abbreuiatiõe notabiliter,licet credat se bñ agere,peccat saltẽ venialr̃,a mor=
tali aũt pia intẽtio & aliq̃lis ignorãtia eũ excusant.In aliqb⁹ vita repẽte exponit̃ morti, vt i bello iu=
sto:actus eñ ille morã nõ patit̃,aliud aũt est in his actibus. Adde etiã q̃ cũ plures gula q̃ gladio peant,
paucos sic deficere vidẽt,& ita est eis bona ignoratio.Hilarion in frugaliũ schola celebris se macilentũ
ieiunio fecit,sed cũ impetiginẽ & corporis squalorẽ ob abstinẽtiã incurrisset,illi pastui nõnihil adiecit
vt a labe pc̃ti caueret. A posteriori morbo supueniẽti edoctus erat se nõ posse ita durare:& si vlterius
in hac arctitudine vitę pcessisset,peccasset. ¶Dubitat̃ an circa latitudinẽ alicu⁹ virtutis põt dari ex= Dubium.
tremũ nõ vitiosum.¶Respõdet̃ q̃ sic,qñ ex actib⁹ cõsilij habitus emergit,tota latitudo tẽperãtiæ re= Responsio.
gularis ponat̃ esse a duob⁹ ad octo,ita q̃ licet Socrati in die tãtũ comedere,ita q̃ si citra duos gradus
comederet esset insensibilitas.& si plus q̃.viij.esset intẽperãtia, tũc abstinẽtia capit ꝑ sua latitudine ptẽ
illius toti⁹ latitudinis,vtpote a duob⁹ ad.v.gratia exẽpli,si plus comedat Socrates q̃ qnque trãscẽdit
totã latitudinẽ abstinẽtię,& nõ peccat,ergo abstinẽtię extremum erit cõflatum ex nõ vitio & vitio. A
quinq; ad.viij.est virtus,q̃ est mediũ alicuius virtutis,& sup hoc est extremũ & nullo mõ mediũ. Epi=
logando dicim⁹ Aristotelẽ pbelle in hac materia philosophari & gñosum ordinẽ tenuisse.Primo eñ
aiebat q̃ tẽperãtia ac intẽperãtia circa voluptates insudãt nõ dolores. Scdo q̃ circa corpea oblectamẽ
ta & nõ circa oĩa,sed solũ illa q̃ tactu & gustu pueniũt,& magis circa tactũ q̃ gustũ,imo nõ circa gustũ
vt gustus est,sed tactus est quidã.& circa voluptatẽ tactus in determinatis partib⁹ corporis,& nõ circa
totale corp⁹,vt in pruritu scalpẽdo & sudãdo.In cibo abstinẽtia,in potu sobrietas,in venereis castitas,
in oculis pudicitia dici põt.¶Heres de illo qd̃ in principio capitis tãgit̃ vbi dicit̃. Fortitudo ac tẽperã Dubium.
tia sunt in appetitu sensitiuo.Diuus eñ Thomas prima secũdę q̃stione.50.&.56.ponit fortitudinẽ ac
tẽperãtiã in parte irrationali tm̃.s.in appetitu sensitiuo. Sine ei⁹ cõfutatiõe respõdet̃ q̃ tã in pte rõna= Responsio.
li q̃ in appetitu sensitiuo istę duę virtutes inueniunt̃,nec hñt affectus ꝑ obiecto plus q̃ iustitia aut libe
ralitas.Stat eñ nullã ꝑturbationem hoi inesse,sed oẽm esse penitus sedatã.& esto q̃ insit , volũtas pro
suo arbitrio suos actus in cibum,potum,pugnam & cętera id genus applicat.

Tract.III. Cap.II.& Lib.III. Cap.XI.



CVpiditatũ autẽ alię cõmunes esse vidẽtur,alię ꝑprię atq; adiunctę. Alimẽti Cupiditates varię.
nãq; cupiditas,naturalis est:oẽs enim cũ indigẽt nutrimẽto,siccũ aut humi
dũ alimẽtũ,& nõnunq̃ vtrũq; cupiũt,cubile etiã cupit(vt inqt Homerus)
iuuenis atq; vigẽs.Nõ aũt oẽs tale vel tale,vel eadẽ cupiũt: quocirca nostrũ
idipsum esse videtur:habet tamen & aliquid naturale.Alios enim alia dele
ctant,& quędã quibusdã magis (q̃ alia quæcunq;) sunt voluptati.Hæc cũ
ita sint,in naturalibus quidẽ cupiditatibus pauci peccãt,& ad vnum,ad ipsum inquã plus.
Cum enim quispiam quęuis comedit,aut bibit donec impleatur,superfluo fit tum rei natu
ralis exuperatio multitudine.ipsa nãq; naturalis cupiditas,indigentię est repletio.Quapro=
pter hi furẽtes circa ventrẽ dicuntur,quia vltra q̃ oportet ipsum implent atq; refarciũt.Ta=
les aũt ii fiunt qui mãcipiis sunt psimiles. At circa ꝑprias cupiditates,complures hominũ,
multisq; modis delinquunt.Nam cum talium amatores ex eo dicantur,quia vel gaudent q= Intemperantes.
bus nõ oportet,vel magis q̃ vt ipsi multi vel non vt oportet:in vniuersis intemperãtes exce
dunt.Gaudẽt enim quibusdã quibus nõ oportet gaudere,quippe cum sint odio digna, & si
talium quibusdã oporteat gaudere:magis illis gaudent q̃ oportet:& q̃ vt ipsa gaudet mul=
titudo.Eam igitur exuperationẽ quę est circa voluptates, intẽperantiã esse & vituperabilẽ,
constat.¶Circa vero dolores:nõ vt in fortitudine,sic in ipsa temperantia fit , vt temperans
quidem dicatur quispiam ferendo dolores,intemperans autem non ferendo.Sed intemperãs
quidem ex eo dicitur,quia dolet magis q̃ oportet,cũ voluptate non potitur,atq; ipsum do=
lorem affert ei ipsa voluptas.temperans autẽ ex eo,quia absentia rerum earum quę efficiũt
voluptatem non dolet,illisq; abstinet.Intemperatus igitur ea oĩa quæ afferunt voluptatem,
vel ea quę maxime concupiscit,& a cupiditate adeo ducitur,vt illa cęteris omnibus antepo
nat,quapropter & non adipiscens & cupiẽs dolet,cupiditas enim est cũ dolore. Absurdo au
tem est persimile ob voluptatẽ dolere.Atqui deficientes in voluptatibus & minus gauden=
tes homines q̃ oportet,non nimiũ fiunt. Non est enim insensibilitas talis humana: etenim
animalia cætera cibos discernunt,& quibusdam quidem gaudent,a quibusdam vero abhor
rent.Q; si quis sit cui nullus prorsus est voluptati,nec vllus ab alio differt,is longe ab homi
ne distat.Nomen autem nõ habuit talis,quia non facile fit. Vir autem tẽperans in his me=
diocriter sese habet.Nec enim iis gaudet,quibus intemperans maxime delectatur , sed poti=
us moleste fert. Nec iis omnino quibus delectari non decet,nec vehementer vllis rebus hu=

huiuscemodi delectaẽ:neq; si absint,dolet,neq; cupit:nisi mediocriter semper, nec magis q̃ oportet,nec quando non oportet: vlla res omnino talis ipsum delectat . Mediocriter autem & vt oportet,eas res appetit,quæ voluptate quidem afficiunt, ad sanitatem autem & bonam corporis habitudinem conferunt,& res cæteras voluptatis effectrices identidem,si nec impedimento sint dictis habitibus corporis,nec honestatis cancellos , nec facultatum metas egrediantur.Nam qui ita sese habet magis q̃ dignum est , eiusmodi voluptates amare videtur, at temperans non est talis,sed ita sese habet,vt ipsa ratio recta pręscribit.

CVpiditatum aliæ sunt communes & naturales,aliæ vero sunt propriæ & appositæ. Exemplum primi:Vt naturalis cibi cupiditas. Omnes enim alimento sicco,qui cibus, aut humido,qui potus est, nonnunq̃ indigent : et aliquando vtrunq; auent . Et cubile etiam cupit (vt Homerus ait) Iunior atq; florens:hoc est lectum ad dormiendum in cubiculo Quia enim tales plus mandunt ob sustentationem & crementum,eos plus dormire est necessum. Nec inter hoc cubile & illud ea tempestate discernunt , prouectæ vero ætatis de cubili tempore locoq; discernunt . Cupiditates propriæ sunt,quas non omnes cupiunt:sed quod vnicuiq; tale esse videtur,licet aliquid naturale contineat:nõ enim singuli tale vel tale vel eadem desiderant,sed hic perdite amat gruem,hic phasianum,ille carnẽ bubulam suillamve.Quocirca nostrum particulare id ipsum esse videtur:naturale tamen est indiuiduo,& non toti speciei.Deinde ponit primam capitis conclusionem dicens.Circa cõmunes cupiditates pauci peccant,& vno modo dicit litera,& ad vnũ ad ipsum inquã plus, hoc est solũ vno modo capiendo plus q̃ par sit.Ventrem nimis referciendo,aliqui primo apposita more lupi deuorant ad facietatem,mandant quo ad ventrem distentant.Circa vero proprias multi delinquunt & multis modis Cum enim quisq̃ bibit & comedit quęcunq; quoad excessu repleatur,fit exuperatio cupiditatis communis plusq̃ par sit accipiẽdo. Porro repletio naturalis indigentię quędam communis cupiditas est propterea qui se hac via plusq̃ æquum sit referciunt ventri addicti,circa ventrem furentes,& gastrimergi dicuntur:& qui tales sunt mãcipijs persimiles sunt aluum sine discretione replentes. Tales autem sunt perpauci & circa maiores nutrimenti copias delinquunt. ¶ At qui proprias cupiditates sequuntur & eas amant,peccant gaudentes quibus non oportet,& sic de alijs circũstantijs.Gaudent inquam quibus non oportet gaudere,quippe cum sint odio digna gaudent, vtpote cum intemperãter, & splendidius æquo comederint:& illud est suapte natura odio dignum.Pręlatum pingue sacerdotiũ habentem laudat dilitium vulgus,si mẽsam Sardanapali regis luxu perditi,aut alterius diuitis epulonis teneat.Et si tallum quibusdam gaudere oportet magis gaudent q̃ liceat,& plus gaudent q̃ multitudo hoc est nimis intense in gradu & ardenter.Licet de gradu est difficultas.De istis dicitur.Quorum Deus venter est.Quidam delicatos pisces,rombos,lupos,soleas, non esitant nisi butiro & salsamentis gulę irritamentis pręparentur,vt dicebat ille lurco,perdicis obesę pectus mandens siue salsamẽto. Ecce quãta patimur p amore Christi. Alij frugalioris instituti,famẽ cõdimẽtũ gratissimũ, solã adhibẽt.¶ Seqẽ scḋa cõclusio. Dissimiliter tẽperãtia & intẽperãtia sunt circa dolores,& ipsa fortitudo. fortis est patiẽdo dolores,quos meticulosus abhorret. Sed qs nõ est tẽperãs ferendo dolores,intẽperãs tñ nõ ferẽdo,sed intẽperãs citius ex eo dicitẽ,qa magis dolet q̃ par sit quoties voluptate nõ potitẽ,atq; dolorẽ affert ei ipsa voluptas.Et cõtra tẽperãs eo ipso q; voluptatũ absentia nõ torq̃tur,& q; p̃sentib⁹ abstinet.Intẽperãs vero cõcupiscit voluptuaria oĩa,vel ea q̃ maxime:& a cupiditate adeo ducitẽ vt illa cęteris oib⁹ anteponat,q̃propter cõcupiscẽs & nõ adipiscẽs torq̃tur,cũ dolore eñ cupiditas est.Hoc est tota ejus vita est anxia & ęrũnosa. Postea dicit. Absurdo aũt est p̃sse ob voluptatẽ dolere,nihilo tñ secius est verũ q; voluptas habita nõ generat dolorẽ,sed sua absentia est causa priuatiua tristitię:vt absentia naucleri est causa submersiõis nauis in vndis.Duplici pœna hi lurcones afficiuntẽ. Ex vẽtris eñ ingluuie vel crapula ¶ Seqẽ morbus & dolor,qa vt dicit Horati⁹,nocet empta dolore voluptas,& si nõ potiaẽ cõcupito torq̃tur. Masinissa Numidarũ rex centũ annos natus corã tabernaculo stãs in meredie frugaliter vel stans vel ambulãs comedebat,vt suos ad temperantiã inuitaret.Cyrus maior Darius & Põpeius Romani duces a tẽperãtia plurimũ laudanẽ.Ebrias mulieres morte Romul⁹ plectebat, cogebatq; mulieres viuere ita abstemias ac si bibissent de clitorio fonte Arcadiæ,de quo si quispiã biberit (vt poetę fingũt) vinũ oĩne oderit.Dicẽte Nasone. Clitorio quicũq; sitim de fonte leuarit. Vina fugit,gaudetq; meris abstemi⁹ vndis.¶ Seqẽ tertia cõclusio.In voluptatib⁹ deficiẽtes & in ijs minus q̃ oportet gaudẽtes vix repiuntẽ.Hoc est sunt rari.nõ est humana hmõi insensibilitas,cũ cętera aĩalia cibos discernãt & qbusdã gaudeãt alijs nõ gaudeãt.Pinguib⁹ nõ vescitẽ feles seu murilegus,q̃ canis capit, & mẽtas hęrbas equus aspnaẽ,q̃s auide bos legit.Tãto magis discernit cibos hõ.Q: si qs repiẽ cui nullus cib⁹ oblectamẽto sit,& q vnũ alimẽtũ alijs nõ p̃ponat, hic lõge ab hũano viuit ritu.Nomẽ nõ habuit talis,qa nõ facilę iuenitẽ.¶ Ex his qs tẽperãs sit nõ difficile est dep̃hẽdere. Tẽperãs aũt mediocriter se habet circa hęc,hoc est circa dolores & voluptates.Siqdẽ oĩno nõ gaudet qb⁹ gaudere nõ decet, vt qb⁹ intẽpat⁹ potissimũ delectaẽ,verũ poti⁹ moleste fert,& si gaudẽdũ ẽ nõ vehemẽter i illis oblectamẽtũ capit,nec ampli⁹ q̃ rõ dictet:nec si absit,dolet:nec cupit nisi mediocriter:nec vlla res p̃sus talis ipsum delectat sec⁹ q̃ op;,& voluptates q̃ ad bonã valetudinẽ corpis cõducũt appetit,& res cęteras voluptatis effectrices appetit,mõ corpis valetudini nõ aduersanẽ,eiusq; ipedimẽto nõ veniãt, nec honestatẽ offendũt,nec honestatis limites trãscẽdãt,nec facultatũ metas trãsgrediãẽ. Porro q i his se habet magis q̃ dignũ sit,voluptatẽ plus q̃ ęquũ est amplectiẽ,sed tẽpans neq̃q̃ talis est, sz talis vt ipsa recta

ratio pſcribit. ¶ Circa hāc literā dubitatur, Primo, quare dicitur cōcupiſcētiæ cōes, & quare propriæ. Dub. v.
Secūdo quem cibū appetitus ſenſitiuus appetit in abſentia. Tertio, quomodo cognoſcitur latitudo
temperantiæ. Quarto, an viris perfectis & ſanctis neceſſitas ſit regula viuendi. Quinto, an voluptas
in cibo incidens ſit peccatum. ¶ Ad primā dubitationē dicitur, ꝗ ſunt cōmunes quia naturales, totū Ad primū.
genus aut ſpeciem cōſequētes, vt cibi & potus concupiſcentia ad ſubueniendū indigentię naturę. Eſt
vnū peccatum in hoc plus capiendo ꝙ natura requirat, proprię concupiſcentiæ cōſequūtur ſolum in-
diuiduū, ſiue ab habitudine naturali. ſiue electione, ſiue cōſuetudine, & in hoc homines non parū di-
uerſificantur, ſecūdū mores hominū, qui vbiuis gentiū variantur. Mille hominū ſpecies & rerum diſ-
color vſus. Aliqui boleton, tubera, ranūculos, aut teſtudines suide comedunt, & humanas carnes ſcy-
thæ quidam, nō aſpernātur. ¶ Ad ſecūdā reſpondetur, ꝗ brutum appetit cibum illum cuius recor- Ad ſecūdum.
datio ſenſitiua habitualis eſt in eius ſenſu: quælibet enim potentia appetitiua eſt ſua cognitiua, po-
tētia guſtatiua appetitiua appetit auenam cuius ſpecies eſt in guſtu equi. Senſus eſt ſingulariū. Prima
fames vel ſitis in animali nō eſt appetitus cibi aut potus, cum nullus ſit ſenſatus: ſed ſi producatur
animal cibi nō indigum temporis interuallo animal ipſum quādā tędioſam alterationem in ſtoma-
cho ſentit: & in illius reuelamē remedium procurat, & cibo aut potu habito poſt ea appetit vti ſupe-
rius retulimus. ¶ Ad tertiam dubitationē reſpōdetur, ꝗ capitur cibus ſufficiens corpus augmētare Ad tertiū
ad cremētū vſq;: poſtea capiatur paſtus ſufficiens ipſum manutenere & alere, paucis & minimis natu-
ra cōtenta eſt. Tam cibi defectu ꝙ eius exceſſu corporis harmonia diſſoluitur. Ex præteritis quando
quiſpiam bene ſe habuit & in morbum ob intemperātiam & inſenſibilitatem lapſus eſt, poteſt illud
apprehēdere. Habeat reſpectum ne cū corporis incolumitate anima infirmetur vitijs. Caro eſt hoſtis
domeſticus quē oportet in ſeruitutem redigere, ſi inſolens fuerit: & ſi id temporis infirmitate labo-
retur, prudenter actū eſt. Dicit enim Apoſtolus. Cum infirmor, fortior ſum. Infirmus corpore ſanus
mente: & illa eſt hominis prę́ſtātiſſima valetudo: ſed quia corpus eſt animæ inſtrumētū & equus, ſine
quo homo non viuit: ſuper quem (vt ita loquar) anima equitat: nutriatur ita vt non recalcitret: &
tūc erit bona politia in toto homine. Non hortor corpus in nihilū redigere: quia ille non eſt bonus
politicus, qui ciuem occidit ſine quo viuere nequit. Ea propter mentem ſanā in corpore ſano, quidā
ſapiens optauit. Ex corporis & partium eius diſcraſia a nobiliſſimis ſuis affectibus anima impeditur.
Non comedat cibos in patria ſua abominabiles habitos extra neceſſitatem: vt in Britannia non
comedunt teſtudines, ranūculos, boletos, carnes humanas, & cętera id genus: quia hoc eſſet honeſtatis
cancellos tranſcendere. Nam illi cibi conſuetudine ſunt vetiti. Idē q; eſt ac ſi aliqua lege prohibeātur.
Ergo eſt intemperātię carnibus diebus venerinis veſci, vel abſtemijs merum bibere: quia oppoſitum
voto emiſerunt. Quarto, ſuas vires in ciborum præparatione nō tranſcendat. Nā inops & ignobilis
etiam opulentus perperā agit opipare more opulenti nobilis comedēdo. Si quis tamē morbo laborat
iam caſus neceſſitatis occurrit, quæ legem non habet. ¶ Ad quartam dubitationem, Martinus affir- Ad quartū
matiue reſpondet. ¶ Contra hoc argumentor. Cuicūq; ad temperantię latitudinem ſufficiūt illa quæ
retulimus: ſed ea perfectis ſicut imperfectis cōueniūt. Perfectus inquam habet latitudinē diuiſibilem
in qua ſi manet, nec animæ nec corpori oberit &c. ¶ Contra illud obijcitur. Sācti & perfecti viri hoc
habent pro regula quod alij nō habent niſi pro conſilio: ſed neceſſitas eſt imperfectis viris de cōſilio,
ergo eſt perfectis de præcepto. Secūdo ſecūdū diuū Bernardum in via morum nō progredi retroce-
dere eſt: igitur nō procedendo cōtinuo ad mediū ſtrictioris latitudinis peccat. Has rationes Martinus
in ſuo libro de temperantia facit ad cōcludendam cōcluſionem oppoſitam reſponſioni noſtræ. Ad
priorem igitur reſpondeo, vtrāq; præmiſſam negādo: primo maiorem. Stat enim aliquē hypocritā
& malum, habere minorē latitudinem ꝙ hūc ſanctū aut illū: ex parua enim comeſtione quotidiana
ipſe redigit ſe ad paruam latitudinē: ita ꝗ ſi multū comederet ei noceret. Secundo, minor eſt falſa:
cōſilium eſt de meliori bono, & ſtat ꝗ capiendo ſolum ſecūdū neceſſitatē non eſt ei de meliore bono.

Secūdū argumentum eſt nullum: ipſum probaret ꝗ homo perfectus teneretur adire nō gradum
latitudinis: & ſic de nihilo viuet. Bernardus intellexit nō procedere quando homo tenetur, eſt retro-
cedere per omiſſionem. Adhuc inſtatur pro eo. Perfectus & eremicola ſi tātū comederet quantū intē-
perans male ſe haberet in corpore: ergo latitudo temperantiæ eius eſt anguſtior ꝙ latitudo alterius.
Quarto, veniale in imperfecto eſt mortale in perfecto: ergo latitudo temperātiæ eſt ſtrictior perfecto
ꝙ imperfecto. Reſpondetur, ꝗ hoc prius argumētum eſt nullum. Fateor enim aſſuetum multum
comedere & habere ventrē diſtētum, & hūc poſſe plus manducare ꝙ alium, nec poſſe ita paruo ſatiari.
Conſuetudo enim comedendi in naturam cōuertitur. ſicut aſſuetus quotidie iter facere poteſt plus
itineri facere ꝙ nō aſſuetus ſine iactura. ſemp loquor de latitudine medij quæ in varijs variatur. Nō
eſt idem mediū in Milone & in ludi magiſtro: ſic nec eadē in robuſto aut intemperato & valde tēpe-
rato: ſed illud nō prouenit a ſanctitate & perfectione. Ob memoriam paſſionis dominicę ferijs ſexta
carniū eſus eſt vetitus: qui illo die niſi natalis dominicus eo venerit carnes ſciēter manducās, peccat.
Propter intemperantiā introductus eſt ciborum delectus ab eccleſia, impij dogmatiſtę iam pullulant
Paulinas epiſtolas in oppoſitum (vt aiunt) introducētes. Dicit enim ſacer Paulus ad Timotheum:
non eſſe abſtinendum a cibis quos deus creauit. Omnis enim creatura dei bona eſt: & nihil reijciēdū
quod cum gratiarum actione percipitur. Reſpondetur ad hoc ꝗ Paulus euangelii tuba loquitur cō-
tra eos qui ſtudioſe delectum ſeruabant ciborum more legis Moſsicæ. Inſudabat enim diuus Paulus
ad antiquandam legem Moſsicam legis gratiæ vmbram. Proceres autem eccleſiæ alijs de cauſis dele-
ctum ciborū introduxere, vt diebus venerinis ſabbatiniſq; & in quadrageſima, vt homines laſciuā

carnem macerent. Ad quartum, nego ꝙ veniale in imperfecto faciat mortale in perfecto.

Dub. ¶ Dubitatur, in quibus stet latitudo tẽperantiæ. Respõdetur, ea latitudo a quatuor dependet. Primo a corporis incolumitate vt capiatur ad eius alimoniam & nõ vltra: proinde charissime fili alimento temperate vtitor. Secũdo, a bona animæ cũ corpore harmonia, si fuerit inter hęc diaphonia, cõpescat corpus, vt animæ pareat. Tertio, vt honestatis cancellos nõ trãsilias. Multifariam id expono omnem coitum nisi vxorium vitato. Nempe omnis talis honesti cancellos egreditur: nec casum admitto quo carnalis cõmixtio ad vitæ conseruationem requiratur. Enucleo casum sic. Sanus abstinentia corpus macerabit necnõ mortificabit, atq; infirmo coitus valde nocet. Secundo, locupletẽ mercatorẽ ita opipare pasci atq; príncipẽ est indecorũ: honestatis enim cancellos ea mãducatio transilit: nec mediocris in fortunis potest ita opipare refici vt opulẽtus. Talis enim in se in vxorẽ, in liberos, in amicos, ac in rẽpublicã exorbitat. Talis enim heluo extra infirmitatẽ si suas opes in mare pręcipitaret sane delinqueret: nam extrarijs suis bonis cũ discretione eũ vti oportet: expedit enim reipublicę vt re sua quisq; decenter vtatur. Sic qui carnes in vigilijs ac festis nostræ dominæ in Britannia manderet decori gyrum transgrederetur: est enim cõtra patriæ cõsuatudinẽ. Nec honeste ageret nũmosus boletos aut ranũculos præter cõsuetudinẽ regionis esitans. Insuper cibũ tali tempore vetitũ ne tangito: quocirca comedentes carnes quadragenario ieiunio, cancellos honesti transgrediũtur: sic omnis comestio ea tẽpestate incõcessa. Quarto, nõ supergrediaris metas opũ tuarũ. Pauper enim intẽperãter agit ita laute exponẽdo in escis sicut locuples: & ignobilis sicut illustris. Plerisq; videt̃ ieiuniũ ecclesiæ abijciẽdũ esse sicut nõc nõnulli deprauati moliũtur: asserentes ob quadragenariũ ieiuniũ homines bonã corporis valetudinẽ perdere, & ipsum esse a Neotericis inuentũ. Respõdetur illis, ꝙ hoc ieiuniũ longa vetustate augmentũ assumpsit. In quadragenarij ieiunij fronte in canonicis horis hoc ex Augustino legimus qui dicere videtur ipsum ex institutione domini fuisse institutum: hoc intelligo quoad typum, quia quadraginta dies & noctes in deserto Iudęæ ieiunans mãducabat nihil. Hieronymus de eo etiã facit mẽtionem in epistola ad Marcellam, vbi reprobans Montanos, ait nos vnã quadragesimã secundum traditionẽ Apostolorũ toto anno, tẽpore nobis cõgruo ieiunamus. Et beatus Ignatius episcopus Antiochenus Apostolis cõtemporaneus tradit quadragesimã circa Apostolica tempora fuisse institutã. Patet in quarta eius epistola quæ est ad Philippẽses vbi sic ait. Dies festos nolite inhonorare: quadragesimam vero nolite pro nihilo habere. imitationẽ enim cõtinet dei cõuersationis. Aliqui Thelosphorum ipsum instituisse prodũt. sed quo iure illud ieiuniũ sit institutũ alibi locupletius diximus. Ex his liquet eius antiquitas: vtilitas autẽ patet, nã ieiuniũ est laboriosum & corporis insultus nobis intraneos compescit: eiusq; petulantiã refrenat. Carnalis lasciuiæ cõpressio & carnis subactio spiritui, maximopere nobis cõducit. Et opus quãto poenosius paritate data tanta est deo acceptius. Itaq; ieiuniũ carnis petulantiã spiritui subigens, & laboriosum est magni pręmij meritoriũ: iccirco Epicurei piscium & vitę frugalioris osores frenũ labijs imponãt & virulẽtã linguã in ecclesiã exacuere desistãt. Ecclesia autem inopes, languidos, cæterosq; imbecilles ad ieiunium quadragesimale haud astringit.

Dub. ¶ Ambigitur an insensibilitas sit possibilis & deterius vitium q̃ intẽperãtis. Respondetur, ꝙ insensibilitas vix est humanũ vitiũ. Belluę enim cibos salutares ab insalubribus discernũt: inclusa vacca vrticas ac alias hęrbas edit: quas caballus minime comedit. Cardones stolidus asellus comedit quas alia pleraq; bruta recusant: ac homines in gustu tactuq; satius iudicãt: nobilissimus enim tactus homini inest, at gustus est particularis tactus. Nihilo tamẽ minus insensibilitas tẽporibus quibusdam haud deest, crimine hypocriseos paratur: si superior arctam temperiẽ magnipendet, inferior cautus & ambitiosus in id vitiũ ad tẽpus vt exaltetur incidit. Secundo, mala habitudine corporis eã incurrit, vt morbo ore ac poris terrisi humoribus repletis cibi interea sunt illi nausęæ atq; fastidio. Tertio, erroneo iudicio insensibilitatẽ incurrũt. Natura eñ paucis authore Boetio est cõtẽta: iste autem nimis parũ, sufficiẽs censet, ac paulatim sic morbum cõparat. At ignoratio potest esse vincibilis, & tũc nõ a toto excusat: sin aliter, prorsus lapsum eleuat. Ad secũdam partẽ quęsiti dicimus, ꝙ exprobrabilior insensibilitate cũ intemperãtia atq; cõmunior malarũ filiarũ parens: & signãter spurcę libidinis. Strictam tẽperãtiã cũ insensibilitate vulgus hominũ ad sidera tollit, attamẽ illa est homini perniciosior: iudiciũ eñ percutit atq; inflat, insaniẽ demũ inducẽs vt in vitis patrũ abside cõmemorat. Tales solẽt esse turgidi & se prę alijs pręferre. Ab intẽperãtia facilius ad gyrum medij proceditur: illa enim rationem non omnino dejcit: eam tamen lędit atq; hebetat.

Tract. III. Cap. III. & Lib. III. Cap. XII.



NOstra autem sponte, magis intemperantia, q̃ timiditas comparatur. Hæc enim ob voluptatem, timiditas fit ob dolorem: quorum alterũ expetimus, alterum fugimus. Et dolor quidem distrahit atq; corrumpit naturã eius qui habet ipsum: voluptas autem nil tale facit. Magis igitur intemperãtia nostra sponte, q̃ timiditas comparatur: quapropter & reprehensione magis esse digna: Nam ad res afficiẽtes voluptate facilius est assuescere. Sunt enim complures tales in vita: & assuefactio fit sine periculo. In rebus autem formidolosis, contra. Videbitur etiam timiditas non perinde atq; singula sponte agendi principio subiici. Hæc enim non affert dolorẽ: sed illa adeo dolore distrahunt, vt & arma proii-

cere,& caetera contra decus agere compellant: quapropter & violenta esse videntur. At intemperantia fit contra. Singula nãq; sponte agendi principio magis subiiciuntur: quippe cum intemperans ea percupiat atq; affectet. Totum autem minus, nemo enim cupit intẽperans esse. Nomen autem intemperantię,& ad puerilia delicta ferre solemus: habent enim similitudinem quandam. Vtrum autem ab vtro dicatur, nihil ad praesentem refert sermonem: cõstat tamen a priore, posterius dici: atq; non absurde videtur esse translatũ. Est enim castigandum & temperandum id omne, quod turpia concupiscit, & incrementum suscipit magnum atq; luxuriat. Talis autem est ipsa cupiditas maxime, atq; puer. Nam & pueri cupiditate viuũt: & in hisipsis maxime viget appetitio rerum earum, quae voluptate afficiũt. Si igitur non obtemperet, neq; subiici patiatur, nimiũ efferetur: est enim voluptatum appetitio insatiabilis, & operatio cupiditatis omni ex parte ipsi amenti, id quod est sibi affine exauget: q̃ si magnę sint, vehementesq; cupiditates: rationem quoq; extrudũt, atq; eiiciũt. Quamobrem mediocres sint ipsę & perpaucae, & rationi non aduersentur oportet. Atq; id quod est tale, obediens & temperatum, castigatũq; vocamus. Vt viuere autem puerum sub pędagogi praeceptis oportet: sic & cupiẽdi vis cupere debet, perinde atq; ratio iubet. Iccirco temperati vim cupiendi, cõcordem esse cum ratione oportet. Nam vtriusq; propositum est honestas. Atq; vir temperans ea cupit quae cupere oportet, & vt oportet, & quãdo oportet. Hoc autem pacto, & ipsa ratio dictat. Haec igitur sunt de temperantia dicta.

NOstra autem sponte &c. Prima conclusio huius. xii. & vltimi capitis est. Intemperãtia magis q̃ timiditas nostra sponte cõparatur. Probatur haec cõclusio. Primo, quia intẽperãtia est ob voluptatem quã cupimus: & metus est ob dolorẽ quẽ fugimus. Secundo, dolor retrahit & naturam corrũpit habẽtis: voluptas autẽ nihil tale facit, sed potius saluat, igitur. ¶ Secũda cõclusio. Intẽperãtia est vitiũ reprehẽsione dignius q̃ ipsa timiditas. Probatio, nã scelus quo magis est voluntarium eo magis paritate data vituperatione dignũ est: intẽperãtia aũt est metu magis volũtaria, ex dictis, igitur. Secũdo, illud quod facilius potest euitari est exprobrabilius: sed intẽperãtia citius euitari potest q̃ timiditas, igitur. Consequentia tenet cũ maiore. Declaratur minor: quia vitiũ q̃d facilius & sine discrimine p assuefactionẽ ad cõtrariũ fit potest facilius vitari: sed intẽperãtia est huiusmodi, igitur. Porro facile & sine periculo potest quispiã assuescere bene operari in his circa quae est tẽperãtia & intẽperãtia quia earũ obiecta crebriter occurrõt in vita, vt cibus & potus, sed timiditatis obiecta in potẽtia propinqua & actu rarenter eueniũt. Item bene assuefieri in materia temperantiae nõ est periculosum: sed assuefieri in actibus bellicis circa quae est timiditas, est periculosum. Tertio, illa circa quae est timiditas sunt volũtaria in vniuersali & in particulari sunt inuolõtaria: sed illa circa quae est intẽperãtia sunt volũtaria in particulari, & inuoluntaria in vniuersali. Id vno verbo dicitur. Aggredi cõflictũ in cõmuni in quo timiditas exercetur, est magis spontaneum q̃ hãc acrem pugnã cũ feroci hoste adoriri. hoc enim pacto timor est magis in vniuersali spontaneus q̃ in singulari. Opposito modo de intẽperantia: esse moechum ac intẽperatũ prorsus ab omnibus ratione vtentibus est respuẽdũ: sed hãc mulierem, demõstrãdo Helenam, cupere est voluntariũ. Vel breui dicatur sic. Nemo vellet intẽperatus esse, vincitur tamen a singularibus instãtibus: quocirca potissimũ est remediũ circa intemperãtiã cogitationẽ singulariũ abolere: cogitatũ igitur ab hac speciosa foemina auerte, si sapis, hanc normã notato.

Contra est in timiditate, singularia sunt minus volũtaria vt ignominiose clypeum abiicere: verũ ipsum in cõmuni est magis voluntariũ vt fugiendo saluari: & quia litera est paululum scabra eã enucleabo. Videtur autem timiditas nõ perinde atq; singula sponte agendi principio subiici, hoc est videtur timiditas in cõmuni siue obiectũ cõmunitatis generaliter cõsideratum nõ sic voluntati subiici atq; singularia: haec timiditas in generali dolorem nõ affert, sed illa singularia dolore animũ stupefaciũt, vt arma abiicere cõpellant: at cõtra fit in intemperãtia. litera est ita perspicua, vt ingeniosus me carperet si vlterius eã enuclearem. ¶ Sequitur in litera alia cõclusio. Intemperãtia vitiũ puerile est: cũ puerorũ enim delictis quãdã similitudinẽ habet: at vtrũ ab altero hoc est an intemperans a puero, an ab intemperãte pusio intẽperati nomen primũ pullulauerit ad praesentẽ sermonem hoc nihil refert: hoc est ad moralem philosophũ nihil interest. Tales enim etymologię potius ad grãmaticũ spectãt. Posterius a priore emergere palam est: sed hic ab intemperãte puerilia peccata intemperãtiae dicũtur: nec absurde quidẽ eo modo nomen translatũ est. Nam castigandũ & temperãdũ id omne est q̃d foeda cupit & mali incrementũ capit, atq; luxuriat, & abũdat: talis nãq; est libido: & ipse puer. Nam pueri secũdũ cõcupiscẽtiam viuũt: magnaq; est in illis voluptatũ cupido. Si igitur moderatori puer nõ obtẽperaret, neq; se subiici illi patiatur, nimiũ efferetur, & serpet, & longius pręceps in vitia abibit: quia ad delectationẽ ad quã pronus est, habitu malo parto vallabitur. Est enim voluptatũ appetitio insatiabilis. appetitus sensitiuus quãto plus delectationẽ experitur, tãto magis eam prosequitur & immergitur. Patet ad oculum, Da puero cerasa, pyra ve matura comedere ad corpus discrasiam & ventris infrigidationẽ quẽ distentat. alioqui vix quiescet. Et patet amplius, corpus pruriens scalpendo, pruritus luxuriat: & scortationibus assueti rarentius abstinent: de gulosis & assuetis immodice bibere, & cũ

fœminis ſe cōmiſcere,& vndiq; delectationibus furenti voluptatū appetitu inſurgunt:& concupiſcētiæ exequutio & actus ipſe exterior innatam cupiditatē loxuriare facit. Q; ſi perturbationes vehementes ſint,rationē extrudūt atq; eijciūt,hoc eſt rationē offuſcant,vt in ſeptimo libro videbitur.Infert poſtea corollariū dicēs. Quapropter oportet vt cōcupiſcentiæ mediocres ſint & perpaucę rationi non aduerſantes:tale quid temperatum caſtigatūq; vocamus . Nulla voluptas niſi ea quæ eſt rationi conformis eſt admittenda.Quidam de honeſta voluptate librum inſcriptū emiſit. In cibo & moderato potu eſt innata voluptas:ſic & in ſtudio& in alijs voluptatum actibus ſi quis ſtudioſus extiterit. Vt viuere autem puerū ſub pędagogi præceptionibus oportet,ita cupiditas parere debet rationi . Id enim ſolum cupiendū eſt,qd ratio recta efflagitat.Ex quo iterū fit vt temperatus a ratione nō diſcrepet.Honeſtū enim eſt ad quod vterq;.ſ.& pędagogus & ratio tāq̄ ad ſcopum proſpicit.Propoſitum pędagogi eſt honeſtas:ſic propoſitū rationis rectę vt appetitus delectationē omnem honeſtam reſpuat. Dicebat perbelle ſæpenumero Ageſilaus:Pulchrū eſt hoſtiū mœnia expugnare, ſed multo pulchrius

Dub.duo. fœdas voluptates continere. ¶Circa ſolutionē huius capitis per modum dubitationis argumentor Primo,Fortitudo eſt temperantia præſtabilior:ergo timiditas eſt intemperātia deterior.Tenet cōſequentia,quia ſemper meliori peius opponitur,ſeptimo,octauo & nono Ethicoꝝ . ¶Secūdo dubitat

Ad primū. de ſpeciebus temperantię. ¶Ad argumentum dico,ꝙ maiori virtuti vitium oppoſitum eſt peius, paritate data:modo timiditas circa magis difficile inſudat,vt in litera philoſophus dicit:modo intēperantia habet aliquas malas partes annexas:& eſt magis in noſtra ſponte ſita.Modo vitium quanto

Ad ſecūdū. magis eſt in noſtra facultate ſitum,tanto eſt exprobrabilius.¶Ad dubitationem reſpondetur,ꝙ ſpecies temperātiæ ſunt ſequentes,ſobrietas circa potum,cuius oppoſitū eſt temulētia:hoc eſt exceſſiua potatio cuius;vna pars eſt ebrietas omnē rationem alienans:& hæc eſt humillima ſeu abiectiſſima,& virū ad ſtatum brutalem deijcit.Mulieres Romanæ tempore Romuli temulentia maculatæ morte plectebātur.Circa eſibilia ſunt temperātia regularis & eccleſiæ ieiuniū:cuius quadragenariū in verno tempore eſt antiquiſſimū:& ratione diutinę cōſuetudinis maxime ſeruandū. Circa venerea ſunt tres caſtitatis ſpecies,virginalis,vidualis,& coniugalis,cū earum oppoſitis,fornicatione ſimplici,mœchia,

Dub. de virginitatis loco. inceſtu,ſtupro,raptu,infando ſcelere,& reliquis.¶Verū hic ob Hęreſiarchas & eorū aſſectatores virginitatem exterminātes qui candida denigrant & atra dealbant ambigitur:quem locū inter has caſtitates virginalis nitor ſibi vendicet:& videtur ꝙ infimū,in lege enim Moſaica rarentius erat in vſu. Filia Hiepte virginitatem ſuā in Montanis.quia ſemen in Iſraele non ſuſcitauit,deflebat,vt in libro Iudicum memoriæ eſt proditum.¶Reſpondetur,ꝙ de multiplicando populo dei tunc copulæ erat indulgendum,& ea lex fuit vmbra ſolum & typus legis gratiæ. In noua autem lege Chriſtipara virginitatis teſſeram explicuit,ad cuius vexillum multæ virgines ocyus conuolarūt.Ioannes Zebedei, Ioannes Zacharię,Agnes,Agatha,Vrſula,noſtra Britanna agmen virginū agens dēſum: hi ſequūtur agnū quocūq; ierit,vt Ioannes in Apocalypſi ſcribit cauſam ſobiūgens:quia cum mulieribus nō ſunt coinquinati,ſed virgines permanſerūt.Luculenter contra Iouinianū Hieronymus virginitatē cōnubio præferēdā monſtrat.Et patet ratione.Abdicare enim in vniuerſum venerea eſt ſplendidius q̄ partem eorū abijcere.Inter haſce ergo caſtitates virginitas abſolute apicem ſortitur:licet ex circūſtantijs viduitas hanc vel illam exuperet.Sic Annę,de qua Lucę ſecundo, viduitas vſq; annos. 84.& Magdalenę cęlibatus & vitę puritas poſt cōuerſionē triginta annis rigoroſe ſeruata, Agnetis virginitatem perbreuem exuperāt.Et caſtitas cōiugalis Abrahę ob ſingularem prærogatiuam in ea relucentē æquatur huic virginitati aut illi:ſimpliciter tamen virginitas reliquos duos caſtitatis ramos ſupergreditur.Itaq; cōnubialis caſtitas abſolute inter has tres ſpecies infimū ſortitur locum:quæ tamen eſt pulchra faciliſq; ſi vir probam nactus fuerit fœminam:ſed ſi inpudicā,moroſam & turture loquaciorem inuenerit,eſt magna calamitas: ꝓpterea nō ab re ſancti virginitati primas dedere ptes.

Dub.de gula ¶Dubitatur,an gula intemperantię filia ſit mortale delictum.Reſpondetur,ꝙ gula eſt appetitus inordinatus cibi vel potus ſæpius venialis : quando nō eſt notabilis exceſſus a latitudine medij:quādiu enim quiſpiā gyrum medij vere vel inuincibiliter tenet minime exorbitat:ſi plurimū a latitudine medij deuiet in corporis diſcraſiam,gula eſt letalis:cōmunius tamen iam venialem ſuſpicor. Si vero quiſpiam voto contraeat qui eccleſiæ præceptioni deliberate,formaliter,interpretatiueve,mortaliter delinquit.Ieiuniū tamen eccleſiæ ad corporis diſpendium minime hominē deuincit:quādo eſſet ieiunū in corporis læſionē notabilem,in occulto māducet ne alios malo exēplo ſcandalizet . Obſcœnitatem ac exprobrabilitatem intēperantiæ cōcludentes, dicimusq; bruta eſt intemperantię fœditas. Stāte enim litera Ariſtotelica ſemper in diatribis Philoxenus ſiculus infamē appellation ſubibit. Ecquid aſoto Nerone deteſtabilius? A meridie ad mediam vſq; noctem epulas cū bellarijs protrahebat:omniū nepotū altiſſimus gurges:inexplebilem ventris ingluuiem ceu deum colebat: inter ſcortorum atq; ambubaiarū miniſteria cœnitabat, vino largius hauſto terram in libidinem horrēdūq; dictu rucbat.Hoc Suetonius detegit. Nōne Sardanapali inaudita intemperies Aſſyriorum imperiū magna induſtria partum prorſus euertit,aſinus bipes inter homines nō cōnumerandus.Eius epitaphium in Tuſculanis quęſtionibus Cicero cōmemorat: qd enim potius cornutū bouem q̄ hominē fuiſſe indicant.De moribus deprauatis nō de natura loquor. Polyphagi eum & edaces vitam abbreuiant,& ad bellicos ſudores ſunt ineptiſſimi .obeſis enim ventribus ingenij acumen atq; memoriam hebetant:de patinia pluſq̄ de philoſophia cogitāt, Guloſis,Epaminūdas Thebanus æquiſſimo iure infeſtus fuit:qui quēdā portentoſo aqualiculo ab acie reiecit,affirmans tres clypeos talem vētricoſum tegere nō poſſe.Menſas dapſiles diuitijs affluentes ſicut cicutam ſpernebat,gaſtrimargoſq; infimula-

bat anxie. Inuictū Annibalē Campana luxuria eneruauit. Miles eius bellico strepitu assuetus nullis Romanorum viribus vinci poterat: sed post ea in Capua ac circumuicinis locis tripudijs, cantionibus ac scortationi deditus, prorsus elanguit, sicq; crapula seu luxus vigilantissimū atq; strenuissimū ducem cum armipotēte exercitu superandū tradidit. Non sic Helias vixit, qui coruorū ministerio pastus est. Pari modo Paulo primo eremicolæ dimidiatū panem coruus quotidie afferebat. Socratis, Platonis ac Diognis victus in Ægypto parsimonia est omnibus nota. Tymotheus dicere consueuit bene cum his foreequos Plato cōuiuino accepisset. Frugalissime enim cœnauit, oliuis paucis, pane item & aqua cōtētus delicaciores epulas & opipara cōuiuia aspernabatur. Quid de ipso Daniele & socijs scribā, qui regali mensa contēpta cœnam præferebāt, ne cibis lege violatis cōtaminarēt? Et quid de Ioanne Baptista omniū frugalissimo scripsero? Magdalene, Maria Ægyptiaca, ac plerīq; alij in frugalitate ac parsimonia incridibili totam vitam egerunt: petulansq; corpus seruitutem sanctā seruire coegerunt, paulatim ad arctitudinem sese redegerīt: quocirca eis haudquaq̄ obfuit. Deniq; præfatam regulam de singularium cogitatu aureis litteris notaueris ac tēpus vnius diei deperditū minime putabis. Quid dixi vnius diei? Dicam audacter integræ septimanę. Norma est hęc. Cum cogitatio formosę mulieris quā alias amasti in mentem succurrit, illam citius dicto amputabis: et si illam antea nō adamaueris eā si perniciosa fuerit cancellabis. Sis memor illius cōsiderati Anachoritę quem Romana fœmina opulenta, pręstantiq; forma deuotionis gratia inuisebat, quæ abiēs aiebat: sancte vir tuis precaminibus mei memoriam facito, cui scite syluicola respōdit: deus faxit vt e scrinio meę memorię prorsus euellaris, atq; funditus extirperis. In priscorū eremitarum annalibus multa similia lectitamus. Pari modo lapsibus particulatim considerādis nō immoreris: si tibi in mētē occurrat an posthac peccabis nec ne, potissimū in singulis hūc scrupum rescinde: mētaliter dicens: mea pro virili ab omni excessu defectuq; cū dei præsidio caueбо. Et hoc dogmate hunc tertium claudo.

QVARTVS LIBER
TRACTATVS PRIMI, CAPVT PRIMVM.



DEINCEPS autem de liberalitate dicamus. Videtur autem mediocritas circa pecunias esse. Nō enim bellicis in rebus ipse vir liberalis, nec in quibus laudatur vir temperās, nec etiam in iudiciis: sed in dandis capiendisve & magis in dandis pecuniis laudatur. Atq; pecunias ea dicimus vniuersa quorū æstimatio mēsuratur nummo. Est autē & circa pecunias exuperatio quidē prodigalitas: defectio autē illiberalitas. Et illiberalitatem quidē ac auaritiam iis semper accommodamus, qui magis q̄ oportet pecuniis student. Prodigalitatem autē nectentes nōnūq̄ afferimus. Nam eos homines qui sunt incontinentes, & ob intemperātiā pecunias profligāt: prodigos vocitamus. Quapropter & flagitiosissimi tales homines esse videntur. Multa nāq; vitia simul habēt. At nō proprie tali nomine nūcupātur. Est em̄ prodigus qui malū vnū aliquod habet: corrūpere inquā patrimoniū. Prodigus em̄ est qui ob seipsum perditur. Videtur autē & patrimonii dissipatio interitus quidam ipsius esse: propterea q; patrimonio ac facultatibus viuitur. Hoc igitur modo prodigalitatem accipimus. Rebus autē his quarū est aliquis vsus, & bene vti & male etiā possumus. At diuitiæ res sunt tales. Is autē optime re quauis vtitur qui eā virtutē habet quę ad rē illam accōmodatur. Et diuitiis igitur optime is vtetur qui virtutem eā habet, quæ ad pecunias attinet: hic asit est ipse vir liberalis. Atqui sumptus quidē datioq; pecuniarum vsus earū: acceptio vero conseruatioq; possessio potius esse videtur. Quocirca viri liberalis est potius dare quibus oportet q̄ capere vnde oportet, & non capere vnde nō oportet. Est enim ipsius virtutis beneficia potius cōferre q̄ suscipere. Et honesta potius agere q̄ nō agere turpia. Non est autē obscurū cū das quidem, sequi vt beneficia cōferas, honestaq; agas: cū capis vero, vt suscipias, aut nō turpia agas. Gratia preterea sequitur eū qui dat, nō eū qui capit. Et laus etiā magis. Facilius est etiā nō accipere, q̄ dare. Homines em̄ multo minus erogāt sua, q̄ nō accipiūt aliena. Ii quoq; q dāt, liberales dicūtur: sed qui nō accipiūt, nō ob liberalitatē, sed ob iustitiā potius laudātur: qui vero capiūt, nō laudātur valde. Liberales insuper homines, maxime omniū fere studiosorū amantur, prosunt em̄, at id cōsistit in dādo. Omnes autē actus virtutū, honesti sunt, & honestatis causa fiūt. Et liberalis igitur honestatis causa dabit: & recte. dabit em̄ quibus oportet, & quot oportet, & cū oportet, cęteraq; oīa obseruabit, quę

Pecuniæ

Prodigus

Liberalis

dandi actum rectum sequũtur. Et etiam cum voluptate vel sine vllo dolore. Id enim quod per virtutem efficitur afficit voluptate: aut fit cum indolẽtia sane: minime vero affert dolorem. At is qui dat quibus non oportet, aut nõ honestatis gratia, sed ob aliquam aliã causam: non liberalis, sed alius quidã dicetur. Et itidẽ is qui dando dolet: honestis enim actibus talis pecunias anteponit: quod quidem non est liberalis. At vero neq; capiet vnde non oportet. Talis enim acceptio non est eius qui pecunias non magnifacit. Nec etiã ad postulandum propensus erit: facile nãq; suscipere beneficia, nõ est hominis beneficia conferentis. Verum vnde oportet accipiet: ex propriis inquã rebus: non quia idipsum honestũ sit, sed q necessariũ vt donare possit. At neq; res suas negliget: quippe cũ per illas quibusdam affectet opem afferre. Neq; quibusuis dabit, vt quibus oportet, & quando, & vbi est honestum, largiri possit. Attinet etiam nimirũ ad hominẽ liberalem: vt in dando adeo exuperet, vt sibiipsi pauciora relinquat. Est enim liberalis nõ ad seipsum respicere. At enim pro facultatibus ipsa liberalitas dicitur: liberalis enim actio non in multitudine rerũ quę dantur, sed in habitu dantis cõsistit. hic autẽ pro facultatibus erogat, nihil igitur prohibet, eũ magis esse liberalem qui pauciora largitur: si modo minores ei sint facultates. Magis autẽ illiberales esse vidẽtur, qui nõ cõpararunt sibi facultates, sed ab aliis acceperũt. Nec enim experti sunt indigentiam: & opera omnes sua amant, vt parentes atq; poetæ. At vero facile nõ est

Liberalis nõ est diues.

liberalem diuitẽ esse. Quippe cũ non sit ad capiendũ & cõseruandum, seu ad erogandum procliuis, neq; magni per se faciat ipsas pecunias: sed causa dandi. Quapropter & accusatur fortuna, q homines ii qui maxime sunt digni, minime sunt locupletes. Accidit autem id ipsum nõ sine ratione. Fieri enim nõ potest vt is pecunias habeat, qui non adhibet diligẽtiam vt habeat ipsas: quẽadmodũ & cæteris in rebus fieri solet. Attamen nõ dabit quibus non oportet, neq; quãdo non oportet, & de cęteris talibus simili modo. Non enim ageret liberalitatis ipsius lege, & cõsumptis ad hæc ipsa fortunis, ad ea quæ oportet, & cũ oportet,

Liberalis.


sumptus facere, dateq; non posset. Etenim is est (vt paulo ante diximus) liberalis qui pro facultatibus erogat, & in quibus oportet. Qui vero exuperat, prodigus est. Quocirca tyrannos prodigos nõ dicimus: non enim facile videtur esse dando, ac erogando tãtã rerum quas habent copiam exuperare. Cum igitur liberalitas mediocritas sit circa dandas capiẽdasq; pecunias, liberalis dabit in quibus oportet, & quod oportet: tam in paruis q̃ etiã in magnis: atq; cũ voluptate: & accipiet vnde oportet, & quod oportet. Nam cũ virtus circa vtrũq; sit mediocritas, vtrũq; faciet vt oportet: sequitur enim dationem bonã talis acceptio: ea vero quæ nõ est talis, contraria est. Ea igitur quæ sequũtur, fiunt in eodem simul, contraria vero nõ fiũt. Q; si pręter id quod & bene sese habet, contigerit, ipsum pecunias

Dolor.

erogare, dolebit sane: moderate tamen & vt oportet. Ad virtutẽ enim pertinet, vt pro quibus oportet, & vt oportet voluptas fiat ac dolor. Est etiam in rebus pecuniariis lenis socius ipse vir liberalis. Potest enim iniuriam pati quandoquidem pecunias non multifacit: magisq; moleste fert: si quid cũ oporteret non erogauerit, q̃ dolet si quid cum non oporteret,

Liber a dol.

erogauerit. Simonidisq; sententiam non probat. Prodigus autem & in hisipsis delinquit: nec enim lætatur nec dolet pro quibus oportet, & vt oportet. Atq; hoc magis patebit per ea quæ deinceps dicemus.



Einceps autem de liberalitate dicamus. Prima huius primi capitis quarti libri cõclusio est. Liberalitas est mediocritas in erogãdis & accipiendis pecunijs. Patet. Vnaquęq; virtus est tm̃ circa illã materiã circa quã operatio respõdẽs laudatur. Quãdo dicit liberalitatẽ esse circa pecuniã generale dat documẽtũ ad deprehendẽdũ circa qd̃ obiectũ est quęlibet virtus. Quia em̃ virtus est circa bonũ laudabile, ideo quęlibet virtus est circa illa circa quę operatio virtutis laudatur. Q; laudetur circa pecuniã probat per aliqua negatiua in quibus alię virtutes efferũtur & dicit deinceps, vt dicẽda dictis in calce tertij assumat. Nõ em̃ in bellicis rebus vti ipse fortis: nec in ijs in quibus tẽperãs puta in gustu aut tactu, nec rursus in iudicijs laudatur ipse liberalis: sed iustitia in hoc laudãda venit: sed in dandis & capiẽdis pecunijs laudatur. Capere etiã interdũ est liberalitatis. Pecunias hic vocamus omnia quorũ æstimatio pecunia mẽsuratur, vt bos, equus, vestis, liber. Pecunia a pecore denominat̃, quia omnis pecunię pecus fuit radix. Adhuc in quarta ætate post orbẽ cõditũ

Obiectio.

regibus Israel Moab centũ millia arietũ annua pẽdebat. 4. Regũ. 3. Apes, oues, boues, capras, & pręter hominẽ, omne animal qd̃ in hominis est peculio pecus vocitamus: sed etiam fucos qui sunt apes nõ mellificantes dixit Virgilius pecus. Ignauũ fucos pecus a pręsepibus arcent. Hic anteq̃ vlterius progrediamur videt̃ liberalitas nõ esse solum circa ea quę pecunia mensurãtur: quoniã donum doctrinę

nõ potest pecunia æstimari, teste Sapiente, & tamẽ doctrinã doctor liberaliter dare potest. Item corpus
hominis nõ potest numismate mẽsurari: & tamẽ liberalitatis est corpus tuũ alicui gratis exhibere in
seruitutis obsequiõ. ¶ Ad ista respondet. Datur liberaliter qđ dantis est siue quo ad vsum rei, siue quo Responsio.
ad eius dominiũ. Doctor nõ dat scientiã discipulo, sed dat auditori suũ laborẽ, quẽ habet in docendo,
nõnũq̃ gratis, nõnũq̃ mercede: sic homo dat corporis sui vsum indigẽti liberaliter aut pro pecunia,
& nõ corpus suũ. ¶ Sequit secũda cõclusio. Circa pecunias excessus est prodigalitas, & defectus est illi-
beralitas semp mediũ, & extrema sunt circa eãdẽ materiã, aliter & aliter. Vult dicere q; cũ liberalitas
sit circa pecuniã prodigalitas & illiberalitas etiã sunt circa pecuniã: quia mediũ & extrema semp sunt
circa idẽ. Illiberalitatẽ & auaritiam ijs accommodamus qui plus pecunijs q̃ par sit inhiant & student.
¶ Sequit tertia cõclusio. Prodigalitatẽ autẽ interdũ alijs vitijs nectimus atq; inuoluimus vt intẽpe-
rãtię: nã eos qui incõtinẽtes viuũt & p luxũ patrimonia profundũt, prodigos vocamus. Ea propter
flagitiosissimi esse videtur: multa eñ vitia simul cõmittũt. ¶ Sequitur quarta cõclusio. Tales multis
vitijs impliciti nõ sunt proprie prodigi. Nã proprie is est prodigus qui vnico vitio est irretitus: quale
est patrimoniũ profundere. Est eñ prodigus qui seipsum perdit dũ fortunę bona ex quibus viuit, dis-
sipat. Et propterea p rebus suis seruãdis potest homo in vitę periculo cum raptore dimicare. Et hoc
modo prodigalitatẽ ꝓprie capimus. ¶ Quinta cõclusio. Diuitiis cõtingit & bene & male vti. Probat
sic. Quorũcũq; est aliqua vtilitas, illis cõtingit & bene & male vti: opes sunt huiusmodi, igit. Virtutib⁹
nemo male vtitur: vitijs nemo bene: fortunę bonis & bene & male. Atqui is omnibus optime vtitur
qui virtutẽ ad bene vtẽdũ illis rebus habet: talis autẽ est liberalis, igit. ¶ Sexta cõclusio. Viri libera-
lis potius munus est erogare illis quibus oportet, q̃ vnde oportet accipere, & nõ accipere vbi nõ opor
tet. Hanc multifariã probat. Pirmo, quia cõsumptio & datio pecunię est eius vsus: & acceptio & custo-
dia magis sunt possessio q̃ vsus: sed benefici magis est vti pecunijs q̃ eas in arca reconditas possidere:
quãobrem liberalis magis est erogare quibus oportet q̃ accipere vnde oportet, vel non accipere vnde
nõ oportet. Secũdo sic ad virtutẽ magis spectat beneficia cõferre q̃ bene pati: beatius eñ est dare q̃ ac-
cipere, vt dicebat dominus noster Iesus, cuius nomen est super omne nomen. Item bene operari q̃ a
fœdis abstinere, est pulchrius: sed bene elargiri est bene operari: accipe vero est bene pati & nõ accipe
vbi accipere nõ oportet est nõ operari turpia, siue ab inquinamẽtis abstinere. Tertio, bene dãti gratiæ
debẽtur quæ nõ debẽtur nõ accipienti. Quarto, dantẽ magis laudamus q̃ nõ accipientẽ. Quinto, vir-
tus est circa difficile: multo autẽ facilius est nõ accipere q̃ dare, igitur. Sexto, dantes liberales dicũtur &
ob idipsum laudantur, ergo. Septimo, liberales potissimũ omniũ ferme studiosorũ amantur: id ideo
est quia prosunt erogãdo. Vult dicere q; inter omnes virtute redimitos potissimũ liberales diligim⁹,
quia nobis cõferũt, hoc est a vulgo ob bonũ vtile, sed iustitia & fortitudo ob bonũ honestũ magis di-
ligũtur. Nec propterea sequitur liberalitatẽ esse nobilissimã virtutem. Mirabilis est modus in vulgo
nõ diligente consanguineũ nisi eis eroget. dicũt enim de sacerdote, esto q; sua (potius sacerdotij bo-
na quæ dei sunt dicam) in pios vsus cõferat: vellem talem esse mortuum, quia mihi nihil dat. Quid
enim mihi is prodest? Prudenter loquẽdo dicere habẽt: Placet enim mihi q; probe viuat, & domino
citra fucũ inseruiat. Proinde liberalis dignius est officiũ, dare quibus oportet: q̃ vnde oporter accipe,
aut vnde nõ oportet nõ accipere. ¶ Dubitatur, vtrũ possimus bene vti pecunijs: & an liceat opes oẽs
abijcere, vel vt religiosi faciũt abdicare & relinquere. Respõdetur, q; pecuniæ sunt instrumenta bene
agendi vt liberalitatis & magnificentiæ bene vtenti. Bene enim prudens & liberalis pecunia vtitur.
In casu tamẽ preciosę merces tempore periculi proijciũtur in mare. Si vero Crates aut alius quispiã
philosophorũ sua in mare proiecerit, in hoc carpendus est. Poterat enim ea inopibus dare, & seruare
de quo ipse postea viueret. Satius est habere mediocritatẽ opũ, teste Sapiente q̃ omnino pœnuriã, qa
erit anxius ad viuẽdũ. Secus est in religione, vbi viro prouidet mendicitate in fide nota licita & ho-
nesta, vel aliter. ¶ Alia cõclusio. Liberalis honestatis gratia erogat. Cuiuslibet eñ virtutis actus sunt
honesti: liberalitas autẽ est virtus, igit. ¶ Alia cõclusio. Cum voluptate aut sine molestia liberalis dat.
Probatur. Eius datio ab habitu emergit: nec plagę interea occurrũt voluptatẽ prępediẽtes vti in for
tudine: id eñ qđ p virtutẽ efficitur voluptate afficit: aut sane fit cũ indolentia. ¶ Alia cõclusio. Is qui
erogat quibus nõ oportet aut nõ honestatis gratia, sed ob aliquã aliã causam, non liberalis: sed alius
quidã denominabitur. Supple a fine propter quẽ erogat: si vt maius habeat, illiberalis: si vt laudet,
vt multa adulatoribus & histrionibus dando, iactabundus & ambitiosus: si ob luxum, incontinens.
¶ Alia conclusio. Is qui dando dolet, nõ est liberalis. Patet, non recte censet in intellectu: ergo prudẽ-
tia vacat, sine qua non est liberalitas nec vlla virtus. Talis enim honestis actibus dandi pecunias an-
teponit. ¶ Hactenus posuit Philosophus cõclusiones de datione, nũc cõsequẽter ponit quatuor pro-
prietates liberalis: quę sunt, nõ accipe indebitũ, nõ petere alienũ, accipere de suo, curare de ꝓprio emo-
lumento circa acceptionem. Et dicit primo. At vero neq; liberalis capiet vnde nõ oportet: nã huius-
modi acceptio nõ est eius qui pecunias magni impẽdit, nec ad postulãdũ est proclius: facile nãq; be-
neficia suscipere nõ est hominis beneficia conferentis. Et sic liberalis duo vitat: recipere. s. beneficia ab
ijs a qbus nõ oporter, & nõ importunus est ab alijs petitor. Sicut in naturalibus, in qualitatibus pri-
mis ea quæ est potissimũ actiua vt calor, est minime resistiua, & contra. ¶ Alia conclusio. Verum libe-
ralis accipiet vnde oportet, ex proprijs inquam rebus, hoc est dominus ex suis agris aut colonis. Sa-
cerdotium habens ex sibi subiectis. Iuxta illud, Sumite psalmum & date tympanum. Et dignus est
mercenarius mercede sua. Non quia honestum est ex suis capere, licet in hoc non peccet sed meretur,
gloriosum non putatur, sed vt viuat & alijs eroget.

❡ Alia conclusio. Liberalis est adeo propensus sua exuperãter dare, vt sibiipsi pauciora relinquat. Non congregat pecuniam in immensum pro filiæ dote, aut arce struenda, pro fabrica tamẽ tẽpli sacerdos liberalis nõnihil colliget, nec quibusuis dabit hoc est dignis & indignis: sed solum dignis, vt habeat quibus elargiri oporter. Est enim liberalis nõ ad seipsum respicere & ad suũ cõmodũ temporale, sed ad aliorũ indigentiã: & pauperum inopiã pro virili releuare. Sitientes potat, famelicos cibat, nudos operit, mortuos sepelit & similia misericordię opera facit. Liberalitas est pia & prudens dispensatrix: minora bona (quæ sunt fortunæ) q̃ alijs erogat: bona virtutũ q̃ pstãtissima sunt, sibi seruat: nõ impinguabit pinguem porcũ, vt aiunt, nõ dabit locupletibus nisi vt tãtũdem recipiat amicitię gratia: nisi ratio efflagitat iacturam nõ dando euitabit. ❡ Alia cõclusio. At enim pro facultatibus ipsa liberalitas dicitur, hoc est habet respectũ ad substãtiam suã: si pauca habeat, pauca dare est necesse: quia liberalitas nõ cõsistit in multitudine rerũ quæ dantur, sed in habitu dantis, hoc est in animo, vel potius in habitu proprie dicto, puta q̃ habitus liberalitas ex actibus suis bonis emerserit. Laudatur mulier illa euangelica apud Lucam, quæ æra minuta duo in gazophylacium posuit super alijs: alij enim ex superfluis, hæc ex sibi necessarijs posuit & sibiipsi subtraxit. Et sic actus mulieris æqualia dando cum locuplete, plus meritorius est ob difficultatẽ operis prouenietẽtem sine culpa sua. Infert Aristoteles corollariũ. Nil prohibet eũ esse magis liberalem qui pauciora largitur, si modo minores sint ei facultates. Patet de vidua præfata, si tãtũdẽ ponit cum Crœso, Tantalo, aut Myda. Postea ponit aliquas cõditiones liberalis. Circa possessionẽ magis liberales sunt qui nõ cõpararũt sibi facultates, sed ab alijs acceperũt, siue dono ab amicis, parentibus aut dominis: tales enim nõ sunt experti indigentiam, quę est obex liberalitatis. Pręterea opera sua amant omnes, vt filios parentes & opera sua poetę. Gloriantˀ enim mortales in vrbibus cõstructis aut in diuitijs a se congestis vt poetæ in poematibus suis. Terẽtium Comœdiarum scriptorẽ produnt quidã se in flumen præcipitasse ob comœdias quæ in mare ceciderant: tãtũ ille imprudens sua adamabat scripta. Similia circa tempora sua vel antea poetis alijs Aristoteles accidisse intellexerat. Et addo q̃ quæ quis facile lucratur, facile exponit. Patet de emolumento per aleam quęsito, & talium lucrionũ, ac filiorũ diuitũ nihil operantiũ, & vrbes incolentium, qui parentũ bona in tertio hęrede sæpe profligãt. Non sic agricolę: quia indisciplinate in ocio & luxu a multis viuitur in vrbiũ delicijs: nõ sic autẽ in ruris tugurijs & laboribus. ❡ Ponitur alia cõclusio. Liberalis nõ facile ditatur, cũ nõ sit ad capiendũ & cõseruãdum pronus: sed ad erogãdum propensus. Neq̃ pecunias propter ipsas, hoc est gratia earũ magnipendit sed causa dandi: quocirca fortuna accusatur, q̃ homines bonis fortunæ digni nõ sunt opulenti. Contingit idipsum nõ ab re facile, vt is q nõ adhibet diligẽtiam vt habeat pecunias & eas teneat nõ sit locuples: attamen nõ dabit quibus non oportet. ❡ Alia cõclusio. Tyranni nõ facile sunt prodigi. Patet: qui exuperant in dando suas facultates transcẽdẽndo sunt prodigi: tyranni nõ sunt huiusmodi: quia cõmune bonũ in suũ emolumẽtum cõuertũt. Postea resumit aliqua eorũ quę de liberalitate dicta sunt. Quia oppositorũ eadẽ est disciplina, vt prodigalitas cognoscatur dicit. Cũ igitur liberalitas sit mediocritas circa dandas & accipiendas pecunias, liberalis dabit in quibus oportet & quod oportet tam in magnis q̃ in pusillis. Et per hoc a magnifico differt qui solum versatur circa magna. Et quia cũ voluptate exponit per hoc ab illiberali seiũgitur, qui tristatur in dando. Nam virtus circa vtrũq̃ scilicet acceptionẽ & dationẽ versatur, licet principaliter circa dationẽ, & secũdario circa acceptionẽ. Vtrũq̃ facit vt oporter: sequitur enim dationẽ bonã talis acceptio: quia enim sua dat, oportet vt capiat ab eisdem quibus dedit aut ab alijs: ea vero quæ nõ est talis acceptio sicut oportet est cõtraria. Ea quæ sese cõsequũtur simul stant, cõtraria non se cõpatiũtur in eodẽ subiecto. ❡ Ponitur alia cõclusio. Q̃ si pręter id quod oporteat liberalis nõnihil cõferat, dolebit sane cũ mediocritate & nõ multũ: ad virtutem enim attinet vt pro quibus oportet & vt oportet voluptas fiat ac dolor. ❡ Alia conclusio. In rebus pecuniarijs liberalis est leuis: nam pecunias non multi facit: propterea in eis iacturã facile tolerabit, immo magis moleste fert si quid cum oportuerit nõ det q̃ doleat si quid dederit cũ nõ oportuerit, neq̃ Simonidis poetæ sentẽtiam oppositum asserentis probat. ❡ Ponitur alia conclusio. Prodigus in ipsis delinquit non solum in dando & accipiendo, sed etiam in delectatione & tristitia. Non enim lętatur nec dolet pro quibus oportet, hoc per ea quæ dicturi sumus, patebit.

Prodigalitas Diximus autem exuperationem quidem esse prodigalitatem: Defectum autem illiberali-
Illiberalitas. tatem: & in his duobus, in datione atq̃ acceptione, & sumptum enim in datione ponimus,
prodigaliras igitur in dando quidem: & non in capiendo exuperat: in capiendo autem de-
ficit. At illiberalitas, ac auaritia, deficit quidem in dando: exuperat autem in capiendo: in
paruis tamen. Prodigalitatis igitur illa duo non nimiũ simul persistunt. Non est enim fa-
cile, nulla ex parte capientem, cunctis largiri. Cito nãq̃ deficiunt patrimonia priuatorum
Prodigus. hominũ erogãtiũ. qui quidem & prodigi esse videntur. Atq̃ talis nõ paulo melior videbi-
tur esse illiberali. Et ab ætate enim & ab egestate facile curari: & ad mediocritatem accedere
potest. Nam habet ea quæ sunt hominis liberalis, dat enim & non accipit: q̃q̃ neutrum fa-
cit vt oportet ac recte. Q̃ si ad hoc assuescat, vel aliquo alio modo mutetur, euadit vtiq̃
liberalis: etenim dabit quibus oportet: & capiet vnde oportet. Quapropter & videtur nõ
esse moribus prauus: non est enim improbi nec ingenerosi tam in dando q̃ in nõ capiẽdo

exuperare,stolidi tamẽ.Qui vero hoc modo est prodigus,multo melior videtur esse illiberali Prodigus p̃stat auaro.
atq; auaro.Cũ ob ea quæ dicta sunt,tum etiã quia prodigus quidẽ cõpluribus prodest: illi- Auarus nemini prodest
beralis autem nemini,ne sibi quidẽ ipsi.Sed pleriq; prodigorũ (vt dictum est) & accipiunt,
vnde nõ oportet,& sunt hoc ipso liberales: ad capiendũ autẽ proni fiũt,quia cupiũt quidẽ
erogare:hoc autẽ facile nequeũt facere,cũ cito facultates ipsis deficiũt.Itaq; ex alienis dare
coguntur,& simul quia nulla est eis honestatis cura,sine vllo discrimine,& vndiq; capiunt,
dare nãq; percupiunt : quonam autem modo , aut vnde nullum est apud ipsos discrimen.
Quapropter nec dationes ipsorũ sunt liberales:non enim sunt honestę, nec honestatis gra-
tia,nec vt oportet efficiuntur : se interdum quos oportet esse pauperes , eos diuites fa-
ciunt : & iis quidem qui moderati sunt moribus , nihil dant : adulatoribus autem multa , Prodigi vita.
aut quampiam aliam afferentibus voluptatem. Quamobrem & pleriq; ipsorum intempe-
rantes sunt : nam cum facile erogent,proni sunt & ad sumptus in flagitiis faciendos, atq;
quia non ad honestatem viuũt,ad voluptates declinant . Prodigus igitur si nullam pror-
sus habeat emendationem ad hæc transgreditur : cura vero diligentiaq; adhibita, ad me-
dium & id quod oportet tãdẽ deuenerit.At illiberalitas ac auaritia,incurabilis est.Etenim Auaritia incurabilis.
& senectus,& imbecillitas omnis,auaros videtur efficere . Estq; hominibus insita magis q̃
prodigalitas.Pleriq; nãq; cupidi sunt magis pecuniarũ q̃ ad dandũ procliues . Extenditur
præterea longe,& plures species subit.Cõplures enim esse vidẽtur illiberalitatis ac auaritię
modi . Nam cũ in duobus hisce consistat,in defectione inquã dandi,& exuperatione acci-
piẽdi,nõ omnibus inest tota,sed interdũ seiũgitur.Et quidã in capiendo exuperant:quidam
in dando deficiũt.Qui nãq; talibus appellationibus nũcupãtur parci,tenaces,aridi ,omnes Illiberalitatis species.
in dando deficiũt:aliena vero nõ appetũt neq; accipere volũt.Quidã enim in dãdo deficiũt
propter modestiã quãdam,turpiũq; rerũ cautionem. Vidẽtur enim nõnulli,vel saltẽ aiunt,
ob eã rẽ sua cõseruare:ne cõpelleretur aliquãdo turpe aliquid agere.Ex iis est & ipse cymini
sector:& quiuis talis: qui quidẽ ab exuperatione nõ dandi cuiq̃,nomen habuit tale.Quidã
vero ob metũ abstinent alienis:quippe cũ nõ facile sit ipsos aliena, & nõ alios res ipsorum
accipere.Itaq; nec accipere ipsis,nec dare placet.Quidã autẽ in capiẽdo exuperant , vndiq;,
& quiduis capiẽtes.Quales sunt ii qui operationes illiberales exercent,vt lenones,& omnes
tales,& fœneratores,& qui dant parua pro magnis . Hi nãq; omnes,vnde non oportet &
quãtũ nõ oportet,accipiũt.Cõmune autẽ ipsis omnibus esse videtur turpis cõparatio lucri:
vniuersi nãq; gratia lucri,& huiusce quidẽ parui probra sustinẽt . Eos enim qui grandia
vnde nõ oportet.& quę non oportet accipiũt,vt tyrãnos ciuitates expugnãtes & templa
spoliantes,nõ illiberales,sed perniciosos, sed impios,sed iniustos potius appellamus . Alea- Perniciosus. Aleator.
tores tamen,& fures atq; latrones,illiberales sunt. Turpi enĩ versantur in lucro omnia nãq;
causa quęstus agũt & sustinẽt probra.Atq; fures quidem capiendi gratia maxima pericula
subeunt.Aleatores autẽ ab amicis quibus dare oportet,lucrantur : vtriq; igitur vnde non
oportet lucrari volentes,turpi in lucro versantur: & omnes tales accipiẽdi actus, illiberales
sunt. Merito autẽ illiberalitas liberalitati cõtraria dicitur.Nã & maius est malum q̃ prodi-
galitas,& homines magis hac ipsa peccãt,q̃ ea quã diximus,prodigalitate. De liberalitate
igitur & vitiis ipsi contrariis hæc dicta sufficiant.

Postea de vitijs loquens dicit sicut prędictũ est prodigalitas & illiberalitas opponũtur secũdũ superabũdantiam & defectũ in duobus, is dando scilicet & accipiẽdo. Illę superabũdãtiæ & defectus cõtrario modo sumũtur & sub datione impendia insumptusq; facere cõprehendimus, vt amicũ meis magnis impensis alereq; autẽ opposito modo sumãtur,patet:nam prodigalitas in dando & nõ in accipiendo superat.at capiendo & retinẽdo deficit. Auaritia vero contra,in dando deficit,in capiendo & tenendo excedit.In paruis tamẽ ne obnoxius dare videatur nõ deuiat:parua imperceptibiliter capit,non aũt magna. ¶ Alia conclusio.Hæc duo puta excedere in dando,& deficere in capiendo,non multum in prodigo perseuerãt.Nam difficile est ex nulla parte capiẽtẽ magno tẽpore sua profligare: cito deficiũt sic erogantiũ priuatorum patrimonia: qui autem id agũt,sunt prodigi. ¶ Alia conclusio. Atq; nõ paulo melior est prodigus illiberali & auaro,immo est multo melior. Abusiue cõparatiuũ capiendo : nam proprie est minus malus,vt melius est perdere digitũ q̃ manũ. Probatur hæc cõclusio Primo. Nam prodigus & ab ætate & egestate curari potest,& se ad medium reuocare:non autẽ sic auarus. Ac si sic diceret. Ille cuius malitia cito curatur est minus malus, q̃ ille cuius malitia non facile curatura sed sic est de prodigo,& non sic de auaro,igitur. Consequẽtia est nota cum maiore. Minorem in litera ostendit duobus modis,& per inopiam,& per ætatẽ. Minor vallari potest de filio prodigo qui ad pe

trem opibus cõsumptis redijt. Et patet ratione, Cum Prodigus sua profligauerit manet indigus, nec potest habere mutuo: diceretq; solet cum gemitu: si mea haberẽ, vel si opes habere possem imposterũ cautior ero. Themistocles in iuuenta ita perditę vitę fuit vt Neocles eius pater eũ exhęreditaret, sed postea vitę suę errata optime emẽdauit. Idẽ de Fabio maximo & Sylla legimus. Viridis ætatis errores optime castigarũt: & pia mater vitę tędio sese laqueo mortẽ sibi cõsciuit: & tamẽ Themistocles post ea vix cuiq̃ Grecoꝝ in gloria cessit. Iuuenes perditę vitę nõnũq̃ resipiscũt. Secũda ratio ad cõclusionẽ. Prodigus habet ea quæ sunt viri liberalis, vt dat & nõ accipit: q̃q̃ neutrũ facit vt oportet. Ac si diceret, qui facilius reducit̃ ad mediũ, est facilius curabilis: sed sic est de prodigo: & nõ de illiberali. igitur. Minorẽ in litera probat: quia maior est peruia cũ cõsequẽte. Si eñ prodigus ad illa recte faciẽda assuescat vel a suo mutetur modo fiet liberalis: nõ autẽ est sic de auaro, igit̃. Quapropter nõ prauis est moribus prodigus. Nõ eñ ingenerosi est in dãdo excedere, & nõ capere imprudẽtis est atq; stolidi, & hominibus erit fabula. Insup qui multis prodest nõ est ita malus sicut ille qui nemini prodest. Prodigus plerisq; prodest: auarus aũt nulli, nec sibi: cũ pecuniã in arca recõditam inutiliter teneat: nec eã in sibi necessarijs exponat. Thesaurizat eñ & nescit cui cõgreget ea: sed hęc de prodigo simplici dicta sunt. Postea de prodigo illiberalitati mixto loquit̃, inquiẽs. Sunt pleriq; prodigorũ (vt dictũ est in fronte huius capitis) alijs vitijs mixti: qui accipiũt vnde nõ oportet, & hoc ipso sunt illiberales: ad capiendũ autẽ sunt pręcipites: quia erogare cupiũt, & quia cito eis facultates desunt, facere nequeũt. Itaq; ex alienis dare cogũtur. Et quia nulla est eis honestatis cura, sine vllo discrimine vndiq; capiũt, nũc mutuo nõ soluturi: nũc dando obligationẽ de soluẽdo in a termino quẽ negligenter prętereũt: nũc ponendo vadimonia adulterina, quę vidẽtur aurea, & est in eia autũ sophisticum. Nũc cũ cautione vadimonij vsum ad mediã diẽ quęrũt quod nõ reddunt, vt patet de cratere argenteo, zona, annulo, & cæteris id genus: quapropter nec dationes ipsorũ liberales sunt neq; honestę, sed nõnũq̃ quos expediat inopes esse (quia diuitijs abutũtur) locupletes faciũt. dant eñ meretricibus, lenonibus, histrionibus, & adulatoribus: at ijs qui moderatis sunt moribus & etiã indigi dant nihil assentatoribus aut aliã talẽ voluptatẽ afferẽtibus dant multa: quamobrẽ & pleriq; ipsoꝝ intẽperãtes sunt, cũ eñ facile dent procliues ad sumptus in flagitijs faciẽdis sunt, quia meretrices auere eis facilẽ luxus occasionẽ ministrãt. Et q̃a nõ ad honestatẽ viuũt ad voluptates declinant. Hoc summopere notato: qui nõ viuũt ad honestatem ad voluptates tẽpus transigere declinãt. Nũc latrũculis seu scacarijs tessellis, nũc alea ludũt, nunc alia capiũtur illecebra: honeste autem viuentibus tẽpus deest, tẽpestatis pœnuriã causantur: quẽadmodũ sunt ocio literario dediti, opifices laboriosi, Ruricolę agros arant, dulcedine cantionis aut fistulationis linguæ ad labia capiũtur. Reges & principes oculati de republica bene disponẽtes bonã vitę partẽ transigunt. Alij oscitantes & veterno torpẽtes ad inhonestas cõfugiũt voluptates. Cæterũ duo hominẽ ab intẽperãtia retrahũt. s. amor pecuniæ ne inutiliter exponatur, & amor honestatis. His duobus loris fractis, homo ad intẽperiẽ pręceps declinat. ¶ Alia cõclusio. Prodigi emendatio magna sollicitudine procurari debet: nã si diligentia negligatur in superiora mala recidit, at diligẽtia adhibita ad medium redit. ¶ Sequitur de auaritia, & ponitur hæc cõclusio. Auaritia est morbus insanabilis. Probatur, Vitiũ cuius causa vitari nõ potest, est insanabile: sed causa illiberalitatis euitari non potest, igit̃. Consequẽtia tenet cũ maiore: & minor patet in litera. Etenim senectus & imbecillitas oẽs auaros efficit. Secũdo, toti speciei humanę magis est innata auaritia q̃ prodigalitas. Fiũt eñ plures pecuniarũ cupidi q̃ ad dãdũ proni: quid ergo mirũ, si difficilius curet̃. Tertio, longe auaritię vitiũ extẽditur, multosq; nodos habet q̃bus hominẽ irretit: & cũ in duobus (vt summatim dicat̃) cõsistat, vt in defectu dandi & in excessu capiẽdi: nõ tñ omnibus integra adest, sed nõnũq̃ discindit̃. Nã sunt qui tñ in capiẽdo exuperãt, & alij in dando deficiũt: & ij oẽs quos vocamus parcos, tenaces, aridos in dãdo deficiũt: sed neq; aliena capiũt nec accipere volũt. Quidã eñ in dando deficiũt ob quãdã modestiã & turpiũ rerũ cautionẽ. Vidẽtur aliqui vel saltẽ sic dicũt sua, propterea cõseruare ne interdũ ob rerũ pœnuriã cogãtur aliquid turpe facere: & de his est ipse cymini sector & quiuis talis. Cyminũ est legumen q̃d stomachi torminibus, oculoꝝ morbis, & comitiali morbo medetur. Quidã hic locũ sic exponũt. Dũ ferme mẽsurã hęrbarũ impleret & medietas cymini poterat cõplere mẽsurã, vilem eã hęrbã vir auarus secuit, propterea probrose cymini sector dictus est. Alij quia sectores sunt qui spe lucri res cõdẽnatorũ emũt & diuendũt: interpretant̃ sectatorẽ cymini emptorẽ rerũ quarũlibet damnati etiã cymini q̃d ille ad condiendũ cadauer suũ seruauerat: aut rei vilis propolã. i. pręemptorẽ vt pluris vendat. Iste ab exuperatione nõ dandi nomẽ habuit tale: quidã vero ob metũ alienis abstinẽt q; facile nõ arbitrãtur se aliena capere & alios nõ capere sua. Ideo nihil accipiũt ab ipsis nec eis quicq̃ tribuũt. Alij sunt q in capiẽdo exuperãt vndiq; capiẽtes, quales sunt illi qui illiberalia exercẽt opera, vt lenones (leno est scortoꝝ vtriusq; sexus prostitutor & venditor, ex turpi illo quęstu victitans.) Et fœneratores qui ad fœnus sine ad vsurã dant, quoꝝ nũmi nũmos fœde (vt Aristoteles primo Politicoꝝ ait) pariunt: & qui dant parua pro magnis. Hi homines accipiunt vbi non oportet: cõmune est his omnibus turpis lucri cõparatio. In hoc omnes cõueniũt & oẽs gratia lucri & eiusce quidẽ parui probra sustinent. Nam illos qui grandia vnde nõ oportet accipiũt, vt faciũt tyrãni hostiliter regna inuadẽtes & spoliãtes tẽpla, nõ illiberales sed perniciosos, impios, iniustos, sceleratos, & sacrilegos appellamus. Vt Dionysium Syracusanũ, qui deoꝝ gentilium fana spoliabat, cachinno dictitãs deos oportere locupletare egentes.

Dub. 5 ¶ Circa dicta dubitat̃, Primo, an idẽ potest esse prodigus & illiberalis, vt Aristoteles dicit. Argumẽtor eñ, q; nõ, quia tũc cõtraria eidẽ cõpeterẽt: prodigalitas eñ illiberalitati cõtraria est. Secũdo, si Socrates elicit nũc actum prodigalitatis, nũc illiberalitatis & alternatim, an erit liberalis. Videtur q; sic:

tantū enim deficit quantū exuperat:ergo ſtat in medio. Tertio,quomodo auaritia eſt incurabilis,&
an poteſt curari in ſenibus. Quarto,ſub qua virtute cardinali liberalitas includiť.Quinto,an om̄ia
ſua dans egenis & religionē ingrediēs ſit prodigus.¶Ad primā dubitationē reſpōdetur affirmatiue: Ad primū.
nulla eſt cōtrarietas inter actū prodigalitatis & illiberalitatis niſi fuerint circa idē obiectū cū eiſdem
circūſtātijs & pro eodē tēpore.¶Ad ſecūdū dicitur,ꝙ talis nūq̄ erit liberalis. ¶Ad tertiū dicitur,ꝙ Ad ſecūdū.
difficulter eſt curabilis.Cōmuniter em̄ diciť,Omnia vir vitia dimittit quādo ſeneſcit, preter auaritiā Ad tertiū.
que ſola ſeneſcere neſcit.Multorū indiget ſenex,plenus pollicitorū quibus nō credit,quia toties ſe fal-
ſum & deceptū expertus eſt:vult propterea ſua ſeruare vt vitam calamitoſam cōſeruet meliori via ab
erumna qua poteſt.Plerią; eius bona ſubtrahūt:propterea ſollicitus eſt circa cōſeruationē ſuorum:
aliqui tamē ſunt ſenes liberales.¶Ad quartā dubitationē reſpōdeť,ꝙ ſub nulla virtute cardinali li- Ad quartū.
beralitas includiť tāq̄ ſpecies alicuius virtutis cardinalis:eſt pars potētialis,tamē cū iuſtitia & cum ea
habet maiorē affinitatē & cōuenientiā q̄ cū aliqua alia virtute:& hoc eſt ipſam ad iuſtitiā tāq̄ ad partē
potētialem reduci.aliqui ob vnā proprietatē in hac virtute repertā eā ad vnā cardinalem virtutē,alij
ad aliā ob aliā proprietatē reducunt.Sed vt diſcrimen inter liberalitatē & iuſtitiā plenius intelligas:
ſcito ꝙ iuſtitia & liberalitas,Primo i hoc cōueniūt,ꝙ vtraq; virtus eſt ad alterū.Secūdo cōueniūt,ꝙ
ſunt circa bona fortunæ ambe,ac inter ſe diſpeſcūtur. Auaritia interdū iniuſtitiā cōplectitur queād-
modū Ezechielis.22.ſcribiť.Principes eius in medio eius,quaſi lupi rapientes prædā ad effundendum
ſanguinē,& auare lucra ſectādo.Interdū nomē auaritie cum illiberalitate coincidit,& tūc illiberalitas
eſt vitiū quo quis magis ardēter q̄ oportet,aut plus æquo fortunis afficiť:eſto ꝙ nolit capere alienū.
Ecce quid eſt illiberalitas & eſt ſemper vitiū:non tū teterrimū,quia inhiat ſuis plus q̄ ratio dictat,in
quibus voluptatis plus q̄ ratio expoſtulat accipit.Vnde auaritia nō ſemp eſt mortalis: patet quando
liberalitati opponiť nōnūq̄ iuſtitiæ aduerſatur,& ſic eſt deterior.Tūc em̄ furtū,rapinā, & huiuſmodi
mōſtra implicat:& ſic eſt ex ſuo genere mortalis:nō autē vt liberalitati opponiť, ſed ſepius venialis:
Inordinatus amor pecuniarū nō eſt mortalis,niſi præponať charitati dei & proximi. Cæterū cumu-
lare opes in immēſum licitis medijs eſt illicitū.Sufficit fortunas pro ſe & ſuis ſufficiēter habere. At-
tamen quiſpiā inferioris ſortis vt negociator,agricolave,dignus ſuperiore ſtatu, poteſt ad eū nūmos
cumulare:verū ſciat iſte inferioris ſtatus,ꝙ cū ſuā humilē ſortem mutauerit non ſic viuet tranquille
& ſub modio poſitus.Liberalitas mouet hominis affectū vt hic teneat mediū & illiberalis preter ra-
tionē colligit,vbi nō eſt colligendū:& retinet quādo dandū eſt. Colligit ſtricte ab inopibus quibus eſt
ſubueniēdū:& habet ſuperflua que indigētibus amicis non cōmunicat. Immo eſt ita ſibi & ſuis pcus vt
eis ſepius neceſſaria deſint.Iniuſtitia eſt in ordine ad alterū,vt qui inordinate aufert ab altero vel re-
tinet alteri⁹ rē quā nō reſtituit.Stat virū nullū habere affectū ad pecuniā ſibi applicādā,& eſſe iniuſtū
vt ſola cauſa nocēdi,occido porcos vicini mei aut eius domū incendo , in his ſum iniuſtus , nullo tū
modo illiberalis aut auarus ſum.Auaritia eſt cōtra liberalitatē & iuſtitiā.Contra liberalitatē ꝑquāto
homo inordinatū affectū habet ad pecuniā colligendā & ſeruādā:ſine tali affectu homo nūq̄ diceť aua-
rus,licet ſit iniuſtus,vt in cōbuſtione domus dictū eſt.Si rem vicini mei accipiā pro quāto tollo alie-
nū,ſum iniuſtus.Accipiūt morales auaritiā tāq̄ genus ad illiberalitatē & ad iniuſtitiā & ad cōflata ex
his:huiuſmodi ſunt fœnus.ſimonia,furtū,rapina.¶Ad vltimā dubitationē diciť,ꝙ talis nō eſt pro-
digus,ſed generoſe liberalis:cū omnia ſua relinquit inopibus propter deū, & frugē ſanctioris vite ca- Ad quintū.
pit.Prodigus preter rationē erogat ſicut illiberalis, preter rationē retinet, vt cū multū diues inopi
nō ſuccurrit.¶Redeo ad literā.Alia cōcluſio eſt. Aleatores,fures,& latrones illiberales ſunt. Aleator
enim iactibus alee operā preſtat vel rem ſuā fortune cōmittit:quilibet talus fortuitus ad aleam extē-
ditur:dicimus iacta eſt alea.Fur clanculum res aufert alienas. Latro,qui tenebrarum opportunitate
fret⁹ aliena capit. Latro per vim capit,nō autem fur:ſicq; hic capitur.Nam hi omnes in turpi lucro
verſantur:cuncta cauſa queſtus agūt,ob queſtum talia probra tolerant,ſane aleatores ab amicis q̄bus
potius dādum eſt lucrātur.Fures & latrones ſimiliter ob lucrum extrema pericula ſuſtinēt & in ſor-
dido lucro occupantur. ¶Vltima concluſio.Non ab re illiberalitas eſt magis liberalitati contraria q̄
prodigalitas. Probatio . Illiberalitas eſt maius flagitium q̄ ipſa prodigalitas,& vbiq; peius vitiū ma-
gis virtuti aduerſatur q̄ minus malū.Secūdo probat hoc ipſum,quia homines pluries illiberalitate
q̄ prodigalitate delinquūt:& illud vitiū in quo homines crebrius peccāt , magis virtuti aduerſatur .
Et illud intelligitur de prodigo ſimplici,qui non cum prodigalitate illiberalitatis labe eſt aſperſus:
& illud eſt cōmuniter.Stat tamen dare illiberalem venialiter, & prodigum ſimplicem in caſu mor-
taliter peccantem:ſed hoc ſolum eſt in caſu.

¶Dubitatur hic primo,quomodo liberalis moleſte fert nōnūq̄ ſuā dationē vt in litera philoſophus Dub.6.
dicit.Secūdo,que ſunt leges ipſius liberalis.Tertio,quod vitiū eſt maxime odioſum.Quarto,an alea-
tor teneatur reſtituere id quod in vero ludo alee iactu lucratur.Quinto,an vſura eſt peccatū,& quo-
modo cōmittiť.Sexto,an Plato liberali dono aliquid capiens a Sorte ſit obnoxius tātūdē reſtituere:
¶Ad primā dubitationē reſpondetur,ꝙ liberalis nūq̄ ægre fert ꝙ erogat inquātum eſt liberalis:ſed Ad primū.
ſi deceptus det plus q̄ oporteat,vel cui nō oportet, vt locupleti & hypocritæ nebuloni qui ſe ſimulat
inopem aut probum.cū oppoſitum ſciuerit indigne fert quod egit,licet in agendo nō peccauerit, ſed
in rei veritate bene egit,& reuera etiā a liberalitate tenebroſe cognita. Si ego hominē ex ignorantia
inuincibili trucidem cum id reſcio,doleo: nō ꝙ peccauerim ita faciendo:ſed quia talis caſus obuenit
mihi.¶Ad ſecūdam reſpōdetur,ꝙ eius leges & proprietates ſunt,vel ad has anhelet qui liberalis cu- Ad ſecūdum.
pit eſſe:cibare fame affectos,potare ſitientes,operire nudos,mortuos inhumare more Tobiæ,egenos

In hospitium suscipere,& indifferẽter omnes vbi aliũde hospitium habere nequeunt, vt Abraam qui in conualle Mambre expectauit hospites. Inopibus succurrere, signanter his qui mendicare rubore verẽtur. Hi eñi magis inter oẽs egenos affligũtur. Si extremã necessitatẽ habẽtẽ quẽuis nouit,vel noscere debuit talẽ,preterit,charitas dei in illo nõ manet:etiã honestate propria posthabita. Martinus chlamydẽ tali pauperi putato generose ptiuit. Si ipse in necessitate constitutus fuerit sibi primo succurrat nisi alter reipublicę sit multo vtilior. Omnia sunt cõmunia existenti in extrema necessitate, immo si antiquus possessor rei quę est mihi necessaria ęque cito ad hãc necessitatẽ mecũ peruenerit probabiliter nõ illi dabo,licet duplici iure ad eũ pertinere videaẽ. Necessitas cũ possessione ius duplicãt. ℭ Quantũ spectat ad beneficiatorũ stipem erogãdã id notetur. Si sacerdotiũ habeat extra omnẽ litẽ in pacifica patria sufficit reddit⁹ trimestrũ sumptuũ, hoc est quartę partis anni,habere prę manib⁹, reliquũ pie exponẽdo nõ fingat sibi casus mathematicos deliteant bello qđ incidere potest,de quo color est nullus. Cito det indigẽti vel qui meruit. Qui cito dat bis dat,male dat qui munera tardat, vt veteri prouerbio diciẽ. Molesta est verbosa promissio. Qđ prẽstare potes (inquit Cato) ne bis promiseris vlli. Ne sis verbosus dũ vis vrbanus haberi. Non sis prodigus verbi,sępius promittens: fac quod semel promiseris. Talis est liberalis. Pollicitis diues quilibet esse potest,Ouidius tamẽ dicit,vtere cautione cõtra talem. Prẽstat retinere simulatũ amicũ q̃ ei exprobrãdo facere eũ hostẽ. Hoc facies si eius fucũ te scire intelligat. Detur res iuste possessa,alioqui ad restitutionẽ dans est obnoxius. Tertio requiritur donũ esse statui eius cui datur cõueniẽs,vt liber aut ęquiualens scholastico,militi arma militię, vt arcus,pharetra,romphea. Nõ detur nociuũ illi cui datur,esto q etiã petat,vt gladiũ amenti & vinũ temulẽto dabis nũq̃, nec pecuniã iuueni amico tuo,aut alteri quã putas fore ei occasionẽ propinquã peccãdi. Requiritur locus & tẽpus. Quędã in propatulo honeste dãtur, vt militaria dona,equi & eleemosyna ab habẽtibus patrimoniũ crucifixi,vt cęteris sit exẽplũ. Similiter sua sacerdotia exponẽdi:& ipse dans mani glorię nõ est subiectus re ipsa licet alij falso eũ prędicẽt id ob inanẽ gloriã facere. Quędã dabis clanculũ vt honestis inopia pressis,nullo sciente. nonnũq̃ dabis & nesciẽtur vnq̃ a quo illud prouenit vt diuus Nicolaus magnã auri molem pauperi vicino ne filias prostitueret, sic facit vt Archesilaus philosophus qui sacculũ plenũ nũmis ad caput Crescbij ęgrotantis & penuria laborãtis cũ eũ visitaret clam sub puluinũ iecit. volebat eñ gratiã latere. Alter tamẽ haud ingratus dix:t alijs pecunia inuẽta: hic Archesilai (vt nosco) est ludus. Dicebat accipiẽtẽ honestũ furem (vt ita loquar) prodere,vt ad similia alij animarẽtur ne sua laude etiã apud homines fraudãretur. Officij alterius multis narrare memento. Ne videaris ingratus & immemor beneficij accepti:sed dãtis sępius est dissimulare. At vereor ne hic Ethnicus nostros pinguia sacerdotia habentes & similia non facientes cõfundat.

Ad tertiũ. ℭ Ad tertiũ respõdeẽ,q sicut paulo ante recitauimus,inter oẽs studiosos liberalis maxime amaẽ. Inter morales virtutes liberalitate nõ est alia faciẽs magis habẽtẽ diligi. Cõsequẽs est illiberalẽ odij nexibus esse implicitũ & tã deo q̃ hominibus odibilẽ,esse signũ tyrãnis & grassatoribus ad fagitã:vt eius bona auferãt,eũ iniuste vexent,& sępius intermãt. Nihil aũt est absurdius auaritia in sene. Quid per deũ immortalem est stultius q̃ quo minus vię restat eo plus viatici colligere. Licet iuuenis vita est incerta,grãdis tñ natu omnino diu viuere nequit:sicut eñi bulla aquę euanescit. Nimirũ tyrãni generis est fęx. Hic nebulosus circa caduca supputãda anxius insudat. Quãtũ opes excellũt crescũt,tãtũ earũ sine freno etiã coalescit amor. secũdũ illud Iuuenalis, Crescit amor nũmi quãtum ipsa pecunia crescit. Thomyris Massagetarũ regina cuius filiũ Cyrus interemerat,Cyro p insidias capto& eius capite in vtrẽ sanguinis plenũ cõiecto dixit, Sanguinẽ sitisti Cyre,sanguinẽ bibe. Sũt q Crasso Romanorũ ferme ditissimo a Parthorũ rege qui eũ ceperat dictũ: Aurũ sitisti Crasse,aurũ bibe. Crasso igiẽ opes erãt exitiale & p̃sentaneũ venenũ. Ad multa flagitia hęc lues auaritię impellit:secũdũ illud Virgilianum, Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Pecuniæ obediunt omnia inquit Ecclesiastes. Et auaritiam omniũ malorum radicem altisonus Euangelij pręco Paulus dixit.

Ad quartũ. ℭ Ad quartã dubitationẽ respõdetur negatiue, posito q nõ cõmittatur fraus in ludo:quia si sic esset furtũ,& si vterq; sua sponte ludat,puta neuter est coactus p metũ. Si Socrates requirat Platonem ludere,qui libere potest cessare & ludere,quis Socratẽ nõ meruit:iã vterq; sua spõte in pposito ludit: & metu ludere nõ cogiẽ,& sic ludẽtes & lucrãtes habẽt dominiũ pecunię lucratę vel vsum ad exponẽdũ. Quãdo recreationis gratia duo etiã sacerdotes ludunt & parũ in aleã collocãt vt vigilãtius animaduertãt,nulla est restitutio fienda,& minus quãdo deperditũ in potũ aut pisciculũ cõmunẽ exponitur: illic eñi amittẽs partẽ rei pditę acquirit,illudq; honeste fit. Pari iure si aliquis ociosus nõ potest abstinere a somno & ei dormitio officit,luditq; ne dormiat & lucrũ est exiguũ, talis ludus est meritorius. Cauẽdũ tñ est a sequela ne scholastici & iuuenes ex hoc malũ sugant exẽplũ. Probatur tñ non requiri restitutionẽ. Ex torneamẽtis,scaccario ludo & similib⁹ cõtractibus ambiguis. Probaẽ etiã hęc cõclusio negatiua aliter,vterq; est dominus pecunię suę vel habet vsum pecunię ad sic exponẽdũ supponos possunt cõuenire q victor alterius pecuniã habeat. Tertio sic argumẽtor ad idẽ,in Scaccario ludo p tractũ regis,reginę & aliorũ lucrans habet dñiũ pecunię lucratę: sic in iactu retis emẽdo pisces incertos:in hasticis ludis seu torneamẽtis,ludẽdo spherula,& alijs ludis ãbiguis:ergo & in aleariũ ludo. Dicis q nõ est simile,qm alearũ ludus est vetit⁹:& cõcediẽ repetitio ad.50.annos. C.isto titulo alearũ.l.fi. ℭ Contra hoc argumentor:In plerisq; locis nõ viuitur legibus imperialibus sed municipalibus,quã obrem leges imperatoris illic nõ habent robur. Secũdo,illa lex est abrogata etiã vbi leges imperiales sunt in viridi obseruantia. Modo cõsuetudo veniens post humanã legem eam euertit. Vbiq; cõsuetudo tãtũ facit post humanã positiuã legem,quãtũ facit vnũ ys scriptũ post aliud. At dicis aliquorũ

more,nõ vſus nõ inducit cõſuetudinem:ſi quis eſt paſſus damnũ & agere noluit non eſt abrogata lex
cõcedens tali poſſe agere actione legis Aquiliæ: nec cõtra illã eſt inducta cõſuetudo, quia lex ad vſum
non neceſſitat:ſed dat agendi facultatẽ. ¶Contra hoc argumentor. Licet hoc ſit verũ per non vſum
in cõtrariũ tamen lex eſt abrogata per vſum cõtrariũ inquãtũ aliquãdo repetentibus nõ eſt ius datũ,
quia repetenti deperditũ in foro tituli & cõtradictorio modo nõ datur actio nec ſententia reſtitutio-
nis debere fieri perdenti. Nõ eſt vero ſimile quin in tãto ludentiũ cœtu iſtud nõ ſemel ſit practicatũ.
Inſuper oppoſito dato omnes nõ reſtituẽtes tale lucrum damnabis:quod nõ videtur concedendum.
Ex hac cõcluſione ſi vera eſt,ſequitur ꝙ ludens nõ tenetur ad reſtitutionẽ lucri. verũ vbi lex imperia-
lis aut municipalis nõ eſt abrogata p oppoſitã cõſuetudinẽ, ſed lex in ſuo robore perdurat reſtitutio
eſt facienda.qui perdidit ob legem & ludere & rei acceptionẽ pꝛohibentẽ. Forte ais,cũ turpitudo ver-
ſetur vtrinq; potior eſt cõditio poſſidẽtis.ff.de condi.ob.fur.ca.l.3. Reſpõdetur,hoc eſt verũ niſi ius cõ-
tractũ irritat. Ad iuſtam tranſlationẽ dominij requiritur vt contractus nõ irritetur a lege vltra par-
tiũ cõſenſum. ¶Contra hoc inſtatur. Hac via alea ludentibus cornua aperiũtur qui ſic ludentes pec-
cant,quod eſt incõueniens. Reſpõſio,multa retrahũt virum a luſu,pleriq; alea ludentes depauperã-
tur,iurant ſine cauſa,ſignanter cũ perdũt ob impatientiã qua agitãtur,& omnia pdita amittens dare
cogitur cũ lucratur matrifamilias & familiæ,candelæ & conuiuiolum medietatẽ lucri abſumũt & res
ſic acquiſita nõ pdurat. Quãdo vides aleones,aut aleatoria detinẽtes locupletes? Vir talis tãq̃ ſtolidus
notatur qui omnia quæ habet profligat. Si autẽ quis ob iſta nõ arceatur neſcio quo freno a ludo re-
trahetur. Ipſum peccare inter ludẽdũ nihil probat de reſtitutione. Patet de quęſtu ſordido meretricis
& lenonis. Meretrix turpiter ſuũ corpus locat pro cuius vſu capit pecuniã quã reſtituere nõ tenetur,
modo capiat ab habẽte dominiũ ſic tranſferre,vtpote quãdo eſt dominus rei. Nõ video religioſum qui
habet vſum rei,poſſe in meretricẽ hac via trãſferre dominiũ:attamen in operariũ pecuniæ dominiũ
qd nõ habet transfert. Similiter ad taxillos abbas parũ recreationis gratia ludit & in victorem do-
miniũ transfert:quando lyricini recreationis gratia nonnihil dat lyricon dominiũ habet. Sed abbas
in caſu ſolatij plus capit inter ludendum qui recreatione eget:ergo concedi poteſt illud eſſe licitum.
¶Ad quintũ reſpõdetur,ꝙ vſura eſt peccatũ,patet per Ariſtotelem hic in litera, & primo Officiorũ Ad quintũ.
ex Tullio in lumine naturali loquentibus. Et Lucę.6. Mutuũ date nihil inde ſperantes. Et laudatur
qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſuram,vtq; cognoſcatur eius natura pręmittatur eius diffinitio. In hoc
Panetiũ qui id prętermiſit Tullius.2.Off.carpit. Vſura eſt volitio capiẽdi lucrũ vltra ſortẽ, vi mutui.
Vt do Socrati mutuo decem,capio ab eo ratione illius mutui,quia ſolutionẽ expecto duodecim. Ecce
hic capio duo vltra decẽ quæ ſunt mea ſors.hæc volitio propterea eſt vſura. Idem eſt ſi nollem dare
mutuo niſi lucrũ vltra ſortẽ haberẽ. Et ſermo eſt de tẽporali lucro,& nõ ſpirituali qd homo cõſequit
ratione mutui dati mutuatario,ita ꝙ vſurarius ſemper eſt opulentior q̃ fuerit ratione mutui:ſi ſolũ
habeat ſuũ vel alias ei debitum vel tãtũ quantũ ex ſuo lucrari poteſt pręciſe vltra labores impenſas &
periculum nõ eſt vſura. Do tibi decem mutuo qui iam pridẽ mihi octo debebas quæ ſoluere recuſas:
do inquã decem quatenus habeam.18. Non cõmitto vſuram:nõ enim habeo lucrum vltra ſortem cũ
nõ ſim opulentior poſt cõtractũ q̃ eſſe debeam etiã ex te,nõ cõmitto vſuram. Pari forma do Platoni
ſcholaſtico decem mutuo principaliter,volo eius inopię ſuccurrere intendẽs ꝙ lectionem meã viſita-
bit,& ſic lucrabor.4. nõ eſt vſura. nõ enim ſum pecunioſior q̃ eſſe debeam & ratione mutui & ratione
laboris. Capio.4. quæ capio a quolibet alio in mea claſſe. Hoc iure molitor piſtori dat centum mutuo
principaliter propter deum,ſecũdario vt id ſuũ molendinũ ille frumentũ molendum curet, alioqui
nõ daturus,ſine labe vſuræ. Secluſa enim cauſa minus principali,ſępius totus effectus ſecluditur. Ca-
nonicus ad matutinũ ſurgit habiturus pecuniã,alioqui nõ iturus nec id eſt ſimoniacũ. Pari forma
ſacerdos celebrat habiturus pecuniã,alioqui nõ celebrabit ſine omni ſimonię ſorde. Si iſti mutuato-
res habeant lucrum vltra ſortẽ,nõ eſt vi mutui ſed ratione laboris. Vlterius patet,ꝙ ratione damni
emergentis id mutuo homo poteſt capere tãtũ quãtũ iacturę ipſe incurrit,ratione illius mutui:& po-
teſt paciſci,vel iudex hoc ſtatuere ſi nõ ſoluatur ei in tali termino,habebit nonnihil vltra ſortem: &
qualibet ebdomada qua nõ ſoluetur prętermiſſo termino habebit duo:& hoc ſuppoſito ꝙ libentius
aut ita libẽter haberet ſuã ſortẽ ſicut illud quod in pactum deducit vel iudex imponet. Nã illud,capit
ratione pœnę iuridice inflictę:quia imponit mutuatario limes ſoluẽdi mutuanti: & eo termino trãſ-
greſſo dabit & ſortem & nõnihil vltra:quia ratione pœnę illud incremẽtũ infligitur ob cautionẽ ne
iacturã mutuator incurrat, & vt mutuatarius ſit ſollicitior pecuniam in termino ſtatuto reponere.
Etiã poteſt capere ratione lucri ceſſantis tãtũ quãtũ lucretur iudicio prudentũ defalcatis,labore,impẽ-
ſis & periculo. Res enim nõ tãtũ valet in periculo quãtũ extra diſcrimen,etiã impenſas maiores face-
ret in campis q̃ domi. Etiam nõ haberet tãtũdẽ mei labore quãtum ipſo laborante. Conſulat tamen
ſuæ famæ iſte taliter mutuo tradens cenſeatur fœnerator. ¶Ioannes Buri. mouet quęſtionẽ vſuræ: Quęſtio.
quia mos eſt in aliquibus ciuitatibus vt ait, ꝙ primores ciuitatis accipiunt pecuniam orphanorum
ad certos annos quibus nonnihil orphanis miniſtrant:& iterum in fine totum reſtituũt, videturq;
vſura. Ioannes circa hoc varia tãgit & nihil ad ſolutionem dubitationis motę. Dico ꝙ iſti orphani Reſponſio.
emũt ius leuandi quotãnis tãtã pecuniæ ſummã a cõmunitate,vel cõmunitas loco tutorũ curatorũve
hoc eis facit,& licitũ eſt pleriſq; ita facere,vt alias in.15.diſtinctionẽ.4. Sentẽtiarũ fuſius diſſerimus.
¶Dubitatur, Si quiſpiã mihi nõnihil liberali dono cõtulerit, an ſim obnoxius tãtũdẽ illi reſtituere. Dubium.
Reſpõdet,ꝙ ſolũ debito honeſtatis ad hoc deuincior:& ſi omiſero quicq̃ ei refundere nõ pecco. Mere Solutio.
gratis mihi illud prębuit:nõ intẽdẽs me obligari ad ſimilia verbo aut facto: in eũ tñ peccãs grauius

delinquo ob beneficiū mihi collatū. Et si ei nō succurro in casu pręcepti, magis pecco. Collatio enim muneris in me meā transgressionē auget: quēadmodū ille qui a deo gratiā gratis datā suscepit grandiorē labem trāsgrediēdo incurrit q̄ alter talia nō acquirēs. Dū em̄ augent̄ dona, rationes crescūt donoꝝ, vt inqt Gregorius in Homelia, & in horis canonicis de cōfessore pōtifice id dicimus. Et hoc si beneficiū sit notū: si vero sit occultū inuincibiliter vt est speciale auxiliū nōnūq̄, magnitudo gratiæ gratū faciētis, pręedestinatio, aut simile, nō aggrauat peccatū. Secus est vbi vincibiliter ignoretur. Hinc dicim⁹ in quartū Sētētiarū, ꝙ recidiuās plus peccat ob ingratitudinē, quia deus ei suā offensam ignouit, & æquiualēter facit duo peccata, licet ratione ingratitudinis sępius nō attingat grauitatē alterius actus, vt in festo peccās vnico actu bifariā peccat & duo peccata facit: terminus numeralis illic cadit

Obiectio. in cōnotatū peccati, vnico actu binas difformitates facit. ¶ At dicis. Non sequit̄: Iste est vituperabilis quia fornicator, & vituperabilis quia ingratus, ergo duo sunt peccata: quēadmodū nō sequit̄. Iste est vituperabilis quia fornicator, & vituperabilis quia trāsgressor: ergo fornicatio & transgressio duo sunt

Responsio. peccata. Respōdeo, ꝙ prior cōsequētia est bona: posterior vero mala. Nec vllo modo est simile transgressio est superius ad fornicationē nec cū ea ponit in numerū. ¶ Dubitat̄ finaliter quas cautiones obseruabat ipse beneficus. Respōdet̄, benefici nō est gratificari malis ad eoꝝ facinora fouēda ea propter Marcus Crassus nō benefice egit Cæsari pecuniā suppeditādo. hoc Cęsarē insolētiorē reddidit. Secūda cautio est. det beneficus sua pro facultate: si facultatē trāsiliat est stolidus, det honesti gratia, & non ob ostētationē, interdū in publico inopibus in alioꝝ ædificationē, timidus in occulto pauperibus erogabit ne turgeat.

Lib. IIII. Tract. I. Cap. II.



COnsequēs autē esse videtur & de magnificētia pertractare. Videtur enim & ipsa virtus quædā circa pecunias esse: nō tamē sese extēdit vt liberalitas ad omnes pecuniarios actus, sed ad sumptus tm̄. Atq; in his ipsis liberalitatē exuperat magnitudine. Nā vt ipsum nomē subsignificat, decēs fit per ipsam in magnitudine sumptus. Magnitudo autē est ad aliquid. Non em̄ idē sumptus triremis, & spectaculorū præfectū decet. Decens igit̄ est & ad ipsum, & in quo, & circa q̄ fit. Qui vero paruis in rebus: aut mediocrib⁹ pro dignitate sumptus facit (qualis est ille qui dicit, Atq; ego sæpe dedi peregre veniētibus vltro) non dicitur magnificus: sed is qui in magnis. Nā magnificus quidē liberalis est: at liberalis nō

Pusillitas. Ruditas. cōtinuo magnificus est. Talis autē habitus defectio qdē circa decorū pusillitas nūcupatur: exuperatio vero sordiditas, & circa decorum ruditas appellatur, & quot sunt tales, nō circa quę oportet exuperātes magnitudine, sed in quibus nō oportet & quēadmodū nō oportet, quęrētes sibi splendorē, de quibus posterius dicemus. Magnificus autē sciēti similis est. Non decorū ipsum cōtēplati potest & magnos cōcinne facere sumptus. Vt em̄ in principio diximus, habitus operationibus, & iis quorū est definitur. Sumptus igitur magnifici magni sunt & decētes: talia autē & opera sunt, sic em̄ magnus erit sumptus & decens ad opus, Vt sumptu quidē opus: opere vero dignus fit sumptus, vel etiā exuperet. Atqui magnificus honestatis causa tales faciet sumptus, hoc em̄ omnibus est cōmune virtutibus. Est etiā cū voluptate, & sine parsimonia erogādo. Exacta nāq; ratio ad pusillitatē nimirum attinet. Atq; potius quonā pacto pulcherrimū, maximeq; decens fuerit ipsum opus cōsiderabit: q̄ quāti cōstiterit: & quonā modo cōfectum fuerit: q̄ quo per minimos sumptus. Necesse est igitur ipsum magnificū liberalē etiā esse. Etenim liberalis sumptus faciet quos oportet, & vt oportet. In his autem est magnū ipsum magnifici, vt magnitudo circa hęc liberalitatis. Et ab æquali sumptu magnificētius faciet opus. Non enim eadem est virtus rei quæ possidetur & operis. Etenim illa quidem est ea quę q̄ plurimo precio digna est, & preciosissima, vt aurum: opus autem quod magnū est atq; pulchrū: talis enim operis aspectus est admirabilis. At quod est magnificū est admirabile, atq; virtus operis est magnificētia in magnitudine.

Impensę honorabilia. Sunt autem impensę quas dicimus ipsa honorabilia, vt ea quæ deorū, heroūq; causa fiūt. dedicationes inquā & extructiones, ac sacrificia & circa omne diuinū. Et ea quę ad rempublicam liberaliter fiūt, vt si aliquo in loco ludos splendide facere oportere putāt, aut prefecturas subire nauiū, aut etiā epulum publicū exhibere, atq; in vniuersis (vt diximus) & ad agētē habetur respectus quisnā sit & quas habeat facultates: digna enim his esse oportet & nō solum opus, verū & ipsum faciētem decere. Quocirca pauper nō erit magnificus: quippe

Pauper non erit magnificus. cū ei nō sint ea e quibus multos decore faciat sumptus. Qui vero aggreditur, fatuus est. Nā pręter dignitatē facit & id quod oportet. Id vero quod recte sese haber a virtute emergit. Decent autē & eos quibus talia antecedunt aut per seipsos, aut per maiores, aut per eos ad quos ipsi se referūt: propinquitatis aliqua ratione. Et nobiles etiā, & gloriosos, & quotquot

sunt huiuscemodi.Hęc enim vniuersa amplitudinē habent & dignitatem. Maxime igitur talis est ipse magnificus: & in talibus impensis versatur ipsa magnificētia: quemadmodū diximus,& maximę enim,& honorabilissimę sunt.Priuatarū autē eæ pertinēt ad magnificū quæ semel fiūt,vt nuptiæ & si quid aliud tale.Et si circa aliquid tota ciuitas,aut qui sunt in dignitatibus studeāt,& circa hospitū susceptiones,& missiones,& munera.Non enim ad seipsum,sed ad publica sumptus facere magnificus solet. Ipsa autē munera simile quid habent iis quę diis dedicātur.Ad magnificū etiā pertinet & domū a se extructā (vt diuitias) decētet habere.Est enim quoddā & hęc ornamentū.Et item in iis magis operibus sumptus facere,quę diuturno tēpore persistere possunt.Hęc enim sunt maxime pulchra. Atq; in singulis decorū ipsum seruare. Non enim eadē diis & hominibus,& ad templū,atq; sepulcrū, accōmodantur.Est autē vnusquisq; sumptus magnifici suo in genere magnus,& magnificētissimus quidē is est,qui est magnus in magno: hic autē is qui est in his magnus. Et differt magnū quod est in opere a magno quod est in sumptu. Pila nãq; pulcherrima aut pulcherrimus vrceus,puerilis quidē muneris magnificentiā habet:preciū autē eius pusillū est,atq; illiberale.Quapropter magnifici est quocūq; in genere faciat,magnifice facere.Tale nãq; neq; facile superari potest:& sese habet vt sumptus dignitas postulat. Talis est igitur ipse magnificus.Is autē qui exuperat,atq; sordidus,sumptus faciēdo vltra id quod oportet, exuperat,vt dictū est.Nā paruis in rebus multa cōsumit:& splendorē incōcinne captat: nūc iis qui pecunias cōferunt ad cōuiuia sibi paranda nuptiali apparatu epulum prębens:nūc subministrās comoedis,exhibens in corū transitu purpurā,vt facere Megarenses cōsueuerūt.& alia talia nō honestatis,sed ostētationis diuitiarū causa facit:& vt admiratione propter hæc (vt putat) afficiatur.Atq;,vbi quidē multos facere sumptus oportet, paruos facit.Vbi vero opus est paruis,magnos.Pusillus autē in decoro circa vniuersa deficit:& maximis factis sumptibus in paruo perdit decorum: & quicquid facit,tarde differēdoq; facit. Consideratq; quonā pacto q̃ minimos faciat sumptus.Et etiā queritur,cunctaq; maiora q̃ oportet,se facere putat.Sunt igitur hi duo habitus vitia quidē,non tamen afferūt probra; propterea q; neq; detrimento sunt aliis,neq; nimiū sunt deformes.

Magnum in opere & in sumptu.

Megarenses.

Sordidus & pusillus sunt circa probrū.

COonsequēs est de magnificentia deinceps discutere,quia grandē habet affinitatē cū liberalitate propterea vt dicēda dictis cōtinuētur est hic agitāda. Quia est quædā virtus circa pecunias vti liberalitas:sed non ad omnia pecuniaria,ad quæ liberalitas,diffunditur. Liberalis nūc dat nunc etiā accipit:nulla autē acceptio,nec pusilla datio est magnifico curę:verū circa sumptuosa rationi cōsentanea insudat:nō enī facit magnos sumptus circa vana, nec circa immanē nauim scopulorū ictu frangendā (talis tamen facit secūdū exigentiā negocij sufficienter) sed magnas impensas circa sublimes structuras, ita q; opus sumptus transilire videtur,vt de regia solis Naso loquitur,

Regia solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro flammisq; micante pyropo.
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat:
Argenti bifores radiabant lumine valuæ.

Et sequitur cōtinuo,Materiam superabat opus.In sumptibus liberalitatē magnitudine transcendit. Nam vt nomen significat,per magnificētiā decens est magnitudine sumptus.Et dicit q; sumptus est decens in ordine ad aliquid siue relatiue.Primo est decens sumptus in ordine ad ipsum qui facit. Nō enim idē sumptus triremis & spectaculorū prefectum decet:ergo relatiue fit.Triremis inuentor fuit Amocles Corinthius. Vnde fit vt triremes non sint nuper excogitatę: vt patet Deuteronomij .34. Multa exponsit prefecti ludorū theatraliū,hoc apud Romanorū annales videre est,de Pōpeio & reliquis.Decens ergo erit in ordine ad faciētē,& decentia circa id quod fit,pro quo fit,an pro deo optimo maximoq; an pro rege an priuato homine,vt de tēplo Salomonico vbi quotidie septuaginta virorū milia pro oneribus deportādis insudabant,& octoginta milia latomorū extruebāt.Templū erat Augustū & in vniuerso orbe nominatissimū,& ob dei gloriā,hæc regem prepotētē decebāt.Qui viginti boues cōmunes & decē saginatos cū centū veruecibus siue venatione in quotidianos sumptus dabat: triginta choros similę & sexaginta choros farrinę in dies etiam singulos cōsumebat.Atqui in rebus paruis p dignitate sumptus facit,qualis est ille q dicere cōsueuit. Atq; ego sępe dedi peregre venētibus vltro.Nō est magnificus:talis enī minutā stipē egenis erogauit. Licet tātū tēporis successu quātū alter breui exponit.Nēpe magnificus quilibet est liberalis:beneq; sequit,est magnificus proinde liberalis:& nō cōtra. Aut liberalis nō cōtinuo & vniuersaliter est magnificus.Liberalitas enī est dispositio ad magnificētiā:modo dispositio ad aliud crebriter stat sine illo. Defectio magnificētię circa decorū vocat pusillitas:excessus vocat sordiditas,& circa decorū ruditas. Paradigma primi,de illo qui opus insigne inchoauit & defectu magnificentię ipsum nō cōsummat.Exēplū secundi,vt de pyramidibus

ventosorũ regũ Ægypti:& vnionis Cleopatræ Ægypti reginæ absumptę in obsonio vno præsenti Marco Antonio. Preciosissimã enim margaritam aceto liquefactã, quę inæstimabile aurũ valere dicebatur, lubrica mulier cõsumpsit. propterea Plinius recte sordidũ Cleopatrę cõuiuiũ appellauit, quo morsu vno regni cõsumpsit opes. Postea ponit sex ꝓprietates magnificẽtię: quarũ prima est. Magnificus scienti similis est. Nam quid decens quid decorũ ve sit capit:& ante cũ libramine digerit quibus impẽsis tale opus perficere valeat: & magnos cõtinue facit sumptus. Magnifici enim opera magna sunt & decentia. Dictũ est in secũdo libro, ꝙ habitus operationibus determinãtur, & ijs operabilibus quorũ est habitus: sed magnifici habitus magnus est & decens, & sumptus magni & decentes: taliaq́ʒ sunt eius opera: nã magnũ magna decent, sicq́ʒ sumptũ magnũ esse oportet vt operi cõgruat, & opus ipsum decens vt sumptus sit opere dignus, vel opus sumptus transcẽdat: satius est pecuniã superfluã cũ opere pfecto relinquere q̃ pecuniã opere incõpleto deesse. Secũda magnifici proprietas est ꝙ honestatis causa id faciet. Hoc eñ cuilibet virtuti est cõmune. Tertia, ꝙ cũ iocunditate id faciet: hoc item omni virtuti est peculiare. Et sine parsimonia, hoc est cũ pecunię copia: quia exacta sumptuũ ratio & supputationis diligẽtia ad pusillitatẽ attinet. Quarta ꝓprietas est, ꝙ potius considerabit quonã pacto pulcherrimũ erit opus q̃ quãti cõstiterit, & quomodo erit cõfectũ q̃ vt p minimos sumptus. Quinta proprietas quę est & alia cõclusio. Necesse est magnificũ liberalẽ esse: per quã cõclusionẽ remouet dubiũ ne quispiã credat magnificũ prodigũ. Nã liberalis sumptus facit quos oportet:& qđ in sumptibus magnũ est ipsius magnifici est. Decẽs magnitudo sumptuũ sine liberalitate nõ est. proinde in suis agẽdis est liberalis, cũ liberalitas circa eadẽ verseť. Sexta proprietas est, ꝙ magnitudo est liberalitatis. hoc est nõ est sine liberalitate. Vnde extrahiť alia cõclusio. Sũptuũ paritate magnificẽtius facit opus q̃ quiuis nõ magnificus. Non eñ est eadẽ virtus possessionis & opis, hoc est nõ est eadẽ perfectio possessionis siue pecunię quę expẽditur, & ipsum opus. Virtus possessionis est illa quę plurimo precio est digna & preciosissima vt aurũ, opus qđ magnũ est atq́ʒ pulchrũ. Talis eñ opis aspect⁹ est admirabilis, & qđ est magnificũ est admirabile. Ex his cõcludit, ꝙ virtus opis magnifici cõsistit in opis magnificẽtia: sunt autẽ impẽsę quas dicimus esse ipsa honorabilia, hoc est quas dicimus honorabiles, vt ea quę dei aut heroũ causa fiũt qualia sunt tẽplorũ dedicationes, cõsecrationes, extructiones & sacrificia:& circa omne diuinũ. Licet eñ vnũ posuerit deũ. 8. Physicorũ, & 12. Metaphysicę, quẽ dicit adorandum primo cęlorũ: tñ hic loquiť cũ vulgo de deorũ pluralitate, & circa publicã magnificẽtiã, vt si in aliquo loco publico ludi sunt instituendi, eos splendide facere oportet, sicq́ʒ censendũ est de nauiũ prefectura, ponte, hospitali, aut epulo & publice dando ceu Salomon fecit Reginę Saba, & magis magnifice post tẽpli perfectam structurã. Et Iosias de celebratione Phase. 4. Regũ. Atq́ʒ in vniuersis (vt diximus) ad agentẽ respectus habeať, quisnã sit & quas habeat facultates. Nã opa facultatibus digna illisq́ʒ respõdẽtia esse oportet:& nõ sat est opus dignũ esse verũ etiã auctorẽ decere requiriť. ¶ Infert corollariũ inquiẽs. Ex quo fit, vt pauper magnificus esse nõ possit, nisi prius opulentus magnificẽtiã acquisiuerit, nũc p infortuniũ factus inops. Talis eñ est magnificus, sicut dicimus ꝙ cęcus nõ habet distinctã notitiã colorum nisi prius viderit. Quippe pauperi haud suppetũt ea quibus multos decore faciat sumptus. Et patet sic. Omnis magnificus habet multas opes quibus potest decẽter operari: sed nullus pauper habet multas opes: itaq́ʒ nullus pauper est magnificus. In camestres. Inops tñ potest habere volitiones latas sicq́ʒ cõditionatas: si haberẽ opes sic magnifice facerẽ vel volitiões categoricas inefficaces quę ad magnificẽtiã nõ sufficiũt, & potest habere nolitiones vitijs oppositas. Et licet opes cõgestę sint instrumẽtũ magnificẽtię: tñ inopia siue mediocritas quę est imprę̃sentiarũ paupertas, est status nõ minus securus ad bene beateq́ʒ viuẽdũ:& hoc sat est. Si pauper supra vires talẽ prouinciã aggrediať fatuus & desipiens merito reputetur, cũ pręter dignitatẽ & decentiã illud aggrediať. Id vero qđ recte sese habet a virtute emergit, virtus est rectę rationi semp concors: ea ratio est eius regulatrix sexto Ethicorũ. ¶ Alia conclusio. Magnifica aggredi opa eos decet qui ex antecessoribus tales facultates habuerunt per manus, aut sua industria, vel p eos qui ad ipsos ptinẽt. & summatim nobiles & claros & eiusmodi. Nã hi oẽs amplitudinẽ habẽt & dignitatẽ sufficiẽtẽ. Magnificus igiť pręcipue in huiusmodi rebus erit: ac in huiusmodi sumptib⁹ magnificẽtia vt dictũ est. Porro hęc maxima & honoratissima sunt. Hoc eñ pacto opulenti reges & antistites magnificas domus in gymnasijs cũ prędijs perpetuis studẽtibus ordinarũt vt in nauarrę collegio Parisij, in nouo collegio Oxonię aut diuę Magalenes, in sancti Saluatoris museo in diuo Andrea. & Aberdonię. In literario ludo casses doctrinæ acquirũtur quibus alluti heresiarchę irretiũtur. ¶ Alia cõclusio. In priuatis rebus semel instar magnifici fecisse sufficit, vt cum fiũt nuptiæ aut aliquid tale:& circa hospitũ susceptiones retributiones & munerationes, vt cũ Themistocles Domitis Persis Spartã inuiseret. Regũ legatis honestatis & amicitię gratia munera ampla vt celata argentea vasa tribuũtur. Magnificus ad seipsum nõ est sumptuosus, sed ad publica. Et magnifici munera simile aliqd habẽt ijs quę deo sacrãtur. Deus nostrorũ nõ eget: quoniã bonorũ nostrorũ nõ eges dicit Psalmographus, sed ob eius reuerentiã ampla in eũ exponimus: sic in reges magna pręstamus. licet respublica non plurimũ egeat, sed ob reuerentiam talia facimus. Munera quę in rempublicam exponũtur similitudinem quandam sortiũtur cum ijs quę dijs dedicantur. Bonum cõmune est quid diuinũ vt in primordio primi retulimus. Per deos primũ opificẽ & eius sanctos qui illibate in hac valle lachrymarũ vixerunt intelligimus. His qui in duorũ cœtũ relati sunt magnifici principes templa augusta ædificant. ¶ Alia conclusio. Magnifici est domum suis diuitijs congruentem habere, & in eis magis sumptus facere quæ diutius facta manere possunt. faciat columnas marmoreas quia durabiliores sunt. & fenestras non tales, quia caducæ & vitreæ sunt. Plus exponere

in scholę structura, q̃ in ędificatione fragilis nauis quæ scopulis illiditur & vndis obruitur: siquidem domus pręclare a se aut maioribus constructa cuiq; ornamento est: & omnia quæ diuturniore tempore persistere possunt optima sunt, respiciet etiam magnificus ad locum.

¶ Alia conclusio. Magnificus in singulis dignitatem & honestatem conseruat. Non enim eadem dijs hominibus, delubro & cippo accommodari debent, sed cum quilibet magnifici actus in suo genere sit magnus: magnificentissimus ꝙ ia est qui est magnua in magno. Hoc est dicere in magno genere rerũ facit opus magnificentissimum. Non enim est idẽ simpliciter magnũ & in tali genere magnũ. Quandoq; enim differunt magna respectu operis ab eis quæ sunt simpliciter magna in expensis. Pila nãq; siue sperula lusoria pulcherrima, aut pulcherrimus vrceus puerilis siue lechitus aut ãpulla capsulave magnum habet in opere & ad puerile donum magnificentiam, precium est exiguolum & illiberale, hoc est non amplum. Qui enim talis est facile superari non potest, in singulis se habet vt sumptus dignitas exigit. Ex his qualis est ipse magnificus agnoscere vales. ¶ Alia conclusio circa magnificentię extrema. Circa decorum ruditas & pusillitas duo hi habitua vitia sunt, excedens & ventosus sumptus præter dignitatem facit, epulones & comedones insigniter pascit, nam in rebus futilibus multa exponit ventosus, & splendorem cõtra honestatem aucupari proponit, ceu si histrionibus nuptiali apparatu epulum paret. Mimus aut Histrio est qui aliorum dicta aut facta sine reuerẽtia fingit, nũc comœdus sordide tribuẽs. Comœdus est qui comœdias repræsentat. Comœdia est facetia quam iuuenes quęstus gratia facere solent, & in eorum trãsitu purpuras substernete, vt Megarenses facere solẽt: & hæc vniuersa non honesti, sed ostentationis opum gratia faciunt, vt hæc faciendo homines eorum delira opinione in admirationem trahant & alliciant. Atq; vbi multos sumptus facere decet, paucos faciunt, vbi vero opus est paruis magnos. Et pusillus in omnibus deficit & in maximis sumptibus ꝓpter (nescio quid) paruum, honestatem amittit. & quicquid cunctantius atq; differens est moras prorogans, semper commemorans quo modo in illo quod parat q̃ minimum expendat. Et etiam causatur & murmurat, cunctaq; maiora q̃ oportet se facere arbitratur. Sunt igitur hi duo habitus vitia quidem non tamen magnam vituperationem afferunt, cum neq; alijs damnosa sunt, neq; nimium deformia, quia tenere medium in magnis sumptibus est perdifficile, & declinare a multum difficili non est multum turpe. Et de magnificentia quo ad literam hactenus. ¶ Pro literæ vberiore intelligentia dubitatur primo quomodo magnificus negligit supputare sumptus in opere expositos: videtur em̃ hoc esse contra praxim omnium prudentum & contra literam, quia eum scienti comparat. Secundo dubitatur corollario philosophi dicentis Pauperem non posse esse magnificum. Cõtra, capio Cręsum magnificum, cuius opes omnes a Cyro Persa tolluntur, adhuc habitus ille magnificentię nõ desinit esse, ergo is est magnificus. Tertio an liberalitas est magnificentia, & si non quo modo differunt. Quarto an magnificentia sit præstabilior liberalitate.

Dub.iiij.

Ad primum.

¶ Ad primam dubitationem respondetur ꝙ si magnificus fidelem ministrum habeat non opus est ratiocinatione: supputat tamen vtrum oporteat, mensutat suas vires ad opus anteq̃ ipsum incoat an ipsum perficere valeat, sed non supputat auide vt tenaciter pecuniam teneat operis decore neglecto. Summatim, magnificus ꝑfectis operis extruendi imperat magnificum opus extruere neglectis sumptibus, licet præfecti impensas quotidie scribant rationem redditurì, scit se tamen potentem illud opus perficere.

Ad secundũ.

¶ Ad secundum respondetur ꝙ talis in casu erit magnificus ab actibus magnificentię tempore diuitiarum acquisitis, secundum illud Boetij primo libro de consolatione metro primo quod enim de musis canit, idem de virtutum actibus canere potuit. Has saltem nullus potuit. pręuertere terror. Ne nostrum comites prosequerentur iter. Sed tempore inopię non exit in actus exteriores magnificentię. Potest tamen habere nolitionem extremo oppositam, puta nolo esse pusillus circa decorum, nec sordidus, sicut ipse inops qui nunq̃ fuit opulentus.

Ad tertium.

¶ Ad tertium respondetur negatiue. Patet quo ad priorem partem, quia cum opposito magnificentiæ stat liberalitas non autem cum opposito liberalitatis stat magnificentia. Item quis potest esse liberalis circa materiam occurrentem liberalitatis omnem, non autem magnificus, quia nullum actum magnificentię adhuc habuit. Liberalitas tamen est dispositio pręuia ad magnificentiam. Qui in minoribus deest in maioribus non prosperabitur. Contra magnum & paruum non faciunt discrimen.

Obiectiones duę.

Secundo, liberalitas extẽditur circa oẽm pecuniã.

Responsio.

¶ Ad priorẽ concedo in eadem specie, in alia obiecta formalia tendunt. ¶ Ad secundum cõcedo illam si sit distributio pro generibus singulorum non autem vt sit distributio pro singulis generum. Potest enim quispiam non incontinue dicere liberalitatem esse circa omnes contractus pecuniarios & pusillos & grandes, magnificentiam solum circa grãdiores, & sic erit pars subiectiua liberalitatis, sicut eius materia circa quam est pars respectu obiecti liberalitatis, nec in hoc est seriosius stentoria voce disceptandum, cum Aristotelica litera vtriq; vię minime refragetur. Sed viam oppositam sequendo consequenter, ad secundam partem dubitationis dico ꝙ differunt in sumptuum multitudine. Liberalis enim successiue potest tantum exponere in pios vsus quantum magnificus in hoc opere magno. Liberalis capit & dat, sed circa magna quæ sunt miratione digna non insudat, sed ipse magnificus. Non est ita difficile viro sensim suam pecuniam erogare sicut magnam molem repente, hoc experientia teste notum relinquo.

Ad quartũ dubium.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ magnificentia liberalitatem transcendit. Nam circa diuina & publica insudat, & multo difficilior est liberalitate. Item liberalitas est dispositio pręuia ad magnificentiam, sicut qualitatiuę dispositiones ad formam substantialem.

Tract. II. Cap. I. & Lib. IIII. Cap. III.

Magnanimitas.



Agnanimitas autem circa magna quidem vel ex ipso nomine versari videtur: circa quae vero versatur, primum accipiamus oportet. Atque nihil refert, siue habitum ipsum, siue eum consideremus qui habitum habet. Videtur itaque magnanimus is esse, qui magnis est dignus, & dignum se se magnis esse censet, qui nanque non pro dignitate hoc facit stolidus est. At eorum qui praediti sunt virtute: nemo demens, nemo stolidus est. Is igitur quem diximus, magnanimus est. Qui nanque parua meretur, & hisce dignum seipsum cēset, modestus quidem, at non magnanimus est: magnanimitas enim in magnitudine, sicut & pulchritudo corpore in magno consistit. Parui vero vrbani quidem sunt, & membris appositi, sed non pulchri. Is autem qui est indignus, & magnis dignum seipsum censet, est lentus. Non est autem omnis lentus, qui maioribus q̄ meretur, dignum seipsum censet. At is qui se dignum minoribus q̄ dignum sit censet, pusillanimus est, siue magna, siue mediocria mereatur: siue parua quidem, minoribus vero seipsum dignum esse existimet. At maxime videbitur is qui magnis est dignus. Quid enim faceret, si tantis non esset dignus? Est igitur ipse magnanimus magnitudine quidem extremus, ratione autem eius quod oportet medius. Dignum enim eo seipsum censet, quod ad dignitatem suam accommodatur: illi vero exuperant, & deficiūt. Q̄ si magnis se dignū censeat, & sit dignus, & maxime maximis: circa vnum maxime versabitur ipse. Dignitas autem ad externa dicitur bona, maximum vero id asseuerant omnes esse, quod diis ipsis tribuimus, & quod maxime homines qui sunt in dignitate affectant: quodque dari praemium ob res pulcherrimas solet. Tale autem est ipse honor, hoc est enim bonorum maximum, sed externorum. Circa igitur honores & inhonorationes, magnanimus vt oportet versatur. Et sine etiam ratione, magnanimi circa honores esse videntur. Viri nanque magni, maxime seipsos dignos esse honore pro dignitate censent. Sed pusillanimus deficit tam ad seipsum, q̄ ad ipsius magnanimi dignitatem. Lentus autem respectu quidem sui exuperat, non tamen ipsum magnanimum. Atqui magnanimus ipse, cum sit maximis dignus, fuerit optimus sane. Melior enim maiora semper meretur, & optimus maxima. Eum ergo qui vere magni est animi, bonum esse oportet. Atque magnanimi videbitur id esse quod est in vnaquaque virtute magnum: nulloque pacto magnanimo competit aggresso pericula fugam ob timorem arripere, aut iniuriam facere. Gratia nanque cuius is aget turpia, cui nihil est magnum? Singula vero consideranti magnanimus si non sit bonus, ridiculus omnino videbitur. Nec etiam dignus erit honore, si prauus sit. Quippe cum honor praemium sit virtutis, ac bonis hominibus tribuatur. Videtur igitur ipsa magnitudo animi, tanq̄ ornamentum quoddam esse virtutum: nam maiores efficit ipsas, & sine illis ipsa non sit. Quamobrem difficile est vere magnanimum esse, non enim esse potest, si non omnis probitas assit. Magnitudo igitur animi, maxime circa honores & inhonorationes versatur. Atque magnanimus pro iis quidem honoribus qui & magni sunt & a studiosis hominibus offeruntur, moderate laetabitur, tanq̄ accommodatos sibi vel minores etiam adipiscens. Virtute enim accumulata, nullus dignus honor fieri potest. Acceptabit tamen, quia maiora nequeunt exhiberi. Sed eos honores quos quiuis homines & paruis tribuunt parui pendet omnino: non est enim his dignus. Similiter & id quod est honori contrarium: non enim iure fuerit circa ipsum. Vt igitur dictum est, vir magnanimus, maxime circa honores versatur. Et circa tamen diuitias, & potestatem & omnem prosperitatem, aduersitatemque fortunae, quocunque euenerit modo, moderate sese habebit. Et neque vehementer in prosperitate laetabitur, neque nimiam in aduersitate dolebit. Neque enim circa honorem ita sese habet, qui quidem maximum bonum est. Potestates enim diuitiaeque propter honorem expetuntur. Itaque qui haec habent, per ipsa honoribus affici volunt. Cui igitur & honor est paruum: huic & caetera parua sunt. Quapropter ipsi magnanimi, contemptores esse videntur. Videntur autem & prosperitates fortunae, ad magnanimitatem conducere. Nobiles enim & ii qui sunt in potestatibus constituti, vel diuites, digni censentur honore. In excellentia nanque consistunt, atque omne bonum quod excellit, dignum est magis honore: quapropter & talia, magis magnanimos faciunt. A quibusdam enim honorantur, re autem vera, solus bonus est honorabilis. Atque ii quidem quibus insunt ambo: digni magis honore censentur. Qui vero sine virtute talia bona habent, ii non iure seipsos dignos magnis hono

Margin notes: Modestus. — Parui non sunt pulchri. — Lentus. — Pusillanim⁹. — Dignitas Honor. — Pusillanim⁹. Lentus. — Magnanim⁹ si non sit bonus ridiculus est. — Virtute accumulata nullus homo cō dignus. — Solus bonus honorabilis.

ribus censent, neq; magnanimi recte dicuntur. Non enim sunt hæc, sine accumulata virtu-
te. Contemptores autem petuláresq; fiunt. Non est enim facile, sine virtute moderate res fer
re secundas. Atq; cum æquabiliter ferre non possint, putentq; se cæteris antecellere, illos qui
dem despiciunt: ipsi vere quicquid contigerit, agunt. Imitantur enim, etsi similes ei non
sunt. Idq; faciunt in quibus possunt. Ea igitur quę a virtute proficiscuntur, non agunt. De-
spiciunt autem cæteros. Sed magnanimus iure despicit: opinatur enim vere, vulgus autem
vt contingit. Non autem parua pericula subit, nec periculorum est cupidus, propterea q̃ res
paucas multifacit. Sed subit magna, atq; cum in periculo versatur, vitę suę non parcit: qua-
si non sit dignum omnino viuere. Est etiam talis, vt beneficia conferat. Et pudeat ipsum, si Referre bñfi
suscipiat beneficia. Illud enim superioris est, hoc inferioris. Et in retribuendo, maiora bene- cia magna-
ficia conferat. Hoc enim pacto debitor insuper fiet is, qui primus contulit, atq; suscipiet be- nimi.
neficium. Videtur etiam & eorum quidem meminisse, in quos beneficia contulit: eorum au
tem non meminisse a quibus ipse suscepit. Est enim is qui suscepit, inferior eo qui contulit
beneficium. Ipse vero vult superior esse. Et cum voluptate quidem audit ea quæ contulit, si-
ne autem voluptate ea quæ ipse accepit. Quapropter & Thetis non enarrat beneficia Ioui:
nec Atheniensibus Lacedæmonii quæ contulerunt in illos, sed quæ susceperunt ab illis. Est
etiam magnanimi, neminis, aut vix indigere: subministrare autem prompte. Et ad eos qui-
dem homines qui in dignitate sunt constituti prosperitatibusq; vtuntur fortunę, magnum
esse, ad medios autem mediocrem. Illos enim superare difficile est, & gloriosum: hos autem
facile. Et inter illos quidem gloriari, non est ingenerosum: inter humiles autem est importu Thetis
num: quemadmodum viribus contra imbecillos contendere. Est etiam magnanimi, non adi- Lacedęmo-
re ea quę afficiuntur honore, & vbi alii primas occupant partes. & ociosum esse ac tardum, nij.
nisi vbi magnus est honos, vel opus: & paucas quidem agendas res aggredi, magnas autem
& præclaras. Necesse est etiam palam ipsum, tam odisse, q̃ etiam amare, quippe cum metu-
entis sit occultare. Et magis ipsi curæ veritatem q̃ opinionem esse, & aperta loqui ac age-
re, est enim hoc contemptoris: quapropter vtitur libertate, est enim & libertate vtentis. Adulator
Quapropter contemptor est & etiam verax, nisi dissimulatione vtatur, qua quidem ad Humilis.
multitudinem vtitur. Et non posse ad alium viuere nisi ad solum amicum: est enim serui-
le. Quapropter & omnes adulatores seruiles sunt & omnes humiles adulatores. Nec est pro
cliuis ad admirandum. Nihil enim apud ipsum est magnum nec est sibi mali memor illati. Magnanimi⁹
Non est enim magnanimi meminisse præsertim mala, sed potius despicere. Nec de ho- circa iniurias.
minibus loquitur. Etenim neq; de seipso, neq; de alio dicet. Nec enim vt laudetur ipse nec
vt alii reprehendantur, est ipsi curæ. Nec rursus est laudator. Idcirco nec maledicus, ne in
inimicos quidem nisi ob contumeliam. De necessariis præterea rebus vel paruis minime
est querulus: & ad precandum procliuis. Est enim studentis circa hæc ita sese habere. Est eti
am talis, vt res magis pulchras, sineq; fructu, q̃ fructuosas vtilesq; possideat: est enim magis Magnanimi
sufficientis. Insuper ipsius magnanimi motus tardus esse videtur, & vox grauis, & locutio motus. Vox
tarda. Non eñ properat is qui circa pauca studet. Nec est vehemens qui nihil existimat ma- loquela.
gnum. Acumen autem vocis & celeritas, propter hæc ipsa fieri solent. Talis est igitur ipse
magnanimus. Is autem qui deficit, pusillanimus est, qui vero exuperat, lentus. Nec igitur hi
mali esse videntur (quippe cum mala non faciant) sed aberrare. Pusillanimus enim meretur Lentus & pu
quidem bona, iis tamen seipsum priuat quibus est dignus. Atq; malum quoddam habere sillanimus
videtur: quia bonis seipsum dignum non censet, & seipsum ignorare. Appeteret enim ea an mali.
quibus est dignus, cum sint bona. Non tamen stolidi tales homines, sed pigri potius esse vi-
dentur. Talis autem opinatio videtur & deteriores ipsos efficere. Singuli namq; appetunt
ea quibus sunt digni. Demouent sese & a præclaris actibus & officiis quasi sint indigni, & a
bonis externis simili modo. At lenti, stolidi sunt, & seipsos ignorant, & etiam clare. Nam qua
si sint digni res eas aggrediuntur quæ honorantur. Deinde redarguuntur. Vestiuntq; se, &
gestu, & similibus ornant, & prosperitates suas manifestas esse volunt. de ipsisq; etiam dicũt,
vt ob ipsa afficiantur honore. Magnitudini autem animi pusillanimitas opponitur magis
q̃ lentitudo. Fit enim magis, & peior est. Magnitudo igitur animi circa honorem (vt dixi-
mus) magnum versatur.

MAgnanimitas quidem &c. In exordio huius quarti libri primum de liberalitate philosophus
est loquutus, deinde magnificentia liberalitatis apice, aut virtute condistincta nobilioreq; mē
tionem fecit, nunc vero magnificentiæ magnanimitatem eximiam virtutem & cæterarum

virtutum fastigium assuit, vt excellentes virtutes circa exteriora nectat. Primo sic inquit. Magnanimitas circa magna versatur, vt vel ex ipso nomine cognoscitur, at circa quæ magna insudet consideremus oportet. Nec sane interest siue de magnanimitate & habitu, siue de magnanimo in concreto loquamur: quia loquimur impręsentiarum de magnanimo inquantum magnanimus est.

¶ Prima cõclusio. Is est magnanimus qui se magnis dignatur: aut qui est magnis dignus & dignum se esse magnis censet Qui nanq; pro dignitate id non facit, stolidus & insipiens est, ac magnanimus esse nequit, quia eorum qui virtute præditi sunt nemo amens, nemo stolidus est, eum itaq; esse prudentem oportet Prudentia est virtutum directrix, sexto Ethicorum. Qui parua meretur, & paruis se dignũ existimat, modestus & non magnanimus est, quippe magnanimitas in magnitudine sicut pulchritudo in magno corpore consistit. Pulchritudo omnium membrorum iustam mensuram cum vultus venustate tenet. Parui quidem appositis & compositis membris vrbani & formosi, sed nõ pulchri dicuntur. Et sicut pulchritudo cum membris magnis corporis iustam mẽsuram exigit, In magnanimum sublimem virtutem habere oportet. Lentus est qui cum sit indignus magnis, dignum illis sese iudicat. Vnde fit vt non omnis turgidus sit, qui se maioribus q̃ ipse meretur dignum putat: stat enim q; sit bene dignus & tamen censeat paulo maiora de se q̃ habeat. Vno modo sic exponitur. Ob paruum ei tributum non solemus talem lentum dicere. Ratio est, quia lentus est perprauus & stolidus, non autem qui parum a medio discedit. Talis non est magnanimus, & cum exuperat est lentus, vel oportet dare quartum membrum. Vel satius id expono per ignorantiam inuincibilem. Alios cõsulendo potest se maiorem q̃ sit existimare sine lentitudine. ¶ Quinto capite exponetur iste passus vbi materia directissime occurret. Pusillanimus est qui iudicat se minoribus dignum q̃ ipse sit, siue hæc magna sint, siue mediocria, siue parua, & signanter si sint magna, cum magnis sit dignus, quid enim tum faceret si tantis dignus non esset? ¶ Alia conclusio. Magnanimus magnitudine extremus est, ratione autem medius. Tenet enim medium rationis licet extremũ ex parte obiecti tenere videatur. Dignum seipsum censet quemadmodum oportet, & in omnibus rationi obsecundat. Lenti autem & pusillanimi superant ac deficiunt. Q; si magnanimus magnis se dignum putat (censet ita) & dignus est maxime magnanimus se dignum putabit maximis, circaq; hoc vnum insudat.

¶ Alia conclusio. Magnanimus pręsertim circa honores inhonorationesq; versatur. Probatur hæc conclusio bifariam. Primo, Magnanimus circa id vnum maxime versatur quo dignum se facit. Dignitas autem ad exteriora bona sese diffundit. In hoc omnes conueniunt illud esse maximum externorum bonorum quod deo attribuimus. Vult dicere q; cum dicimus aliquis aliquibus est dignus talis dignitas ad bona exteriora refertur quę homini pro præmio conceduntur. Inter omnia exteriora bona honor primatum obtinet. Patet. Honos alit artes & omnes ad studia incendimur gloria. Herostratus enim templum Dianæ in Epheso vt suam dilataret famam incendit. Et hoc aliunde patet, honor enim deo attribuitur: & honorem maxima affectant hi qui sunt in dignitate constituti, honorq; ob res præclarissimas pręmium dari solet. Pro annibale victo & Carthagine subacta, honore triumphi Scipio decoratus est, eaq; duo suo epitaphio in conditorio coniunxit.

¶ Secundo argumentor ad idem sic. Magnanimitas est circa illa quibus maxime viri illustres se dignificant: at illa sunt honores, igitur. Capiendo honores pro honore proprie dicto vel pro officijs honorificis, quę homo capit ratione honestatis, tamen magnanimus nec quantum ad se nec quantum ad suam dignitatem exuperat. At pusillanimus tam quantum ad se q̃ quantum ad suam dignitatem magnanimi deficit. Et lentus quantum ad se excedit non tamen quantum ad magnanimũm ex parte obiecti. ¶ Alia cõclusio. Magnanim⁹ optimus fuerit. Nam vbiq; qui melior est maiora meretur, & qui optimus maxima. Ex hoc liquet philosophum velle dicere. Peccatum esse conferre sacerdotium aliam ve dignitatem bono, prætermisso meliore.

¶ Alia conclusio. Magnanimo conuenit quod in vnaquaq; virtute est magnum. Virtutum summitatibus magnanimus est pręditus. Hoc in duabus pulchris virtutib⁹ fortitudine iustitiaq; explanat, & si his sit redimitus a fortiore inferioribus decoratus est. Nullo modo magnanimo conuenit cum pericula aggressus sit ob timorem fugam arripere, nec iniuriam facere, & ita de talib⁹. Nam quo modo magnanimus admitteret aliqua inhonesta cui magnum nihil est. & qui singula considerat & metitur. Ridiculum sane est magnanimum non esse bonum. Nec etiam dignus erit honore si prauus sit, quippe cum honor sic pręmium virtutis & bonis tribuatur.

¶ Alia conclusio. Animi magnitudo virtutum est ornamentum, maiores efficit virtutes & sine ipsis ipsa non est. Quapropter difficile est vere magnanimum esse, non enim esse potest si non omnis probitas hoc est omnis virtus assit. Non q; omnes virtutes habeat (tunc enim alij nihil haberent) nec habet omnes in summo, sed est dicere est valde excellens, nec alijs virtutibus ad suam prouinciam requisitis vacat. ¶ Alia conclusio. Magnanimus in honoribus non effertur, aliquos honores acceptat, aliquos vero floccipendit. Quia maxime magnanimus circa honores & inhonorationes insudat, & pro honoribus qui magni sunt & qui a dignis offeruntur hominibus moderate lętabitur, ceu honores sibi debitos vel suis meritis inferiores assequutus. Nec ab re, virtute enim accumulata nullus honor dignus fieri potest. Honorem oblatum tamen acceptabit, quia pręstãtiora exhiberi nequeũt. Paruas autem honores indifferenter a quibusuis habitos nihilipẽdit omnino. Non enim est his dignus adęquate, sed maioribus. Parui honores ob opes nobilibus & grassatoribus nõnũq̃ (vt euitetur eorũ malũ) exhibeñ. Etiam inhonorationes & subsannationes si incidant magnanimus contemnet. Nouit enim se iniuria lacessitũ, ea propter si ob iniurias illatas dolet non est magnanim⁹ nisi cũ modera-

minis saltem doleat. Postea ostendit quo modo magnanimus se habet circa materias secundarias & non præcipuas, quemadmodum sunt potestates & diuitiæ, & ponit conclusionem dicens. Non modo circa honores & inhonorationes, sed etiam circa opes & potestatem & secundam atq; aduersam fortunam magnanimus moderate sese geret. Hoc ipsum ostenditur. Qui moderate sese habet circa maius bonum & maius malum, moderate se habebit circa minus bonum & minus malū, sed magnanimus moderate se habebit circa honores & inhonorationes, honor autem est maius bonum q̃ bonum fortunę, & inhonoratio est maius malum q̃ infortunium, igiť. Q: honor sit prestabilius bonum q̃ bona fortunę, patuit superius: quia deo tribuitur. Et patet aliter quia potestates, opes & similia ob honorem expetuntur, & per eas qui expetunt honorari volunt: igitur cui honor paruum est, & cętera talia ob honorem quæsita, parua sunt: quapropter magnanimi contemptores esse videntur.

¶ Alia conclusio. Secundę fortunę magnanimo conducunt. Patet: quia nobiles & locupletes ob illas honorantur, ergo ob opes magnanimus magis saltem a vulgo efferetur, sed secundum veritatem solus bonus est honorandus, quia honor est præmiū virtutis, sed ij quibus ambo insunt bona fortunæ & virtus, magis honore digni censenť. Aliquis tamen non ob virtutē ꝓpriā, sed alienā laudat, vt qui pręest, pro quanto gerit vicem dei & p̄lati. Quicūq; sunt subiugo seruitutis dominos suos honore dignos arbitrentur, primę ad Timoth. sexto. Et patrem etiam malum laudabo a quo habeo esse. Exodi vigesimo. Honora patrem tuū & matrem tuam. Et senem venerari decet Leuitici. xix. Coram cano capite consurge, honora personam senis. Diuites enim non honorantur ratione precisa opū, hoc enim esset peccatum, sed quia altiorem locum obtinent, vel vt euitetur eorum malum: vel ne inflati videamur. Et sic intelligatur illud Iacobi secundo. Si introiret in conspectu vestro vir habens annulū aureum, in veste candida, & pauper in sordido habitu, & intendaris in eum qui indutus est veste p̄clara & dixeritis ei: tu sede hic bene, pauperi autem dicatis tu sta illic, aut subsede sub scabello pedum meorum. Pauperes in fortunę bonis virtute micantes p̄diuitibus etiā p̄ponunť, sed cōmunius opulēti inopibus p̄ponunť, sed nō ratione opū: & hoc voluit diuus Iacobus in canonica epistola sua.

¶ Alia cōclusio. Qui sine virtute talia bona hn̄t nec iuste seipsos magnificiūt, neq; ratione magnanimi dicunť. Non enim sunt hęc sine accumulata virtute, vt supius meminimus. Opulēti sine virtute sunt cōtemptores & petulātes, hoc est tumidi in ꝓposito. Non eñ est facile sine virture res ferre secundas, & quia ęquabilr ferre nō possunt arbitranť se cęteris antecellere: illos q̄dē despiciūt & contēnūt si obliq̄s viis, amicorū medijs, aut aliter male eas opes adepti sunt glorianť se cęteris p̄stātiores, ꝓbitate & industria se pollere glorianť, ipsi igiť quicq̄d cōtigerit agūt imitanť magnanimū q alios iure cōtemnit, & eius similes nō sunt attamen faciūt id vt ei assimilenť in q̄bus p̄nt. Insup tales q a virtute p̄ficiscunť non agūt, & vtcūq; cęteros floccipēdūt. Magnanimi sola agūt q̄ ipsa virtus affert, neq; vtcunq; sed iure asp̄nāť alios. Vere iudicāt q paruipēdēdi veniūt: vulgus aūt vt cōtingit ita cito paruipēdit ꝓbos sicut improbos. Hic ponit ꝓprietates q̄ accipiunť secūdū dispositiones magnanimi. Et duas ꝓprietates ponit quæ accipiuntur per comparationem ad exteriora pericula. ¶ Et sequitur alia cōclusio. Magnanimus non parua pericula subit, nec talium periculorū est auidus, sed magna vt oportet fortiter aggreditur: parua non aggreditur, quia pauca admodum sunt quę magnifaciat & digna existimet, vt ea aggrediatur, magna subit, quia ea se digna opinatur. Quę cum subit & in ipso discrimine insudat vitę suę minime parcit, quasi omnino nō sit dignum viuere: sed in hoc egregio actu mori appetit, aut probe vincere, pro diuino cultu, iustitia communi, & huiusmodi magnis decertat. Consequēter ponit quinq; proprietates magnanimi, acceptas per comparationem ad beneficia quę sunt liberalitati propria. ¶ Et sequitur alia conclusio. A prefatis magnanimi est beneficia conferre & pudet eum beneficia suscipere, q̄ si primo susceperit, cum fœnore reddit, vt primo conferentem sibi deuinciat. Tertia proprietas est. Magnanimi est meminisse eorum quibus beneficia contulerit, non autem ab alijs se beneficia suscepisse. Nempe is qui beneficium recipit inferior est illo qui beneficium dedit: sed magnanim⁹ appetit conferendo esse superior, & cum voluptate magnanimus audit se beneficia contulisse: sine iocunditate audit se beneficia accepisse, quia vnum est decorum, excellens & honorificum, alterum vero non tale. Epropter Thetis aquarū dea vt fingit Homerus vates, non narrat beneficia sua Ioui: neq; Atheniensibus lacedęmonij, quæ in illos contulerunt, sed quæ ab ipsis acceperunt. Non ꝙ magnanimus obliuiscatur beneficia ipsi facta, quia studet ea exuperare, sed cum voluptate suam dationem & facta honore digna capit. Hercules enim quando fatalibus flammis cremabatur, sua egregia facta in mentem (vt poetæ produnt) reuocauit, vnde Ouidius. Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore, Busirem domui, & quæ sequuntur. Prudentis est dum tristitiam immergentem excutere vult, mētis aciem in honesta delectabilia conuertere, quæ sunt ei cordi. Ex ista proprietate edocemur si quippiam ab alio expetere volumus, enarremus beneficia eius aut maiorum nobis aut amicis nostris concessa. Hac enim via multo facilius eius animum mulcebimus nobis condescendere, Thetis & Lacedęmoniorum exemplum imitentes. ¶ Alia eius proprietas est. Ostendit se nullius aut paucorum indigere, indigentibus tamen libenter suppetias fert, non neglectis inopibus. Ita facit ad eos qui in dignitate constituti sunt. Magnanimi est eos beneficiis vincere: reuera ad mediocres mediocriter se habet, secundos superare non est difficile, primos vero gloriosum, & inter illos gloriari nō est ingenerosi. Sacerdotij ꝓuētus sacerdotis est in pios vsus cōferre, q̄a illorū bonorū pbr̄ nō est absolut⁹ dn̄s, sermo est de illo qui plenū dominium rei habet. Humiles superare nō est pulchrū, & est quasi robustum viribus contra imbecillos cōtēdere. Humilis est abiectus & humilitas abiectio. In abiecta tamen significatione theologi vtuntur, de qua acceptione dubitatiue paulopost indagabimus. Non est magnanimi ad ho-

nores properare, & illa in quibus alij primos occupant accubitus, verum ad hæc piger est nisi vbi est magnus honor aut grande opus incumbit. Non enim ad parua agenda accedit, sed solum ad magna & decora. Palam odit aut amat, metuentis est occultare, sed magnanimus non est tumidus. Et magis ipsi curæ veritatem q̃ opinionem esse, & aperte loqui ac agere. Nam magnanimus est contemptor eorum quæ vere bona non sunt, & ideo sua libertate vtitur. Non enim probos contemnit, nec quempiam honore suo fraudat, sed nõ plus reueretur q̃ par sit. Et verax est nisi dissimulatione nonnunq̃ ad multitudinem vtitur, qua dum ipsi conniuendum est, tum cupit semper inniti veritati, & veritas interdum odium apud imperitam plebeculam parit. Vtitur ad eam ironia, & veritatem non semper illi nudat. Non posse cum alijs nisi cum amico viuere est seruile, quapropter omnes adulatores seruiles sunt, & omnes abiecti assentatores non habent cum quibus viuunt, nisi cum solo amico. Argyropilus ita procedit, duæ aliæ translationes hunc passum opposito modo intelligunt, scilicet magnanimum non posse nisi cum amico viuere. Humiles & adulatores cum omnibus conueniunt, sed hoc est seruile. Et hoc quadrat cum his quę Aristoteles magnanimo attribuit, quia est aliorum contemptiuus & non est obsequiosus, cum paucis conuenit. Alia conditio. Magnanimus non est procliuis ad mirandum. Ob nouitatem & arduitatem miramur, at magnanimus nihil arduum censet, nec refricat iniuriam illatam. Cęsarem in hoc laudant, q̃ nullorum nisi iniurię eum immemorẽ prędicabant. Iniurias vile pependit, solum magna prosequitur, nec de hominum factis aut proprijs loquitur, signanter alios reprehendendo & seipsum efferendo. Non est laudator, neq; maledicus, nec de inimicis loquitur nisi ob quędam vitia in ipsos inuehit, eosq; reprehendit, nec de necessarijs hoc est bonis vtilibus vel paruis minime est querulus, neq; ad precandum pronus, nõ pro alijs aut pro se intercedit. Nam hęc facere est eius qui circa talia insudat. Res pręclaras sine fructu citius eligit possidẽdas, q̃ fructuosas abiectasq;. Citius scholasticus magnanimus mathematicas curat artes q̃ iura lucratiua. Et eques auratus potius pulchros equos & decoram structuram q̃ boues aut oues cum agnis in quib⁹ plus est emolumenti, quia hoc est magis sufficientis. Eius motus est tardus, loquutio grauis & stabilis. incessus celeritas & linguæ volubilitas est ob aliquod quod homo ardẽter cupit attingere, hoc magnanimo non conuenit. Pusillanimus & lentus citius aberrare vidẽtur q̃ esse praui: nulli mala inferũt. Sed pusillanimus cũ bona mereatur se ipsum dignũ non existimat, & sic sua bona ignorat, si seipsum cognosceret vtiq; appeteret ea bona quibus dignus est. Non tamen stolidi tales homines sunt, sed resides & morosi, digni sunt, & opinio eos deteriores facit, singuli nanq; appetunt ea quibus sunt digni. Dimouent enim se a pręclaris exercitijs officiorum quasi essent indigni & ab externis bonis, & sic pigri videntur. Intellectus erroneum iudicium est eis causa maleagendi. Appetitus actus & habitus est pusillanimitas, sicut est magnanimitas. Opposita sunt in eadem potentia. Omnia mala docuit ociositas. Cato dicere solebat: q̃ homines nihil agendo male agere addiscunt. Et gymnosophistę ocij rationem strictius q̃ negocij exegerũt. Et mellificę apes fucos ignauum pecus a pręsepibus arcent. Nec diui Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, & cæteri patres cęlo digni sacerdotia recusarũt, fugiter in vinea domini sabaoth siue sacerdotijs laborarũt. Et quia homines ambitiose se ad magnos honores ingerunt, in aliorum scandalum & iacturam animarum tam ex parte pastoris q̃ gregis, ab his caducis honoribus sese retraxerunt, more Aaron. Honorem oblatum & nõ petitum finaliter ceperunt, sciebant enim cathedram plerisq; esse pestilentię sedem & exitialem: eapropter securius pręeligerunt in humiliore loco q̃ in excellentiore stare. Non fixerunt cogitatus super bona sua sed super mala. Non dubium est nonnunq̃ ipsos perperam egisse, propterea tamen non erant pusillanimi. Turgidi autem & stolidi sunt & seipsos ignorãt. Tanq̃ digni res honorificas aggrediũtur, deinde redarguuntur. Vestitu, gestu, annulis & similibus se ornant, prosperitates suas iactant volũtq; manifestas haberi: seipsos etiam prędicant vt propter sua verba honorentur, ignorantes illud. Laudet te os alienum, & laus proprio in ore sordescit. Magnanimitati pusillanimitas magis q̃ lentitudo aduersatur, tum quia homines magis ad pusillanimitatem inclinantur, itaq; est deterior ex regulis malitiæ vitij in secundo, tum secũdo pusillanimitas est lentitudine deterior, quia prodesse renuit, alter autem pręesse his cupit quibus vires suę sunt impares. Non erant pinguia sacerdotia apud Ethnicos, sicut sunt inter veræ pietatis cultores. Propterea nunc magis lentitudine laboratur q̃ pusillanimitate. Sacerdotia cum ocio quod homines quærunt, tenent, id autem apud Ethnicos facere non poterant propterea in hoc non miraberis.

Dubium. Responsio. Circa hanc materiam multę dubitationes siue quæstiones formandæ sunt. Primo dubitatur an magnanimitas sit specialis virtus. ¶Respondetur est specialis virtus. Habet enim specialem materiam circa quam insudat, scilicet honores & inhonorationes. Honor est exhibitio reuerentię in signum virtutis. ¶Contra hoc arguitur. Secundum Aristotelem in litera, ad magnanimum

Obiectio. pertinet illud quod est in vnaquaq; virtute magnum, ergo non est specialis virtus. Secundo non licet appetere honores: ergo maledictum est. Antecedens patet, quia laudantur ij qui honores aufugiunt. Saul Israelitarum primus rex honorem refugiebat, cum enim ad celsitudinem regiam eueheretur sese occulit. Et sacer Ambrosius cum mediolanensibus antistes deligendus esset aufugit. Et de Catone maiore narrat Liuius q̃ quanto magis honorem recusauit tanto magis illum insequebatur. In principio nascentia ecclesiæ, cum eadem opibus floreret, pleriq; heroici viri cælo digni a sacerdotiorum culmine sese retraxerunt præeligentes delitere sub modio q̃ concionatoris munus, in suggestu declamandi sumere. Isti sane non erant pusillanimes, nec lenti itaq; magnanimi.

Responsio.

¶Ad priorem rationem respondetur q magnanimitas presuppositiue est circa omnem aliam virtutem, quia illae presupponuntur ad hoc vt quis sit vere magnanimus. ¶Ad secundum respondetur q licet appetere actus virtutum qui sunt honoris causa: Primo ardua opera magnanimus expetit & secundario honores. Secundo quis potest expetere honorem. Patet, potest expetere pecuniam, amicitiam & alia bona tam externa q̄ interna, modo inter externa bona honos magnum locum occupat. Honos enim alit artes & omnes ad studia accendimur gloria, secūdum Tullium in tusculanis. Non petit quis honorem vltimate pro se, sed illum finem in altiorem resoluit pro salute rei publicę & gloria Dei. Placet viro vt honoretur. Id enim est signum virtutis in eo, & hoc eum in virtutis via alit. Virtus laudata crescit. Hac via alij ad virtutes stimulantur. Reprobantur illi qui suum honorem negligunt: hoc est quando perpetrant turpia tunc inhonorem incurrunt, quos dedecus non arcet a vitio. Et ad probationem antecedentis concedo. Homo enim potest rationabiliter contemnere etiam honorem, ipsum enim importune petere est vitiosum. Inhonorationem euitat magnanimus quae nec ad se valet & rarissime ad aliud valet, erit tamen sapienti materia patientię.

Dubi. scdm. Responsio.

¶Dubitatur secundo, an prestabilius sit honorare q̄ honorari. ¶Respōdetur per propositiones quarum prima est. Esse dignum honorari est prestabilius q̄ esse dignum honorare. Nam melius est meruisse aliquid laude dignum q̄ illi debitum soluere. Honorans enim debitum & praemium aliquod accidentarium tribuit ei qui bene operatus est. Secundo solus studiosus est dignus honorari, quilibet indifferenter est honorare dignus igitur. Secunda propositio. Accipere honorem sibi debitum est actus bonus. Patet quia accipit debitum. Secundo, quia placet illi q alius exercet officium suum. Tertio, quia placet ei q Deus in eo honoretur & virtus ipsa: ipse enim ob Deum & virtutem honoratur. Tertia propositio. Actua honorandi hoc est volitio honorandi alium est melior volitione honorem acceptantis. Patet, quia actus quo soluitur debitum est melior actu quo illud debitum suscipitur. Studiosum honorans debitum soluit, alter probus solutionem capit & vult illam solutionem capere. Itē honoratio actiua est difficilior & suapte natura laboriosior q̄ honoratio passiua.

Obiectio.

¶Contra illud argumentor: illud est melius quod conuenit Deo & caeteris maioribus q̄ illud quod conuenit minoribus, sed Deo & maioribus conuenit honorari. Secundo illud quod conuenit soli probo est prestantius illo quod & bono & malo conuenit, sed honorari conuenit soli bono nō autem honorare. ¶Ad priorem dicitur q non omne id quod conuenit meliori & superiori extrinsece est melius. Secunda ratio probare satagit ponere meliorem conditionem in eo cui conuenit q̄ aliud ad aliū sensum. Maior vniuersaliter intellecta est falsa, puta si intelligat melius aut actus melior in vtēte. Preterea argumentor. Opulentos etiā malos honoramus, ergo honor nō est signum virtutis. Respōdet q interdum aliquos honoramus malos superiores ob bonum obedientię, interdum vt eorum malivolentiam euitemus. Oportet enim incendere candelam vnam vt aiūt vel coram cacodaemone non vt prosit, sed vt non obsit. ¶Tertio dubitatur an magnanimitas est pars fortitudinis. ¶Respondet non est pars subiectiua eius, sed eius pars potentialis. Aliqui partē potētialē noīe principalis virtutis appellāt: etiā aliqui vocabula cōfundunt. ¶Quarto dubitat an quis potest inordinate honorē petere. ¶Respondet affirmatiue, vt petēdo honorē p se finaliter nō referēdo in aliū vlteriorē finē, vt ambitiosus vel si quis appetit excellentiā de aliquo qd nō habet, psumptuosus est in ambiēdis magistratibus. Et ambitio in appetēdis honoribus magnanimitati aduersat, secundū diuersas cōsideratiōes. Vni virtuti in genere multa vitia opponunt. Mille sunt magnanimitates specie distinctę & multo plures, sic de extremis. ¶Cōtra, honor est pmiū virtutis scdm philosophū, sed virtutis pmiū est appetendū. Secūdo honor retrahit semp a malo, ergo nunq̄ inordinate appetit. ¶Respondet q honor est pmiū quod alius hō pōt studioso dare, sed beatitudo est pmiū virtutis aut eius actus, scdm fidē & vtilitas cōmunis scdm philosophū. ¶Ad scdm nego maiorē. Multis eñ fuit & erit occasio male agēdi. Hoc stimulo dictaturā perpetuā Cęsar rapuit, & Aristocraticā politiā in Monarchiā euertit. Vnde Salusti⁹ in Catilinario, Gloriā honorē & imperiū bonus & ignauus equę sibi optant, vnus dolo & fallacijs, alius autē virtutis via. ¶Quinto dubitat quare Hugolinus hanc Aristotelis magnanimitatē theologorū superbiā vocarat. ¶Respondetur q inscite hoc fecit. Verū ppter affinitatē ad timiditatē sic vocabat. In multis cōditionibus exterioribus cōueniūt, re ipa tñ differūt. ¶Sexto dubitat: q̄ virtus sit humilitas. ¶Responsio, apud exteros humilis est humi deiectus scdm illud Virgilij. Atq; humiles habitare casas. Ee dicim⁹ nebulonē aut ignobilē humili loco & obscuro esse natū. Theologi ī virtute nō multū ab hac significātia dissona accipiūt. Matthęi. xj. dicit seruator: discite a me qa mitis sū & hūilis corde. & de Christifera virgine canit ecclesia, Quia respexit hūilitatē ancillę suę. Ex his patet humilitatē esse virtutē q̄ est pulchra, cū virginis humilitas tacita virginitate impēse eterat. Et Aug. in lib. de virginitate ait humilitas pene tota disciplina Christiana est. Humilitatis actus, p quē habitus cognoscit, ē nolle tēdere inordinate in ardua, & nolle ire in mirabilibus sup se. Licet intellectus iudiciū sicut altae virtutes morales psupponat, ad volūtatē ptinet secūdū dicta. Astipulatur diuus Augu. in lib. de poenitentia. Humilis est qui eligit abijci in domo domini magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū.

Dub. tert. Responsio. Dub. iiij. Responsio. Obiectio. Responsio. Dub. quintū. Dub. sextū. Respōsio.

Dub. septi. Responsio.

¶Septimo dubitatur an sub magnanimitate includat, sicut species sub genere. ¶Respondetur negatiue. Magnanimus enim appetit honores & potestates honorificas, quibus est dignus, vt sese in virtutis materia exerceat: sed humilitas refrenat animum ne in excelsa tendat & altiora pro virili euitat.

Obiectio.

¶Sed contra illud argumentor: Eadem virtus inclinat hominem ad appetendum honorem quo dignus est & ad recusandum honorem quo indignus est, ergo humilitas est pars magnanimitatis, immo est magnanimitas. Antecedens patet inductiue de fortitudine, temperantia & caeteris omnibus.

mus,ad plerosq;:qa magis q̃ pleriq; honores cupit,cũ rephẽdim⁹, ad id qđ oportet,qa magis q̃ oportet honores affectat.Cum aũt noĩe mediocritas careat,contẽdere de ipsa tanq̃ regione vacua,videntur extrema. In quibus vero exuperatio est,& defectio,in iis est & medium. At honores & magis q̃ oportet affectantur,& minus.Ergo fit vt affectentur,& vt oportet. Laudatur igitur hic habitus quo vt oportet affectantur honores:cum sit mediocritas circa honorem nomine carens. Atq; ad ambitionem quidem vacuitas appetitionis honoris, ad vacuitatem autem appetitionis honoris ambitio, ad vtrumq; autem vtrumq; quodammodo esse videtur.Quod quidem & in cæteris videtur esse virtutibus.Extremi autem hic opponi videntur,quia medio nullum est positum nomen.

Videtur autem &c. Prima huius capitis quarti conclusio. Circa honores (vt antea dictum est) quędam alia est virtus quæ ad magnanimitatem perinde se habet vt liberalitas ad magnificẽtiam.Nam ambę hę duę virtutes a magnitudine discedũt,& nos circa mediocria & parua, vt oportet disponunt. ¶ Secunda cõclusio.Vt in capiendis dandisq; pecunijs mediocritas est & excessus & defectio,sic & in honorum appetitione,sic vt honores appetantur vt oportet,& vnde oportet, & magis & minus q̃ oportet.Carpimus enim ambitiosum hominem pariter & honoris appetitiõe vacuũ. Illum quidem quia honorem plusq̃ par sit appetit, hunc vero quia non cupit honeste honorari. Et nonnunq̃ ambitiosum tanq̃ virilem & cordatum & rei decorę auidum laudamus, interdum contra remissum laudamus,quasi moderatum quendam & modestum. ¶ Tertia conclusio. Ambitiosum interdum efferimus,interdum incusamus,q; non semper ad idem ipsum referimus,cum constet multis modis aliquem dici honoris cupidum. Cum ad quosdam vt deficientes ambitiosum comparam⁹, ipsum q; amplius q̃ ipsi honores cupit extollimus,cum autem conferimus ipsum ad id quod oportet,vituperamus,eo q; plus q̃ oporteat honores ambit. ¶ Alia conclusio. Cum media virtus nomine vacet, ambitio & honoris vacuitas extrema vitia de ipsa media virtute (quasi media regione vacua) certant. Proculdubio in quibus est excessus & defectus in ijs est & medium. In honorum appetitione est excessus & defectus, appetuntur enim honores plusq̃ par sit & minus q̃ oportet. In illis igitur est medium.Medius igitur habitus laudatur quo vt oportet honores expetuntur.Qui quidẽ mediocritatis habitus circa honorem,nomine vacans cum ad ambitionem confertur videtur honestatis vacuitas,& cum ad honoris vacuitatem, iterum videtur ambitio, & ad vtrunq; collatus quodammodo vtrunq; videtur. Quod idem in reliquis virtutibus videre potes. In secundo huius liberalitas illiberalitati collata videtur prodigalitas,& semper opposita hic videntur extrema, extremorũq; nomina subeunt,quia medio nomen nullum inditum est. Hinc certatur q; medię virtuti nullum nomen sit,de media virtute extrema vitia & illi vicissim suas appellationes dant. ¶ Circa hoc capur dubitatur primo au circa paruos honores sit ponenda virtus. Et probatur q; nõ, quia circa honores est magnanimitas ergo non est ponenda alia virtus circa eandem materiam. ¶ Secundo honor qui respectu vnius est paruus, respectu alterius est magnus, ergo penes magnum & paruum in honoribus non sunt ponendæ distinctę virtutes. Antecedens patet. quod enim est paruum filio regis est magnũ filio agricolę. ¶ Tertio nullus debetur hominibus honor ergo nulla est virtus ponenda circa honores. Antecedens patet per apostolum primæ ad Timotheũ primo. Soli honor Deo & gloria in secula

Dubi.tria.

Ad primum seculorum amen. ¶ Ad primum nego consequentiam. Difficillimum est tenere medium circa maximum honorem, propterea circa talem ponitur vna virtus apud homines rara. Et quia mediocres

Ad secundũ. honores sunt vulgares ad quos homines afficiuntur, ponitur etiam circa eos alia virtus. ¶ Ad secun

Ad tertium. dum nego consequentiam. Ad tertium dico q; deo & homini debetur honor, huic referibiliter illi

Dub.iiij. autem irreferibiliter & propter seipsum. ¶ Dubitatur quarto an ambitio ad multa impellit. ¶ Respõ

Ad quartũ. detur affirmatiue,& ad virtutes & ad vitia. Non incõuenit scelus esse principiũ virtutis & ab alio scelere euadẽdo. Inflatus enĩ suę famę laudem acupari studẽs luxum, auaritiam & cętera id genus fugitat, quia eius gloriam maculant laudis auiditas factorem bene agere incitat. Ac nõne trophea Miltiadis Themistoclem noctes insomnes ducere cogebant. ¶ Cęterum Pausanias Hermoclem percunctatus quanã via subito clarus euadere q̃at,cũ ille rñderet si aliquẽ virũ famigeratum trucidaret, mox Pausanias,Philippũ Macedonẽ militię fulgur interemit. Licet illius necis alię intercesserint causę ambitionis flãma ad eã tñ inuitabat. ¶ De Ioãnis capistrani facinore alias retulim⁹. Nulla est tãta humilitas q̃ glorię dulcedine haud tãgit. Hoc Iuliũ Cęsarẽ in rẽpublicã stimulauit. Alexãdrũ magnũ ad subigẽdũ orbẽ armauit. Pyrrũ epirotã inflãmauit ad bellũ multis etiã Rõanis inferẽdũ, cui scite Cynias Thessalus a bello qescere consuluit rogãs,qđ victis Rõanis agem⁹ illustrissime Pyrrhe? cui pyrrhus vincemus Italiã. At Cynias qđ inde? Siciliã iqt ille & Carthaginẽ domabim⁹. Et Cynias vniuerso orbe domito qđ facies o rex? Ocio fruemur infit epirota, inferebat cum belle Cynias. Et nũc ocio frui phas est. Stultũ est profecto cæde & sanguine ocium incertum quærere,non fortasse ante quietẽ adeptam horrido cades bello. Nec salubriter monenti cum non acquiesceret, euentus dicti defuit.

Tractatus tertius. Cap. vnicum quod est Lib. III. Cap. V.

Mansuetudo autem est quidem mediocritas circa iram. At cum medium & extrema fere nomine careant, ad medium quidem mansuetudinẽ ipsam adducimus, declinantem ad defectionem vacantẽ nomine. Exuperatio vero, quadã iracundia dici potest,

Etenim affectus quidam est ira. Ea vero quę ipsam efficiunt, multa sunt, & diuersa. Is igitur
qui pro quibus & quibus oportet, & vt oportet, & cũ oportet, & quanto in tẽpore oportet
irascit̃, laudat̃, estq; hic mãsuetus, siquidẽ laudat̃ ipsa mãsuetudo. Mãsuetus enim ac mitis, p- Irascens. lau-
turbatione vacare, & nõ ab affectu duci, sed pro his, & tãto in tẽpore irasci solet, perinde atq; dabiliter.
ratio iubet. Peccare aũt circa defectionẽ magis videt̃. Non est eñ vindex ipse mãsuetus, sed
potius clemẽs, & ad veniã dandã ꝓpẽsior. Defectio aũt siue sit q̃dã irę vacuitas, siue aliqd ali- Non irascens
ud, vituperat̃. Qui nãq; nõ irascunt̃ pro q̃bus oportet, & vt oportet, & cũ oportet, & quibus vituperabilis
oportet, fatui esse vident̃. Nam neq; sentire, neq; dolere vident̃. Atq; q nõ irascit̃, nõ videt̃ es-
se aptus ad vlciscendũ. Perferre aũt contumelias, & suos negligere: seruile est sane. Exupera-
tio vero per oĩa quidẽ fit. Nã fit & in quibus nõ oportet, & ꝑ quibus nõ oportet, & magis
& velocius, & maiore in tẽpore q̃ oportet. Nõ tñ vniuersa eidẽ insũt, quippe cũ esse nõ pos- Iracundus.
sit. Malũ enim & seipsum perdit, & si integrũ sit, intolerabile fit. Iracũdi igit̃ cito quidẽ ira-
scunt̃, & quibus nõ oportet, & pro quibus nõ oportet, & magis q̃ oportet, at cito desistunt:
quod quidẽ & optimũ habẽt. Hoc autẽ ideo fit, q̃a nõ detinẽt irã, sed reddũt. Quo pacto &
manifesti sunt ob celeritatẽ, deinde cessant. Exuperatione aũt sunt celeres, & ad quiduis, & ꝑ
quouis iracundi, qui summę sunt bilis. Vnde & summę bilis homines appellant̃. Amari aũt
cum difficultate placant̃, & lõgo tẽpore sunt sub ira, detinẽt eñ ipsam. Sed vbi reddiderint, Summębilis homines.
cessant. Vltio nãq; ponit irę modũ, pro dolore voluptatẽ efficiẽs, q̃ si hoc nõ fiat, hñt ipsum
pondus. Etenim quia nõ est manifestũ, nemo ꝑsuadet ipsis. Vt in se aũt concoctio fiat irę, tẽ-
pore opus est. Sunt aũt tales homines & sibiipsis, & amicissimis permolesti. Infensos autem
eos dicimus, qui pro q̃bus nõ oportet, & magis q̃ oportet, & longiore tẽpore irascunt̃, sineq;
vltione vel poena, non reconciliant̃. Mansuetudini autẽ magis exuperationẽ opponimus, fit Infensi.
enim magis, quippe cum humanius sit punire: & ipsi infensi, difficiliores sunt ad vitã simul
agendã. Atenim (quod & antea dictũ est, & ex iis quę dicunt̃ emergit) nõ est facile determi-
nare, quonã mõ, & quibus, & ꝑ quibus, & quãto tẽpore irascendũ sit, & quousq; iratus recte
faciat quis, aut peccet. Qui nãq; parum transgreditur, non rep̃henditur, siue ad exuperatio-
nem, siue ad defectionẽ se flectat. Nõnunq̃ enim deficientes, laudamus, mansuetosq; vocam⁹:
& ipsos infensos, tãq̃ aptos ad dominandũ viriles dicimus esse. Facile igitur non est assigna- Quatenus
re ratione, quantum & quomodo quispiam egressus, vituperandus est. In singularibus enim irascendum.
& sensu iudicium est. Illud tamen est manifestũ medium quidem habitum, quo quib⁹ opor-
tet, & pro quibus oportet, & vt oportet irascimur, & simili modo de cęteris, laudabilem esse.
Exuperationes autem defectionesq; vituperandas: atq; si parum distent a medio, leuiter: si
plus, magis: si nimium, vehementer esse carpendas. Constat igitur habitum medium conse- Si nimium.
quẽdum esse ac amplectendum. Sed de habitibus qui sunt circa iram, satis iam diximus.

Mansuetudo aũt est &c. Superius Aristoteles in duobus primis capitibus huius quarti loquut⁹
est de honesta & inhonesta expositione pecunię, tam in paruis q̃ in magnis, postea de honori-
bus magnis & mediocrib⁹: nũc aũt loquit̃ de his q̃ mala exteriora. s. irã respiciũt, ostẽdẽs man-
suetudinẽ inter iracũdiã iręq; vacuitatẽ esse mediũ. dicit itaq;, Mãsuetudo est mediũ circa irã, irę vacui-
tas est circa iram defectus, quę & nomine proprio & particulari caret. Iracundia est circa iram excessus.
Pene hic & medium & extrema innominata sunt, sed mansuetudinem ad defectum declinantem &
peculiari appellatione orbam ad medium adducimus. Vult dicere q̃ mansuetudo imponebatur pri-
mo ad significandum defectum iræ & postea translata ad mediocritatem ipsam, siquidem affectus qui-
dam est ira. Eam efficientia sunt varia. Mansuetus solum irascitur quando oportet. Mansueti proprie-
tas est perturbatione vacare, & affectu non duci. Potius deficere in puniendo q̃ exuperare videtur, q̃a
non est vindex, sed clemens & ad concedendam veniam pronus. ¶ Sequitur vna conclusio, Defectio
autem totalis iræ siue sit irę vacuitas siue quiduis aliud vituperatur. Probatur hæc cõclusio: qui enim
non irascitur cum ratio efflagitat est fatuus & stupidus. Nam non videtur sentire nec dolere. Perpe-
ram agit præceptor si non irascitur in petulantes & effrenes scholasticos. Itidem & rex si non ira-
scitur in enormes qui aut insontes lędunt aut alienas opes furantur. Omnis insipiens est vitupera-
bilis, qui non sentit neq; dolet. de iniuria illata est huiusmodi, igitur. Secundo omne seruile est vitu-
perabile, sed non irasci quando par est, est huiusmodi, igitur. Minor patet, quia qui nullo modo vlcisci-
tur iniurias sibi & suis illatas est seruilis. ¶ Alia cõclusio de irę exuperatione huiusmodi est, Irę exces-
sus per omnia fit, non tamen singula eidem simul insunt. Prior pars patet, contingit irasci pro qui-
bus nõ oportet, vt ꝑ causis futilibus, & magis & citius & quibus nõ oportet vt parẽtibus & sic de alijs
circũstãtijs. Scd̃a pars patet, q̃a tunc ꝑderet habentẽ, multę ęgritudines ab ira emergũt. Totũ corpus
alterat inflãmatq; & nõnũq̃ ad dementiã perducit. Per Lucium Syllã hoc ipsum patet, qui totã Italiã
ciuili sanguine inundauerat suũq; in auctorẽ postręmo exitiale virus euomuit. Postq̃ eñ in puteleano

rure grauiter ægrotaret audissetq; pecuniam pro reficiendo capitolio a decurionibus cunctantius pē
sitari, præcipiti ira mox excandescens, violento impetu ruptis præcordijs animam efflauit. Iræ incom
moda ex sequentibus disce. Alexander ira accensus Clitum Philippi patria Alexandri, sub quo diu
stipendia fecerat, laudes recitantem & filio præferentem, telo transfegit: qui ante Alexādri vitā sub pri
mū accessum Asiæ seruauerat. Periāder etiam Corinthius hac ꝑturbatiōe calescēs grauidam vxorem
interemit, deinde mētis compos effectus postq̄ per calumniā pellicū id actum comperisset, denuo ira
excandens, imperat subito eas omnes rogo cremari. Filium quoq; suum pro matris interitu eiulantē
abdicauit. Cato iunior iræ non erat expers, & si ad illam tardior esset, tādem tñ cōmotus implacabilis
atq; inexorabilis fuit, immeditabilis hæc ira est quæ ea laborāti dura tabe ac mœrore vitales spiritus
cōficit, nec talis potest cum alijs viuere. difficulter enim cum iracundis hoies victitant. Eapropter Ma-
cedo post Clitū infurore ꝑemptū nō tantō iræ indulsit. ¶ Alia cōclusio in ira exuperātiū, est discrimē,
nēpe q̄dā cito irascūt citoq; irasci desistūt qđ est optimū, sicut fumus subito crescit nec diu durat, & pa-
lea facile incendit facileq; ea cōsumpta ignis extinguit. Extinctionis subitariæ causa est, reddunt vindi
ctam ac ꝓpter acuitatē eā exterius effundūt, summe bilosi iracōdi sūt: estq; bilis cholera. sunt q̄ ad qđ-
libet etiā caducū displicibile indignantur. Deinde secundā speciem iracundorum ponit dicens. Ama-
ri autem cum difficultate placant, & irā longo tempore retinent, comprimunt eam & non effundūt,
sed vbi reddiderint vindictam cessant, quia ratione vindictæ voluptatē capiunt & tristitia ex paruipē
sione accepta euanescit, donec vltionem habuerint, pondus sustinent. Quia istorum ira non est mani
festa, nemo suadet eis iram mitigare. Sed vt ira in se occlusa decoquatur & dirigatur mora opus est.
Sunt isti sibi & suis amicis cum quibus conuiuunt permolesti. Temporis successu ira tepescit & deco-
quitur. Isti sunt melancholici qui ob grossitiem humorum iram susceptam pigre digerunt. Sicut fer
rum ægre calorem admittit quem admissum diu retinet. Ista ergo ira bifariam extinguitur, vno mo
do ab extrinseco si vindicent, alio modo per concoctionem affectus in magno tempore. Posthæc ter-
tiam speciem iracundiæ ponit dicens. Tertij sunt infensi & acerbi, qui sine vindicta non reconcilian-
tur. Cōsulto hi retinēt irā quo ad suppliciū de eo q̄ iniuriā fecit habeāt. Et sic iram hi duo fouēt, sicut
ignis cineribus optus noctu. Hi tertij secundos in malitia trāscēdūt, cū iræ causam foueāt: secundi aūt
eam suæ remissioni naturali relinquunt. Tertij paruis canibus cōparant qui nunq̄ acceptæ ꝑcussionis
obliuiscūt, nec a ꝑcussoris aduenietia latratu quiescūt. Primi irati hoies summæ bilis cōiter nō sōt ma
li, quia sunt apti, reputant tñ a circūspectis stolidi, quorū societate nō gaudēt. ¶ Alia cōclosio. Iræ exu-
peratio magis māsuetudini q̄ iræ vacuitas aduersatur. Probatur, quia illud vitium ad quod hō magis
inclinat magis virtuti opponitur, secundo Ethicorū, sed hoies magis ad puniendum iniuriantem q̄
ad remittendum inclinantur: igitur, Secundo excessus iræ est defectu deterior, ergo plus virtuti oppo
Dub. quartū nit. Antecedēs patet, infensi & etiā amari sunt ad vitæ cōsuetodinē difficiliores ¶ Alia cōclusio. Nō est
facile cognitu qñ est mediū & qñ est lapsus in extrema. Hoc dictum est in fine secundi libri. Nam qui
parū trāsgredit nō vitupat siue ad excessum siue ad defectū se flectat. Interdū deficiētes laudamus & mā
suetos eos dicimus. Similiter infensos & iracūdos aptos ad dominādū dicimus, & viriles: qa punirēt
sontes vt insōtes i pace viuere q̄ant. Igit signare rōne vbi sit limes, est difficile, sed aliq̄ sūt ꝓuia: medi-
um est laudabile, extrema vitupabilia. Verūtamē si parū a medio decesserit, parū ac leuiter carpēdi sūt.
(Tunc eñ est ira venialis) si plusculū magis, si maximū vehemēter, sunt increpādi. Aliq̄ vt Martin⁹
magister decepti existimāt decessum a tota latitudine medij esse virtutē, aut nō esse vitiū. Sono verbo
rū Aristotelis mouent, sed eius verba intrutinate legūt, cū dicat pro cōperto satis haberi extrema esse
vitiosa, sed q ad parū latitudinis medij cancellos ꝑtergredit, parū arguēdus est. Vulgus nō vocat virū
q̄ parū a sobrietatis via decesserit ebriū: nec q̄ paulo plus expetit in honorib⁹, nō arguit vt lent⁹, sicut
Aristoteles supius dixit, cū lētos tanq̄ stolidos carpamus, nō aūt talē, sed tñ talis moraliter loquēdo est
lentus. ¶ Circa hanc literā dubitat primo an ira sit in casu assumenda. Secundo quomodo se habeāt
mansuetudo & clementia. Tertio quid sit ira. Quarto quare aliqui citius irascuntur q̄ alij, & quo mo-
do iracundia sit præcauenda. ¶ Ad primam dubitationem respondetur q̄ Tullius & Seneca irā oēm
Ad primum vituperabilem autumant. Verum philosophus eius est propugnator. Ipsamq; assumendam Homerus
ingeniorum fons (vt Aristoteles Ethicorum tertio recitat) suspicatur. In veteri testamento psalmo
graphus iram non vituperat sic canens, Irascimini & nolite peccare. Eas ob res affirmatiue ad dubita
tiunculam respondemus etiam loquendo de ipsa ira affectu, quia coadiuuat virum ad exercendum
actum honestum, & a recta ratione imperatur vt eum adiuuet. Seneca aliquas mancas rationes facit.
¶ Contra hoc argumentor. Impedit ira animum ne possit cernere verum.
¶ Respondetur q̄ non semper ira est assumenda, sed solum quando homo apprehendit resistenti-
am vel timore suum officium non exercet, tunc assumere iram solum moderatam, siue in bello, si-
ue extra bellum est licitum. Illud dictū Catonis intelligitur quando est ira immoderata: modo Ari-
stoteles de moderata intelligit, quæ fortitudinis aut alteri⁹ virtutis actum acuit sicuti cos cultellum
& seta filiū secū inducit. Itaq; cū prudentia pręuia moderata ira est assumēda, tunc solū quādo acuit ad
Ad secundū. punitionem rationi consentaneam sensum non obnubilans. ¶ Ad secundū respondet q̄ hñt diuer-
sas materias totales. Clemētia eñ est circa diminutionē pœnarum, sicut seueritas est circa ipsarū infli
ctionē ex integro. Act⁹ clemētiæ est velle pœnā legalē attenuare, & seueritatis actus est velle illā itegrā
infligere. Et crudelitatis est i pœna ifligēda excedere, sicut Alexāder excessit i Beti Gazæ ꝑfecto, ad cu
ius talos lorū ligabat qđ ad currū fixit vt trucē hostē imaniter laniaret. Clemens legales pœnas atte-
nuat, manēdo tñ in latitudie iustitiæ, alioq̄ peccaret. Māsuet⁹ tenet mediū iter iracūdiā & iræ vacuitatē.

Insup mansuetudo est ad oes. Clemētia ꝓprie est supiorū ad iferiores. Possunt tñ ambæ illæ virtutes ad
eundē effectū cōcurrere in casu, sicut iustitia & liberalitas vt nolle cōmittere furtū ob inordinatū amo
rē ad pecuniā, & nolle alienū capere. itaq; vna illarū nō est circa actū interiorē & altera circa exteriorē. Ad tertium.
¶ Ad tertiā dubitationē respōdet ꝙ ira est passio nōnunꝗ, & fit cū accēsiōe sanguinis circa cor, dū eñi
quispiā pturbat sanguis ad præcordia, vt homo fortificet confluit, sic ꝙ homo exterius est pallidus &
calefit, ita ꝙ nōnūꝗ est causa febris illa ebullitio aut aliarū infirmitatum. ¶ Alio modo capitur qñ est
vitium vel virtus, tunc est actus volūtatis aut eius habitus. Scdm Aristotelē scdo rhetoricę est appe
titus punitionis apparentis cū tristitia ob paruipēsionem eius aut suorū. Multa ergo ad irā reqrūtur.
Primo appetitus punitionis. Secūdo ꝙ illa sit manifesta vt alijs vel illi q iniuriā fecit constiterit. Ter
tio est tristitia vt pote dolet Socrates de iniuria Platōis sibi aut suis (hoc est valore sibi) illata. Quo
circa vult Socrates Platonē illius iniurię putatę factorē ferire verbe. e vel alia aiaduersiōe punire. Hic
autē capimus iram vt sit qd cōmune ad mansuetudinē & vitiū. ¶ Ad quartā dubitationē respondet Ad quartū.
ꝙ ex corporis habitu hoies summę bilis & melācholici irascunt facile. Corporis eñ habitudo ad hoc
plurimū facit, & nasci sub Marte vel influētia ad punitionē inclināte, & mali habituari, & sinere corp⁹
exire infrene ad hoc ad qd est pclive, tūc aūt sunt duo mala ad iracundiā stimulātia. Sed si quis se mu
niat circa materiam displicibilem occurrentem patientia, non irascetur, & sic male natus ex choleri
cis parentibus aut ex influxu siderum per patientiam potest habituari: sic ꝙ non facile exibit in actū
iracundię. Per patientiam tristitię obuiam ibit quę impedit hominem sępius in motum via. Eccle
siastici. xxx. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Patientia est virtus qua æquanimiter vel
nō plurimū inique aduersa tolerant. Et sic tristitia ad actū irę nō impellet si patientia more Iob quis
valletur. ¶ Ad secundam partem illius dubitationis respondetur, irę fœditatem mentem ex cęcantis
consideret. Alexandri magni ꝙ ita Lisimachum leoni obiecit, Clitum hasta transfixit, Calistenē cum
summa Macedonum displicentia occidi iussit. ¶ Cęterū homo est muniendus sępius in materia pati
entię per actus æquanimis tolerantię in aduersis. Secundo cōsideret irę fœditatē. Cum Plato ira per
citus quendam suorum baculo esset percussurus, inter percutiendum baculū cōtra ꝓpriū caput vibra
uit, & cum rogaretur cur illud fecerit, Respondit, percutio hunc iracūdum qui pœnam tempore ira
cundię est inflicturus. Et Athenodorus Philosophus ab Augusto Cæsare discedere in patriam volēs
ab eo rogatus est aliquid salis & egregij consilij post se relinquere, tunc Athenodorus scite respondit:
Cæsar si tibi irasci contigerit, nihil prius dixeris nec feceris ꝗ quatuor & viginti literas græcas aut
ore aut mente percurras. Si id Alexander fecisset, Clitum non ita fœde trucidasset. Quidam a Phi
lippo patre Alexandri prouocauit: & cum ille indignatus sciscitaretur ad quem appellaret, probe re
spondit, A Philippo irato ad Philippum placatum: aut vt alij volunt, a Philippo poto ad eundē so
briū. Idē fecit gymnosophista Alexandro quęrenti, qua via imperās gloriā cōsequeret, dicens, ne sis
terribilis. Item conuertat se ad clementes & māsuetos qui summam laudem in hisce virtutibus ade
pti sunt. Quid enim dixerit Christus nosti. Pater ignosce his scilicet tortoribus, quia nesciunt quid
faciunt. Quod & Stephanus protomartyr strēnue eum sequutus cum gloria peregit.
¶ Quinto dubitat, qñ ira est peccatū mortale. ¶ Rñdet ꝙ ira vt est peccatū, est actus volūtatis cū appe Dub. quintū
titu vindictę ob paruipensionē & iacturā alicui factā. Si fuerit hic appetitus cōformiter ad rationem, Responsio.
volēdo hunc a ministro iustitię puniri ꝓ reipublicę vtilitate, vt cęteri trāquille viuāt, iā nō est pctm̄,
sed zelus iustitię. Sin autem authoritate ꝓpria illā poenā inferre studuerit aut inordinate eam coram
iudice incompetēti prosecutus fuerit, iam peccat, & si poena ab ipso illata vel quam ꝓcurat sub iudice
sit notabilis & notabiliter delictum commissum transcendit, iam est mortale, nisi fuerit actus indeli
beratus ob mentis pręcipitationem, vt in materia primi motus dicitur. Si autem parua sit vltra de
bitum supplicium vindicta aut pœna iam est veniale peccatum, vt asseclam suum pro modica causa
paulo durius ꝗ ratio postulet ferire.
¶ Dubitat sexto cuius ira facile desistat? ¶ Respondet ꝙ cholera fulua ꝑdominās, acuta, igneaq; ratio Dubita. vj.
nē anteueniēs repētinas iras excitat, & velut æstiuus nimbus statim extinguitur. Si vero atra chole Responsio.
ra iram concipiat illa est pertinax & sero se refrenat, illamq; patientes iracundos dicimus. Sunt eñ
amari & acerbi. Sunt deniq; tertij fuluam cum atra miscentes, qui humorum diuersorum sunt parti
cipes, ex humorum autem mixtura morum mixtio consurgit. Aliqui tamen bona cautione iram
haud promulgant quod partim concoquitur, & isti approbe perturbationem operiunt.
¶ Septimo dubitatur, an mansuetudo sit melior in cholerico ꝗ in phlegmatico. ¶ Respondetur per Dub. vij.
propositiones. quarum prima est. Actus ex quibus mansuetudo emanat in viro summę bilis est me Responsio.
lior ꝗ actus in phlegmatico. Patet, quia est difficilior. Secunda propositio. Mansuetudo in tali est me
lior priuat: ne priuat enim peiora vitia: nulla enim essent fortasse in phlegmatico & essent in chole
rico. ¶ Tertia propositio. Actus emergentes a mansuetudine cholerici præstant alterius actibus.
Probatio, sunt difficiliores, ergo præstantiores: patet ex secundo. Nec valet quod alij concedunt dif
ficultate prouenientе ex parte obiecti. Idem enim est ex difficultate intrinseca non acquisita per cul
pam. Plus enim in viridi ætate hominem castitatem seruantem laudamus ꝗ senem ac annis iam
grauem propter difficultatem.
¶ Quarta conclusio ex his sequens est. Mansuetudo est pręstantior in cholerico ꝗ phlegmatico, posi
ta hincinde paritate habitus quantum ad intentionem ¶ Contra id obijcit. Primo sic. Vtraq; virtus
est in summo vel vt quatuor, itaq; vna non est alia maior. Item fœlicitas cum minimo bonorum est
eligibilior se sola ex primo lib. hui⁹, & ꝓbus & pecuniosus est magis honorādus ꝗ solus tali probitate

probus,ex quarto huius,sed flegmaticus cum sua virtute bonitatem habet cum impulsu cholerę vacet:igitur. Dico non omnia ad minima in conuiuijs computant secundo Metaphysicę.

Tractatus.IIII. Cap.I.& Lib.IIII. Cap.VI.



Placidi. IN cōgressionibus aūt & cōuictu,& vsu cōmuni verborū ac rerū,quidā placidi esse videnť.Qui quidē ꝓ voluptate afferēda,laudāt oīa,& nihil aduersanť,putātes haud q̄q̄ sese molestos cuiq̄ esse oportere. Quidā cōtra,in oībus aduersantes,neq̧ curā vllā habētes,si dolorē afferēt,difficiles,cōtensiosq̧ vocanť.Patet igiť hos qdē duos habitus esse vituperādos, mediū autē inter hos laudandū.Quo quidē quispiā ea quę oportet,& vt oportet,acceptabit,& similiter ægre feret. Verū ipsi nomē nullū est positū. Persimilis aūt est amicitię. Talis est eñ is qui mediū hūc habet habitū,qualē probū hominē,amicū dicere solemus,sumpta dilectione.Sed differt ab amicitia,ꝙ est sine affectu,dilectioneq̧ eorū quibuscū is cōgrediť,q hunc habitū habet.Nō eñ amore,vel odio,sed qa talis est ipse,ꝓbat singula vt oportet.Nā similiter tā ad notos,q̄ ad ignotos:tā ad familiares,q̄ ad nō familiares idipsum aget,in singulis tñ vt cōuenit.Non eñ ęque familiariū & externorū curā habere,neq̧ dolore similiter eos afficere oportet. Vniuersaliter igiť dictū est,ipsum cōgredi vt oportet.¶Respiciēs aūt ad honestatē,vtilitatēq̧:coniectabit dolorē nō afferre,vel delectare. Videť eñ hic circa voluptates doloresq̧ eos versari,q in cōgressionib⁹ fiunt,atq̧ qbus voluptatibus nō est honestū ipsi,vel affert dānū delectare,eas moleste feret, & eliget dolorē inferre si faciēti deformitatē nō paruam afferat,aut dānū,opposito vero paruū dolorē,nō probabit,sed ægre feret.Diuerso autē modo cū iis qui sunt in dignitatibus & cū priuatis,& cū magis minusve notis,& cū aliarū idētidē differētiarū hoībus cōgredieť,singulis tribuēs id qđ decet. Et ꝑ se quidē expetēs delectate,cauēs aūt dolorē afferre,& sequēs ea q̄ eueniūt si sint maiora,honestū inquā & id qđ cōducit.Atq̧ voluptatis gratia magnę q̄ eueniet,dolorē affert paruū. Talis est igiť ipse medius,sed nomen nō habet. Is aūt q delectat,si id agit studēs esse iucūdus,nō ob aliud quicq̄, placidus vocať,sin emolumēti causa sui,vt inde sibi ꝓueniat in pecuniis,& in iis q̄ pecuniis

Cōtentiosus. cōparanť vtilitas:adulator.Eū vero q moleste fert oīa,difficilē, cōtēsiosumq̧ quēdā dicimus esse. Videnť autē extrema intet sese oppositionē suscipere,quia mediū nomine caret.

IN cōgressionibus &c.Hic determinat Aristoteles de virtutibus quę hominem disponunt in conuictu & primo quātum ad actus seriosos. Secūdo quātū ad actus ludicros.Quātum ad seria duo cōsideranť.s.voluptas honesta,& veritas.Et primo agit de virtute q̄ est circa delectatiōes & tristitias. Primaq̧ cōclusio capitis est.In hūanis cōicatiōib⁹ i cōuictu verborū & rerū vsu est qdā habit⁹ laudabilis.Siqdē in hmōi cōgressiōib⁹ nuprime recitatis qdā videnť placidi q ꝓ afferēda voluptate oia efferūt & in nullo ꝓrsus aduersantes,putātes oportere minime se molestos esse curpiā,laudātesq̧ sic male acta vt bñ gesta.A qb⁹ ꝓseruari cupit Psalmista ingens. Oleū pctōrū nō ipinguabit caput meū. Alios isti laudātes peccāt & cū hoc eos ad peccādū stimulāt de his dicit ꝓpheta.Vęh q dicūt bonū malū,& malū bonū. Alij cōtra sunt ab his oīb⁹ dissidētes,nec offendere quēq̄ vitātes. Et hi difficiles & cōtētiosi sūt. Atq̧ hos habit⁹ cōstat esse vitiosos,medi⁹ aūt q inter hos cōtineť laudādus.Hic habit⁹ magnificabit ꝓba:at iproba vituꝑabit.Hinc habitui nomē nō est inditū:frequēti⁹ vocať affabilitas,hūanitas,vrbanitas,comitas,curialitas. Sed qa nō oēs in appellatiōe vna cōueniūt nō est ei nomē peculiare iditum. ¶Scđa cōclusio hmōi habit⁹ ꝑsilis est amicitię a q̄ tñ differt:nā si hūc mediū habitū hñs dilectiōis affectū ad eos cū qb⁹ degit assumeret,& oino talis esset,q̄lē bonū amicū dicim⁹,attamē ab amicitia discrimē haberet,qa affectu caret.Nō eñ eos cū qb⁹ cōgrediť amore vtiť,sed qa talis est puta affabilis.singula put oportet ꝓbat,cui⁹ qdē rei argumētū ē.Ipse eñ id ē erga notos & ignotos,familiares & nō familiares & idifferēter erga oēs facit:in singulis tñ facit vt cōuenit. Dedecet ęque curā familiariū & ignotorū hře,nec prudēs vtrosq̧ silr dolore afficiet.Sūmatim igiť dictū est ipm cū alijs cōuersari vt rō efflagitat,deinde ei⁹ cōditiōes ponit.Quarū pria ex mō colloquēdi sumiť de q̄ dicit. Vniuersalr loqť oībus sicut opꝫ.Scđa ꝓprietas ex pte finis sumiť.Hāc virtutē hñs intēdit cū alijs delectabilr viuere,referēs ad bonū honestū & vtile,& dolorē nō afferre aut delectare si posset.Nā circa voluptates & dolores isudat q in cōgressionib⁹ sunt.Tertia ꝓprietas.In q̄tuor casib⁹ nō afferet voluptatē illi cū quo cōuiuit, sed potꝰ dolores duos casus ex pte affabilis adducit.s.si inhonestū alter dicat ac indigna auditu vtpote alijs detrahit,q̄ audire est huic audiēdi pctm̄.Vel affert nociuū audiēti,tūc secū cōuiuētē & talia turpia dicētē arguet,& ei dolorē & nō voluptatē afferet. Silr si cōuiuēs secū recitet aliqd foedū qđ in ore loquētis foetidū fecit vel qđ ē ei nociuū,tūc tristitiā afferet saltē puā,magnū aūt dolorē ꝓ virili euitabit.¶Quarta ꝓprietas. Scđm exigētiā ꝑsonarū cōuersabiť cū sūmis & ifimis. Seniorē ne arguas igt aplius. Ac magis & min⁹ notꝫ varie cōuersabiť. Pari forma scđm alias differētias debitū cuiq̧ dabit.¶Quinta ꝓprietas.Per cōpationē voluptatꝫ ad dolorē hac affabilitate p̄dit⁹ ꝑ se expedit voluptate cōuiuētē afficere,& dolorē renuit,simplr tñ seqť maiora,puta si sit hōesti⁹ dolorē afferre q̄ voluptatē,illū voluptate relicta seqť,& signāter si ex puo dolore magna seqť voluptas. Vt ꝑcutiēdo petulātē iuuenē q verbera molestē

fert, sed cum bene habituatus fuerit in fine gaudebit dicetq; cũ Ænea horũ olim meminisse iuuabit. Æneidos. j.
Et qd vulgo dicit dulcia nõ meruit qui nõ gustauit amara. Et gaudẽtes ferulę supposuere manus. Ta
lis est igit ipse medius, sed noie vacat, vti supius retulim⁹. Posthęc de vitijs affabilitati oppositis loqt
dicẽs. Is aũt q delectat st id agat studẽs esse iucũdus nõ ob aliđ vocat placidus, sin emolumẽti causa sui,
vt in re pecuniaria, adulator est. Qui oib⁹ se opponit, cõtẽtiosus, inhumanus & discolus est, iste oia em
improbat. Deide cõcludẽdo infit. Videt quoq; extrema iter sese solũ aduersari & nõ ad ipm mediũ, qa
ipm appellatiõe vacat. At nõ est ita, & extremũ extremo & medio vti in alijs opponit. Nec est aiaduer
siõe indignũ, q agrestis ipse loqcissim⁹ est deterior placido, eapropter Aristoteles duplici noie hoc de
testãdũ vitiũ nũcupat, cũ talib⁹ cõtẽtiosis difficillimũ est cõuiuere. ¶ Dubitat an cõtẽtio sit pctm. Rñdet. Dubium.
Cõtẽtio est veritatẽ agnitã clamore ipugnare. & sic notũ est esse pctm. Etiã est pctm si falsitas cũ clamo Responsio.
re & inordinate ipugnat: sępe em est ad aliorũ scãdalũ. Vñ Aplus scdę ad Timo. ij. ait. Noli verbis cõ
tẽdere, ad nihil em vtile est, nisi ad subuersionẽ audiẽtiũ. Põt esse cõtẽtio de illo de quo nõ est cõtẽdẽdũ,
& adhuc est pctm vt de primatu cõtẽdere. Vñ Lucę. xxij. Facta est cõtẽtio inter discipulos Iesu qs eoꝝ Quęstio.
esset maior. Et qa ex cõtẽtiõe sępius discordia orit, qrit an discordia est pctm. ¶ Rñdet q cõcordia con Responsio.
iungit multos in vnũ bonũ diuinũ, vel ad pximi ędificationẽ: discordiaq; illi opposita, est malum &
grãde pctm. Prouerbiorũ. vj. Sex sunt q odit deus, & septimũ detestat aia eius. s. ponere discordiã inter
fratres. Et discordia põt esse ex intẽtiõe, qñ qs sciẽter & a pposito trahit hoies a bono diuino vel bo
no pximi, & hoc & grãde pctm, & charitati aduersum. Nõnuñq aũt est cõtrarietas pter intẽtionẽ, vt cũ
duo intendũt honorẽ Dei & pximi, sed aliter censent in intellectu, vnus opinat inuincibilr vno mõ,
alius aũt alio modo, & talis discordia põt esse sine pctõ, talisq; inter sctõs cõtingit, sicut contigit inter
Paulũ & Barnabã. Actuũ. xv. Facta est dissensio inter eos ita vt discideret ab inuicẽ. Barnabas em vole
bat vnũ tertiũ accipi ad ipsorũ comitatũ quẽ abnuebat Paulus. Silr hoc inter angelos etiã bonos cõ
tigit, Danielis. x. Et doctores probi sępe sine peccato dissentiunt. ¶ Contra primum membrũ objici
tur sic. Paul⁹ Actuũ. xxiij. posuit discordiã inter Saduceos & Phariseos, vt liberaret, sed si discordia est
peccatum, quia non sunt facienda mala vt inde eueniant bona, Paulus male egit, quod non est dicen
dũ. Rñdet q sacer Paul⁹ intẽdebat aliqua licita vtpote sui liberationẽ, & vt Pharisęi ad suã opinionẽ
immo fidẽ de resurrectiõe excitarent id fecit, existimabat tñ Saduceos sua placita defensuros, & sic iter
hos sectatores discordiã quã nõ p se intẽdebat sparserat, sicut in insidijs, & de facto Iacob sępius dixi
mus, illud licet facere inter pctõres. Matthęi. x. nõ veni pacẽ mittere, sed gladiũ. ¶ Tertio dubitat an Dub. tert.
pax & cõcordia coincidãt. ¶ Rñdet negatiue. Sicarij em sunt cõcordes hñtes vnũ cor in malũ, sed hoc Responsio.
ad pacẽ nõ satis est. Nõ em est pax cũ impijs. Vtraq; cõcordiã, pax bonã trãquillitatẽ cõnotat. ¶ Quar Dub. quartũ
to dubitat an assentator tenet restituere illud qđ adulatiõe acqsiuit. ¶ Quinto an audiẽs detractorem Quintum.
peccet. ¶ Ad quartũ dicit, q nõ: si a prudẽte aliqd dono habeat aliũ inani gloria p suo emolumento Ad quartũ
pauit. Sed adulator adulatiõe semp peccat. si em hoiem p tuo bono honesto laudaueris aut vt eius sę Ad quintũ.
uitiã euites, iam est affabilitas cũ sit rationi cõcors, & nõ adulatio. ¶ Ad quintũ dicit q si qs audiat de
tractorẽ, & eũ inducat ad illo te loquẽdũ de pximo quẽ odit nõ minus peccat q ipse detrahẽs, imo ma
gis: cũ eũ ad detrahendũ inducat. Alio modo qñ detractio ei displicet, sed nõ resistit quãtũ & vt ratio
exigit, & sic etiã peccat, pponit em timorẽ humanũ charitati dei, & pximi. Obiter qris qd est detra
ctio. ¶ Respõdet detractio est alienę famę occulta denigratio, ponitur occulta ad discrimen contume
liæ quę fit in pręsentia.

Tract. IIII. Cap. II. & Lib. IIII. Cap. VII.



Irca eadem fere versatur & arrogantię mediocritas: quæ quidẽ & ipsa no
mine caret. Atq; non inutile fuerit de iis etiam pertractare. Nam & ea ma
gis quæ ad morem pertinent percipiemus, si de singulis fuerit pertractatũ.
Et virtutes etiam ipsas mediocritates esse credemus, si id in omnibus fue
rit ita sese habere perspectum. De iis igitur qui in conuictu ad volupta
tem congrediuntur atq; dolorem, iam diximus. Sed nunc de veracibus, Arrogans.
mendacibusq; similiter & in verbis & in actibus, & in fictione dicamus. Arrogans itaq; prę
clara, & ea quæ non insunt, & maiora q insunt, fingere sibi videtur. Dissimulator autem cõ Dissimula
tra, negare quæ sibi insunt, aut imminuere solet. At medius, cum sit talis: vt vnũquodq; qua tor.
le est ipsum dicat, atq; ostendat, tam vita, q verbis est verax, ea sibi inesse confitendo quæ in Verax.
sunt, & neq; maiora neq; minora. Fit autem vt horum vnumquodq; quispiam & alicuius &
nullius rei causa faciat. Atq; qualis est vnusquisq; talia tam dicit q agit, & ita viuit, nisi ali Qualis qsq;
cuius gratia agat. Per se autem mendacium improbum est, & vituperabile. Verum autem est talis dicit
probum, ac laudabile. Itaq; verax quidẽ cũ sit medius, est laudabilis. Mẽdaces autem ambo vi & agit.
tuperabiles sunt, sed arrogans magis. At enim de vtroq; dicamus oportet: prius aũt de vera Mendacium.
ci. Atq; nõ de illo nũc dicimus, qui in stipulatiõib⁹ verũ dicit, & in iis q ad iustitiã & iniu
stitiã ptinẽt (hęc em ad aliã accõmodant virtutẽ) sed de eo qui in quibus hoc nihil refert, &
in verbis & in vita ex eo vera dicit, qa habitu talis est. atq; talis æquus & bonus esse videbit.
Qui nãq; verũ amat, & in qbus nil refert, vera dicit, is multo magis vera dicet in quibus res

fert, vt turpe enim mendacium fugiet, quod & per se fugiebat. Talis vero laudabilis est.
¶Magis autem ad defectionẽ veritatis declinat, hoc enim æquabilius esse videtur, propter-
ea ꝙ exuperationes sunt permolestæ. Sed qui res sibi maiores q̃ insunt fingit, si nullius cau-
Vanus mal⁹. sa rei prauo quidem est similis. Non enim mẽdacio gauderet. Vanus tamen magis, q̃ malus
esse videtur. Sin alicuius gratia, si gloriæ & honoris, non nimium est vituperandus, vt arro-
gans, sin argenti, & eorum quę ad argentum rediguntur, deformior est. Arrogans autem, non
in potentia, sed in electione consistit. habitu namq;, quia talis est, arrogans est, sicut & mẽdax,
quidam ipso mendacio gaudens, quidam gloriam aut lucrum affectans. Qui igitur gloriæ
causa sunt arrogãtes, ea simulãt pro quib⁹ hoĩes laudanť aut beati esse dicunť. Qui vero gra
tia lucri, ea quorum vsus ad proximos transit, & quæ non inesse latere possunt. Fingunt eñ
Modicum si- se medicos, vel vates egregios. Quapropter plurimi hominum talia simulãt, & arroganter si
mulans. bi assumũt. Sunt enim in ipsis ea quæ dicta sunt. At dissimulatores, attenuãtes sua, elegãtio-
res moribus esse videntur. Non enim id lucri causa facere videntur, sed fugientes tumidita
Socrates tem. Maxime autem hi negant ea quę sunt pręclara, vt & Socrates faciebat. Sed qui parua,
Malitiosi. manifestaq; dissimulant, ii delicati simul, maliciosiq; dicuntur, & facile sperni possunt. Atq;
idipsum arrogãtia videť interdũ, qualis est Lacedęmoniorũ vestit⁹. Nã & exuperatio, & ni-
mia defectio, ad arrogantiam pertinet. Sed qui moderate dissimulatione vtuntur, nec ea dis
simulant quę minus ante oculos sunt & extant, gratiosi esse videntur. Aduersari autem arro
gans ipsi veraci videtur: est enim dissimulatore deterior.

CIrca eadem ferme est arrogantię siue ostentationis mediocritas, quæ quidem & ipsa est innomi-nata sicut pręcedens. De ea transigere expedit, siquidem si de singulis transigamus & pertracte-mus magis ea quæ circa morem sunt cognoscemus. Et simul mediocritates esse virtutes meli⁹ putabimus, cum in cũctis ita cernamus esse. Et quia de ijs qui in conuictu ad voluptatem doloremq; congrediuntur, iam dictum est: nunc consentaneum est de veracibus & mẽdacibus similiter & in ver-bis & in operibus illorum & in fictione dicamus. Deinde diffinitiões ponens dicit. Arrogãs siue ostẽ-tator videtur effingere speciosa quæ nõ insunt, vel maiora q̃ insunt. Dissimulator ea quę insunt infi-ciatur aut minuit. Dissimulare est astute tegere. Dissimulamus vera & ea non esse quæ sunt. Simula-mus autem falsa. Medius vero cum sit talia vt vnumquodq; quale est ipsum dicat atq; ostendat, & vi-ta & sermone verax, ita viuit qualiter loquitur, & fatetur quæ sunt circa se nec maiora aut minora fa-cit. Philocratemq; veriuerbio superat. Vnum quodq; istorum trium cõtingit bifariam facere, Primo propter aliquid aliud vt timorem quis negat se talem qualis est. Secundo modo contingit vnum-quodq; istorum facere & non propter aliud sed propter hoc ꝙ in tali actu delectetur, & hoc est speciali-ter habitui addictum. Quia vnusquisq; secundum qualitatem sui habitus & loquitur, & operatur, & vitam suam ducit. Ex abundantia cordis os loquitur, inquit seruator. Nisi aliter operetur propter ali-quid emergens vt ob magnum emolumentum consequendum, aut malum euitandũ, cuius causa est, quia oĩs forma q̃ est principiũ operandi prius dat esse q̃ opari. Et quale esse cõicat tale opari pbet, qđ a posteriore dinosciť, q̃a opationes similes generãt augmẽtãt, & saluãt ipsum habitum, quare qualis est vnusquisq; scđm habitũ, taliter opab. ť si scđm habitũ illũ opeť, etsi aliter aliqua de causa opeť, scđm illũ habitũ minime insudabit. Ponit aliã cõclusionẽ inquiẽs. Per se mẽdaciũ iprobũ est & vitupabile, verũ aũt pbũ & laudabile: ergo oẽ mẽdaciũ est peccatũ. Nẽpe p se p̄supponit de oi. primo posteriorum. Veritas pprie ad intellectũ ptinet, sed hic sic nõ capiť ppterea Aristoteles dicit eã innoiatã. Est eñ ap-petitus habit⁹ quo q̃s se talẽ exterius ostẽdit, q̃lis est scđm rectã rõnẽ. Sicut aũt dicere verũ, est p̄ceptũ affirmatiuũ obligãs p loco & tp̄e, sic ver⁹ in appetitu ostẽdit se exteri⁹ talẽ q̃lis est intrinsec⁹, dũ ratio efflagitat, nõ oẽ verũ ꝓpalat, sua eñ delicta occulta haud pãdit nisi vbi rõ exigit, nec sua p̄conia laude digna diuulgat, ne turgidus & inflatus sui buccinator videať. Mediũ ipsum ęqua lance metiť loquen-do tacẽdoq;. ¶Alia cõclusio. Mẽdaces arrogãs & dissimulator ambo sunt vitupabiles, sed magis arro-gãs. Dissimulator est mẽdax sicut & ipse arrogãs, & semp in vitiũ capiť. Vñ dissimulare est astute tege-re q̃ insunt. Licet aũt velare sepius nõ sit culpa, tñ cũ vaframetõ celare est malũ. Mẽdaciũ est falsa signi exterioris ostẽsio siue p sermonẽ siue paliđ signũ exterius. Nec semp reqriť intẽtio fallẽdi ad mẽdacẽ, licet sępius id in vsu fuerit, sępius est intẽtio falsũ dicẽdi q dicit vnũ vel sermo aliquo exteriore vnũ ostẽdit & oppositũ habet in mẽte, vel dubitat de illo quod dicit mẽtiť. Vnde mentiri est contra mentẽ ire. dicens eñ falsum & putans dicere verum, licet mendacium dicat, non tamen mentiť. Ambo mẽ-daces sunt in extremo, ꝓinde vitupabiles, sed prius de verace dicendũ est. De verace in hoc loco sermo-nem non agitamus qui quæ in stipulationibus & interrogationibus & cõfessionibus fiunt, & in his q̃ ad iustitiã aut iniustitiã attinẽt, verũ dicit. Hæc enim ad aliã virtutẽ accõmodanť, scilicet iustitiã, sed de verace hic loquimur q in quibus hoc nihil refert cũ in verbis tũ in vita ex eo vera dicit & agit, q̃a habitus ipse est talis, & ipse verax & talis æquus & bonus esse videtur. Sane qui verũ amat & in qui-bus nihil refert vera dicit, tãto magis is vera dicet in q̃bus aliq̃d refert, vt vir bonus ipse facit, & vbi refert, vt turpe mendacium fugiet quod & per se ipse fugiębat. Nam tale est laudabile.

¶ Alia conclusio. Si verax a latitudine medij deuiet magis ad dissimulationẽ & veritatis defectionẽ
declinabit. Siquidẽ id æquabilius esse videtur quia excessus sunt vituperabiliores & magis molesti.
Dum fastuosus sese effert videtur alios cõtemnere: propterea cõtemptui ab alijs traditur. ¶ Alia cõ-
clusio, in qua de triplici arroganti loquitur, scilicet de puro glorioso & auaro. Dicit ergo primo. Qui
res & maiores reuera insint fingit, est prauo persimilis: nõ tamẽ est malus, cũ alijs nõ noceat: sed poti⁹
est dicẽdus vanus q̃ malus, quoniã si aliquo pacto nõ esset malus mendacio nõ gauderet: nũc autẽ in
inhonesto gaudet. ¶ Alia conclusio. Non omnes arrogantes æqualiter vituperandi veniũt. Nam qui
maiora q̃ assunt, alicuius causa fingit, vt gloriæ aut honoris: nõ plurimũ carpendus est vt arrogans:
quia honor & gloria a studiosis & magnanimis appetũtur: & cũ virtute affinitatem habent. Sin ar-
gentum & eorum quæ ad argentum rediguntur immoderate cupit deformior est. Viles enim & abiecti
circa pecuniam inordinate insudant. Arrogantẽ accipimus nõ a potentia naturali. s. ab inclinatione
sed ab electione & habitu. Vnde nõ dicitur aliquis arrogãs eo q̀ habet aliquid de quo potest se iactare
& efferre, sed ex eo q̀ hoc eligit dicitur arrogans secundũ habitũ, ad quẽ sequitur talis electio, sicut est
de mendaci qui propterea dicitur mendax q̀ mentiri eligit, vel q̀ mendacio gaudet, vel quia men-
titur ob appetitũ gloriæ aut emolumenti. Quocirca solus iactator, puro est arrogans & simpliciter:
alij ad alia peccata scilicet lucrũ vel inanem gloriã transeũt. Qui autẽ gloriæ causa sunt arrogantes,
illa sibi simulant & fingũt, pro quibus homines laudantur & beati dicũtur. Qui vero lucri aucupio
inhiant ea fingũt quorũ vsus ad proximos transit: & quæ latere possunt an ea nõ insunt: vt qui fin-
gunt se esse medicos aut vates & aruspices. Difficile est hos de mendacio arguere. Multis eñ modis si
astuti fuerint (licet in artibus illis periti nõ sint) euadent incogniti. Propterea graues annis, & qui
loca remotissima visitarunt, licenter multa falso similia dicunt: q̃ plurimi hominũ talia simulant, &
ostentãt hæc in seipsis esse. ¶ Alia cõclusio, in qua tres gradus dissimulatorum ponit: dicit ergo primo.
Dissimulatores qui sua attenuãt vrbaniores sunt: nam nõ lucri causa id facere vidẽtur, sed ob timi-
ditatem fastũque fugiendũ: & maxime hi qui gloriosa negant, vt Socrates scientiã. Dicebat eñ se nihil
scire: dempto illo scio me nihil scire. Sic in valore dicit. Illi sunt minus vituperabiles, qui ob causam
minus vituperabilem operantur: sed sic est de dissimulatore: igitur. Nam minora q̃ insint ostentat:
nec dicit emolumenti gratia. Est autẽ audientibus permolestũ audire inflatũ: sua magnificantẽ. Hinc
Clitus difficulter temulentũ Alexandrũ sese ad cęlum vsque laudantẽ audiuit. Qui parua & manifesta
dissimulãnt delicati & maliciosi sunt. & tales facile spernũtur & idipsum ad arrogãtem attinet: vt La-
cedæmoniorum amictus, vestitus despectos more cæterorũ deferebãt, vt meliores apparerẽt. Isti sunt
astuti & hypocritæ qui vnũ verbo in paruitatem tendẽs dicũt, & tamen oppositum operãtur. Breui-
ter isti simulant se meliores q̃ sint. Tertij sunt qui moderate hoc vitio vtũtur, qui nõ negant de se
gloriosa, nec etiã asserũt nimis parua: & hoc vitio vtũtur in his quæ nõ sunt manifesta. Isti sunt gra-
tiosi. ¶ Finalis huius capitis cõclusio est. Hæc arrogantia plus veritati aduersatur q̃ dissimulatio. Pa-
tet: quia vitiũ peius plus virtuti cõtrariatur, sed ostẽtatio est dissimulatione deterior, ex dictis, igitur.
¶ Circa dicta, plurimæ dubitationes occurrũt, quarũ præcipuas formabimus. In primis videtur veri- Dub. duo.
tas nõ esse virtus. Scribitur enim Prouerbiorum. 27. Laudet te alienus & non os tuum: ergo probo viro
suã probitatẽ enucleare nõ licebit. Secũdo, male agit occultus peccator peccata sua publicãs in aliorũ
scandalum. Contra cuiusmodi homines inuehitur, sicut propheta. Peccata sua quasi Sodoma prædi-
cauerũt nec absconderũt. Respõsio, dicere verũ est bonũ ex genere, sed hoc ad actus moralis bonitatẽ. Ad primũ.
non sufficit: requirũtur enim & aliæ circũstãtiæ quæ cõpletam bonitatẽ integrãt. Veritas eñ odium
parit: se. ũdũ comicũ. Et tria hominũ imprudẽtum genera vsquequaque dicũt vera. Nam, ebrius, in-
sipiens pueri dicũt tibi verum. Peccatũ occultũ sacerdoti pro tẽpore & loco est denudandũ, & vbi cõ-
ducat bono spirituali audiẽtiũ & nõ sit alijs tędio, vel occasio ostentationis potest homo dicere bona
quæ deus per ipsum operatus est. Sic sancti fecerunt. Virtutem primã (dicit Cato) esse puto cõpescere
linguam. Proximus ille deo est qui scit ratione tacere. Per se sic suos instituere solet vt potius mortẽ
oppetere q̃ secreta denudare maluerint, & Pythagoras auditores prius tacere q̃ loqui docebat. & dica-
ciores quinquẽni vocis exilio damnauerat. Sancti sępius vero sepulto ad audiẽtiũ intelligẽtiã, verũ
in alio sensu proferũt. Hac enim via Abraam Saram esse sibi sororẽ affirmauit. Sic enim Syri licet
nõ Ægyptij loquebantur. & primo Regũ, Samuel veniens ad Bethel principaliter vt Dauid in regẽ
inungeret, & a secũdario ad sacrificãdum de causa secũdaria (quia alia fuit odiosa) respondit. Pari for-
ma si carnifex quęrit perimere innoxium & interroget me an hac transiuerit, dicam nõ transiuit
hac aliũ locum mentaliter mõstrando, aut dũ hic fui mutato per me loco. Vel nõ est in hac domo in-
telligens tertiã personã. Id edo, quia materia est inuisa. Raphael angelus a Thobia quis esset interro-
gatus respondit, Ego sum Azarias Ananiæ magni filius: quod est verũ secũdũ illorũ vocabulorum
interpretationẽ. Hac etiã via Christus nõ negauit se Samaretanũ. i. custodem secũdũ nominis inter-
pretationẽ. Et summatim potest quis sic respõdere quando nõ expedit nude alium sensum detegere,
etiã aliquid interdũ subintelligẽdo, vt Ego sum filius tuus primogenitus Esau, intelligendo quantũ
ad primogenituræ, quia deo volente emerat primogenituram. Hoc modo apud Marcum filius ho-
minis dicitur nescire tempus extremi iudicij, hoc est alijs reuelandum. Per hoc aliquas ratiũculas de
mendacio eluere potes. Accusatus tamẽ coram iudice competẽti de crimine quãdo est illius suspicio
vel semiplena probatio veritatẽ dicere tenetur. Alias autẽ veritatẽ occultã minime cõfitebitur, saltem
sponte & vltro. ¶ Dubitatur secũdo, an mendaciũ potest bene fieri. Respõdetur affirmatiue, prout Dub. secũdũ.
proponitur quęstio, vt iacet est modalis diuisa in æquiualentia. Patet, hoc potest bene fieri demõstrã- Responsio.

do volitionem qua volo proferre hanc: rex sedet quē iudico sedere, & hoc est vel potest esse mēdaciū igitur. Minor patet, ipso surgente & me habente iudiciū oppositū, tūc est mēdaciū. Igitur mēdaciū est actus volūtatis sicut alia etiā peccata cōmissionis. Sed aliud connotat terminus mendaciū, scilicet ꝙ imperet signū exterius & nō sit cōformitas in mēte illi signo : attamen impossibile est mendaciū bene fieri. Cæterum interdū est difformitas fixa quādo assentio opposito intrepide & sine fluctuatione: interdū est ambiguitas, nec assentitur nec dissentitur: interdū mētiens intēdit & fallere & falsum dicere, interdū vnū solū & sic vnū mendaciū est alio grauius: etiā ex parte obiecti grauitatē capit, vt mēdacium in religione & bonis moribus, nonnunꝙ falso testimonio, in dispendium fortunarum.

Obiecta.

¶ Contra dicta videt ꝙ mendaciū potest fieri sine peccato, quia deus potest in homicidio tāꝙ in maiore dispēsare, ergo & in mēdacio, qd cōstat esse peccatū min⁹, saltē regulariter. Secūdo, Ob grāde bonū mēdaciū est licitū, secūdū Eustratiū, cui cōsentit Robertus Lincolniensis & Ioannes Cassianus in collationibus suis. Tertio, pleriqꝫ viri etiā graues inter suos vtūtur salibus & iocis falsis : ergo mēdaciū iocosum nō est peccatū, & tñ est mēdaciū. Quarto, Mendaciū ironicū est mendacium, vt dicēdo male studentē esse optimū & literis deditissimū & homines illud nō iudicāt peccatum. Quinto, nō implere promissum est mendaciū: sed sępius prudēs nō adimplet pollicitū, igitur. Sexto, cōmissarius a tyrāno inuasus prodere peccatū occultū negat se tale peccatū audiuisse sine peccato & mentitur: quia tale audiuit vt suppono. ¶ Ad primū nego cōsequētiā, vnū habet inuolutam tā malitiam, nō autem aliud. ¶ Ad secūdū, nego antecedēs, & ad authoritates omniū illorū virorū illustrium dicitur: & quādoqꝫ bonus dormitat Homerus. Nec Raab Hiericuntina de mendacio laudatur, sed de pietate in Israelitas & de vera religione capienda: sic Ægyptię obstetrices ob pietatem pręmiū a dño cōsequebātur de salute paruulorū, nō autē pro mēdacio pręmiū vllū susceperōt, & si Dauid corā rege Achis, Regū. 21. excuset, dicere cōsequēter necessum est nō mētiebatur, sed fecit nōnihil amphibologicū ꝙ prudenti & insano cōmune, fingēs sic stultū & epilēticū. Prudens nōnūꝙ stultū agit. agebatur ibi loci de eius morte & in tali angustia carmē vtrū habet stultitiā simulare loco prudētia summa est. Facta semp sunt magis ancipitia ꝙ verba in tātū vt Altisiodorus theologicus haud ignobilis suspicabat gestib⁹ & factis nullo modo mēdaciū cōsistere: cui si in hoc refragamur dicimus hic Dauidē excusari a mēdacio posse occultādo verū qd iam retegere erat illi odiosum, sicut inuiste incarceratus in habitu minoritani aufugit. ¶ Ad tertiū dicitur, ꝙ falsi homines eutrapelia vtentes nō mētiūtur : mēdaciūqꝫ sic iocosum nō est mēdaciū. ¶ Ad quartū similiter dicit ꝙ ipsum nō est mēdaciū ex ꝓlatione & circūstātijs repręsentat oppositū verborū absolute. ¶ Ad quintū dicit, si quispiā intēdat implere pro tēpore promissionis nō mētitur, licet ob rationabilē causam ꝓpositū mutet. Promitto Socrati suū mucronē reddere, furere incipit crastina luce hodie post prādiū, qm̄ est amēs nō tenebo ꝓmissum. vel si iniqua ꝓmisi, cōtractū rescindā sine peccato: immo peccarē hoc ipsum adimplens. Promittit medicus visitare infirmū cras sed obligat aliūde ꝓmittēs strictiori vinculo ad oppositū, tūc nō adimplebit promissum. vel patronus Edinburgum incolens pollicetur clienti Hadingtonensi suam opem postero die in pretorio alioqui cliens dispēdium incurret : sed plus iacturę patronus ob superuenientem & vrgentem causam habebit ꝙ lucri assecutus fuisset cliens patrono adueniente. eo casu aduocatus non delinquit, verum si sine rationabili causa defuerit plurimū delinquit pollicitationem haud seruans & resarcire damnū inde proueniēs est obnoxius: nā eius culpa illi cōfidens alter circūuenitur. ¶ Ad sextā ratiocinationem respondetur, ꝙ confessarius dicet nescio, intelligēdo inter dentes ad tibi significandum.

Dub. tertiū.
Quartum.
Ad tertiū.
Ad quartū.

¶ Tertio dubitat, quomodo veritas declinet in vitiū minus. ¶ Quarto, ad quā virtutē cardinalem veracitas reducatur. ¶ Ad tertiā dubitationē respōdet, ꝙ habitus veracitas immediate in suū actum elicitū solū inclinat: sed prudens pręelegit descēdere in extremū minus, quia minus fœdū est ꝙ descēdere in extremū maius. ¶ Ad quartā dubitationē respōdet veracitas est in ordine ad alterū. ad iustitiā reducit, quia cū ea inter cęteras cardinales maiorē affinitatē vsurpat: sed nō cōtinet sub iustitia tāꝙ pars subiectiua eius. Ecce perniciosum mēdacem nō satis sibi cōstantē, hunc prodit eū esse memorē oportere ne sibi cōtradicat cuius inuētor erat. tortuosus coluber Diabolus enim est mendax & pater eius ait scriptura. hoc asit mendax lucratur ꝙ illi vera ꝓferēti haud credit. Nihil est mēdace vanius. Cretēsibus hęc mala nota est inusta. veritati oīa cōsonāt. Deus est veritas. Pulchra sane virtus & signātere in magnis. Hinc ortū est ꝙsi prouerbiū de verbo regio: quasi pestilētissimū est regi mētiri. si fidē falsitate violauerit oībus est cōtēptui. Assentatores ablegar: sane illi placēdi studio male acta regis laudāt, eūqꝫ suapte natura forte meticulosum Achillē faciūt, & de stulto insanū reddūt. Dion Prusensis malitiā adulatorū malitia falsorū testiū perniciosorē cēsuit: nā hi solū iudicē fallunt, minime corrūpūt: illi vero laudatū corrūpūt. Reges blandientiū delicijs deliniti vitiū ipsum virtutē putant.

Tract. IIII. Cap. III. & Lib. IIII. Cap. VIII.



Vm autem sit & requies in vita, atqꝫ in hac ipsa, ioco sese recreent homines: videntur & hic esse quædam æquabilis congressio & dicendo, & audiendo ea quæ oportet, & vt oportet. Differt autem & dicendo inter tales, & audiendo tales. Atqꝫ patet & in his exuperationem esse medij, & defectionem. Qui igitur in ridiculis exuperant, scurræ videntur esse ac importuni, affectantes omnino ridiculum, & magis coniectantes facere risum, ꝙ honeste

Scurræ.

loqui,& non afficere eũ dolore,in quem facete dicunt. Qui vero neq; dicerent quicq̃ ridi-
culi,neq; alios dicere paterẽtur:rustici,duriq; esse videntur. At is qui cũ moderatione ioca- Rustici &
tur,comis atq; vrbanus vocatur:talem sane moris iam habitũ assecutus:vt ad bene recteq; duri.
iocũdũ sese flectere possit.Huiuscemodi nãq; motiones,mores ipsius esse videntur. Atq; vti
corpora,sic & ipsi mores,motionibus discernũtur.Cũ autẽ exundet ipsum ridiculũ,pluri-
miq; ioco salibusve magis q̃ oportet gaudeant:scurræ quoq; eodẽ nomine nũcupantur,vt
gratiosi elegãtes.Sed eos differre,atq; nõ parũ: ex iis quæ diximus constat. Accõmodatur
autẽ huic habitui medio,& ipsa dexteritas. Atq; ipsius est dexteri ea dicere & audire,quę
ad modestũ virũ liberalemq; accõmodãtur.Sunt enim quędam,quæ ioco dicere & audire,
talem hominem decet. Atq; ipsius liberalis iocus & eruditi a seruilis ioco rudisq; differt.
Licet hoc tã in antiquis,q̃ in nouis comœdiis intueri.quibusdã enim verbo℞ obscœnitas, Comœdi.
quibusdã potius subintellectio,ridiculũ erat: atq; hęc nõ parũ honestatis differũt ratione.
Is ne igitur dicẽdus est recte facetiis vti,qui dicit ea quę liberũ hominẽ decet: an is qui eũ
qui audit dolore nõ afficit,vel etiã delectat? An & hoc indefinitum esse videtur? Est enim
aliud alii odio & iucũdũ.Talia autẽ & audiet,quæ nãq; fert audiẽdo, ea videtur & facere.
At nõ quiduis faciet:etenim facetię cõuicia quædã sunt.Et legũlatores nõnulla cõuicia di
cere vetãt.Fortasse autẽ illos nõnulla prohibere facete dicere oporteret. Vir itaq; gratiosus
ac liber: ita sese habebit quasi sibiipsi lex sit in ioco.Talis est igiẽ ipse medius siue dexter Dexter.
siue vrbanus,siue comis dicatur. Scurra autẽ ridiculo superatur. Et neq; sibi neq; aliis par- Scurra.
cit,modo moueat risum,eaq; dicit,quorũ nihil prorsus gratiosus ipse diceret:& aliqua quæ
ne audire quidẽ perferret.Sed rusticus ad tales cõgressiones inutilis est.Quippe cũ nec ipse Rusticus.
quicq̃ afferat salis,& cũ afferũt alii,ægre molesteq; ferat. Requies autẽ & iocus,in vita ne-
cessaria esse videntur.Tres igitur eę sunt quas diximus mediocritates in vita. Sunt autem Mediocrita-
omnes circa verborum quotidiam actuumve communem vsum.Sed differunt,q; vna circa tes.iij.
veritatem,ceteræ circa voluptatem versantur.Atq; harum altera quidem est in ioco,altera
autem in congressionibus reliquę vitę consistit.

CVm autẽ &c.Prima cõclusio.In cõgressionibus humanis est quædam altera virtus media circa iocos dicẽdo & audiẽdo quæ oportet. Multo difficilius est bene dicere q̃ bene audire: & aliqua quis audire potest,quæ facete dicere nequit. Et licet iocus sit in verbis & ludus in factis, vt ludere aleam:vocabula tamẽ vel apud oratores cõfundũtur,& vtrũq; in proposito intelligimus.Probat hæc cõclusio,quia interdũ vita quiete relaxanda est in qua ioco recreãtur homines, cõsentaneũ est ergo hũc cõgressum æquabilem esse.Quod caret alterna requie durabile nõ est. Redditur inualidus nimiũ dũ tẽditur arcus:nã oportet eũ rectitudini suæ naturali relinquere,vt vires acquirat:sic hominis animus circa speculationẽ semp intẽtus deterioratur: opus enim est nõnũq̃ honesto ludo vt in psalterio,cithara,cymbslo in palmali sphęrula, ad brauiũ ludendo,spicula ex arcu iacere: & sic homo recreatus auidius ad studia reuertetur.Hac enim via dies Aristotelici studentibus assignãtur: sic enim ipse suis facere consueuit.Et licet iuuenes catti,vituli,catelli & agni ludo gaudeant,nõ tamen cũ sint graues natu:secus est in hominibus ratione vtentibus, qui cũ sint grandęui solamine maximopere egent salibusq; solantur.Ergo tũc honestus ludus eos decens est expetendus:quia sicut corpus hominis aut equi summo labore atteritur, & opus est requie ad restaurãdum deperditum: a fortiore ita faciendũ est in exercitatione mentis quæ plus deijcit appetitum & vires q̃ corporalis exercitatio:& hęc requies fit per honestũ ludũ. Post vires corporales defatigatas natura ordinauit somnũ in quo sensus nõ laborant sed fortificãtur.Per mentis iugem meditationẽ altãq; speculationẽ ipsa hebetatur, quocirca eget quietis & recreationis,& somnus nõ sufficit:sopor enim post assiduam animi agitationem nõ habetur,dormitat enim solũ tunc quispiã: proinde prudẽs omnibus curis & animi anxietatibus pacatis cũ voluptate se ponat ad somnũ:alioqui noctem pene insomnem ducet vti pluries expertus sum.Mens optime per ludũ ociũq; refocillatur.Anacharsis scire dicere solebat:nõ turpe esse aliquãdo modestis lusionibus oblectari vt alacrior ad philosophiã reditus fieret. Atq; Scipio aiebat se repuerascere cum relicta republica apud Caietã cocleas aut conchulas legeret: vna cum Lelio amico suo. Cessatio laborũ nõ erit finis quæ erit modica,veluti instauratio quędã ad feruidũ laborem.Lusiones laxandi animi causa fiunt, vt ad res serias fiat reditus. Pilæ lusum Galenus multifacit quo Publius Scęuola vir grauissimus ludebat,cũ a forensi labore fessus esset: quo lusu Lycon philosophus etiam delectabat. Dũ Alexandro magno a militia & rebus serijs nõnihil ocii dabatur pila lusit:collusoresq; nõ semel muneribus donauit.Vnde sic argumentor: omne illud nullo iure vetitum per quod vires corporis & animæ recreãtur est bonũ,vtile & honestum:sic est de ludo honesto:stat eruditũ virũ egere corporis exercitatione sagittando vbi moris est,equitando & colloquendo cũ iocũdis sic quoq; facit: si enim solus equitaret mens fortasse interim laboraret.Ex quo patet,q; nõ est actus eutrapelię ludere

ad scacarium trahendo regem & reginā signanter in his qui quietis egent. Patet, quia in illis est mētis occupatio vehemens, & per consequēs nō releuatur a labore. ¶ Secūdo sequitur, q̄ pernox & male suada alea, parasitorū prurientis cātus, & similia, ab eutrapelia sunt aliena. Postea ponit philosophus diffinitiones aliquas dicens. Scurræ sunt qui plus æquo risum mouere student, & hi importuni & onerosi sunt alijs atq̧ molesti affectātes omnino ridiculū. Magis enim coniectant facere risum q̄ honeste loqui & sua dicacitate scurrilitateq̧ tristitia afficiūt ipsum dequo iocantur. Peccat talis ois in eū in quē iocatur, in seipsum quē delirium censent ad eius dicacitatē rident. peccat etiā in eos qui sępius plus nimio rident. Qui vero nec dicūt ipsi aliquid iocūdum nec alios dicere ferunt, rustici & agrestes, agelasti. i. sine risu & mœsti sunt, vt auus Crassi in Parthia interempti, qui semel tm̄ in vita risit cum vidisset asinum carduos comedentem, dixisseq̧: Similem habent labra lactucam. Comis vrbanus & Eutrapelus moderamine in iocis & ludis vtūtur. Vrbanus erga aliquos risum excitat honestū, cauēdo ne illum in quē iocatur tristitia afficiat. Nec iniuria cum talem moris habitū habeat vt facete loqui possit. Et quēadmodū corpora suis motibus discernuntur, ita quoq̧ & animi mores ex operationibus discernimus. Per ordinatum inter manū & brachium pulsum sanitatē: & per inordinatum spiritū saltū infirmitatem cognoscimus. Sic per loquelā hominū mores cognoscimus. Solus prudēs mediū tenet: ad extrema vagantes ex suis tumidis scommatibus aut taciturnitate deprehēdūtur. Sed cum nōnūq̄ ridiculum exundet & rationis modum transcēdat, plures plus æquo iocantur salibus gaudentes, & scurras vrbanos nūcupāt ipsosq̧ vt gratiosos & elegantes habēt. Aliqui bomoloquos Eutrapelos falso appellant. Proinde putāt scurrilitatē esse vrbanitatem. Hoc diluit in litera in qua affirmat eas plurimū differre. Sed & eas differre non parum ex iis quæ diximus constat. ¶ Alia conclusio est. Dexteri est ea dicere & audire, quæ liberalem & ingenuum virum decēt. Medio enim habitui dexteritatis nomen accōmodamus. Et sunt ea quæ decet liberalem virū audire. Comis obscœnū nō audit: perinde a fortiore nec illote loquitur. Plus enim est esse maledicū q̄ illota audire. Viri liberalis iocus a ioco cerdonis & illiberalis differre debet. Qd̄ plane licet tam in antiquis q̄ in recētioribus comœdiis cōspicere. Nam in his verborū & gestuū obscœnitas ridiculo erat: illis etiā obscœnitate expressa probis displicuit: quinimo institutionibus suis intellectio obscœna erat detestata. Et hoc multū ad honestatē referre arbitrandū est. ¶ Post hęc mouet quæstionē quæ talis est. Recte ne is salibus vtitur qui dicit ea quæ liberū hominē decent, an is qui audiētes dolore nō afficit, sed citius in voluptate mulcet. ¶ Ad secūdam partem quęstionis respondet. Primo, s. q̄ audientem voluptate afficere indefinitum & indeterminatū est: cū alius aliud oderit ametq̧ alius: ergo regula Eutrapeli ex parte audiētiū sumi nequit. Ponitur regula ex parte dicentis hæc. Dicat talia qualia libēter ipse Eutrapelus auditi taliaq̧ audiet: quæ nāq̧ patitur audiendo talia dicere potest. ¶ Tertia conclusio huius capitis. Dexter non omnibus facetiis vtetur. Primo, quia facetię quædā conuicia sunt: legūlatores cōtumelias dicere prohibent, & fortasse cōducit legūlatoribus prohibere quędā facete dicere: proinde facetię nō vsquequaq̧ in bonam accipiūtur partem: sed aliqua facetia labem implicat & reipsa est conuicium & maledictū. Sic ex Argyropylo dicere oportet. Leonardus autem dicit, q̄ iocus aliquis est cōuicium, & hoc magis placet. Facetiam enim vulgo in bonā partem cū elegantia capiūt. Vir itaq̧ gratiosus ac liber ita sese habet quasi sibi ipsi sit lex in ioco. Ipse nouit quādo & vbi est iocādū, & vt dicit. Displicet imprudens quando placere putat. Quando quis est imprudens caueat pro virili a iocis. ¶ Alia conclusio. Scurra autem a ridiculo superatur, neq̧ sibi neq̧ alijs parcit modo risum moueat. Dicit de alijs confusibilia & etiam de seipso, vt alios ridere faciat dicit: videmus aliquos ridiculos alios afficientes probris, mouentes alijs risum & sibiipsis rident dicuntq̧ aliqua quæ vrbanus nunq̄ diceret, sed ne audiret quidem: vt de libidine & talibus monstris quæ viri famam denigrant. ¶ Alia conclusio. Rusticus ad vrbanos congressus inutilis est. In primis nihil salis affert, & cum alij afferunt indigne fert, & huiusmodi congressus relaxationis fiunt causa. Sunt enim iocus & requies in vita necessaria.

¶ Vltima conclusio quæ fit epilogando. Tres igitur sunt virtutes hæc cum duabus nuperrime dictis inter se conueniūt: quia circa cōmunicationem sermonū & operum sunt, at differunt ab inuicem: nā vna circa veritatem & duæ aliæ circa voluptatem versantur. Hæc in ioco: illa vero in reliquis vitæ congressionibus versatur.

Dub. duo. ¶ Dubitatur, Primo, an Eutrapelia sit virtus, & probatur q̄ non. Virtus est circa difficile, sed ludere non est difficile: igitur. Secundo, puerorum est ludere, ergo ludere non est adulto dignum.

Ad primū. ¶ Ad priorem rationem negetur minor. Perdifficile enim est iocando tenere medium: & solus circūspectus & quodammodo ad hoc natus illud perbelle facere potest. ¶ Ad secūdum dicitur, q̄ pueri ob
Ad secūdū. inconstātiam exercent se circa ludum corporalem, qui maxime conducit eis propter humorū cruditates, quæ eis insunt: sed de Eutrapelia parū aut nihil norūt. In hac materia Augustus Cæsar nō erat abiectus. Nam cū de more diu inter Virgilium & Horatiū sederet, & amicus quidā quęreret ab eo quid faceret & vbinā sederet, scite respōdit: sedeo inter suspiria & lachrymas. Maro enim erat vbiq̧ tristis: hoc autē atram bilem & sublime ingeniū in viro arguebat, & Horatio admodum studioso doluerunt oculi lippientes & plorantes fere semper. Sic Marcus Tullius salibus abundabat: & soli prudentes.

Dub. tria. ¶ Tertio dubitatur, an contumelia sit peccatum: & an ei resistendum est. ¶ Quarto, an ludere in torneamentis in festo vel hastis ludere sit violare festum. ¶ Quinto, quæ circūstātiæ ad ludū requirūtur.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam dubitationem respōdetur, q̄ conuiciū potest esse citra contumeliam dū modo aliquis iocatur in aliū, vt aliqui risum prouocentur sine alterius iniuria & tristitia in quē iocatur, vt Tullius dicebat suum fratrem ensi esse alligatū cū perlongus esset mucro & frater corpore paruus. Sed cōtu-

media est peccatum vsquequaq;, quando homo dicacitate vel alijs signis proximi honorem tollit. Si honorem aut famam attenuet iam honorem subtrahit, licet nõ tollat honorem proximi: & interdũ est mortale. Matthei. 5. Qui dixerit fratri suo racha, reus erit gehennę ignis. ❡ Ad secũdam dubitationis partem respõdetur, q; nõnũq̃ contumelia ob conuiciãtem reprimẽda est, vt a sua linguacitate arceatur, ne talia imposterum attentet, iuxta illud prouerbiorum. 26. Responde stulto iuxta stultitiã suã ne sibi sapiens videatur. Secundo, arcendi sunt ob bonũ illius qui irridetur, cui honor aut fama irrisione detrahitur, ne eius frugifera doctrina alias pręstita diminuatur, alioqui patientiam indues & non facies alium deteriorem. Vnde Eccli. 8. Ne litiges cum homine linguato & non struas in ignem illius ligna. Iuxta illud Psalmistæ. Qui inquirebant mala mihi loquuti sunt vanitates. & paulo post sequitur. Ego autem tanq̃ surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Præterea aduerte q; hi scurræ si malum illi cui contumeliã inferunt, intendant plus peccãt & grauius q̃ furto delinquant: cum honorem & famam quæ opibus pręstant, quãtũ est in ipsis subtrahant: & licet id nõ intendant, possunt tamen grauiter delinquere, vt percutiens & interimens perimere nõ proponens.

❡ Ad quartum respõdetur, q; interdũ in hasticis ludis seu torneamẽtis probabiliter periculum vitæ incurritur, & ad illud vitandũ lata est C. de gladiatoribus. l. vnica, interdũ obtusis hastarũ capitibus res geritur quasi sine periculo, vt in tota vita hominis vix vnus talibus hastis seu lanceis trucidetur: & tale genus hastici ludi potest fieri in gratiã principis post vesperas citra culpã aut violationẽ festi. Ad quartũ.

❡ Ad quintam dubitationẽ respondetur, q; cõsiderãdæ sunt circũstantiæ tertio libro recitatę: quisnã est ille qui ludit: puellus enĩ ludit crepitaculis & arũdine loco equi phalerati equitat: talis autẽ ludus grauem annis dedecet. Pari modo, lituus, tuba, cornu & tibia militibus in conflictu bellico cõueniũt: sacerdotibus & viris religionem professis non conueniũt. Facit etiam discrimen circũstãtis tẽporis. Nam ea tempestate qua diuinis est operandum, nõ licet indulgere ludicris. Sic & loci. Nam templum diuino cultui dedicatũ, indecens est receptaculum populi ad ludum theatralem spectandũ. Propterea inter ludendum maximopere est curandum vt libidini fenestrę nõ aperiãtur, & vt nullius famę detrahatur: se enim aut alios probrosis dicterijs proscindere scurrarum est mos a probis cõpescendus. Et vt summatim dicam, ludentes aut facetas fabulas agentes placere populo studeant citra alicuius offensam: & ludos seu facetias suas prius q̃ eas agunt circũspectis & prudentibus viris ostendant: & ab illis repudiata aut improbata deleantur, admissa modeste agantur & publicentur. Epilogantes dicimus ludos esse honestos his qui in serijs rebus versantur, non autem alijs: admittuntur tamẽ ne deteriora contingant. Sunt nonnulli nobilium qui totos dies in aucupio aut venatione consumunt. nec id insimulamus modo illa ad quæ alioqui astringũtur non omittant: alioqui remittẽdo animos delinquunt, vt fecit Domitianus imperator qui stilo ferreo muscas quotidie in cubiculo certo tempore ab alijs secretus occidit. Vnde & scommate cubicularius eum taxauit: Dum enim quidam interrogaret, esset ne quispiam intus cum Domitiano, respondit cubicularius, ne musca quidem: insinuãs inertẽ, aut crudelem oblectari transfixione muscarum, & hominem tempus terere incassom in capiendis muscis. Dedecet ingenuos scurras admittere qui nihil norunt nisi excitare cachinnos in aliquorum displicentiam. Placidi & assentatores reijciantur. Grauitatem Catonis posteri extollunt. Nam in theatralibus ludis lasciua eo pręsente recitare haudquaq̃ audebant: eius enim grauitas atq; tetricus gestus indecentes ludiones terrefecit. Ad quintũ.

Tract. V. Cap. vnicum. & Lib. IIII. Cap. IX.



DE verecundia autem vt de aliqua virtute dicere non oportet. Est enim affectui magis q̃ habitui similis. Itaq; diffinitur timore, timorq; dicitur dedecoris quidam, & fit perinde atq; circa res formidolosas timor fieri solet: nam qui verecũdãtur erubescunt, qui timent mortem, pallescunt. Vtrũq; igitur ad corpus quodãmodo accõmodatũ esse videtur, quod quidẽ magis ad affectũ videtur, q̃ ad habitũ pertinere. Non autẽ ad quãuis ætatem hic affectus, sed ad iuuenilem accõmodatur. Cẽsemus enim eos, qui huius ætatis sunt, verecũdos esse oportere, vt cũ nõ sine perturbatione viuãt, multũq; ob hoc peccẽt, a verecũdia prohibeãtur delinquere. Atq; laudamus quidẽ iuuenũ eos qui sunt verecundi: sed nemo ex eo seniorẽ hominẽ laudabit, quia est verecũdus. Nihil enim eorũ ipsum oportere censemus agere, pro quibus emergere verecũdia solet. Neq; enim homini probo verecũdia cõpetit: quippe cũ pro rebus improbis fiat. Nõ enim sunt res tales agẽdę: q; si quędã reuera, quædã operatione sunt turpes. Si nihil refert, neutræ nãq; sunt agendæ: quare nõ est verecũdandũ. Sed improbi est & talẽ esse, vt aliquid turpe agat: probũ autẽ ideo quẽpiã esse putare, quia ita se habet, vt si turpe quid egerit verecũdetur: absurdũ est sane. Verecundia nãq; fit pro iis quæ sua sponte quispiã facit: sed nũq̃ sua sponte vir bonus res aget turpes. Fuerit autem verecundia probum ex suppositione: nam si egerit verecundabitur. Hoc autẽ in ipsis virtutibus non est. Q; si impudentia, & quempiam non res pudere turpes agẽtem

improbum est: nihilo magis ob idipsum probum erit quempiam res turpes agentem vere-
Cōtinētia, cundari. At vero neq; continentia virtus est, sed est quædam permixta. Ostendetur autem
de ipsa posterius. Nunc de iustitia dicamus oportet.

DE verecūdia autē &c. Prima cōclosio. Verecūdia non est virtus: estq; similior affectui q̄ habitui
qui est genus virtutis. Probatur hæc cōclusio per diffinitionē verecūdię. Diffinitur enim per
timorem qui est affectus sic: Verecūdia est quidā dedecoris timor: sed timor est affectus: & est ille
timor circa dedecus ferme, similiter vt circa res formidolosas timor esse solet. Nam qui verecūdātur
erubescūt: qui vero interirū inhorrescunt pallent. Ex quo fit vt vtrūq; ad corpoream passionem ac-
cōmodetur: ergo magis ad affectū q̄ ad habitū pertinet. Probatur facile eadem cōclusio. Omnis vir-
tus est in potestate habētis: nō autē verecundia. Secūdo, omnis virtus est habitus, nō autē verecūdia.
Tertio, virtus nō est cū corporis motu, sicut philosophus dicit: rubor autē fit cū corporis motu: igit.
¶ Secūda conclusio. Non omni ætati sed iuuenili verecundia cōgruit. Hāc affirmatiuam cōclusionē
circa pudorem ponit. Erubescit, salua res est: secūdū Comicum: signāter in iuuene. Sane eos qui iuue-
nilem viuūt ætatem putamus verecūdos esse oportere: quia non degunt sine perturbatione & pro-
pterea plurimō delinquūt. Per verecūdiam autē arcentur a peccatis. Secūdo, nos iuuenes verecundos
laudamus, cum Xenophontis iuuenis speciosissimi verecūdiam Socrates intellexit cū ad literas alle-
xit. Pudor & laudis studiū sunt iuuenib⁹ necessarię: hoc calcar ad virtutes, illud frenū, a sordib⁹ arcēs.
¶ Ponitur tertia cōclusio negatiua. At senem nemo laudabit q; verecūdus sit. Nihil enī eo⁊ ipsum
oportere putamus agere pro quibus emanare verecūdia solet. Affectus sunt iā in senibus sedati. & ex-
perientia & ratione iam norūt peccata esse detestāda ¶ Quarta cōclusio. Homini probo verecūdia nō
cōgruit. Probatio. Nā verecūdia pro rebus improbis fit: atq; viro probo talia agēda nō sunt. Verū enī
quædā in rei veritate sint mala, quædā vero hominū opinatione turpia: nō refert. neutra enim sunt
agēda: quare nō est ei verecūdandū. Mouet illic dubitationē qua quispiā dubitaret de turpi secūdū ho-
minū opinionē, qđ reuera nō est tale. Respōdet, abstinebit etiā ab illo. Siquidē a specie mali abstine-
bit: sicut iubet Apostolus. Secūdo, improbū est talē esse vt aliquid turpe agat: nō aget igitur vir pro-
bus aliquid turpe & absonū. Reuera est existimare quempiam adeo probum esse quia ita sese habet vt
si turpe quicq̄ commiserit verecūdetur. Nā pudor est pro his quæ quis sua sponte facit: at vir probus
nūq̄ res turpes faciet. At dicet aliquis viro bono est verecūdandū ex suppositione, hoc est si perperam
egit, verecūdabitur. Hoc nihil est: in virtutibus nihil est verecūdia dignū. Non sequitur, verecūdari ex
suppositione cōuenit probo: ergo verecūdari ei cōpetit: cū nihil maligne saltē i magnis peccatis agēt:
minora autē peccata nō sic erant ab Ethnicis sicut a Christianorū schola nota. Etiam talia in tertio
Ethico⁊ venia digna censuit. Nullus studiosus sine his minimis degit secūdū legem communē vitę.
Postea refellit aliā cauillationē ibi: q; si pudentia. Obiectio est, hæc impudētia de turpi est prauum,
ergo pudor de malo est bonū, per locū ab oppositis. Responsio, nō opponūtur. vtraq; enim est circa
materiā quæ virtuti aduersatur: vtrūq; isto⁊ vitiū imbibit: non pudere de peccato perpetrato si aliqd
perpetretur: & pudere de peccato cōmisso. Postea dicit. At vero neq; cōtinentia est virtus. Quęreret
aliquis ab eo quādoquidē ad bonō verecūdia allicit, quare nō est virtus. Respondet. Pene vnū simile
dabitur: cōtioētia nō est virtus, cū adhuc passionū insultus vehemētes patiatur in suo subiecto, sicut
verecūdia cū qua affinitatem habet. differūt tamē quia cōtinētia q̄ est virtuti permixta est bonus ha-
bitus & virtutis initium, & virtus etiā nisi valde stricte loquendo: sed de hoc a nobis in septimo locu-
pletior sermo (si superi sinent) fuerit.
Dub. primū. ¶ Dubitatur, an inhorrescēs & verecūdus timore eodē modo secūdū corpus moueantur. Respōdetur
Responsio. q; nō, hic enim rubescit, si est extra aleam mortis formidat ingloriationē: propterea sanguis exterio-
ra petit ne homo colore destituat: ille pallet quia calor petit interiora vt cor roboret periculo immi-
nēti resistere: & tūc homo est animosior & hoc si ad partes superiores moueat, si ventrē & partes infe-
Dub. riores petat aluū dissoluit, & tūc homo est metu perculsus. ¶ Secūdo dubitat, qa Aristoteles dicit q;
solū verecūdandū est de vitio. Contra, verecūdatur quispiā si aluū exonerās inuenit, vel cū propria cō-
iuge rem habens. similiter de caluitie sua vt Cęsar & alij de alijs corporis difformitatibus, de amico⁊
furto & probro, similiter si mēbra pudēda inueniātur discooperta homo erubescit, more protoplasti,
qui sibi perizomata ex frōdibus ficulnis post peccatū assumpsit, vt pudibūda mēbra operiret. Hoc te-
tigit Aristoteles. 2. Rhetoricę inducēs disceptationē Antiphontis & Dinoysij sup quibusdā proximo
mortuis contra verecūdiam reuelatis. Et patet de facto Can circa verenda patris nudi dormientis,
Responsio. qui propterea maledictionem tetram a patre audiuit. ¶ Pro harū obiectionū solutione dicas, q; ve-
recūdia vera apud prudentē & cōstantē solū prouenit pro peccatis a nobis cōmissis, cum in hominū
notitiā deuenūt: circūspectus syllogizat vxoris impudicitiā, filio⁊ malitiā sibi nō imputari: quare se
ab illo affectu pręseruat. Plerīq; autē sunt incōstātes & aliqui sunt nimiū pudētes qui gratis hoc cor-
poris motu notātur: quibus si occultū peccatū imponatur cōmouētur, licet sint insontes perinde ac si
essent noxij. Vel dicat q; verecūdia bifariā capitur. Vno modo, pro hac passione cōnotando q; a vitio
emergat, hoc est a culpa cōmissa, vel ab ea ne cōmittatur: & sane ea apud prudentem maximū corpo-
ris motū facit. Alio modo capitur pro tali affectu etiam sine culpa proueniēte: at hæc oculatū parū
nisi cū primo motu turbat. Sic etenim sibi intrinsecis: quare tristis es anima mea & quare contubas
me? Non peccasti. Hoc modo martyres hūc affectū pati poterāt, qui coram multitudine cōfusibiliter
ducebantur ad immerita supplicia & tormenta.

LIBER QVINTVS

TRACTATVS PRIMVS. CAP. I.



Iustitia. InIustitia.

E iustitia autem & iniustitia cõsideremus oportet, circa quales actus versentur: & qualis nam mediocritas sit ipsa iustitia: & inter quæ iustum ipsum mediũ est. atq; hæc consideratio eũdẽ seruet modum doctrinæ quo antea dicta cõsiderauimus. Videmus itaq; omnes talem habitum dicere iustitiam velle, quo homines apti sunt ad res iustas agendas. & quo iusta agũt, & volunt iusta. Eodem modo talem habitum & ipsam iniustitiã dicere, quo iniurias agunt homines, resq; volunt iniustas. Quapropter & nobis hæc primũ vt in figura subiiciãtur. Non enim in scientiis & potẽtiis atq; habitibus res sese habet eodẽ modo. Eadem nãq; potentia scientiaq; contrariorum esse videtur. Sed contrarius habitus non est contrariorum: nempe a sanitate sana dũtaxat, & non contraria fiunt. dicimus enim quẽpiã ambulare sane, cum perinde ambulat atq; sanus. Sępe igitur contrarius habitus ex cõtrario cognoscitur: sępe etiã habitus ex subiectis. Nam si bona corporis habitudo sit nota, & ipsa mala corporis habitudo fit manifesta. Ex iis quæ bonam habitudinem efficiunt corporis ipsa bona habitudo fit nota, & ex ipsa rursus ea quæ faciunt ipsam. Si enim habitudo bona sit spissitas carnis, & malam habitudinem raritatem esse carnis, & id quod efficit habitudinem bonam, efficere spissitatem in carne, necesse est. ¶ At vero plerũq; sequitur si alterum pluribus modis dicatur, & alterum pluribus dici, vt si iustum, & ipsum iniustum. Videtur autem tam iustitia q̃ iniustitia pluribus modis dici: sed quia propinqua est ipsarum æquiuocatio, latet: & non ita vt in iis quæ longe distant, est manifesta. Multum enim talia differunt forma. Patet enim clauem æquiuoce dici & eam quæ sub collo est animaliũ. & eã qua ostia clauduntur. Sumatur igitur quot iniustus dicitur modis. Atq; videtur iniustus esse & qui a legibus exorbitat, & qui plus capit, atq; iniquos. Quare patet & iustũ esse eum qui legitime facit: & eum qui æquus est. Iustũ ergo est quod legitimũ, & quod est æquum. Iniustum vero quod est contra leges, & quod est iniquum. Cum autem iniustus, & pluris sit auidus: non erit ipse circa omnia bona: sed circa ea dũtaxat in quibus consistit prospera fortuna, atq; aduersa, quæ simpliciter quidem semper sunt bona: alicui vero non semper: homines autem illa sibi optant, atq; persequũtur: at non oportet. Sed optare quidem ea quę sunt simpliciter bona, & sibiipsis esse bona: expetere autem ea quę sibiipsis sunt bona oportet. Iniustus autem non semper plus, sed minus etiam expetit in iis quæ sunt simpliciter mala. Sed quia videtur & minus malum quodam modo bonum esse, & plus habendi cupiditas ipsius est boni, fit vt pluris ob idipsum videatur auidus esse. Est autem iniquus (hoc enim cõtinet, & est cõmune) & legum transgressor: hoc enim, legum inquam trãsgressio .i. iniquitas, omnem iniustitiam continet. Et est ad iniustitiam omnem commune.

Potentia. Scientia. Habitus. Iustitię acceptiones. Clauis. Iustus. Iniustus.



E iustitia &c. Philosophorum princeps miro ingenio exacte docuit de omnibus virtutibus moralibus quas secũdo libro explicandas nominauit: nũc autem de iustitia virtutum præclarissima ac cognitu difficillima loquitur. Ipsa autem, vt ait, virtutes omnes in se complectitur: quare cõuenienter alias ante eam scripsit, & integrũ librum huic vni virtuti accõmodauit: quem in tres partes principales distrahit. In quarum prima de iustitia proprie dicta cõmentatur: in secunda de æquo & bono. In tertia de iustitia translatiua. Prima pars duobus tractatibus nodatur: duę posteriores totidem expediũtur. Rursus in quinq; capita prima pars seiugatur. In primo de iustitia in cõmuni edocet, describendo & diuidendo ipsam iniustitiam legalem siue legitimã, & in iustitiam particularem. In secũdo capite materiã iustitiæ particularis explanat, ipsamq; in iustitiam cõmutatiuã ac distributiuã scindit. Tertium caput monstrat quo modo mediũ in iustitia distributiua est sumendũ. Quartũ mediũ iustitiæ cõmutatiuæ ostendit. In quinto errorem Pythagoricorum conuellit. Primo hic a quodam confuso & generali auspicatur, postea particulatim procedit. Talis est motus Aristoteli peculiaris. Accedo citra verborũ prodigalitatem ad literam. Prima conclusio. Nũc de iustitia & iniustitia est cõsiderandũ, circa quales actus existant, & qualis sit inter eas mediocritas: &

inter quæ iustum sit mediũ,eũdem seruantes modũ,scilicet figura & rudi Mineurua procedentes,sicut in præcedẽtibus libris fecimus.Postea ponit diffinitionẽ iustitiæ inquiens,Videmus vtiq; omnes illũ habitũ dicere iustitiam velle,quo homines prompti sunt ad res iustas agendas, & qui iusta agunt & volunt efficaciter iusta.Primo habitũ iustitiæ genus,detegit,iusta agunt propter actum imperatũ:res iusta est obiectũ iustitiæ,& iusta volunt ob actũ elicitũ.Hęc ergo est bona diffinitio iustitiæ cũ ponatur quidditatiuũ eius genus,obiectũ actus eius elicitus & imperatus.Parũ discrepant ab hac diffinitione, sed minus philosophice Iurisconsulti loquũtur,vt.ff.de iustitia & iure.l.iustitia,dicitur.Iustitia est cõstans & perpetua animi volũtas ius suũ cuiq; tribuens.Quia habitus est difficulter mobilis perpetuitas cũ genere quidditatiuo ponitur.Iniustitia est habitus quo iniuriam agũt homines, resq; volunt iniustas.Et omnes ita esse cõsentiũt,Iniustitia capitur hic contrarie & nõ cõtradictorie. Puer nec est iustus nec iniustus isto modo:bene autẽ cõtradictorie.Diffinitionem quid nominis siue termini acceptionẽ per cõmunẽ vsum probat.Quapropter dicit,Et nos hic figura quadã & nõ aliter probata ita esse (vt par est) supponamus.¶Secũda cõclusio.Iustitia & iniustitia nõ emergũt ab eodem habitu.Nã in scientijs potẽtijs & habitibus dissimile est Nam eiusdẽ scientiæ totalis est sanitatis & ægritudinis traditio:similiter eiusdẽ potentiæ vt visus,est videre albedinem & nigredinẽ.Loquitur hic de potentijs quæ sunt corporis partes.Calor qui est potentia calefaciendi est respectu vnius, sed actus cõtrarij ab eodem habitu nõ proficiscũtur.Et ponit probationẽ exemplariter in habitu corporis,quia ille est clarior animæ habitu,& in corpore sano sanitatẽ imaginare,sicut in anima est habitus sic erit habitus currendi in corpore ac prompte ambulandi,dicit a sanitate nõ emanãt illa quæ sunt sanitati cõtraria,sed solum ea quæ sanitati conueniũt.A sanitate enim est,q aliquis bene ambulet.Sane enim ambulat aliquis quãdo perinde ambulat sicut ille qui est sanus.Igitur iusta & iniusta nõ ab eodẽ habitu proficiscũtur.Et cũ scientia sit habitus de habitu speculatiuo non loquitur nec practico,sed de habitu appetitiuo.

Obiecta. Hæ res in præsentia,Primo propterea q temperantia est circa voluptates & dolores: fortitudo.circa timores & audacias,quæ sunt cõtraria:itaq; habitus est cõtrariorũ.Secũdo,scientia est

Responsa. contrariorũ,at scientia est habitus,igitur.¶Respondetur,q fortitudo & temperãtia est cõtrariorum obiectiue,quia versantur circa timores & fiducias quæ sunt cõtraris:nõ tamẽ actiue & operatiue,quia operationes quas fortitudo producit semper sunt fortes & nõ cõtrarię:nũc fortes,nũc metus & non fortes.¶Ad secũdũ dicitur,q scientia est habitus speculatiuus qui est cõtrariorũ. Aristoteles autẽ de habitu elicitiuo ac productiuo loquitur.Potentia visiua albedinem,nigredinem,atq; colores medios videt.Potẽtia auditiua sonũ grauem atq; acutũ audit.¶Tertia cõclusio.Ex iustitia potest deprehẽdi iniustitia.& iustitia ex subiectis,hoc est obiectis deprehenditur. Q: subiectũ valeat obiectũ patet per carmina.obiectum verna positum sub cui quod inhæret.

Quod prius est copula proprie logicaliter infra
Quod simul ars & habet bis sunt subiecta quaterna.

Potest litera etiam exponi pro subiecto nõ capiẽdo ipsum pro obiecto,vt si bona corporis habitudo sit nota,protin⁹ & ipsa corporis indispositio innotescit.At bona corporis habitudo ex ijs quę ipsam efficiũt cognita est:& nõ tñ illud est verũ,sed cõtra ex bona corporis habitudine cognoscũtur illa quę ipsam efficiũt:si enim bonã corporis habitudinẽ appellaueris spissitudinem & carnis dẽsitatem, notũ erit e uestigio malam habitudinẽ esse carnis raritatẽ . et si cognita sint quæ bonã efficiũt habitudinẽ & ipsa carnis spissitas nota erit.Licet carne molles sint apti mente,secũdo de anima,tamẽ ob potorũ raritatem tales sunt passibiles: & suscipiunt facile morbos. ergo habere carnes spissas magis ad corporis incolumitatem cõducit.Licet autẽ exemplorũ nõ requiratur veritas,tamẽ in exemplis est hæc apparentia quã dedimus.Nihil prohibet ita in iustitia esse & in iniustitia vt alterũ ex altero & ex rebus subiectis cognoscatur.¶Alia cõclusio.Iniustitia & iniustũ nõ vno modo dicũtur.Nã vt plurimũ sequi videmus si vnũ oppositorũ multipliciter dicitur,alterũ etiã multipliciter dicitur,vt si iustum multipliciter dicatur & iniustũ,& contra,sed alterũ istorũ dicitur multipliciter.Sed multiplicitas latet quia eorũ significata habent propinquitatem,propterea eorũ multiplicitas nõ est manifesta , sicut in his quæ multũ distant:qualia sunt illa quæ secũdũ speciẽ & similitudinem differũt. Vt clauis æquiuoce significat illud quod est sub collo animaliũ quod aliqui dicũt anginam hominẽ strangulantem quã Galenus Synanchen appellat,vulgus Squinantiã vocitat. alij tradũt,q est instrumentũ carneũ quo arteria vocalis tẽpore sumptionis cibi clauditur ne aliud subintret & in vocis formatione aperitur nõ magnopere refert.Alio modo significat instrumentũ ferreum quo ostia claudũtur aperiunturq;,sed hæc æquiuocatio est valde manifesta, cũ sit rerum differentiũ specie. Sumatur igitur quot iniustus dicatur modis &c.Iam probat q iniustus multipliciter dicatur.Est enim primo aliquis iniustus qui a legibus exorbitat & contra eas cõmittit.Secũdo.qui plus q̃ par sit accipit,& hic appellatur auarus, & iniquus qui inæqualiter diuidit ptiẽda, vnde fit vt iustus bifariam proportionabiliter dicatur.Primo modo qui legitime facit ac secũdum leges degit.Secũdo,qui æquus est nihil amplius q̃ par sit accipiẽs:illud est legitimũ hoc vero æquũ:& iniustorũ similiter illũ cõtra leges atq; hoc iniquũ.
¶Alia conclusio. Cũ iniustus plus nimio sit auidus,hoc illi nõ circa omnia bona cõtingit.Nam illa habendi sitis est solũ circa illa in quibus prospera atq; aduersa fortuna cõsistit , hoc est externa bona, quæ simpliciter sunt bona,nõ sunt aũt simpliciter mala,nec indifferentia quãtũ est ex pte illorũ.Probis sunt bonũ instrumẽtũ, malis vero præcipitiũ ex illorũ stultitia. Virtutes sunt simpliciter bona & sibiipsis improbis.Virtutibus nemo male vtitur.Quocirca nõ dicimus opes mala absolute,sed mala abutenti.Multi ob opes vt dictũ est primo huius perierũt,secus est de virtutibus quibus nõ cõtingit

male vti ideo semper & omnibus sunt bonę.Homines autem illa sibi optāt scilicet bona fortunę atq; persequuntur,at non oportet:sed oportet optare ea quę sunt simpliciter bona,& etiam q̄ sibi sunt bona. Ac si dicere vellet a deo debemus categorice & sine conditione petere ea quę sunt simpliciter bona & bona nobis hoc est virtutes:non autem alia nisi conditionaliter puta si nobis sunt bona.Et eodem modo de corporis incolumitate aut fratris.Alia conclusio.Iniustus non semper plus sed interdū minus expetit, vt in simpliciter malis,in expensis & laboribus minus appetit.Est dubitatio incidēs ꝙ iniustus non semper petit plus:Respondet philosophus minus de malo comparatum maiori malo videtur bonum: sic dicimus melius est perdere digitum q̄ brachium:& quanto minus de malo appetit,tanto plus appetit de bono:& sic est iniustus quia semper pluris auidus. Dub. Dubitatur circa dicta primo.Iniustū dicitur tripliciter,& iustum solum dupliciter:ergo pluribus modis dicitur vnum oppositorum q̄ reliquum.Secundo quo modo se habeāt illa tria,illegale auarum & iniquum.Ad priorem hæsitationem respondetur ꝙ illa regula primi topicorum intelligitur quando vnum oppositorum alteri extremo in omni acceptione aduersatur.Secundo dicitur ꝙ iustum,cum suo contrario etiam bifariam dicitur.Vno modo iustus est animus aut homo qui legibus paret. Secundo modo qui est æquus tam in accipiendo q̄ in diuidendo.Itidē iniustus bifariam deducitur scilicet in iniustum illegalem ac in iniustum inæqualem. Iniustus illegalis est sanctionis spretor.Illegalis vlterius distrahitur in habendo plus de bonis minus de malis.Iustus est ęqui obseruantissimus,ęqualitatem tam in bonis q̄ in malis quærit.Quoties ergo dicitur vnum oppositorū, toties reliquum dicitur:loquendo de oppositione primaria ac immediata.Subdiuisione neglecta.Etiam dicitur iniustum non trifariam,sed solum bifariam capitur.Illud quod tertium membrum videtur,secundum membrum speciatim solum enucleat. Ad secundū. Ad secundam dubitationem respondetur ꝙ omnis auarus est inęqualis & non contra. Auarus semper appetit plus debito in bonis, & minus in malis , vtpote laboribus & impensis quæ mala reputat:sed iudex innocentem condemnans sui odio aut alterius partis amore,non est auarus:est tamen iniquus.

Cum autem legum transgressor sit iniustus,qui vero legitime facit iustus:cōstat omnia legitima esse quodam modo iusta.Ea nanq; quę a facultate ferendarum legum sunt definita:legitima sunt.Et horum vnumquodq; iustum dicimus esse.Ipsę autem leges de omnibus dictant,coniectantes aut communē omnium vtilitatem,aut optimorum aut principū, vel virtute,vel aliquo alio tali modo. Legitima omnia iusta. Quare vno modo dicimus iusta ea quæ fœlicitatem, eiusq; partes societati ciuili efficiunt & conseruant.Pręcipit autem lex & ea agere, quæ ad virum pertinent fortem:vt non deserere locum in acie,non fugere,non abiicere arma . Et item ea quæ sunt temperantis:vt non committere adulterium,non libidine vti. Et etiam ea quę sunt mansueti:vt non pulsare:non conuicia dicere.Et in cęteris identidem virtutibus atq; vitiis:alia iubens alia vetans:recte quidem ea quæ recte posita est, deterius autem ea quæ inconsulte est exarata.Hęc igitur iustitia perfecta quidem est virtus:at non absolute,sed ad alium:Atq; ob idipsum iustitia pręclarissima persæpe virtutum esse videtur. Iustitia virtutum præclarissima. Et neq; est hesperus ita,neq; lucifer admirabilis.Et prouerbio dicere consueuimus. Iustitia in sese virtutes continet omnes.

Atq; perfecta maxime virtus est:quia perfectę virtutis est vsus:idq; ex eo quia non ad se solum,sed ad alium etiam is qui ipsam habet,vti virtute potest.Cōplures enim in propriis quidem vti possunt:sed in iis quæ sunt ad alium nequeunt.Et propterea sententia Biantis illa bene sese habere videtur:magistratus virum ostendit. Biantis sententia. Ad alium enim est:& in societate iam ipse magistratus consistit.Ob id autem ipsum & alienum bonum ipsa iustitia sola virtutum esse videtur:quia ad alium est.Agit enim ea quę alii vel principi,vel reipublicæ conferunt.Pessimus igitur est qui ad seipsum & ad amicos vtitur prauitate. Optimus autem non qui ad seipsum,sed qui ad alium vtitur ipsa virtute . Hoc enim est opus difficile. Hęc igitur iustitia non pars virtutis:sed tota est virtus.Similiter & iniustitia huic contraria non vitii pars sed totum vitium est.Quid autem interest inter hanc iustitiam & virtutem ex iis quę diximus,innotescit:sunt enim idem:esse autem nō est idem,sed quo quidem est ad alium,est iustitia:quo vero talis est habitus,simpliciter virtus.

Alia conclusio.Cum autem legis transgressor sit iniustus,qui legitime facit est iustus:omnia legitima sunt quodam modo iusta.Dicit quodammodo quia omnis lex positiua datur in ordine ad aliquam politiam:sed quod est iustum in politia aristocratica non est iustum in timocratica.In priore est respectus ad optimates & patricios:in posteriore vero ad omnes.Patet tertio politicorum.Ea quæ fiunt a facultate, & authoritate ferendarum legum sunt definita & decreta,legitima sunt:& vnumquodq; horum dicimus iustum.Ipsę enim leges de omnibus decernunt coniectantes ad omnium vtilitatem aut optimorū in politia aristocratica,aut principum in monarchia,vel tyrannorum:vel virtute.hoc est respicit vtilitatem sui

diosorum vt in Taprobana vbi prestantissimū senem non habentē liberos in regem eligere solent:cui etiā connubium erat vetitum vel aliquo tali modo nobiliū aut opulentorū,sed purissima est ea lex quę omniū commodū meritur. Iustitia imperat actus aliarum virtutum, sed homo aliis virtutibus vacuus illud imperium non facile exequitur.quare non sunt inanes:quapropter vno modo dicimus ea iusta quę efficiunt & conseruant felicitatem felicitatisq̧ partes in ciuili societate. Exemplificat quo modo lex pręcipit in multis virtutibus primo in fortitudine non deserere locum in acie,non fugere,non abiicere timore arma, non cōmittere adulterium & nō diffluere ad libidinem scortando:non pulsare proximū aut in eū iurgia dicere:& similiter in cęteris virtutibus & vitiis:aliqua in affirmatiuis pręcipiens aliqua in negatiuis vetans. Et recte qdē si lex recte posita est quę omniū vtilitatē respicit:deterius autē p̄cipit & vetat si inconsiderate exarata & posita est. Iā Solon Atheniēsibus & Lycurgus Lacedęmoniis sanctiones tradidere. Itē Socrates, Plato,ac alii scita tulere. Legē positiuā ad bonā & quodāmodo malā extēdit,qa tales homines nonnūq̄ condūt leges.

Dubium. ¶ Dubitaꝛ quot requirātur ad iustā legē.

Responsio. Respōdeꝛ primo eā esse iustā oportet:si eñ est iniusta nō habet vim legis,& in foro animę nō obligaret:quare nullū statutū cōtra ius naturę aut diuinū est lex. Secūdo requiriꝛ eius publicatio. Tertio vt sit ab inferioribus suscepta. Multitudo eñ potest tollere legē humanam currentem,si in lege non scribatur non obstante cōsuetudine:ac illius particulę oppositio totum humana a sanctione haud quaq̄ adimit. Ergo a fortiore multitudo potest reluctari ne superioris lex imponatur. Quarto requiritur q̧ sit ob bonū commune,licet hoc in prima conditione intelligi possit:& si ob bonum cōmune institutū sit & non nunc militat,non videtur q̧ obligat. vt soluere pedagia ad securitatem & cōmoditatem itinerum:& vię non custodiuntur integrę & pontes nō reficiūtur:nec fures arcentur. Ex quo fit q̧ capere merces ex naufragio est iniquū.cū sit contra rectam rationē capere bona nō derelicta fratris:secus est quādo merces aut thesaurus habeꝛ p̄ derelicto. Et fortasse lex ea est iniqua qua vicecomes capit equum quādo iuuenis excussus interimitur. Stat dominū equi ponēdo iuuenem super equū non peccasse. Nec video quonam pacto id ad cautelam imposterum valeat. Hoc addo quia quis sine sua culpa sed nō sine causa puniri potest. ¶ Alia conclusio. Iustitia est perfecta virtus:at nō absolute,sed ad alterū & relatiue. Absolutū hic contra relatiuū & non contra connotatiuū distinguitur:& vt Euripides inquit, neq̧ hesperus neq̧ lucifer,vsq̧ adeo admirabilis est. Post hęc authoritatem theognidis poetę in adagium conuersam affert inquiens,vt prouerbio dicitur, Iustitia in sese virtutes continet omnes,dicit q̧ iustitia perfectissima virtutum est. Persępe dabiles sunt actus exiguę laudis iusti,& heroicę in aliis. verum frequentius oppositū euenit. Venus vltra duos gradus a sole non elongatur:sub noctē post solē apparens dicitur hesperus:secūdum illud maronianum. Ite domū saturę venit hesperus,ite capellę. Et idem sidus solem pręueniēs mane lucifer appellatur. Agesilaus interrogatus, Vtrū fortitudo prestaret an iustitia:scite respondit fortitudine nihil opus esse si iuste viueremus omnes. Istius sententia est ponderanda:fuit bellica virtute suo tēpore inter gręcos omniū longe princeps,& fortis atq̧ iustus. Sanctā iustitiam sequenti modo Chrysippus discripsit vt.xiiii.libro Gellius cōmemorat: Imaginē integrę iustitię fingebat forma virginali, aspectu vehementi,luminibus oculorū acrioribus. Ex imaginis aūt significatione intelligi voluit iudicem qui iustitię antistes est esse oportere grauē,sanctū,seuerum,incorruptū,inadulabilem,contraq̧ improbos nocentesq̧ immisericordem atq̧ inexorabilē. Virgo est incorrupta:sicq̧ virginitas cōtracta fronte,aspero vultu depingitur. Cęterum Nigidius cognomento figulus astronomię inter Romanos peritissimus scribit virginē in zodiaco esse iustitiā:& non ab re inter leonē atq̧ libram in signifero collocatā. Hęc quondam mortales reliquit & ad superos remeauit. Quarto de ciuitate dei inquit Aug. Tolle iustitiā,regna quid sunt nisi latrocinia? Iustitia Cęsari quę Cęsaris sunt tradit,atq̧ deo quę dei sunt. In alios est beneficus,cuius munus est arduum. liberalis de suis vicino succurrens est laudandus:nihil tamē collatione iusti. Insuper cuius virtutis perfectissimus vsus est,ipsa quoq̧ perfectissima virtus est:iustitię autem vsus est perfectissimus igitur. Maior patet quia est circa difficile:sunt enim cōplures qui in propriis virtute vti possunt vt temperantia,māsuetudine:sed in his quę sunt ad alios vti nequeunt. Ea propter id Biantis venuste dictū videtur verū. Magistratus virum ostendit:quia celebris magistratus ad alium est,& in boni cōmunis administratione geritur. Vnde fit vt sola virtutū iustitia bonū alienū esse videatur:ob idipsum q̧ ad alterū ea virtus est. Agit enim ea quę alii conducunt,tū principi vel reipublicę. ¶ Alia conclusio sine probatione conclusionis pręcedentis est. Pessimus est qui ad seipsum & ad amicos sibi subditos prauitate vtitur. Nam optimus & perfectissimam virtutem habens (vt dictum est)ille est qui non solum ad seipsum sed etiam ad alium virtute vtitur:quia tale opus est difficile factu. Ergo oppositum est pessimum:optimo autē pessimum & contrarie opponitur. Alia conclusio. Iustitia non est pars virtutis,sed tota in ordine ad aliū & imperatiue:& iniustitia illi aduersa non vitii pars sed vniuersum complectitur vitiū. Nam iustitia legitima siue legalis de omnibus dictat,vt diximus:& virtutes in se ambit omnes,non est propterea virtus particularis sed tota & vniuersalis:& ex opposito iniustitia legitima vniuersum vitiū amplexatur. Si roges quid ergo interest inter totam virtutē & legitimā iustitiam:Ex prędictis facilis est vtriusq̧ responsio. Nullū inter illa reipsa est discrimen,bene autē ratione. Nam tota virtus & iustitia legitima reipsa idem sunt,esse autē siue ob illa denominatio non est idē:sed quo quidē est ad aliū,est iustitia,quo vero ipsa talis est habitus,habentem perficiens, simpliciter virtus dicitur.

Dub. ¶ Dubitatur quo modo finis huius capitis est intelligēdus. Licet enim philosophus dicat,ex prędictis solutio patet,ob varia tamē eius dicta manet tenebrosa aqua in nubibus aeris. Alii enim dicunt iustitia legalis est aliarū omniū virtutū aggeries:sed sic non esset virtus sed multę virtutes collectę: sine multiloquio illū modū relinquo. dico ergo aliter q̧ iustitia est virtus in ordine ad alium & specialis virtus & generalis. Specialis,quia habet propriam materiā scilicet bonum cōmune quod vult seruare. Iustus legalis rectitudinem ad alium ob bonum commune custodit:non tamen est vniuersalis per.

prędicationē & est generalis quia actus aliarū virtutum dirigit in bonū.Idē propterea dicitur generalis er-
go per causalitatem,sicut sol est causa vniuersalis multorū effectuū ab eo producibiliū:sicut secundū theo-
logos dicitur charitas est virtus generalis,pro quāto actus aliarū virtutū ordinat ad suū finē scilicet bonū
diuinū. Tunc restat exponere vltima verba literę quę transcurrenter detegimus incipiēdo vbi est difficul-
tas.hęc igitur iustitia nō est pars virtutis.Hanc distinguo,aut q̄ nō sit pars subiectiua virtutis & sic nego,
immo est:aut q̄ nō est via de virtutibus pręcedētib⁹,& hoc est verū.Nec est earū vna aut oēs simul sumptę:
sed est omnes per quandā æquiualentiā. Alius sensus sed est tota virtus imperatiue cū lex actus omnium
virtutū pręcipiat,vt dicit in litera.& facinora vitiorū vetat:proinde cōparatiue est quoddā totū.sicut cha-
ritas sed elicitiue est vna virtus.Et quia fortitudini imperat vt fortiter agat ob cōmune bonū, fortitudo
dici potest:ac pari iure tēperantia sicut actus aliarū virtutū,& alię virtutes charitati propter eius imperiū
applicantur.Dicēte Apostolo primę Corinth.xiii.Charitas patiēs est,benigna est.&c.Et vocatur bonū alie-
num iustitia in recto quia eius finitio est maximopere circa alienū bonū desudare:& in hoc iustitia operā-
tis splendescit.Similiter & iniustitia huic contraria nō vitii est pars sed cū omniū vitiorū actus imperet
totū vitiū est. Sequitur in litera:Quid autē interest inter hanc iustitiā quę omnibus aliis imperat & virtu-
tem absolute,quę non est ad alterū,ex dictis innotescit.Quia aliarū virtutū actus imperat & eorū est cau-
sa:sunt enim idē hoc est idē actus est elicitus a virtute absoluta.hoc est tēperantia aut fortitudine,& impe-
ratus a iustitia.Vel sic & melius iustitia & virtus sunt idē:esse autē non est idē.hęc est distinguēda,aut q̄ esse
essentię puta ipsa res existens nō sit eadē,& hoc repugnat nuperrime dicto,& per consequēs sensus ille est
negādus. Alius sensus est,esse nō est idē,alia ratione habet hoc esse scilicet virtutis & denominationē alia
ratione scilicet iustitię:& hoc patet per verba sequētia,quę hūc sensum exponūt.Esse quo est ad aliū est iu-
stitia:hoc est pro quāto a iustitia imperātur tales actus dicūtur iustitia,& iustitię actus imperati, quo vero
est talis habitus simpliciter est virtus:& hoc vno modo exponēdo simpliciter.i.absolute non in ordine ad
aliū:sicut cū iustitia pręcipit sobrie viuere ob bonū cōmune,& vetat mœchari ob disturbium in republica.
Pro quāto hi actus imperantur a iustitia legali denominationē iustitię merito sibi vendicāt:pro quāto a
tēperantia eliciūtur sunt tēperātię actus. Alio modo:ea ratione qua talis est habitus,est virtus,quia haben-
tem perficit & eius opus bonū reddit:ex diffinitione virtutis,secūdo ethicorū.Et ille actus inquantū lega-
lis iustitię est actus,perfectionē habet super tēperantiā inquantū huiusmodi.Alio modo sic intellige.Iusti-
tia legalis siue legitima bifariā cōsideratur.Vno modo pro quāto actus aliarū virtutū imperat: & sic nō est
vna virtus sed tota:alio modo cōsideratur in se & sic est vna specialis virtus:& realiter virtus,ratione tamē
differens.Virtus dicit habitudinē ad subiectū & ipsius opus perficit:sed iustitia est ad aliū.Nec est magnum
discrimē inter hasce expositiones.Ista iustitia legalis tamē virtus cardinalis nō iudicatur.Ob eius raritatē
perpauci suas actiones ad bonū commune referunt.Contra nō est idem virtus boni viri & boni ciuis ter-
tio politicorū:ergo idē actus non est ob bonū publicum & bonū priuatum.Respondetur concedendo ante- Obiectio.
cedens:plerique enim heremicolę bene solitarie viuere sciebāt qui nō erāt assueti cū aliis viuere,sed cōsequē- Responsio.
tia est nulla.Dubitatur quo modo iustitia pręclarissima est virtus:difficilius enim est persistere in acie vbi
venitur in apertū discrimen vitę q̄ exercere actū iustitię:ergo est nobilior virtus.Respōdetur q̄ tempore Dubium.
pacis & tēpore belli necessaria est iustitia:talem sicarii inter se & latrones vtcūque seruant.Tolle iustitiā quid Responsio.
sunt regna nisi latrocinia:dicit Aug.iiii.de ciuitate dei.Nobilitatē ex obiecto iustitia legitima quę & lega-
lis est,sibi vēdicat.Rationē in oppositū nō mouet.Capio optimū indiuiduū iustitię vt nolle deserere actū
iustitię in vitę aperto discrimine.Hęres de sublimitate iustitię.Respondet q̄ de actiua virtute & nō specu-
latiua loquitur. Nā fœlicitas est ea præstātior,decimo ethicorū.¶Dubitatur quo modo intelligitur illud.
Magistratus virū ostendit. Respōsio,Plerique in vita monastica & œconomica sese bene regūt,quia illa vita Dubiū secūdū
paucioribus indiget q̄ vita politica & regitiua:& cū magistratus constituūtur deficiūt,eorūque vires freque- Responsio.
ter ad hanc prouinciā haud sufficiūt. Secundo cū quis est positus in specula & vitia & virtutes illius depre-
hendūtur:nō autē in inferiori subsellio.Regū,antistitū & aliorū authoritatem habentiū,& virtutes si quę
sunt splendent & vitia sordidiora q̄ sint cēsentur.nā in omniū ore sunt.Simia summo loco collocata in-
caudata ab hominibus cernitur:in area a paucis cōspicitur. Tertio sic.Dantur duo sub modio ęqualiter pru- Dubiū tertiū
dentes:vnus ad dignitatē vtpote cancellariā aut pręsulatū euehitur,alter sine sacerdotio delitescit:prior au- Responsio,
thoritatis gratia vbi sua prudentia & virtus emicat omniū horarū vir reputatur:alter autē in humili lo-
co degens non effertur & ob opum pœnuriam tanq̄ stultus floccipenditur,& sic per hunc maxime modū
magistratus virum ostendit.

Lib. V. TRACT.I. Cap.II.



Vaerimus autē eam iustitiam quæ virtutis est pars,est enim quædam, vt Iniustitię
diximus.Et item iniustitiā eam quæ pars vitii quædam est.Esse autē hāc pars.
iniustitiam,hoc indicat signum.Qui nanque cæteris vitiis operatur,iniu-
stiam quidē facit:at non plus capit: vt qui clypeum timiditate proiecit,
aut qui conuicia ob iracundiam dixit,aut qui non attulit ob illiberalita-
tem per pecunias opem.At cum quispiā sæpe plus capit:nullo tñ eiusmo-
di vitiorum is operatur,nec etiam vniuersis,aliqua autem prauitate. Vituperamus enim il-
lum,atque ob iniustitiam.Est ergo alia quædam iniustitia,vt pars totius iniustitia quędam.
Et iniustum itidem quoddam vt pars totius iniusti quod quidem est pręter legē. Praeterea

si quidam lucrãdi causa facit adulterium,atq; pecunias accipit:quidam erogat, damnumq; patitur ob cupiditatem:hic quidem intemperans potius q̃ pluris auidus,ille autem iniustus sed non intemperans esse videbitur.Patet ergo talem illum videri,quia lucratur.Insuper alię quidem omnes iniurię ad aliquod semper vitium rediguntur:vt si commiserit quispiam adulterium,ad intemperantiam,si deseruerit in acie socium,ad timiditatem:si pulsauerit quempiam,ad iracundiam:sed si auare lucratus fuerit,ad nullam aliam prauitatem, q̃ ad iniustitiam ipsam refertur.Quare perspicuum est praeter totam,aliam esse quandam iniustitiam vt partem vniuocam quia diffinitio genere est in eodem:ambę nãq; id possunt, vt sint ad alium.Verum hęc quidem circa honorem versatur,vel pecunias: vel salutem : si quo vno nomine complecti hęc vniuersa possumus,& ob voluptatem quę fit a lucro.Illa vero circa omnia ea,in quibus studiosus versatur.Iustitias igitur esse plures,& aliam quandã esse praeter ipsam totam virtutem perspicuum iam euasit.Sed quęnã sit,& qualis finiamus deinceps oportet.Determinatum est itaq; iniustum quidem esse quod est contra leges,& quod est iniquum.Iustum autem quod est legitimũ,& quod est aequum.Iniustitia igitur antea dicta est:a qua proficiscitur id iniustum,quod contra leges dicimus esse.At cum iniquum & iniustum,quod contra leges est,non idem sit,sed alterum ad alterum sese habeat vt pars ad totum,nam iniquum omne,iniustum quod contra leges: iniustum autem quod contra leges non omne iniquum: plus nanq; omne iniquum, iniquum autem non omne, plus:iniustum etiam & iniustitia,non eadem sunt,sed diuersa ab illis,& hęc sunt vt partes illa vt tota.Haec enim iniustitia,totius est iniustitię pars:& iustitia, iustitiae simili modo. Quare de iustitia quę quidem est pars,& de iniustitia similiter est dicendum , & de iusto etiam & iniusto.Ea igitur iustitia quę perinde atq; tota virtus est ordinata:& ea iniustitia quę aduersatur illi,quarum altera virtutis:altera vitii totius ad alium vsus est, omittatur. Et iustum id & iniustum quod ad has attinet patet quonam sit modo diffiniendum.Etenim pleraq; legitimorum ea fere sunt,quae a tota virtute aguntur.Lex enim iubet vniuscuiusq; virtutis viuere ratione & vetat vitii cuiusuis viuere modo.Atq; legitimorũ ea quae ad publicam pertinent disciplinam,ea sunt quę virtutem totam efficere possunt.Sed de singulorum disciplina,qua quidem vir bonus est absolute.vtrum sit ciuilis,an ad aliam facultatem pertineat,determinandum posterius est.Non est enim idem fortasse virum esse bonum,& ciuem bonum.Iustitia autem eius quae est pars,& eius quod ad ipsam attinet iusti, vna quidem species est,ea quę in distributione consistit,aut honoris,aut pecuniarum, aut ceterarum rerũ:quae inter eos diuidi possunt,qui in eadem ciuili societate versantur.In his enim fit,vt quispiam & non ęquum habeat ad alium & etiam ęquum.Alia autem ea,quę in commerciis est hominum emendandis, cuius sunt duę partes.Commerciorum nanq; quędam sua sponte faciunt homines,quaedam inuitis ipsis efficiuntur.Et ea quidem quae spõte faciunt,talia sunt,venditio,emptio,mutuatio,vadimonium,locatio,depositio, mercede cõductio.atq; propterea sponte haec fieri dicuntur q; principium ipsorum sponte procedit ac agitur.Eorum autẽ quae inuitis fiunt quędam clandestina sunt,vt furtum,adulteriũ, veneficium,lenocinium,seruorũ seductio,cędes cum dolo,falsum testimonium.Quaedam violenta:vt verberatio,vincula,mors,rapinae,membrorũ captio,conuicium,contumelia.

Vir bonus ciuis bonus.

Commercia.

QVaerimus autẽ &c Hic philosophus de iustitia particulari determinat,primoq; ostẽdit pter iustitiã legalẽ ponẽdã esse iustitiã particularẽ. Prima cõclusio hui⁹ capitis. De iustitia q̃ pars est virtutis, similiter & de iniustitia q̃est pars vitii indagãdũ est.siquidẽ talẽ esse iustitiã iniustitiãq; hoc indicat signũ q; qui ceteris vitiis operat̃ iniuriã quidẽ facit,sed nõ plus hoc est nõ magis auide q̃ dignũ est accipit: hoc est peccans secundũ alias malitias facit iniuste secũdũ iniustitiã contra legẽ quia facit quod lex phibet: & tamẽ nõ facit auare,quia nõ capit alienum inuito domino.Exemplificat.Per cętera vitia ea intelligis de quibus superius mẽtio in fine tertii & quarti habita est,seu q clypeũ ob formidinẽ abiicit:q cõuicia ob iracũdiã dicit,aut qui ob auaritiã per pecuniã auxiliũ nõ prestat:nõ plus q̃ dignũ sit capit. Verũ sępius cũ aliquis auare capit nullo aliorũ vitiorũ operat̃ neq; vniuersis simul. Dicit sępe plus capit:infrequẽs enĩ captio pluris eẽ iniustũ apud alios nõ patefacit:sed aliqua malitia operat̃. Sane hũc vituperamus,hęc autẽ iniustitia est.Est igitur alia quędã iniustitia q̃ totius legalis iustitię pars quędã est.Etiã & aliquod iniustũ qd totius iniusti(qd quidẽ pter legẽ est)pars quędã existit.Etiã ediuerso aliqs potest peccare tollẽdo alienum per auaritiã, & tamẽ nõ peccat secundũ aliquam aliarũ malitiarũ,neq; omnes simul:& tamen peccat secundũ aliquã malitiã:quoniã vituperatur tanq̃ iniustus.Et sic habetur cõclusio,q; est quędã alia iustitia q̃ est sicut pars totius virtutis,& est virtus specialis. Similiter est quoddã iniustũ qd est pars iniusti legalis qd est omne iniustũ.Nũc enucleat iustitiã esse particularẽ q̃ est pars iustitię legitimę:& hoc per iniustitiã tanq̃ notiorem

probat sic. Habitus ex habitibus cōtrariis cognoscitur vt superiore capite meminimus:tametsi in logica
libus technis negationē per affirmationē vulgo deprehēdimus, in morali tamē philosophia extrema sunt
medio certiora:latius enī extēdunt. Assumptū itaq̧ enucleatur sic. Si est aliqua iniustitia vt pars toti⁹ in
iustitię,erit aliqua iustitia quę erit pars totius iustitię legalis:at est aliqua iniustitia particularis,proinde est
iustitia particularis.Iniustitiā particularē monstrat per illud q̄ quispiā plus appetit vt nuper time enuclea
uimus. Secūdo idē probat sumendo eūdē actū cū diuerso scopo,& vt lectorē nō remorarer breui sic in valo
re rational.Illę malitię sunt distinctę q̄ ordināt̄ur ad distinctos fines:at auaritia quę est particularis iniu
stitia,ordinatur ad aliū finem q̄ iniustitia illegalis:igitur sunt malitię distinctę.Maior est nota.Habitus enī
distinguūtur & ex parte obiectorū & finium intrinsecorū,quis illi sunt obiecta partialia & etiā finiū extrin
secorum.Minorē ponit in litera inquiens.Pręterea si quispiā lucrandi causa cū vetula caperata frōte adulte
rium patrat.vt pecunias accipiat,quidā contra bona sua erogans formosę,damnū ob concupiscentiā pati
tur:hic quidē intēperans magis videtur esse q̄ plus appetens,ille autē iniustus quidē sed nō intemperans.
Prior ille auar⁹ ob lucrū facit iniustitiā: alter libidinosus est quia finē venereū voluptatē intēdit. Tertia ra
tio est.Quicūq̧ facit contra aliquā virtutē specialē facit contra iustitiā legalē.q̄ p̄cipit operationes omniū
virtutū moraliū,vt in capite priore est dictū:at nō quicūq̧ facit contra aliquā virtutem moralē facit iniu
stitiā particularem:ergo pręter malitiā illegalē est alia malitia particularis,quę est iniustitia particularis,sci
licet auaritia.Litera tertię rationis est.Omnis alia iniuria in aliquod particulare vitiū refertur:vt moechia
in intemperantiā.socii in bello desertio ad timiditatē:si quis quēpiā pulsauit ad irā redigatur. At si plus
habeat ad nullū aliud peculiare vitiū relatio fit q̄ ad iniustitiā:quare perspicuū est q̄ pręter iniustitiā quae
est tota malitia,est aliqua iniustitia particularis:& per cōsequēs pręter iustitiā legitimā est aliqua iustitia par
ticularis:tenet cōsequētia:quia quot modis dicitur vnū oppositorū tot modis dicitur reliquū:ex primo ca
pite huius libri. ¶ Dubitat̄ an moechans ob emolumentū sit & moechus & auarus. Respōdetur affirmati Dubium.
ue.Nā dilectio Socratis propter deū,actus vnus est vsus p̄ximi & fruitio dei,ergo actus latus in vnā mate Responsio.
riam obiectiuā & in aliū finē signanter cadentē in ratione obiecti denominationē,vtriusq̧ sortiet̄. Et idē
est si finis nō sit actualiter volitus.Fortasse insultas.Aristoteles ait si quis lucri causa moechetur ille est in
iustus & nō intēperās,proinde ab vltimato fine actus solā denominationē suscipit.Secundo opposito dato
vnius actus simplex erit duorū vitiorū & eius oppositū duarū virtutū aeque primo,quod est rationi dissen
taneū. Dico te Aristotelicā literā trūcare:relinquis enim aduerbiū potius:antea enī dixit.hic quidē intēpe
rans potius q̄ pluris auidus:repete etiā potius ad alterū qd̄ sequitur. Ad secūdū,illatū cōcedo:nec ipm quo
quo pacto est rationi dissentaneū. Alubi cōtra Martinū magistrū ostēdim⁹.Et vno verbo patet. Pone plu
res fines eiusdē actus,vt casta mulier vult suā castitatē cōiugalē seruare p̄pter tēperātię iustitiā,nō obstante
cōditione mortis:quia recta ratio dictat.Hic actus quatuor virtutes cardineas pro fine nāciscatur. Alia con
clusio. Tota iniustitia & ea quę pars est inter se differūt,& itidē de iustitia.Hic ponit cōuenientiā & differen
tiam quę est inter iustitiā totā legalem siue legitimam & particularē.In primis cōueniūt quia vniuocātur
in genere,dicitur enim ambę iustitiae. Insuper in quadā ratione cōmuni generis cōueniūt:sunt enī ambae
ad aliū.Cape habitū hisce duabus iustitiis cōmunem(& diuidatur in legitimā ac particularē, tamē ex par
te materię differūt:quia iustitia particularis est circa determinatā materiā moralē.vt circa honorem,pecu
niam,salutē,& circa hęc vniuersa si quo vno nomine hęc cōplecti possemus:& circa voluptatē lucri causa
prouenientē,illa vero quę tota est est circa oīa,in quibus studiosus versatur.Et cōsimiliter dicendū est plu
res esse iustitias:vnam totam & legitimā & alteram partem:& hoc ex dictis est perspicuū. Sed qualis ea sit
deinceps dicendū est. Postea subdit epilogum,determinatū est quoddā iniustum esse totū & contra leges, &
quoddam speciale dictū iniquū. Similiter & quoddam iustum esse legitimū:& quoddā quod appellat̄ ęquū:
& iniustitia de qua supra dictū est ea quę est tota illegitima pręter legem appellatur a qua iniustū praeter
legem emanat. Tertia conclusio.Non est prorsus idem iniquum & iniustum pręter legem:siue iniustū in
aequale & iniustum illegale nō sunt penitus idem.Nec iniustitia inaequalis & iniustitia illegalis.Priorē par
tem probat:quia sicut se habēt plus & inęquale,ita inaequale & illegale:sed plus & inaequale nō sunt idē, sed
se habent vt pars & totū:quia omne plus est inaequale,& nō contra vniuersaliter:aequū enī est cū neq̧ plus
neq̧ minus q̄ par sit tribuit̄.Iniquū ergo erit nō solū plus sed etiā minus.Plus igit̄ est pars iniqui.minus
de malo est iniquū,& nō plus.Similiter iniustitia inęqualis & iniustitia illegalis nō sunt simpliciter idē:sed
se habent sicut totū & pars:quia iniustitia inęqualis est pars iniustitię illegalis:sicut iustitia particularis est
pars iustitiae illegalis.quia omne inaequale in hominū commutatione est etiā illegale,& contra sanctiones
legum:sed non contra. Temulentia est quid illegale,quia legi contrariū:& tamen nō est inaequale in homi
num cōmutatione:perinde iniustū & iniustitia vtroq̧ modo sumpta nō sunt eadē sed altera:quia se habēt
sicut totū & pars. Quia iniustū inęquale & iniustitia inęqualis sunt partes,& iniustū illegale & iniustitia ille
galis sunt quasi tota, vt in fine capitis praecedētis diximus. Capio traductionē argyropili quā aliqui intri
catam censent sed animaduertenti est perspicua. At cū iniquū & iniustū quod contra leges est non idē sint
supple cōuertibiliter:sed alterū se habet vt pars,alterū vt totū.Nā iniquū omne iniustū est, q̄ cōtra leges
est q̄ illud vetāt.si enī est iniquū vetat̄ a lege,iniustū aūt qd̄ est cōtra leges nō oē iniquū vt temulētia,iniquū
est iniustitia particularis solū.plus oē est iniquū.habere plus q̄ par sit est iniquū,sed nō oīne iniquū est plus
habēs.Minus in malis habēs q̄ ratio dictat iniquū habet,& nō habet plus:iniustū etiā & iniustitia nō eadē
sunt sed diuersa ab illis.s.a pluri & iniquo.Hęc sūt vt partes,illa vt tota.Sūmatim oē plus est iniquū,at oē
iniquū iniustū illegale. Supuacaneū reor vltra dicta aliqd exponere,imo vt clari⁹ fiā sępi⁹ p̄ter meū modū l
legēdo sū verbosus exarādo. Verū hic insultas. In p̄cedēti capite aīt ill⁹ mediū dicebat:est autē iniquus,hoc
cōtinet & est cōmune. Paucis verbis interiectis subdidit: Iniqtas oēm iniustitiā cōtinet,illic iniquū ad oēm

iniustitiam diffundit & nõ ab re, omne enim quod nõ est ęquũ iniquũ est: propterea dicit Leonardũ cũ Argyropilo insulse Aristotelẽ in hoc transtulisse, vetustam translationẽ imitantes Nos vero Ioannem Argyropilum quẽ interpretandũ suscepimus exponimus: nec vlla est magni momẽti difficultas, tametsi pro Aristotelica sentẽtia laborẽ, ac eius intentionẽ depromere enitar, nõ tamen sic exacte vt in euãgelio: humana diuinis longissimo interstitio a tergo postponitur. ¶ Ponit aliam conclusionẽ quę est. Iustitia & iniustitia vniuersalis relinquatur de particulari fiat sermo. Sic dicit illic. Igitur iustitia q secundũ vniuersam virtutẽ ordinata est & quę vsus toti⁹ ad aliũ existit omittatur. Itidẽ & ipsa iniustitia quę totius vitii vsus & iustũ & iniustũ quãtũ ad has attinet ex superiorib⁹ dep̃rehẽdũtur. Et enĩ pleraq; legitimorũ ea fere sunt quę a tota virtute emanant. Nã lex pręcipit viuere secundũ omnẽ virtutẽ: & vnũquodq; vitiũ prohibet. Effectiua siue factiua vniuersę virtutis sunt illa omnia iura quę ad publicã pertinent disciplinã. Sed vtrũ priuata singulorũ disciplina qua vir bonus absolute dicitur, hoc est in ordine ad se vt sit bonus vir ciuilis, sit pars, ad aliã attinet facultatẽ scilicet tertiũ politicorũ. Nã non idẽ fortasse est esse bonũ virũ & ciuẽ bonũ esse. Pleriq; enĩ soli vbi in domo dominãtur bene viuunt qui cum ęqualibus & coętaneis viuere nequeũt.

Dubium. ¶ Dubitatur quo modo id intelligitur, pręcepta a lege sunt a tota virtute. **Responsio.** Respondetur hoc potest intelligi in ratione causę effectiuę & principii mouẽtis secũdũ q virtus legislatorẽ inclinat ad pręcipiẽda studiosa opera. Et si sit circa fortunas adhuc virtus illas distribuit & eis vtitur si in bono sint vsu. Alio modo in ratione finis, secundũ q legislator intẽdit ciues suos facere bonos per opera virtutũ. Alia cõclusio. Quędam est particularis iustitia q̃ est cõmuniũ partitiua, quã distributiuã dicit, & quędã rerũ cõmutatiua. Similiter quoddã est particulare iustũ & in distributione cõsistit: quoddã vero in cõmutatione. In distributione vt honoris & pecuniarũ vel aliorũ quę talia sunt & diuidi possunt inter eos qui in ciuili societate versanť. In his enĩ fieri potest vt æquũ habeãt vel iniquũ. In cõmutatione vero similiter vt in hominũ cõmerciis rite peragẽdis. Verũtamẽ cõmercia bipharia diuiduntť. Nã quędã sponte fiũt quorũ principiũ spõte procedit in vtraq; parte: quędã vero inuolũtaria, & quę fiunt ab inuitis ex vna saltẽ parte. Sponte facta sunt hæc: emptio, venditio, mutuatio, vadimoniũ, quod est sponsio cõparendi in iudicio ad diem pręstitutũ, locatio, depositio, mercede cõductio. Inuolũtaria & quę inuitis fiunt, sunt quę clandestina & violenta sunt. Clandestina vt furtũ, mœchia, veneficium, lenociniũ seruorũ seditio, mors dolosa, falsum testimoniũ. Exempla de violentis sunt verbera, vincula, mors, rapinę, membrorũ delaniatio: cõuiciũ, cõtumelia & similia. Fideiussor est qui alienã obligationẽ in se recipit iussu alterius fidem suã ponens. Locationi mercede cõductio respondet: illic traditur vsus rei retento dominio. Pro pecunia in emptione & vẽditione dominiũ trãsfertur. Mutuatio est rerũ quę numero pondere & mensura mẽsurantur. vt fit in pecunia, tritico, vino: & in illo cõtractu gratis dominiũ transfertur. si aliquid gratia mutui capitur est vsura, sic accõmodatio gratis dat rei vsum. depositũ est alicuius fidei creditũ. Veneficiũ actus venenandi a venefico intentus. Lenocinium ipse actus lenocinãdi, lenociniũ facere est fœdo corporis alieni vt ancillę vsu quęstũ facere.

Dubium. ¶ Dubitať quo modo adulteriũ est species iniustitię cũ sit species actus venerei & intẽperantię. **Responsio.** Respõdeť Mœchia bipharia cõsideratur, vno modo vt est inordinata copula circa tactũ cũ coniugata, & sic ad intemperantiã spectat. Alio modo pro quãto iniuria fit viro mulieris occulte rẽ habẽdo cũ eius vxore, & si ipse adhuc cõsentiat nõ refert. Lęditur enĩ respublica malo exemplo & lex naturę quibus iniuria fit.

Dubiũ secũdũ ¶ Secũdo dubitatur an sit aliqua iustitia particularis. **Responsio.** Ad negatiuã partẽ breui argumentabor, Iustitia legitima siue legalis ordinat hominẽ sufficienter in ordine ad alterã, ergo particularis iustitia est inanis. Respõdetur. Iustitia legalis sufficiẽter ordinat hominẽ circa suã propriã materiã scilicet bonũ cõmune: sed oportet esse vnã iustitiã q̃ ordinat hoiem in ordine ad p̃sonã singularẽ hãc vel illã: sicut oportet habere tẽperantiã, fortitudinẽ & similia.

Dubiũ tertiũ Tertio dubitatur: an iustitia distributiua & cõmutatiua specie differũt, & vnde illa distinctio prouenit. **Responsio.** Respontur q aliqui delire existimãt omnẽ iustitiã esse eiusdẽ speciei specialissimę, cũ alia hę duę iustitię specie differant, quinimmo multę distributiuę inter se differũt: & multę cõmutatiuę eodẽ modo inter se discrepãt. Ex distinctione obiectorũ totaliũ & diuerso modo tendendi ea distinctio sumitur. sed licet distributiuę varie inter se specie differãt quia conueniũt in vno modo seruandę iustitię, qua de re quatenus ad distributiuam attinet, stat dare duos actus plus entitatiue cõuenire inter se quorũ alter est tẽperãtia alter iustitia, q̃ duos actus iustitię: sed quia nõ conuenienter in hoc q est ad alterũ, ad iustitiã nõ pertinẽt. Exẽpli causa: volo dare tibi hũc bouẽ: ad liberalitatẽ & tẽperantiã attinet, si gratis eũ tibi dem & vt eo tẽperãter vescaris. Et volo dare tibi hũc bouẽ, demõstrãdo tuũ quẽ restituere sim obnoxi⁹, iste est actus iustitię. Quia quilibet in philosophia naturali & logica eruditus hęc nouit nõ est opus explicatione prolixiore. Alii sese nõ intelligẽtes, cisternas obliquas fingũt. Dũ hic de iustitia particulari loquimur, an ipsa sit potissima inter omnes cardinales: de legali non vertitur in dubium. Affirmatiue respõdemus: & sufficiãt probationes capite præcedenti allatę ex Agiselao & reliquis.

Obiecta. Obiicitur tamẽ sic primo. Misericordia est ipsa iustitia nobilior. Tullius enĩ vt Aug nono de ciuitate recitat inter omnes Cęsaris virtutes misericordiã laudat. Et primæ ad Timo. quinto. Pietas ad omnia vtilis est. Vbi glossa Ambrosii. Omnis summa disciplinæ christianæ in misericordia & pietate est. Secundo sic. Quod necessitatis est non est meritorium: actus enim virtutum sunt meritorii in habente gratiam. at iustitia est necessitatis: ferre enĩ iustã sententiam, & reddere alienum necessitatis sunt, ergo iustitia non est meritoria, proinde nec virtus optima. Ad priorem rationem dicimus q non poterat Tullius bene laudare Cęsarem in iustitia cum politiam aristocraticam multitudini conuenientem sibi vsurpasset. Nec sequitur, clementia fuit summa aut pulcherrima in Cæsare virtus: ergo est simpliciter & in omnibus summa virtus. Clemẽtia tamẽ sępe est eximia virtus: & de supremis deo in forte conueniens: qui omnium indigentias congruentissime supplet. Propterea misericordia illi tanq̃ decus proprium est applicanda. In precatione enim canimus deus cui proprium est misereri &c. In creatura vero

charitas illi ſupereminet:ſcribente doct.᷑ gentium ad Colo.iii.induite vos ſicut dilecti dei viſcera miſeri
cordię:& paulo poſt. Super omnia charitatem habere. Item miſericordia eſt ad alium nonnunq̃ de prae
cepto:& ſic eſt iuſtitię act.᷒. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ tametſi iuſtitiam miniſtrare ſit neceſſarium ne
ceſſitate praecepti.eſt tamen ſpontaneum ex libertate arbitrii & hoc non tollit meritum.gloriam tamẽ ſu
pererogationis ſubducit dicente diuiniloquo paulo.i.Corinth. ix. Si euangelizauero non eſt mihi gloria:
neceſſitas enim mihi incumbit. Caue autem lector ne circumueniaris a putantibus opus praeceptionis nõ
eſſe meritorium. ¶ Ambigitur a quibuſdam primo pro qua culpa depoſitarius ad reſtitutionem eſt obno- Dub. primũ.
xius ſi depoſitum pereat. Scito ꝙ depoſitum eſt aliquid cuſtodiendum alicuius fidei traditum. noſtra nõ Reſponſio.
niſi apud putatos bonos deponimus. Quo prelibato dico depoſitarium regulariter non teneri niſi ad do
lum vel ad latam culpam.depoſitio enim eſt deponentis gratia & non depoſitarii:ſi depoſitarius pro cuſto
dia rei mercedem acceperit:vel ſi inter ſe conuenerint de leui atq̃ leuiſſima culpa,contractus ei eſt obſer
uandus. Siquidem contractus ex conuentione non iniqua robur vſurpant.dixi non iniqua:conuentio eñ
vt depoſitarius de dolo malo non obligaretur eſſet,iniqua & lapſuum ſpelunca prorſuſq̃ reſcindenda. Ce
terum non poteſt depoſitarius vti depoſito niſi conſenſum depoſitoris expreſſum aut preſumptũ veroſi
militer habeat:ſi tamen deponẽs nullo modo conſenſiſſet,me veroſimiliter ita preſumente nihil intereſt:
hoc mihi ſatis eſt ne a giro medii exorbitem. Si enim depoſitum ſit pecunia,poſſum impune illa vti nec
lucrum aut eius partem illi refundam:ſat enim eſt depoſitum illi integrũ reſtituere.ſi vero mihi pecuniã
clauſam in ſacculo cuſtodiendã tradat,indicium eſt ꝙ cupit illam pecuniam non diſtrahi. Nihilo tamẽ mi
nus in ea diſtractione parum aut nihil pecco:mihi enim in vſu pecunię profuit,nec illi obſum dũmodo
ſim ſemper paratus depoſitũ ipſi petenti reſtituere. Hęc eſt lex depoſiti vt depoſitarius deponenti ſemper
reſtituat etiã ſi depoſuiſſet vt certo tempore reſtitueret. Hoc enim eſt lege cautum L.i.ſi depoſuero ſi.ti
tulo minus materiam ſtrictim agitamus. Interdũ depoſitarius depoſitum minime depoſitori reddet: hoc
q̃ ipſe rationabiliter velle eſt obſtrictus: vtpote ſi deponens eſt factus amens per id temporis mucronẽ de
poſitum minime illi exigenti reſtituam. Nam veriſimile eſt ꝙ ſeipſum aut alium quempiam mucrone
tranſfoderet: etiam ſi iureiurãdo affirmauerim me ſemper mucronem illum eo petente reſtituturũ.xxii.
q.ii.cap.ne quis. Illum caſum ius naturę excipit. Secundo quando verus dominus cum fure deponente
in repetitione conueniunt,tunc dominus rei furi anteponitur. ¶ Secundo dubitatur quid eſt accommo- Dub. ſecundũ
datum & quę eius natura.dicitur ꝙ vſus rei gratuito in accommodatione praeſtatur, retento dominio Reſponſio.
penes accommodantem. Suboritur auctarium:ſi commodo accipiens pro vſu rei nonnihil tradat,deſinit
eſſe accommodatio,tũcq̃ eſt locatio. Accõmodatum accommodãtis eſſe nõ deſinit quare accommodatum
in manu accõmodantis perit,patet:quia ipſe eſt dominus rei:& hoc niſi cõmodo accipiens in culpa extite
rit. Nec poteſt cõmodo dans accommodatũ ante vſum rei expletum reuocare:nã interim commodo acci
piens diſpendium incurreret niſi cõmodans in ſimilem iacturam etiam ſimul incideret. In mea enim re
meę indẽnitati potius conſulã q̃ tuę,licet eñ grauamẽ interea patiaris,mea nõ intereſt. Nec propterea me
inuito potes alioqui rẽ meã accõmodato capere. Si gradarium tuũ mihi accõmodaueris diuũ Fiacriũ viſen
di gratia,tum de dolo.lata culpa,leui atq̃ leuiſſima tenebor: nam ad vſum meũ gradarium ſuſcepi, de for
tuito tamen caſu minime obligabor: & ſimiliter ſi illum per nuncium remitto,niſi in illo paciſcar, vel
in mora reſtituendi fuerim,ſiue equus ſit precio aeſtimatus ſiue non,aeſtimatio enim vltra naturã cõtra
ctus obſtringit neminem.verum id operatur ſi ſonipes mea culpa perdatur deterioretur ve,quid refunde
re aſtringar. ¶ Hic incidẽter heſitas. Limitaneus habet caballũ accõmodato:hoſtilis inſultus de omnibus Dub. tertiũ.
rapiẽdis occurrit:an cõmodatarius poteſt ſuas opes potius q̃ caballũ ſeruare. Reſpõſio ſi accõmodatio gratia Reſponſio.
accommodãtis fiat,accõmodatarius res ſuas etiã viliores precioſioribus accõmodãtis in ſeruãdo preferat:
ſecus eſt ſi accõmodatũ ſit gratia ſui factũ:ſeipſum paritate alteri preponet:ſin res accõmodata ſit precioſa,
accõmodatarii vilis tunc nõ omnia ſunt paria. Dubitatur etiã de furto,an omne tale ſit mortale. Reſpõn
detur ꝙ furtũ eſt contrectatio rei alienę clanculũ inuito dño. Suboritur auctariũ. Qui inuentũ nõ reſtituit Dub. quartũ.
furtũ committit:patet per diffinitionẽ furti. Affirmatiue ad queſitũ reſpondetur. Nã in preceptis decalogi
prohibetur:niſi tamẽ ob paruitatẽ ablati, ac in deliberationẽ id proueniat. Exemplum primi vt pomum
aut ceraſum pendẽs extra hortũ furari. Ablatũ enim nõ eſt notabilis bonitatis. Etiã datur actus indelibe
ratus circa materiã letalẽ. Ob talem indeliberationẽ ſtat dare furtũ qđ ſit veniale peccatũ. Deliberatio for
malis eſt iudiciũ intellectus interdũ cõpletũ de omnibus circũſtãtiis quãdoq̃ incõpletũ. Deliberatio inter
pretatiua eſt quãdo habetur tẽpus ſufficiens ad deliberandũ,& mora pretermittitur. ¶ Aliquot iaculis cõ
cluſionẽ pulſabim᷒. Diximus ꝙ ablatio pomi aut ceraſi nõ eſt letalis:ponatur ꝙ ſucceſſiue auferãtur oĩa
ceraſa ab horto p volitiones diſtinctas ſingulis ceraſis reſpõdẽtes:ſi prima volitio nõ eſt letifera, pari iure
nec ſecũda,tertia ac quarta & ſic in abyſſum. Reſpondetur ꝙ octaua aut nona volitio virtute precedentiũ
eſt mortalis,iam enim alienum contractans nõ ignorat ſe habere alienũ notabilis bonitatis. Si ſucceſſiue
ſiue plures ceraſa ſingula adimãt nullo aliqd ſciẽte de alio,nullus letaliter delinquit:ſin id ſciãt, vnuſq̃ſq̃
letifero crimine innodatur. Vnde fit vt ſi idem habeat.viii.diſtinctas volitiones quibus velit ſubducere
hęc.viii.ceraſa,quęlibet illarũ volitionũ ob preſentiã & ſimilitudinẽ alterius ſit mortalis. Diſſentaneũ eſt
affirmare illic mortale ex venialibus vel nõ peccatis cõponi: attamen tota cõgeries nõ eſt multo deterior
q̃ vnus actus quo vult omnia hęc ceraſa ſurripere. Heſitas ſuper veritate dictus: Aliquis iniuriã facit & nõ
eſt iniuſtus.fieri enim poteſt vt quiſpiam coeat cum muliere ſciens cum qua coit, ſed non ob electionis Dub. quintũ.
principium ſed ob affectum iniuriam agit , ſed iniuſtus non eſt,& quę ſequuntur. In exordio capitis
Ariſtoteles ſolum diſputat, dubitationem excitat interrogans qui fieri queat vt quiſpiam iniuriam
faciat & non ſit iniuſtus. Quonam pacto illa iniuria oritur ex qua homo iniuſtus euadit: ſecundum

multas iniustitiæ species paradigmata ponit vt fuit adulter & latro.postea rogando hanc dubitationem ritè motam innuit:quasi diceret nõ parum interest quempiam iniuriam ex habitu patrasse an ex affectu & perturbatione.Inter soluendum indicat,qui facit iniuriam sine electione & deliberatione præuia non est dicendus iniustus.Cęterum bifariam quispiam aliquid facit.Vno modo eligens atq; id volens:& hoc est illud per se intendere.obiectum per se actum specificat vt electione occidens,furans, mœchansve talis dici debet homicida,fur,mœchus.Obiectum per accidẽs operantem haud denominat,quando illud præter illius intentionem euenit.dirigo spiculum in campo inter diuum Marcellum ac Gentiliacum iuuenculis ouium custos in rubo mihi incognito latet:cadens sagitta illum perimit: ea hypothesi stante homicida non appellabor:potest enim esse ignoratio ita inuincibilis, vt nullo modo peccem si scrutinium sufficiens inter sagittandum fecerim. Ille tamen est occisus quem occidi: at non est peccatum homicidii. Et si Iacob Liam loco Rachelis lecto suo impositam prima nocte cognouisset,ignorantia inuincibilis contingere poterat. Sed an debeat dici castitas matrimonialis: an scortatio,an vero adulterium, est de nomine contendere. Soleo illam copulam matrimonialem appellare. Sic si inuenio alienum meis mixtum quod meum reor,non sum propterea fur,licet alienum cepero. Rursus potest esse ignorantia vincibilis non in toto excusatiua & tũc in omnino istorum operatione exorbito:& adhuc cum ex electione hęc non facio non sum dicendus fur latro aut homicida,tametsi peccato homicidii peccem. Obiectum per accidẽs hoc est nõ intentũ vix quempiã minus imputabiliter denominat. Subito ira commotus sine maliuolentia præuia sane delirat atq; peccat,& tñ quia sine electione ac deliberatione id patrat,in truculẽtorũ homicidarum numero est collocandus. verum totius difficultatis cardinem Aristoteles octauo capite locupletissime diluit. in eo plenam dilutionem cum his paucis expecta.

Lib.V. Tracta.I. Cap.III.



CVm autem iniustus sit iniquus,& iniustum iniquum,constat & aliquod medium esse iniqui:atq; hoc est ipsum æquum. Quo enim in actu plus est & minus,in eodem est etiã æquũ. Si igitur iniustũ iniquũ est, iustũ est æquum. Quod quidem & absq; ratione cunctis ita esse videtur. At cũ ęquum sit medium,iustum medium quoddam erit:ipsum autem æquum in minimis est duobus. Necesse est igitur ipsum iustum,& medium esse, & æquum:& ad aliquid,& quibusdam. Atq; quo medium quidem est, hoc aliquorum est, quæ quidem plus sunt & minus:quo autem æquum est,duobus est: at quo iustum est quibusdã est. Ipsum ergo iustum in minimis quatuor cõsistat necesse est. Quibus enim est iustum duo sunt:& res in quibus & ipsę duę sunt. Atq; eadem est ęquitas quibus atq; in quibus. Nam vt sese habent ea in quibus:sic sese habent & illa. Si enim non sunt æqui, non æqua habebunt:sed hinc pugnę nascuntur & incusationes atq; querelę:cum æqui nõ ęqua, aut ęqua non æqui habent ac potiũtur. Id ita esse ex eo quod pro dignitate fit,constat. Iustum enim quod in distributionibus est,omnes vno ore pro dignitate quadã oportere esse dicunt. Ipsam tamen dignitatem non eandem omnes inquiunt esse:sed populares quidem libertatem,pauci vero potentes opulentiam,nonnulli nobilitatem,optimates vero virtutẽ. Iustum ergo rationum quandam comparationem subit. Comparationem namq; rationum subire:non absoluti numeri solum,sed numerabilis etiam omnino proprium est. Etenim cõparatio rationum æqualitas est rationum & in quatuor minimis est:& seiunctam quidem in quatuor esse constat. An non & continua in quatuor est? Vno nanq; termino vtitur velut duobus,& bis illum sumit. Hoc pacto,vt A.sese habet ad B.sic B.sese habet ad C.

Minima quatuor.

Pugnarum causæ.

xii.	vi.	iii.
A	B	C

Bis igitur dictum est ipsum B.quare si B bis positum fuerit quatuor erunt ea quæ comparationem subeunt rationum. Est autem & ipsum iustum in quatuor minimis:& ratio eadem est. Sunt enim seiuncta similiter & quibus & quæ. Erit ergo vt est A terminus ad B terminum:sic C terminus ad terminum D. Et mutato ergo ordine vt A sese habet ad C, ita B sese habebit ad A. Quare & totum ad totum,quod quidem distributio ipsa coniungit. Et si ita compositum fuerit,iuste coniungit. Coniunctio igitur A termini cum C,& B cum D:iustum est id,quod ad distributionem accommodatur:& est medium eius quod cõparationem rationum non subit. Quod enim subit ipsam,medium est. Iustum autẽ subit.

xii	vi	viii	iiii.
Achilles	Aiax	Munus Achillis.	Munus Aiacis
A	B	C	D

Talem autem rationum comparationem, mathematici geometricam vocant. In geometria nanq; fit, vt & totum ad totum perinde sese habeat, atq; ad vtrunq; se habet vtrunq;. Non est autem continua hæc comparatio rationum: non enim fit terminus vnus numero, cui, & quod. Iustum igitur hoc, in comparatione rationum consistit. Iniustum autem est id, quod a comparatione ratione exorbitat. Fit igitur aliud plus: aliud minus. Quod quidem & in ipsis operibus accidit. In bonis enim qui iniuriam facit, plus habet: qui iniuriam patitur, minus. In malis autem contra. Boni nanq; rationem subit minus malum maius malum. Minus enim malum: magis q̃ maius est expetibile. At quod expetitur bonum est: & quod magis: maius. Hęc est igitur vna species iusti.

CVm autem iniustus &c. Superius philosophus diuisit iustitiam particularem a legitima, et iustitię particularis duas posuit species subalternas, scilicet distributiuam & commutatiuā. hic autem consequenter de distributiua loquitur, aliquot conclusiones ponens: quarum prima est hęc, Iustum est medium iniustorum. Hanc sic probat. omne ęquum ęquale est medium iniustorum: sed iustū est illud ęquale: quare iustum est mediū iniustorū. Maiorem sic probat. In quacunq; oppositione est plus & minus ibi est & mediū: sed in oppositiōe iniusta, viri iniusti est plus & minus, ergo in tali potest esse ęquale quod est mediū inter plus iniustum et minus iniustū. Huius prosologismi primo ponit minorem dicens. Sicut superius dictum est, iniustus est inęqualis inęqualiter operās et opus iniustum iniquum: & per consequens in tali oppositiōe iniusta est plus & minus. Insuper iniustū est iniquū, ergo iustū est ęquū. Consequentia tenet. cōtrariorum contraria sunt consequentia. Accedo ad literā positurus explicationem prolixiorē circa difficiliora: circa facilia autē paucis materiam absoluturus. Cum iniustus sit iniquus & iniustum iniquum, patet aliquid esse medium iniqui: id autem est ęquū. In qua enim re est plus & minus, in eadem est ęquum. Si ergo iniustum est iniquum, iustum est ęquum. hæc sine probatione est clara per regulam topicam: si oppositū de opposito et propositum de proposito. ❡ Secunda conclusio. Iustitia distributiua mediū quoddam est & ęquum et ad aliud: & quibusdam eadem res est mediū ęquitas iustitia & mediocritas, licet sit rationis discrimen, & etiam quibusdam: atq; quo medium est, hoc est aliquorum quę quidē sunt plus et minus: ergo medium siue mediocritas est respectu excessus et defectus. Quo autem ęquum est, duobus est, hoc est duabus rebus. At quo iustū est quibusdam, hoc est duabus personis ad minimū. Proinde ipsum iustū existit in .4. minimis. Sunt enī duo ad minimum quibus ipsum iustū exhibetur, & duę res munera aut dignitates in quibus iustū consistit. Hoc est, sunt duę res et duę personę et sic .4. minima. Tertia conclusio. Eadē est ęquitas rerum & personarum quæ distribuuntur. Probatur hęc cōclusio primo sic. Sicut se habent res in quibus consistit iustitia distributiua, ita & illa quibus partiūtur. Opposito dato, si non sunt ęqui quibus fit distributio, non ęqualia accipient. Hinc pugnę, incusationes & querelę insurgūt: igitur est cōsimilis ęquitas rerū personis quibus res ipsę dantur. Secundo illud ita cōstat ex eo q̄ pro dignitate fit. Nam vno ore confitentur omnes iustū in distributionibus pro dignitate quadā, & vt quilibet dignus sit vt & mereatur esse oportere. Qui plus igitur meretur plus recipit: & qui minus in republica profuit, minus pręmii habebit. Propterea rite dicit conclusio: est personarum & rerū quę partiuntur cōsimilis ęquitas, sed ipsam dignitatem & rem eam quę pro dignitate dari debet non omnes eandē inquiūt esse: sed populares eā libertatem aiunt esse, & pauci potentes, quidā opū affluentiam, quidam generis nobilitatem. Optimates qui sunt pauci & studiosi virtutē. de hisce videto decimū caput octaui huius operis ethicorum. ❡ Quarta cōclusio. Iustū subit quādam cōparationem rationum. Rationū comparatio est proportionalitas siue proportionū similitudo. Et proportio est duarum rerum vnius ad alteram in aliquo in quo conueniunt certa habitudo. Proportionalitatem subire nō solum est monadici numeri. Numerus formalis est abstractus ab omni materia secūdū rationem suam. Ex vnitatibus constat absolute nulli materię applicatis. Dicitur cumulus vel aceruus vnitatum. Non pono numerum formalem more realizantiū. Hoc enim pacto loquitur arithmeticus de numero vt numerus est, materiā negligendo. Numerus materialis in rebus numeratis inuenit, in p̄miis & cęteris id genus. Quid de numeris sentiam⁹ in primū physicorū olim scripsim⁹. Similitudo rationum non est solum monadici numeri, sed etiam in rebus numeratis istis bobus ac caballis. Q; iustū in proportionabilitate consistit probatur. Nam proportionabilitas est duarum proportionum ęqualitas, secūdū Euclidē quinto geometrię. Et, vt paulo ante me minimus, in .4. minimis est. In disiuncta siue discreta proportionalitate liquidū est: quia illic nullus idem terminus bis sumitur. Sed etiam in coniuncta proportionabilitate siue continua quę vno termino bis vtitur. Exemplum primi, vt quēadmodū se habent .8. ad .4. sic se habent sex in ordine ad tria. Exemplum secūdi, vt quēadmodum se habent .16. ad .8. ita se habent .8. ad .4. propterea iustum in .4. minimis consistit. ❡ Quinta conclusio. Iustitia distributiua in proportionalitate disiuncta consistit. Tametsi in altero arithmetices libello olim a nobis edito omnia quæ pro hac litera sufficiūt ostendimus: tamen vt nihil tenebrosi maneat pauca ex speculatiua arithmetica dicenda veniunt. Medietas geometrica est medietas cuius termini differentia neglecta ęquas seruant proportiones. differentia est excessus, vt .1.2.4.8. Vbiq; hic proportio dupla seruatur. Sed inquus est excessus cū .4.8. in .4. transcendant, & duo vnitatē in sola vnitate superant. Æquę proportiones sunt quę sunt eiusdem denominationis. Omnes duplę sunt ęquales inter se: sic triplę atq; sesquialterę inter se. Huius medietatis aliquę sunt proprietates proposito deseruientes: quarum vna est. Permutato ordine rite proceditur. si fuerit primus ad secundū sicut tertius ad quartum: erit permutatim sicut primus ad tertium,

Iniuriam facientes.

ita secundus ad quartum. Patet exemplo. Sicut se habent.10.ad.5.ita se habent.8.ad.4. Ideo permutatim sicut se habent.10.ad.8.ita se habent.5.ad.4. In primis erat proportio dupla,in posteriore ac illatione est proportio sesquiquarta. Demonstrationem istius ex.3.secundi Iordani accipito pro negocio nostro satis est ad oculum paradigmate istud explanare quo argumentandi modo Aristoteles in calce secundi peri hermenias,3.topicorum.& impræsentiarum vtitur. ¶ Alia proprietas huic proportionalitati geometricæ conueniens est. Et rursus sicut primus ad secundum,& tertius ad quartum:ita se habet primus cum tertio simul ad secundum cum quarto simul. Cum hoc propter rudiores literam enucleabimus. Iustum ergo rationum quandam comparationem subit,hoc est dictu iustum est proportionale:comparationem rationū subire,non est absoluti numeri a rebus numerabilibus abstracti,sed cuiuslibet rei numerabilis est propriū. Etiam comparatio rationum hoc est proportionalitas,equalitas est rationum,hoc est proportionum:in.4. minimis est ad minimum:quia in duobus premijs,aut supplicijs:& in duabus personis quando est collatio inter multos vt communius fit.) Potest enim rex strennuo militi citra alterius collationem salarium eo dignum prabere. Et est hoc ex illatis perspicuum cum res distinctæ sicut ipsæ personæ,omnia sunt lucida: quousqꝫ dicit vt a sese habet ad b &c.elementorum vice prestabilius est notiora exempla capere:sit Achilles meriti ac dignitatis vt.12. Aiax Thelamonius vt.6.sint duæ res ab Agamēmnone illis partiēdę,vt pote vnus caballus a,vt.8.alter b.vt.4.talentorum.tunc sic. Sicut se habet Achilles vt.12.ad Aiacem qui est vt.6.ita se habet a caballus ad b caballum:proinde permutato ordine sicut se habet Achilles ad.8.ita Aiax ad.6. Est proportio sesquialtera:iterum Achillem cum suo premio,iunge viginti. Habes aiacem vt.6.cum suo premio caballo vt.4.nexo,sunt.10.iterum totius ad totum est proportio dupla subduplaqꝫ. tunc fit ipsum iustum:& totum negociū iustitię distributiuę perficitur. Breui nihil aliud vult dicere nisi quę est proportio multiplex supparticularis suppartiēs aut mixta inter aliquos,homines eadē inter pręmia seruetur:& illud est medium eius scilicet iniqui quod comparationem non subit,quia est extremum:sin aliter fiat distributio,puta achilli dentur.4.& Aiaci.3 iniqua est distributio. Alia cōclusio in operibus accidit iniustum:porro iniuriam faciens in bonis habet plus equo:atqꝫ ille qui iniuriam patitur minus habet q̄ par sit. Et contra in malis,qui iniuriam facit alium pulsando vel fortunas surripiendo minus habet mali(de malo culpę nō loquitur:quia id malum in foro dei abdito punitur.) Dubio procul aliū lędens prius animo ringitur,ira aut odio torquetur,atqꝫ post illatam iniuriam resipiscit,stimulans conscientia eum remordet:vt de perpetram perpetrato doleat. Qui scelus commissum non auersatur christianismum minime redolet.

xii	vi	xx
viij	iiii	
s	B	xx

Dubium. ¶ Ambigitur an personarum acceptio distributiuę iustitię aduersetur.

Responsio. Responsio. Acceptio personarum est vnam alteri indebite preponere. Et capitur indebite contrarie. Hoc supposito affirmatiue respondetur. Deuteronomij primo. Non accepteris cuiusq̄ personam:et Iacobi.2. Nolite in personarum acceptione habere fidē.

Obiectiones. Contra deus pręacceptat personam personę:& non peccat:igitur consequentia tenet cū minore. Probatur assit maior per illud quod scribitur Matthei.24.duo erunt in lecto: vnus assumetur et alter relinquetur. Secundo preponere minus idoneum magis idoneo ad curam animarum est acceptio personarum,cum non insit causa debita quare magis idoneus posthabeatur. Tertio,maximus pontifex potius cum principibus in gradibus prohibitis dispensat,q̄ cū inopibus:ergo est acceptator personarum:& non

Respōsiones videtur in hoc peccare. Ad primum dicitur q Deus nihil indebite facit,capiendo indebite contrarie ad debite. Dominus deus nulli est obnoxius. Insuper huic beneficium predestinationis dando et non illi,alteri non facit iniuriam & nō gratis reprobat. Doctor gentium ad Ephesios sexto scribit personarum acceptio non est apud deum. Ad secundum,concedo collatorem sacerdotii eo in casu delinquere,cum personā acceptet & negligat procurare optimos ministros in vinea domini. Nullus non argueret illum qui in mari ęstuanti inter Scillam et Charibdim caperet nauclerum minus idoneum,vbi potest habere magis idoneū. Non tn̄ semper sanctior est magis idoneus neqꝫ doctior:sed doctrina semper exigitur:quando ipsa prudentię copulatur,hominem ornant. Cōtaminatus est imprudens sexto ethicorum. Illustribus quando sunt bonę literaturę.& morū probatorū sacerdotia sunt conferēda vt possessiones ecclesię manuteneāt, sed spiritualis profectus est magis ponderandus. Sane plerique pręlati exorbitant fructus ecclesię augendo, quia in subditorum onus sepenumero sub pietatis pretextu id factitant. Ad.3.dicitur, q summus pontifex id sine peccato facit:quia pro pace in republica habenda facit,quę melius & vniuersalius per principes q̄ p inferiores procuratur:ergo id non facit indebite ¶ Quarto obijcitur:opulentos ratione opum honoramus sine labe:alioqui plurimos lapsibus innodabis:& si id non liceat,nec regem malum honorabimus,

Ob.quartam & illos ratione maiestatis & timoris honorare,et non ratione virtutis est accipere personas igitur. Respōdetur q honoramus regem atqꝫ alios superiores ratione virtutis quam habent,vel ratione prelationis ita qua sunt dei vicarii et ministri. Patrem & matrē licet iniustos honoramus:quia ita lege cautum est Exodi.20.honora patrem tuum et matrem tuam:sunt enim nostri origo & nobis benefactrix:rationeqꝫ beneficiorum illos veneramur. Graues annis iubemur reuereri,leuitici vndevigesimo. Coram cano capite cōsurge.& honora personam senis:Licet enim aliquibus vitijs madeant,nonnullis tn̄ virtutū flosculis sunt prediti: gratia quorum illos salutamus atqꝫ senes plerūqꝫ sunt considerati. Non itaqꝫ diuitiarum gratię locupletē honoramus. Glossa iacobi.2.id asserit esse peccatum:sed aliqua alia ratione quia magistratum gerit & plerisqꝫ benefacit:nostram item modestiam sine supercilio ostendemus,nec illi bilem concitabimus.



Estat autem id iustum, quod fit in emendis commerciis: tam iis quæ sua sponte faciunt homines, q̃ iis quę inuitis ipsis efficiũtur. Hoc autem aliam habet speciem a priore. Iustum enim distributiuum communium, in dicta semper comparatione rationum consistit. Nam si e pecuniis publicis distributio fiat: eadem fuerit ratiõe quam habent inter sese ea quę in rempublicã sunt collata: & iniustũ quod huic opponitur, id est quod a comparatione rationum exorbitat. Iustum autem quod est in commerciis, est quidem ęquum quoddam: & iniustum, iniquum. Sed non illa comparatione rationum, sed arithmetica. Nihil enim refert, si probus prauo detraxerit: an prauus probo: neq; si adulterium probus, an prauus commiserit: sed ad differentiam nocumenti, lex respicit tantum: & vtitur ve ęqualibus: si hic iniuriam facit, ille patitur: & si hic nocuit, ille est lęsus. Quare iniustũ hoc cum sit iniquum, iudex æquare conatur. Nam cum hic quidẽ percussus est, aut occisus: ille vero percussit, aut occidit: passio atq; actio diuisa est in partes non ęquas: sed ad ęqualitatem auferendo lucrum respectu damni, redigere nititur iudex. Dicuntur enim hæc in talibus, absolute dicendo: atque q̃q̃ hęc nomina quibusdã accommodata non esse videntur: vt ei qui percussit, lucrum, & ei qui passus est, damnum, cum tamen mensurata fuerit passio, hoc damnum: illud lucrum vocatur. Quare æquum quidem inter plus & minus medium est. Lucrum autem atque damnum plus sunt & minus: contrario modo: plus boni & minus mali lucrum: contrarium autem damnum: quorum medium est ipsum æquum, quod quidem dicimus esse iustum. Quare iustum emendatiuũ medium est inter damnum & lucrũ. Quapropter & quum controuersiam habent, ad iudicem ipsum confugiunt. Ire autem ad iudicem, & ire ad ipsum iustum: iudex enim vt iustũ est animatum suaptæ natura. Et quęrunt iudicem medium. Et vocant nonnulli mediatorem: vt ipsum iustum assecuturi: si medium iustum consequatur. Medium ergo quoddam est ipsum iustum: siquidem & iudex medium est. Iudex autem ad æqualitatẽ redigit. Et perinde atq; si linea in duas inęquales partis diuisa, id quo maior pars dimidium excedit abstulerit: minoriq; addiderit parti esset etiã totum diuisum fuerit duas in partis inęquales: tum suum aiunt habere cum æquum acceperint. Aequum autem medium est inter maius & minus: in arithmetica comparatione rationum. Nam si sint duo ęqualia, & ablatam ab altero quãtamuis partem addideris alteri, talibus duabus excedit partibus alterum: si enim ablata fuisset, & non addita, vna sola parte excederet. Excedit ergo medium vna, & ipsum mediũ excedit id a quo est ablatio facta, vna. Hoc ergo cognoscemus & quidnam auferendum ab eo sit qui plus habet: & quid addendum sit ei qui minus habet. Id autem auferendum a maximo est, quo exceditur mediũ. Sint æquales lineę tres, A.b.C.d.E.f. atque ab A b pars auferatur Ag: & addatur ipsi lineã Ef sitq; illa He: quare tota linea h e f excedit g b lineam parte h e, & parte e K. Excedit ergo mediam c d lineam h e parte.

Legis respectus. · Iudex.

A H B
C D
H E K

Est autem hoc & in cęteris artibus. Etenim e medio tollerentur: nisi agẽs ageret, & quãtum: & quale: & patiens pateretur hoc: & tantum & tale. Nomina autem hęc (damnum inq̃ & lucrum ex iis contractibus quos sua sponte faciunt homines tracta sunt. Qui eñi emẽdo, vendendo, cæteraq; agendo quæ lege concessa sunt, plus habent q̃ suum, lucrari, qui minus q̃ in principio, ii damnũ pati dicũtur. sed qui neq; plus neq; minus habent sed sua per seipsa sunt facta, ii se sua inquiunt habere & neq; dãnum pati, ne lucrari. Quare iustum medium est: inter lucrum quoddam & dãnum (quod fit inuitis hominibus) ęquale inquã & prius, & posterius habendo.

Damnum Lucrum.

REstat autem &c. Hic de iustitia commutatiua loquitur, & iustum hoc quod in commerciis & rebus emendis consistit ostendit esse aliud a iusto distributiuo communi, & q; hoc iustum in proportionalitate arithmetica & non geometrica consistit, et q; mediat inter lucrum & iacturam. Et auferendum docet a plus habente id quo medium exceditur, & minus habenti apponendum. ¶ Prima conclusio huius capitis. Superest nunc de iusto quod in emendandis commerciis tam voluntariis q̃ inuitis constituitur loqui. Hoc autem aliam habet speciem a priore scilicet distributiua: hoc est specie ab illa distinguitur: siquidem iustum quod in communium distributione versatur semper in proportionalitate

geometrica versaē & iniustū quod huic iusto opponitur ab hac cōparatiōe rationū exorbitat. At iustū q̧ in cōmerciis est ęquū est:sed nō in illa cōparatiōe. Verū in arithmetica cōsistit. Quęnā illa sit superius ostēdimus Non eñ in huiuscemodi iusto dispensando merita inter se considerantur:nihil enim refert vtrū bonus a malo abstulerit an prauus a bono. Neq; vtrū adulterium probus an prauus commiserit sed ad differentiam damni lex respicit:tantum differentiis vt ęquis vtitur. Discrimen ad ęqualitatem reducere elaborat. Nēpe cū hic pulsatus est ille percussit, aut hic occisus est ille occidit:passio actioq; inique sunt. & vtraq; diuisa non ęqualiter habent quia viuis dānū in rebus aut in persona patitur:alter autem id lucri habet:hanc inęqualitatem conatur iudex ad ęqualitatem redigere subtrahendo q̧ plus est lucri secundū exigentiam iacturę. Et lucrum & dānum simpliciter in talibus nominamus loquentes vt plures, q̄uis hęc nomina quibusdā minus accommodata videantur. Alium inique pulsans reuera nihil lucri habet, sed dānum in cōscientia, ei tamen, qui lęsit lucrū accommodamus, & illi qui passus est dānū, verū cum passio mēsurata fuerit hoc damnū, illud vero lucrū in cōmuni sermone vocatur:illud totum in proportiōe arithmetica consistit. Patet, Sint Socrates & Plato ęqualiter opulenti, vt sex, Socrates emendo decipiat Platonem vendētē in duobus:tūc Socrates erit diues vt.viii.et Plato diues vt.iiii.tollet iudex duo a Socrate q̄ dabit Platoni, & tunc vterq; erit diues vt sex. Sic tantūdē aufertur lucri ab vno et alteri applicatur, & ęqualitas excessus capitur & sic seruatur proportio arithmetica:& sex est mediū arithmetice inter.iiii.&.viii.& inter.iiii.&.vi.quia per binarium senarius ab.viii.superatur:& per eūdē excessum quaternariū superat. sed non manet eadē proportio geometrica. Sex quoq; ad.iiii.est proportio sesquialtera:et.viii.ad.vi.est proportio sesquitertia. ¶ Secūda cōclusio. Æquum in cōmutatione inter plus & minus est:iustum commutatiuum est mediū inter dānū & lucrū contrario modo. Nam lucrū plus boni & minus mali est. Econuerso dānū est plus mali & minus boni:quorum medium est ęquum quod dicimus esse iustū. Quocirca iustū emendatiuū est mediū inter dānū & lucrū. Secūdo, quia iustum est quoddā mediū. Qui eñ cōtrouersiam habēt ad iudicem confugiunt:ad iudicem aūt ire est ad iustū ipsum contendere. Est enim iudex vt suapte natura iustū animatū:ipse eñ recta intelligentia leges in pelle mortua scriptas quando ratio efflagitat interpretabitur:& casum immergentē de quo fortasse non est lex scripta, secūdū bonam ęquitatē ad medium diriget. Et quęrunt litigantes iudicē mediū:quē quidē mediatorem nō ab re vocant, quasi iustū assequuturi si Dubium medium assequantur. Iustum igitur commutationum castigatiuū inter plus & minus mediū est. ¶ Hęres an iudici Responsio sit licitum secundum suspitiones iudicare. Hic nota q̧ Iudicium est discussio iudicis sua cum sententia definitiua. Iudex ius dicens. Suspitionem tripertiuntur:vnāq; violentā appellant, vt si nudus suspectus cū nuda in lecto reperiatur, hęc suspicio probationem inducit sufficientem:gratia cuius iudex ad sententiā definitoriam procedit. Alia est suspicio probabilis, quādo est infamia alicuius etiam inter viros probos:quę tametsi sufficientem probationem nō efficit, purgationem tamen inducit quā prelatus exigere potest. vndecima.q.iiii.presbiter. Temerarium iudicium ex leuiū psonarū loquacitate suboritur, linguarū suspicio est restringenda:nā probos sua prodigalitate verborum taxant. Quo supposito respōsio trimēbris de se clarescit. Sine forensi strepitu multi fortunis suis orbarentur:proinde iudicium sua cum suspicione respondente est licitum. Non me fugit quin post litis cōtestationem multę sint tricę, dilationes atq; libellorū prolationes plus iusto verum pro istis paucis malis grande bonum reipublicę cōseruatiuū minime est negligendū. Quare insulse hi nouelli hęretici omnem forensem strepitū euellere contēdunt & legisperitorum volumina exurūt. Aristoteles naturali lumine duce de iudice & iudicio loquitur:& deuteronomii.xvi.iudices & magistratus constitues in omnibus portis tuis ¶ Insultas, Matthei.vii. Noli te iudicare & non iudicabimini. respōdeo q̧ illic prohibetur iudiciū temerarium fratris:eius enim opera ancipicia in meliorem partem interpretabimur. Tertia conclusio, Iustū commutatiuum mediū inter maius & minus in arithmetica ratione consistit. Patet primū. nam sit iustū cōmutatiuū perinde atq; si linea in binas partes iniquas partita, illud quo pars grandior totius linee dimidiū euertit minori parti adiecerimus illud totū qd cōmutatur, in geminas partes inęquales partitū sit, tū suū quilibet habebit, cū eo recepto quo maior pars totius medietatem transcendit, & adiecto parti minori vterq; vnā medietatē accipiet. patet ad oculū:vt si tripedale in duas partes diuidatur quarū vna est bipedalis secūda pedalis. oportet semipedale subtrahere & alteri parti addere, tunc relinquetur ęqualitas. At tale medium inter huiusmodi maius & minus in arithmetica medietate consistit. vult dicere q̧ iustum cōmutatiuū tantū vincitur ab eo qui plus habet, quātū excedit illū qui minus habet, hoc est mediū ipsum ęqualiter excedit minus, et vincitur a maiore. ideo inuentio huiusce medii est auferre ab eo qui plus habet quantum mediū transcendit & illud subtractū apponere minus habenti:& sic peruenietur ad mediū iustitię cōmutatiuę. Secūdo. si sint duo ęqualia de quorū altero partem quācūq; subtraxeris subtractāq; adieceris alteri ęqualiū, totum ex adiecta parte & altero ęqualiū effectū transcēdit quod reliquū est in duabus partib⁹, parti scilicet subtractę, ęqualibus. Patet ad oculum. Sint. A.B.&.C. tria quadrupedalia:tolle ab. A. pedale & adde. C. iam. C. est quinque pedale, extendens. b. in vno pede sicut. b. ipsum. a. in vno dūtaxat pede transcendit:hac enim via cognoscemus quidnā auferendum est ab eo qui plus habet:& quid addendū est ei qui minus habet. Illud eñ quo excedens mediū transcendit addendū est illi qui minus habet. Et patet in numeris:cape tres binarios a b c, tolle vnitatem ab a & adde b inuariato:iam c excedit a per duas vnitates p subtractū ab a & additum ipsi C. & b in ea proportione arithmetica transcendit a, qua a C superatur. Ista exempla sunt philosophi exemplis lucidiora, in quibus a maiore parte denominationem haud vario. voco C post pedale additū adhuc C a maiore parte sit a licet subtrahatur eius nonnihil, proinde est sicut in lineis in commutatione iniusta, aliū decipiens significatur per C & falsus p a quia sui aliquid amisit, quod C acquisiuit. B tenet medium qui nec fefellit nec falsus est:a se tenet medium sicut stateram per quam exorbitationes pluris & mi

noris castigandę veniunt. oportet adimere, a C pedale in quo excedit b mediū & addere ipsi a quod b exuperat in pedali: & tunc est rectificatio. Q: hęc rectificatio est arithmetica patet, quoniam in eadem differentia qua C transcendit b. ipsum b superat a, quoad suū abstractū reciperet. Alia conclusio. hoc iustum seruandum est in omnibus artibus: quippe si non custodiretur artes demū corruerent. Nisi enim quantum & quale artifex ipse agens ageret tantūdem & tale in commutatione reciperet minus ipsa tandem e medio tolleretur dicit quātū & quale Polycleti: ac Apellis statuę ac lineamēta quātitatē calceorum nō ęquāt, sed inęquali multis calceis ęquantur. Alia conclusio: lucrū ac dānum circa cōmutationes locum habent. Porro hę appellationes lucrū ac dispendium ex his contractibus emanarent, quos homines sua sponte celebrant, vt in venditione, emptione ac reliquis commerciis lege concessis. At illi qui in fine contractus sunt locupletiores q̄ ab exordio, lucrari dicuntur: qui contractu celebrato sunt pauperiores dispendium passi. At qui neq; plus neq; minus habent commercio celebrato quorum mercimonia sunt per seipsa hoc est ęqualia facta, illi nec se perdere neq; lucrari dicunt: qua de re illud est interstes inter lucrum damnūq;. At damnum quod inuitis hominibus enascitur, vt in furto restituendo arbitrio iudicis in fine tantum quantum est subductum ęquale enascitur.

Dub.
Responsio.

❡Dubitatur an percussio cuius meminit litera sit peccatum. Respondetur quod circa non subiectum est letale crimen, nisi verberis modicitas excuset. In subditos etiam excessiua verberatio est vituperabilis, nonnunq̄ letifera, nonnunq̄ propter exiguum excessum venialis. Erat mihi pręceptor Georgius tinctor hadingtonus vir alioqui circumspectus, in cędendis iuuenibus acrior iusto: timore perculsus scholasticum ocīū prope modum obhorrui: & nisi pientissima mater reluctata esset literarium ludum penitus deseruissem ad laicum statum me conuertendo: & licet illi obsequerer, tamen verberum formidine deterritus, sophisticos discessus comminiscebar. Hęc scripserim. vt pręceptores sint in beneuolos leniores. Hi enim verborum dulcore potius q̄ virga reguntur. nō ignoro seditiosos atq; effrenes acerbo verbere reprimēdos. verum imprudētis est equū sua sponte currētem calcaribus stimulare. Ambigitur secundo vtrum in ipsa iustitia capiendum est medium rei an rationis. Respondetur q; in aliquibus in quibus notus est rei valor, medium rei et rationis coincidunt. Socratres abstulit mihi viginti scutatos quorum valorem omnes norunt: tenetur ipse restituere omnino paria & ita vbicūq; rei valor innotescit. At in valore ancipiti sufficit tenere medium in bona latitudine secundum iudicium prudentium. Exemplis hoc ipsum retexo. Mercator vlnam panni quadraginta quinq; vni. xlvi. alii & fortasse tertio. xlvii. vendit: & circūspecti mercatores asseuerabunt cum in latitudine iusti precii manere. Vnum precium scilicet nouissimum iustum sed rigorosum appellabunt, addētes emptorē, omnia fila illius panni emisse. primum preciū est gratiosum & secundū mediocre & competens. At vbi res plus valet vt agri aut ędes magnificę, latitudo iusti illic est maior: sic in iustitia punitiua & p̄miatiua in poenitētia iniūgēda in foro interiori, vni maior & alteri minor poenitudo pro simili flagitio imponitur, & vero simile est deū illas poenas cum sint in latitudine iusti medii punitiui acceptare, ad peccaminum deletionem. & siue deus acceptet siue non, qui precisam pęnam peccatis respondentem nouit infligendā sacerdoti sat est multam poenitenti imponenti. Poenitudo vnius verosimiliter sacerdoti apparet maior q̄ alterius. Itidem vnus sua sponte austerius ieiunium subit q̄ alius: & hoc est sacerdoti notum: sat est illi medium rationabile tenere: quia medium rationis siue secundum nos (vt retulimus) est illud quod non est plus debito neq; minus q̄ par sit: & istud in medietate geometrica consistit. qualis est proportio digestiua inter varios, talis erit cibi potusq; proportio. Si ipse triduo tantum deuorarem quantum neruosus athleta mortem indubitato incurrerem: attamen ea cibatio illi haud quaq̄ officit, qualis enim est proportio mea cōsumptiua ad Milonem Crotoniensem, talis erit etiam nutritiua. Et sicut medium hic plurifariam diuersificatur, ita quoq; extrema diuersificabuntur. Sic multa exteriorem poenitentiam diuersificant: contritio intēsa remissaq;, libenti animo austeritatem subire aut cum murmure, & ita de cęteris id genus.

Dub. ii.
Responsio.

Ad tertium.

❡Dubitatur. iii. an restitutio quę est pars iustitię commutatiuę, sit facienda integre, vbi rei valor est notus, sicut pars dubii precedentis innuere videbatur Responsio. dubium vnum supponit & aliud querit: supponit enim restitutionem esse partem iustitię commutatiuę, quod esse verum ostenditur: Subtrahere enim alienum est actus iniustitię circa rerum commutationes siue rapina: siue furto aut fraude: ergo restitutio ei opposita est actus iustitię, illam iniquam commutationem rectificantis. Ad dubitationem respondetur affirmatiue. Quisquis eīn habet alienum inuito domino, id restituere tenetur: et nedum id si res inuito habeatur domino, verum etiam si eo consentiente ad commutationem si non fuerit donatio requiritur restitutio, vt in deposito & mutuo. Nam licet mutuum honestum initium vēdicet, & furtum iniquum, tamen quantum detentionem inuito domino sicut ipsum inuentum, parificantur in culpa. Et in hoc plurimi delinquunt, vnum optime sacerdoti notificantes & confitentes, de reliquo consciētiam sępius nullam facientes.

Responsio.

❡Contra illud obiicitur. Si Socrates abstulit nonnihil Platoni puta aliquod esculentum si simul ambo ad extremam inopiam deueniant, Socrates non tenetur restituere alienum, quia iure naturali & gentium in extrema necessitate omnia sunt communia: ergo dominium ciuile Platonis adueniente hac necessitate est sopitum: & legis naturę dominiū superuenit: sed in tali casu potior est conditio possidentis. Secūdo restituere alienum est preceptum affirmatiuum, sed illud non obligat pro semper. At dicis est vnum negatiuum scilicet non detinere alienum. Contra Titius non potest satisfacere Sempronio sine grandi iactura bonorum suorum licite possessorum. vendendo dominium pro non competēti precio: sit hoc in casu: ergo in illo casu restituere non tenetur. Tertio. A. furatur. C. equum. B. quē emo in foro: tunc

sic.ergo non teneor restituere equum C.cum dedi pecuniam pro eo & tamen est res aliena igitur.Quarto
episcopus & pingue sacerdotium habens prodige exponens non tenetur restituere profuse delapidatum,
Ad primū. & tamen iniuste rem alienam scilicet bonum commune pauperibus debitum exponit:igitur.Ad primū
respondetur probabile esse q̄ Socrates nō tenetur illud ablatum refundere quia in extrema necessita-
te omnia sunt cōmunia et per possessionē Socratis antiquus titulus dominii huius rei est sopitus,& pe-
nitus extinctus. At si Plato non simul incidisset in necessitatem Socrates nulla via teneretur refunde
Ad secūdū. re iam consumptum,esto q̄ ad pinguiorem fortunam deuenerit. Ad secundum dicitur q̄ Titius in ex
trema necessitate soluere non tenetur,vt patet ex precedenti:sed an teneatur citra extremam necessitatē,
dato q̄ mendicet alteri nolenti expectare dilationem,nimis durum est affirmatiue respōdere. Dico aūt q̄
sufficit illic petere dilationem ad tempus:quando Titius in rebus propriis grandem iacturam incurreret
soluendo nunc,& Sempronius est locuplex,sat est q̄ Sempronius dominus rei debet velle differre solutio-
nem,& debet nolle q̄ tunc solueret. Probatur illud per ca,si quis propter de fur.secus esset si Sempronius
simile incommodum ex rei suę neglecta solutiōe incurreret:quia tunc Sempronius dominus rei suę po-
test rationabilissime velle habere suum.Contra illud obiicitur. Creditor non debet esse deterioris con-
ditionis q̄ si rem suam puta debitum in manu propria haberet,puta mille aureos nūmos:sed in illo
casu potest sinere illum quin debito accepit pecuniam agros suos vendere minoris q̄ sit. Potest velle vel
re sua non curando de damno alterius Respondeo primo q̄ deberet in tali casu dare fratri mutuo, Se-
cūdo q̄ cum dedit illi mutuo creditor habet differre solutionem. Pluribus verbis iterum tangatur casus
quia sepius occurrit, si creditor est locuples & debitor si soluat in die statuto cogetur agros valen-
tes bis mille,vendere mille octingintis aut mille quingentis,creditor etiam impeditur a consequtione
partialis lucri,quia ei non soluitur:nihilo tamen secius manet pecuniosus,iam illud mēbrum esset apud
varios ambiguum:& in hoc membro ego reor solutionem differendam,aut q̄ creditor ei mutuo dare te-
netur,in hoc casu de nouo habita securitate de solutione:aut q̄ post mutuū datum eū expectare cōuenit
et alter ad tempus soluere non est obnoxius. A fortiori si soluendo iam statim in extremam inopiā aut
mendicitatem incideret,vel impotens esset soluere,iam non est deuinctus persoluere. Non ausim tamen
excusare debitorem vbi modicam iacturā ex solutione incurreret. Id sepius cōtingit etiā ni debet seruare
creditorem a iactura immunem:alioqui debitor est in mora et peccat,a fortiori plures peccāt alentes sub-
Ad tertium. limē statum cum iactura aliena. Ad tertium dicitur q̄ siue emo equum quem credo furis vendentis bo
na fide siue mala fide,semper equus est veri domini capiet equum suum vbicūq̄ inuentum probatum
suum:& actionem in furem habebo.q̄ si euaserit:imposterum discam cautius negociari.plus valet empta
satis sapientia q̄ data gratis vt referunt. At si bona fide aliquid emi equū aut aliud,credens a vero domino
emere cū veritatem agnouero equum vero domino restituere sum obnoxius,nec possum a domino pre-
cium equi petere C.de fur.L.inciuilem.durante bona fide tamen tenendo alienum non pecco,ex ignoran
tia inuincibili:credo enim esse meum,& sic moriens cū alieno non pecco,nec teneor fructus consumptos
bona fide restituere.ff.de acqui.re.do.L.bonę fidei:sed fructus extantes vel quanto factus sum locupletior
restituere sum obligatus. At si res mea in manū pereat,non restituam quia propter bonam fidem nō erā
in mora et si rem alienam non reddam neq̄ pretium:quia pretium rei furtiuę nō est furtum.ff.de fur.L.
qui vas. Insuper possum retinere expensas factas ad cōseruationem rei vel eius meliorationem. A fortio
ri si rem furtiuam mala fide emi quam sciebam vel opinabar esse furtiuam,tenebor illā vero domino pe-
tenti conferre,vel eo non petente ei dare,cū eū esse dominum sciuero. Et illud est verū de primo,secundo,
tertio emptore et q̄tūcūq̄ remoto:dato q̄ in foro communissimo equus sit emptus. Et si res empta a me
violentia aut furto auferatur,tenebor rem ipsam restituere secūdū optimū statū in quo erat.de reb.spoli.
ca.grauis. Fur semper est in mora.ff.de condi.fur.nisi vero dño rei rem furtiuam obtulerim quam ipse
recusauit recipere:tūc eñ purgaui morā & tūc si equus siue mea culpa pereat eū restituere nō tenebor, nec
preciū loco eius:nō eñ pecco in mora. Insup omnes fructus perceptos et qui percipi possunt restituam. Pa
Ad quartū. tet p.ca.grauis nominatim nec precium vllū a dño rei petere possunt. Ad quartum dico q̄ bona ecclesię
partim ministris seruientibus dantur pro eorum alimonia,partim dātur eis tanq̄ fidelibus dispēsatorib',
vt res ecclesię in pios vsus exponant,vt in ędis deo dicatę reparationem structuram,aut in eleemosinam
inopibus,quorū patres esse debent.sicut a principio erant cū dotes ecclesię creuerunt:tūc dico q̄ licet pec
cent in parte bonorum quę sufficit ministro pro sua & suorum sustētatione competenti,tamē profuse ex-
positum restituere vt reor non est obnoxius. In reliqua parte quę est vltra sufficientē vsum non solū pec
cat prodige exponēdo,sed profuse expositum restituere deuincitur.hoc a.14.annis elapsis in sententiarū
quartū ostendi seriosius.quare nūc raptim pertranseo.vnde fit vt aliquando quispiā ad restituēdū prodige
expositū nō sit obligatus:patet cū sacerdotium eius nō sufficit plus q̄ ipsum etiam cōpetēter alere.vero si
mile enim est tale sacerdotiū mediocre esse collatum pro famulatu & sustentatione talis viri.


Lib. V. Tract. I. Cap. V.


Idetur autem nonnullis & ipsa repassio simpliciter esse iustum,vt Pytha
gorici censuerunt. Qui quidem absolute diffinientes iustum,repassionē
esse dicebant ;verum repassio nec ad distributiuum iustum,nec ad emen
datiuum accommodatur. Q̄ ŕ q̄ eam ipsam & Rhadamanti ipsius iustū asse
runt esse.
Si quae fecerit,hęc etiam patietur & ipse.

Iudicium fuerit perfectum,atq; exitus ęquus.

¶Persępe enim discrepat.nam si qui magistratum gerens percusserit quempiam: non decet eum repercuti.Et si quispiam eum qui magistratum gerit percusserit:is non solũ repercutiendus est,verum etiam supplicio afficiendus.Praeterea multum inter se differunt,id quod sponte:& id quod inuitus quispiam fecit.Sed in societatibus commerciorum,tale iustum(repassio inquam)per comparationem rationum,& non per ęqualitatem continet ciuitatem.Ciuitas enim tum conseruatur:cum retributio fit vt comparatio flagitat rationum.Nam homines aut reddere malum quaerunt,quod ni faciant seruit⁹ esse videtur: aut retribui sibi bonum,quod nisi fiat,actus dandi,beneficiumq; non fit.At ciuitates his conseruantur.Quamobrem & Gratiarum templum in ciuitate media condunt,vt retributio fit:hoc enim gratiae proprium est.Nam is qui suscepit,subministret vicissim:& qui minus contulit,& ipse rursus incipiat conferre oportet.Coniunctio autem quae per diametrũ est,facit eã retributionẽ quę per comparationem rationũ efficitur:hoc pacto.Sit ędificator quidem a,sutor autem b,domus in c.&calceus collocetur in d.

Cõseruatio ciuitatis.



¶Aedificatorem igitur ab sutore accipere opus illius,& ipsum illi suum dare oportet.Si igitur primum sit id iustum quod comparatione rationum est aequum:deinde repassio fuerit:erit quod dicitur.sin minus,nõ erit aequum: neq; constabit societas.Nihil enim prohibet vnius opus alterius opere praestabilius esse:hęc igitur ad ęqualitatem redigantur oportet.Est autem hoc & in caeteris artibus.Etenim e medio tollerentur,nisi agens ageret,& quãtum & quale:& patiens pateretur hoc & tantum,& tale.Non enim duobus ex medicis fit societas,sed ex medico atq; agricola:& ex diuersis omnino,ac inęquabilibus.Verum hi redigãtur ad aequalitatem oportet.Quapropter ea vniuersa quorum est permutatio inter sese comparabilia quodammodo esse oportet.Pro quo nũmus in vsum hominũ venit.& fit quodammodo medium.metitur enim cuncta:quare & excessionem atq; defectionem : quotnam calcei domui vel victui sunt aequales.Oportet igitur quot est aedificator ad sutorem:tot pro domo,vel alimento calceos esse.Q; si hoc non fuerit,non erit permutatio,neq; societas.Hoc autem non erit,si non aequa quodammodo fuerint, oportet ergo aliquo vno mensurari cuncta:sicut & ea antea diximus.Hoc autem est reuera quidem indigentia ipsa:quae omnia continet.Nam si non indigeant,aut non similiter:non erit permutatio:aut non eadem erit.Nũmus autem ex instituto factus est:vt pro indigentia sit & propterea nomen hoc habet,quod non natura constat:sed lege.Et in nobis est ituni ipsum mutare atq; inutilem facere.Erit igitur tunc repassio:cum redacta fuerint in aequalitatem: vt quod est ad sutorem agricola,id sit opus sutoris ad agricolae opus.Oportet autem in figuram comparationis rationum ducere,cũ permutare voluerint:sin minus alterum extremum excessus habebit vtrosq;.Sed cũ habent sua,sic aequales & socii sunt:quia haec aequalitas in ipsis fieri potest.Atq; sit agricola quidem a,& alimentum c.Sutor autem b.& opus ipsius quod in aequalitatem iam est redactum d.q; si hoc pacto non esset repassio,non esset sane societas.

Societas ex diuersis artificibus fit.

Indigentia. Nũmus.

Agricola	A	Sutor	B
Alimentum.	C	Calcei	D

¶Ipsam autem indigentiam continere,vt quiddam vnum,hoc sane declarat . Cum enim aut ambo sese non indigent mutuo,aut alter:non fit permutatio,sicut fit,cum eius quispiam indiget quod habet ipse:vt vini,pro quo dat ille triticum exportandum. Oportet igitur hęc redigi ad qualitatem.quod si nunc non indigeat:nũmus quasi vas intercedit pro permutatione futura:eam si ipsa indiguerit fore.Liceat enim oportet hunc afferenti accipere.Patitur igitur idem & ipse.Non enim semper ęquale potest:attamen magis ipse persistere solet.Iccirco diffinitę sint precio res omnes oportet:sic enim erit permutatio semper:quę si si erit,societas erit.Numus igitur(vt mensura)res ipsas metiendo,redigit ad

Vas.

Precio ęstimãda res.

Permutatio.


ęqualitatem. Et enim neq; societas fuerit sine permutatione: neq; permutatio sine aequalita
te: neq; ęqualitas sine communi mensura. Atque re quidem vera fieri nequit vt ea quę ad
eam differunt, conueniant communi mensura: attamen ratione indigētia satis fieri potest.
vnum quid igitur esse oportet atq; hoc ex suppositione. Quapropter nūmus vocatur. Hic
enim facit vt omnia mensura conueniant, mensurantur enim omnia nummo. Sit domus
Numus. quidem a, vncię autem decem b: & lectica collocetur in c. Atq; a quidem dimidium sit ip-
sius b: vt precium domus quinq; vncię sint: aut ęquale: c autem id est lectica sit pars deci-
ma ipsius b. Patet igitur quod lecticę domui sunt ęquales, sunt enim quinq;.

A	Domus	B	Vncię decem	C	Lectica.
Vncię. V.					Vncia. i.

Hoc autem modo permutatio erat, anteq̃ esset nūmus. Nihil enim interest siue lectia
cę quinq;, siue precium quinq; lecticarum detur pro domo. ¶ Dictum est igitur quidnam
sit iustum atq; iniustum. His autem determinatis: constat iuris actionem medium inter
hęc esse: agere inquā ac pati iniuriam. Alterum enim est plus habere: alterum minus. Iusti
tia autem non eodem modo quo priores virtutes mediocritas est: sed quia medii est: hoc est
Iusticia. ęqui. In iustitia autē extremorū. Et iustitia quidem est qua iustus dicitur electione actiuus
iusti: atque distributiuus: & sibiipsi ad aliū: ac alii ad aliū: non hoc pacto vt cōmodi quidē
plus sibi tribuat & proximo min⁹: in cōmodi autem contra: sed ęqui, quod ex cōparatione
rationū emergit: & alii simili modo ad aliū. Iustitia autē contraria iniusti. Hoc autē est exu
peratio & defectio cōmodi vel incōmodi cōtra comparationē rationum. Quapropter iniu
stitia exuperatio est & defectio, quia est exuperationis & defectionis: in se quidem exupera
tionis eius quod est incōmodum: in aliis autē in toto quidem similiter: eius profecto quod
a cōparatiōe rationū exorbitat: vt contigerit. Iniuria autem minor quidem est iniuriam pa
ti: maior autem iniuriam facere. De iustitia igitur ac iniustitia: quęnam sit vtriusq; natu-
ra, sit dictum hoc modo. Similiter & de iusto vniuersaliter atq; iniusto.

Videtur autem &c. Prima huius capitis conclusio. Pythagorici non bene diffiniunt iustum simpli-
citer repassionem. Repati autem est omnino simile pati illi quod alteri feceris vt est lex talionis
moysaica lege. Probatur hęc conclusio, primo, nā repassio nec ad iustitiam distributiuam nec ad iu
stum emendandi gratia accommodatur, tametsi repassionem rhadamāri iustū esse dicāt. Fuit autē rhada-
mantus rex Lycię Iouis ac Europae filius seruātissimus aequi, hinc a poetis fingitur apud inferos culpas
nocentū explorare. Postea hesiodica carmina memorat quę sunt.
Si quę quis faciat, eadem patiatur & ipse.
Iudicium rectum fuerit vindictaq; recta.
Probat q; nec contrapassi lex valet in iustitia distributiua aut commutatiua: licet ille legislator rhada-
mantus eiusdem sententię fuerit cum Pythagoricis vt Hesiodus vates canit. Nam si quis magistratū ge-
rit & quempiā percusserit, nō ęquū est eum repercuti. Pari forma, hoc est cum secundo si aliquis magistra-
tum gerentem pulsauerit, is non modo repulsandus est, verum etiā extremo supplicio afficiendus. Tertio
similiter si quis sua sponte aliquid cōmiserit, & alter simile inuitus commiserit: non ambo repati debent
similiter. Plurimum enim refert quempiā sponte sua vel inuitū quic q̃ committere: illic repassum ma-
net idem si similiter puniantur, et iustum non manet idem: ergo iustum & contrapassum siue repassum
Dubi. nō sunt idem conuertibiliter. propterea ciuitates refugij erant in terra promissionis pro ijs qui inciden-
ter ac calefacti occiderant: ac qui odio cōcitati, deliberato animo acciderunt, a cornu altaris auellebantur,
Deuteronomij. 19. Et cōsentanee ad hoc immunitatē ecclesię pontifex maximus stabiliuit. Dubitaē. Nā in
capite precedēti philosoph⁹ dixit q; in iustitia cōmutatiua nō cōsideraē diuersa cōditio psonarū, & q; nō re
fert si prauus studiosum rebus suis priuauit an econuerso, nūc aūt oppositū docet. Respōsio. In illis mēsuraē
Rūsio. nocumētū secūdū rē substractā. In fortunis eñ idem est si nobilis a me subtraxit centum acsi ignobilis: sed
cum iniuria est personalis tunc quātitas nocumenti considatur secundum circūstantiā personę. Vel dicas
q; licet punitio sit inęqualis, satisfactio cū in hac iniustitia potest esse ęqualis. Plus punitur subtrahens cali
cem a templo, q̃ inueniens & non restituens tantūdem argenti a pertranseunte perditi: hi tñ duo ad ęqua
lem restitutionem arcentur & inęqualiter puniuntur. In principis percussione tota respublica, cuius ipse
est caput, lęditur. Postea declarat quomodo iustum commutatiuum & contrapassum sunt idem. Ibi sed
in societatibus commerciorum &c. Intendit dicere q; iustum commutatiuum continet in se contrapassio
nem non secundum ęqualitatem, sed secundum proportionem. Et si dicas. In iustitia commutatiua me-
dium accipitur non secundum proportionem geometricam, quę in proportionis ęqualitate consistit: sed
secundum proportionem arithmeticam, quę in quantitatis ęqualitate consistit. Respōdetur sicut nuper-
rime responsum est, q; circa iustitiam quę est circa res exteriores, semper oportet esse ęqualitatem rei ad
rem, sed non actionis & passionis, quod contrapassum denotat. vt vnius artificis actio est maior q̃ alterius.
Hec actio sicut domificatio est maior q̃ ferrum super equum tuum imponere. Conclusionem propositā

sic probat. Iustum commutatiuũ continet illud per quod ciues tranquille cõuiuũt: sed hoc fit secũdũ conclusionem quam probare satagimos: igitur. Consequẽtia liquet cum maiore. Minor sic probatur. Si vnus ciuis nonnihil pro alio ciue facit alius elaborat facere pro eodem proportionabiliter. Ecce literam. Sed in societatibus cõmerciorum, hoc est commotationum tale iustum est repassio per cõparationem rationum & non per æqualitatem continet ciuitatem: quia vnius opus est alterius opere præstabilius, vt patet de portãte grossos lapides ad ædificium & de lapides preciosos præparante. Tũc optime cõseruatur tranquillitas in ciuitate cum retributio fit vt comparatio flagitat rationũ: nam homines reddere malum quęrunt, hoc est homines lęsi malum pœnę lędẽtibus infligi optant, quod nisi fiat videbitur seruitus & plusq̃ seruitus. Sic de beneficis dicatur, hoc est qui beneficia in alios cõtulerunt, quærunt sibi reddi & rependi beneficium. Et illud est æquum. quod iusti rependant seruitus videtur esse, vt beneficia alijs conferentes alia non recipiant. His, scilicet mulctando sontes ac beneficis rependendo vices, ciuitatum concordia conseruatur. Veteri deuerbio dicunt. Manus manum fricat. Sine recompensatione beneficia e medio tolluntur. Famulus salarium capiens gratuitum beneficium haud accipit: at si beneficium susceperit maiore sedulitate atq; promptitudine eum famulari addecet: si secus fecerit amicitię cõditionem violat. Quamobrẽ Gratiarum templum in media ciuitate & non in suburbijs construũt, vt beneficiorum meminerint, hoc enim Gratiæ peculiare est. Nam is qui suscepit beneficium subministret vicissim oportet: & qui minus contulit rursus auspicetur conferre. Illam retributionem valoris facit quædam coniunctio sumpta secundum diametrum. Fac vnũ quadratum cũ duplici diametro: ponatur A ædificator in vno angulo quadrati, & super eandem lineam in angulo respondente ponatur B sutor: & domus C respõdeat B in angulo contradictorio, & sic D calcei ipsi A, vt patet in hac figura marginea. Tunc dicas, sicut se habet faber tignarius ad sutorem, ita domus ad calceum: at faber ad sutorem habet rationem duplã: proinde talis proportio inter domos calceosq; est obseruanda. Tunc si vnius artificis opus sit alterius æquale seruatur iustũ, nõ secundum quantitatem rei ad rem: quia centum calcei fortasse non valent constructionem huius domunculę: tamen secũdum proportionalitatem æquari possunt. Tot ponentur calcei quot ad ædificatoris operã valebunt: & tũc erit iusta repassio. Alioqui neq; est æquum, neq; constabit societas. Nihil enim vetat opus vnius esse pręstabilius opere alterius. Aduocatus aut scriba pro literis signandis plus lucri in die consequitur q̃ sutor fortasse in mense. Oportet tamen illa æquare, vt sit proportionabile lucrum hincinde. Est autẽ hoc & in alijs artibus. Nam artes vtiq; interirent nisi faceret faciens quãtum & quale ac patiens patietur, hoc est tantũ & tale. Dicamus clarius sic. Nisi agens ageret tãtũ & tale per seipsum vel per alium quantum & quale ipse patiens passus est, id est recepit hoc, artes e medio tollerentur. Confereos artificium est dans: & ille idem recipiens est patiens. Duo enim eiusdem artis non permutant sua opera mutuo, vt medici inter se: sed medicus & agricola, & ex diuersis omnino ac inæqualibus, verum hæc redigantur ad æqualitatem oportet. Posthæc ponit corollariũ dicens. Quęcũq; permutantur ad inuicem debent quodammodo adæquari inter se, secũdum proportionem valoris ipsorum. ¶ Alia conclusio. Commerciorum gratia nummus in hominũ vsum inductus est, vt sit medium commotandi. Primo enim omnia commutabilia mensurat nũmus, quare excessionem & defectionem. Vt si calceus valet duodecim nũmos & liber. 24. cognoscitur liber in proportione dupla melior calceo. Hoc etiã numismate inuenire potes, quot calcei valeant opus domificatoris in hac domo extruenda. Si enim domõ constructam quatuor aureis habeam & quingenti calcei. 4. aureis habeantur, concludo illum calceorum numerum æquiualere domus structuræ. Est enim commonis animi conceptio. Quæ æquantur vni tertio, æquantur inter se: at hæc duo opificia talibus nummis æquantur: proinde inter se æquantur. Successu temporis nũmorum vsus est introductus. Nummo æreo populus Romanus vsq; ad dies Pyrrhi regis vsus est: tũc argenteum cudit & post victam Carthaginem aureum signauit nũmũ. ¶ Alia conclusio. Indigentia humana quæ omnia continet commutabilia, & cuius gratia omnia commutantur, est vera & naturalis commutabilium mẽsura. Tempore messis sub falce annona est carior q̃ granis de nouo lectis. & tempore belli arma cara, pacis tempore minoris veneunt. Probatur primo hæc conclusio. Nam si non indigeant homines aut non similiter egeant, vel nõ erit permutatio vel nõ eadem, sed aliorum quibus egẽt. Tempore belli artifex eget tritico & agricola armis, similiter egent suis operibus. Si nõ esset hæc mutua indigẽtia nõ fieret hæc permutatio. Secũdo. propter cõmutationem causa necessitatis nũmus ex instituto factus est, vt pro indigentia cõmutabilium fieret, & propterea nomen hoc habet q nõ a natura constat, sed positiua lege. Nũmus a nomo vacabulo græco legem significãte nomen accepit. Et in nobis est sitũ ipsum mutare & inutilem facere, vt sępius fit. Et cõmutabilium repassio tum erit iusta cũ ipsa cõmutabilia redacta fuerint in æqualitatem, vt si quod fuerit sutor ad agricolam, hoc sit agricolę opus ad sutorẽ. Simile erit sutoris opus ad agricolam: & cum permutare voluerint, cõducit vt cõmutabilia in figura comparationis rationum ducant: & ipsum medium venentur: alloqui cõtinget alterum extremorũ vtrũq; excessum habere in nobilitate & caritate. Aliquis est artifex rarus propterea carus: nã omnia



rara (vt inquiūt) cara. Vt politor lapidum preciosorū, quia de suo artificio degit & rarenter ei operis locatio occurrit, vt operam suā carius vendat necesse est. Similiter opus rei arduę est carum, vt opus aduocati qui pro dominijs & amplis possessionibus litem arcere solet. Requiritur enim illic ingeniū cum literis: quare carus est. Vult philosophus ergo dicere ꝙ nisi sit cōparatio rationū alterutrū extremū habebit excessum in raritate & preciositate: sed dum sua habent sic socij & æquales sunt. In litera ponit quadratum cum duplici diametro locando artifices, vt superius ex priore figura res est peruia.

¶ Alia cōclusio. Indigentia est quid vnū præcipuū quo cōmutatio cōtinetur & cōseruatur, hoc sic declarat. Nam dum ambo se mutuo nō egent, aut alter altero nō eget, nō fit permutatio, quēadmodum fit quando aliquis eius indiget cuius copiā alter penes se habet, vt vini pro quo cōmutet triticū exportādum si alter egeat. Verūtamē oportet hęc ad æqualitatem redigi. Q si nūc nō egeat sed in posterū egebit vt ipse in Iunio emo ligna pro hyeme, & cōmutationē facere sit opus: nummo quasi vas siue fideiussor pro cōmutatione futura faciēda intercedit. Pecuniæ obediūt oīa, ait Sapiens, & oportet, vt liceat afferenti nūmū accipere illud quo eget. Post hæc incidētem quæstionem euacuat. Diceret quispiā: nō semper est indigētia, nūmus enim tāq̄ fideiussor pro futura indigētia mediabit: nummus autē variatur sicut emenda. Hoc soluens ait. Plus tamen eius valor q̄ aliarum rerum persistit.

¶ Alia cōclusio. Res omnes quæ in cōmutationē cadūt precio & nūmi æstimatione præfiniri debent quippe sic permutatio permanebit: quę si durauerit, societas erit, & nummus vt mensura res ipsas ad æqualitatē rediget. ¶ Alia cōclusio. Æstimatio rerū in vna cōmuni mēsura nō fit pro veritate rerū, sed ex instituto & suppositione, hoc est dispositione & hominū ordinatione: pro modo & indigentiæ ratione. Nam reuera fieri nequit atq; secūdū veritatē, quæ adeo differūt, vt pānus, vinū, libri, cōueniāt cōmuni mensura, sed indigentiæ ratione satis illud fieri potest. Aliquid igitur vnū, qđ cōmunis mēsura sit esse operępreciū est: sed hoc quidē ex hominū instituto atq; suppositione progreditur: & propterea nūmus vocatur. Facit enim nūmus vt omnia mensura conueniāt. Mensurātur enim omnia nūmo. Æstimatio igitur rerū fit eodē modo quo dictū est. Vt verbi causa, sit domus A, B decem vnciæ siue minæ. C vero lectica. Sit A medietas ipsius B, ita vt precium domus quinq; sint vnciæ siue minæ, & quinq; vncijs æquale, C autē hoc est lectica sit pars decima ipsius B, ex cōmuni mensura B, protinus deprehēditur quot lecticę domui sunt æquales: sunt enim quinq;. Hac enim via permutatio fiebat anteq̄ percussus esset nūmus. Et nihil interest siue lecticæ quinq; siue quinq; vnciæ, preciū quidē quinq; lecticarū pro opificio domus tribuitur. Lectica est sedes aut cathedra in qua olim opulenti deferebātur. Sed quid iustum quidve iniustum dictum est hactenus.

¶ Alia conclusio. Iusta operatio mediū est inter iniuriā facere & iniuriam pati. Nam mediū est inter plus & minus: alterum est plus habere, & alterum minus: iuris autem actio inter illa versatur.

¶ Alia cōclusio. Iustitia nō ea via qua priores virtutes mediū est, sed mediocritas ideo dicēda est, ꝙ sit medium ipsius æqui ad sensum vnius dubitationis sequentis. Iniustitia autē sub vno nomine extremorum vocatur. In alijs extremis sunt peculiaria nomina, atq; diuersa indita: hic autem vnica iniustitiæ appellatio persuasit. Et iustitia virtus est, qua iustus dicitur, actiuus iusti secūdum electionem, & sibiipsi quidē in ordine ad alium: & æquū alij tribuit in ordine ad alium, sese in hoc habituat vt iuste agat tam inter se & alios, q̄ inter alios & inter se. Non enim hoc pacto, vt compendij & lucri sibi plus applicet ac vicino minus, dispendij autem contra: sed æquitas quæ a ratione comparationū enascitur pari modo facit alij respectu alterius. Iniustititia in commodis sibi excessum retinet, vt de molitore carstairs nostri produnt. Is molitor partem molendino debitam largam sibi assumere consueuit, ita ꝙ illius auiditas in prouerbium sit versa. In tributo soluendo minus sibi desumit. In alijs autem in toto, nunc vni parti exuperationem, alij defectionem applicat, & sic a vera rationū cōparatione exorbitat, vt cōtigit ei gratia lucri, odij, amoris, aut alterius praui affectus. Iniuriam pati est minus malū immo est solum malum poenæ, nisi ipse sit culpabilis causa quare minus habeat. At iniuriam facere est deterius. Pati dispendium est materia patientiæ. Nemo in bonis animæ læditur nisi a seipso.

Dub. ¶ Dubitatur, an indigentia sit mensura commutabiliū, sicut dicit philosophus. Ex illo enim sequit̃ ꝙ pauper carius emet frumētum q̄ locuples, cum plus egeat. Secūdo, multa sunt cara quibus parum
Responsio. indigemus, vt lapides preciosi: ergo indigentia nō est mensura cōmutabilium. Respōdetur ad prius ꝙ indigentia cōmunis & nō istius vel illius hominis metitur valorem commutabilium, vinū post destructas vites carius venit Parisij q̄ alio tēpore. Pari iure pœnuria frumenti triticū carū efficit nōnunq̄ mus carissime venditur. Cassilinatū vnus arcta obsidione pressus inualescēte fame murem ducētis drachmis emit. venditor cuius præ fame mortuus est, emptor autē incolumis euasit, ita Strabo libro. 5. cōmemorat. Belliger Hannibal id tēporis Cassilinū arcta corona circūcinxit: itaq; annonę caritas ac copia rerū venaliū mercatū variū totius multitudinis reddit. Ad secundū dicitur, ꝙ opulenti his preciosis lapidibus egent pro voluptate nōnunq̄ honesta, & plures anxietates sane habent q̄ inopes, quia talibus etiā egent: nō ad luxum vt Cleopatra quæ vnionē vna cœna aceto liquefactum
Dub. vorauit, multa milia valētē. ¶ Secūdo dubitatur, an pecunia sit mutabilis quo ad depressionē aut eleuationē vel diminutionē sine peccato. Tertio, an iustitia habeat extrema. Quarto videtur ꝙ Aristoteles impugnādo cōtrapassum legem talionis quōdam in Mosaica lege licitam prohibeat. Quinto dubitatur, quoniā nūmus est mediū cōmutationis, an vendens exorbitās a latitudine iusti precij pec-
Ad secūdum dub. cet, & teneatur ad restitutionē. ¶ Ad secūdā dubitationē respōdetur, ꝙ diminuēs pecuniā sic ꝙ sit iniusti ponderis peccat & restituere tenetur lucrū inde proueniēs pauperibus, loco cōmunitatis. Peccat etiā scutū iniusti pōderis loco iusti pōderis dādo, & supplere qđ deest tenet̃. Et licet tale scutū tāq̄ iustę

mensure acceperit nõ potest ipsum alteri dare tã̄ iustũ. Licet eñ ego sim deceptus ab vno nõ tamen
possum circũuenire proximũ ipsum decipiẽdo. Tarfariĩ aũt in pecunia cudenda exorbitãt. Primo so-
phisticã imaginẽ regis insculpẽtes, & tũc in forma deuiãt. Secũdo, in materia exorbitant cuprũ argẽ-
to im mixtũ pro syncero argẽto fabricãtes. Tertio, in mẽsura põderis delinquũt. Superiores & princi-
pes preterea conẽtur pecuniã seu monetã inuariatã manutenere. Illius eñ notabilis ascẽsus est indi-
ciũ futuri descensus qui est ascẽsu nociuior. In ascẽsu habẽtes scutatos aut alios aureos suplucrantur:
descensus autẽ aliquibus est perniciosus nulli commodus. immo multis dispẽdiosus: quocirca eius in
nihilũ reductio reipublicę plurimũ obest. Inter reliquos Anglorũ politiã in hoc laudo qui nullã pe-
cuniã diuersam ab auro atq; argento puro admittũt etiã in iusta quãtitate, ita q̃ huiusmodi metallũ
in moneta nõ molto carius venditur q̃ ipsum sine forma artificiali. ¶ Ad tertiã dubitationẽ affir- Ad tertiũ.
matiue respondet: Habet eñ iniustitiã in excessu notũ est: sed q̃ habeat etiã defectũ probat sic. Episco-
pus potest cõferre potiꝰ sacerdotia suis cõsanguineis q̃ extraneis & aequaliter supposita aequali idonei-
tate personarũ ad inseruiẽdũ in vinea domini Sabaoth: & potest dare minꝰ suis etiã idoneis q̃ extra-
neis etiã secluso scandalo. In vltimo mẽbro a latitudine iustitię deficit, sicut in primo mẽbro iustitiã
trãscẽdit. In secũdo mẽbro iuste operat: ergo in iusto distributiuo dãtur extrema vitia. Hoc ipsum in
iustitia cõmutatiua & cõmercioꝝ emẽdatiua probo. Primo diuidẽdo inter Socratẽ & Platonẽ deceptũ
a Socrate in decẽ: nõ facio Socratẽ resercire damnũ totaliter. s. decẽ, sed solũ quinq; : ergo illic deficio.
Insup possum minus mihi accipere q̃ ratio efflagitat & cõtra rectã rationẽ, sic. s. q̃ nõ habeo fortunas
mihi & meis necessarias: & quia in hoc sum nimis lenis do occasionem alijs me meosq; inquietandi.
Item omissiue in iustitia sicut in liberalitate peccare possum. Item homo potest nõ reprimere iniuriã
quãdo ratio flagitat eã esse abolendã: & tũc peccat. Propterea Aristoteles in fine huius capitis ait, in-
iuriã pati est minꝰ q̃ iniuriã facere. Preterea rex aliquos cõsentanee ad rationẽ punire potest, aliquos
plus aliquos vero minus q̃ oporteat. Cõtra. Aristoteles innuit oppositũ in fine literę nec nominat
vitiũ in deficiẽdo, sicut fecit in liberalitate & in alijs. Respõsio nõ cõtrariat illis duobꝰ. s. iniuriã pati &
iniustũ facere tã̄ vitijs cũ iniuriã pati sit poena nõ culpa. Et quia raro mediũ in deficiẽdo est in vsu
saltẽ erga hominẽ, sumus eñ nimis nobis indigẽtes, ideo illud vitium rarẽtius est nominatũ, sicut
de insensibilitate cõtingit. Possumus tñ extremũ in deficiẽdo parũ fodiendo inuenire. Insuper nõ est
mediocritas hic sicut inter alias virtutes: quia est ad aliũ, nõ aũt p̃cedẽtes virtutes ante quintũ librũ.
¶ Ad quartũ dicit, q̃ nõ absolute philosophus cõtra passum impugnat, sed ad mentẽ Pythagoricoꝝ.
Hebręi eñ ex lege circũstãtias personatũ librabãt. Si eñ quis a Salomone aut Dauide alterũ oculorũ Ad quartũ.
eruisset, nõ fuisset solo lumine orbatus, sed diris cruciatibus affectus. ¶ Ad quintã dubitationẽ respõ-
detur affirmatiue: sed bene cape latitudinẽ iusti precij quę nõ est indiuisibilis vt superiꝰ meminimus. Ad quintũ.
Eiusdẽ pãni vltra triginta. 31. & 32. vęnit. Suppono peritos mercatores dicere quodlibet hoꝝ precioꝝ
nõ recedere a medio: & vltro citroq; dicũt exorbitationẽ: tũc notũ est q̃ recedẽs ab illa tota latitudi-
ne iniuste agit, & alter est falsus, sed iudicis est lucrum a circũueniẽte capere, & ipsum dare grauato &
redigere ad aequalitatẽ: ergo secũdũ Aristotelẽ requirit restitutio: & illud est verũ vbiq; in foro cõsciẽ-
tię. Si ignorãtia excuset tũc remanet latitudo precij in valore ad tẽpus quousq; ratio illius deceptio-
nis cõstiterit: tũc eñ nõ est amplius ignoratio p̃babilis, sed vincibilis ignorãtia: licet in foro cõtradi-
ctorio nõ est restitutio nisi fuerit vltra medietatẽ iusti precij. Matthęi. 7. Omnia quęcũq; vultis vt fa-
ciãt vobis homines & vos facite illis. Nemo est qui vellet iustũ preciũ nõ seruari & decipi: ergo nec de-
bet aliũ decipere. ¶ Cõtra hãc resolutionẽ argumẽtor sic. Aliquis est mercator domiciliũ mutaturꝰ, ac-
cedit ad te offerẽs pãnũ minoris q̃ similis valet in foro, quia est pecuniarũ indigus & noceret ei rẽ suã Obiectiões.
vęnalem secũ deferre vt negociatores faciũt post nũdinas: tunc sic. Tu minus das pro hoc pãno q̃ in
foro valet, & tñ nõ teneris ad restitutionẽ, cũ multi etiã probi in hoc cõscientiã nõ faciãt. Secũdo, vęn-
dens equũ illius errorẽ vel defectũ nõ propalat, & tñ in veritate capit vltra latitudinẽ iusti precij, igit.
Maior patet. 3. Officioꝝ. Quid vero stultius q̃ venditorẽ eius rei quã vęndit vitia narrare? Quid autẽ
tã absurdũ q̃ si domini iussu preco prędicet domũ pestilẽtẽ vęndo. Tertio, pro equo meo in foro aegre
decẽ aureos haberem, cuius probitatẽ iã magno tẽpore noui, nũq̃ cadit, rarissime nutat, est gradarius
molliter ingrediens, licet mihi tenere me indemnẽ, nollẽ eo carere pro viginti, quẽ tua importuni-
tate me cogis vęndere, tũc capio vltra latitudinem iusti precij & tñ nõ teneor restituere. At forrasse
dicis, & recte, licitũ est mihi cõsulere indẽnitati meę. Contra: ergo pari ratione aromatarius pro dosi
potest capere viginti aureos cũ emptoris vita ea seruetur. ¶ Ad primã harũ triũ rationũ respõdet, q̃
res oblata videtur hominũ iudicio minus valere, dũ igit do tibi tãtũ quãtũ habere potes cõmuniter Ad primã.
ab alio, nihil mali est: quãdo res est subhastata & clamatur publice in foro vt fit Parisijs, & in alijs locis
tũc minus datur pro re ipsa q̃ si expeteret. Solutio in vęnditione sufficit dare secũdũ preciũ tũc currẽs
impositũ a iudice vęndẽte: nec interest si illa bona sint pauperis in necessitate positi, qui difficulter &
cũ dolore talia vęndit: sat est mihi dare preciũ qd alius daret cũ tali circũstãtia. Displicet viro vęndere
agros a maioribus relictos, mihi autẽ sufficit dare preciũ cõmune currens in regione illa pro illis: nõ
eñ cogo eũ ita vęndere. ¶ Ad secũdã respõdet, q̃ debeo defectus equi occultos manifestare & patentes
si nõ aduertat: signãter si nõ esset rẽ empturus si defectum cognosceret. Vnde Ambrosius in libris de Ad secũdã.
Offi. In cõtractibus vitia eoꝝ quę vęneunt prodi iubẽtur, aut nisi intimauerit vęnditor q̃uis in ius
emptoris transierint, doli actione vacuãtur. si eñ esset empturus equũ cum errore quẽ habet & nimis
diminuturus de precio si errorẽ cognosceret, nõ est necesse ei erratũ detegere: modici vitij iacturã per
depressionẽ solutionis diminuã: immo nõ cõdemno virũ qui occultat defectus equi dũ scit equũ tãtũ

emptori valere & ꝙ tātū dabit ei iterato in foro. Nō mihi placet claudicatio aut aliud vitiū equi mei propterea volo cōsulere indemnitati meæ, alij nō faciēdo iniuriā. dūmodo tantūdē habere potest in foro. Illud dictū in. 3. Officioꝝ nō est Marci Tullij, sed Diogenis Babylonij sentētia, quā Tullius non sequitur. **Ad tertiam.** ℂ Ad tertiū argumētū sufficiēter inter arguēdū ad finē vsqꝫ respōsum est. Licet eñ vendenti cōsulere indēnitati suę, & nō alienare rē quā sic diligit nisi leuato precio vt habeat ita acceptabile sicut displicibile est ei allatū. Nō tamē in illo trāscēdat. De emēte nō est verū, ad emētis enim cōmodū nō habebiꝛ respectus, sed ad forū. Nec etiā quoad vēdētē nisi cōsulēdo iacturę suę. Ex isto sequitur ꝙ negociatio est admodū periculosa quādo res vēditur sine mēsura. Et iterū alia est peccatoꝝ implicatio dū vēdiꝛ mala mēsura. Vlterius sequiꝛ iniuste esse dictū res tāti valet quāti vēdi potest, nisi subintelligaꝛ quāti iuste vēdi potest. **Dub. sextū.** ℂ Sexto dubitaꝛ, quia videꝛ ex litera sequi, ꝙ omne peccatū in deū cōmissum est infinitę grauitatis: patet, quia peccare cōtra superiorē semp est grauius q̄ in inferiorē: & quolibet homine dato, deus infinitos illū in nobilitate & bonitate trāscendētes creare potest: hoc supposito, tūc percutiēs superiorē semp, magis peccabit tūc vnūquēqꝫ istoꝝ pulset aliqs: quo facto in infinitū grauiter aliquis istoꝝ peccabit. Nō datur maximū peccatū inter pulsantes sicut nō datur supremus istoꝝ percussoꝝ: & percutiēs Christū plus peccat q̄ istoꝝ aliquis: ergo infinite peccat eū pulsans: ergo **Responsio.** debetur tali pulsationi infinita poena: cōsequēs est falsum, ergo & antecedens. Respondeo breuiter admittendo omnia quæ ponūtur & tñ negādo cōsequētiā: cōcedo eñ ꝙ infinite grauiter aliquis in illa multitudine peccat, & pulsans Christū quia est deus, grauius q̄ aliquis istoꝝ peccat ob personæ nobilitatē: sed nō sequitur ꝙ infinite peccet capiendo infinitum categoreumatice.

Tract. II. Cap. I. & Lib. V. Cap. VI.



Vm autē fieri possit, vt iniuriā quispiā faciat, & nondū sit ipse iniustus: qualesnam iniurias quispiam faciēs vnaquaqꝫ iniustitia iam est iniustus: fur inquam vel adulter, vel latro. An hoc modo nihil interfuerit. Etenim fieri potest vt quispiā coeat cū muliere sciens cū qua coit. sed non ob electionis principiū: sed ob affectū. Atqꝫ iniuriā quidē agit, sed iniustus nō est: veluti neqꝫ fur, furatus est tamen: neqꝫ adulter, adulteriū tamen fecit: & eodē de cęteris modo. Quomodo igitur sese habet ad ipsum iustū repassio: dictū est antea. Oportet autem nō latere: iustū quod nūc quęritur, id esse quod est simpliciter iustū: ipsum inquā iustum **Iustū ciuile.** ciuile. Hoc autē est inter socios vitæ, vt sit sufficientia liberorū, atqꝫ æqualiū, aut in cōparatiōe, ratione cōsistens aut in numero. Quare in quibus hoc nō est inter eos ciuile iustum nō est: sed quoddā iustū & per similitudinē quādā. In iis enim est iustū, quibus inter se ponitur lex. Lex autē iis poni solet, in quibus est iniustitia. Iudiciū eñ diiudicatio est iusti atqꝫ iniusti. In quibus vero est iniustitia in iis est etiā iniuriā facere. Sed nō in omnibus est iniustitia, in quibus est iniuriā facere. Hoc autē est plus qdē ex simpliciter bonis: minus autē ex simpliciter malis, sibi tribuere. Iccirco nō sinimus hominē dominari, sed rationē: quia sibi ipsi id facit: & fit tyrānus. Magistratus autem custos est iusti, & si iusti, & æqui. Atqꝫ quia nihil sibiipsi plus tribuēdū esse cēset, si est iustus (ex simpliciter enim bono plus sibi non tribuit nisi comparatione rationū sit ad ipsum accōmodatū) ideo alii nō sibiipsi laborat. Atqꝫ ob idipsum: alienū bonū inquiūt iustitiā esse, sicut & antea diximus. Merces ergo q̄dā tribuēda est ipsi honos inquā & prēmiū. Sed quibus hęc nō sufficiūt, ii fiūt tyrāni. Herile autē paternūqꝫ iustū nō idē, sed his est simile. Non est enim iniustitia ad sua simpliciter: id autē quod possidetur, & filius quādiu sit tantillus & nō separatus, vt pars ipsius est patris. **Filiusfa. Iniustitia nō est ad seipm.** Se vero nemo vult lędere. quapropter nō est ad seipsum iniustitia. Neqꝫ ergo iustum, neqꝫ iniustū ciuile. Est enim lege atqꝫ in iis est, in quibus lex esse potest. Qui quidē ii sunt qbus inest æqualitas imperādi atqꝫ parendi. Iccirco magis ad vxorē iustū esse videtur q̄ ad filios, & ea quę possidētur. Hoc enim est rei familiaris iustū: verū & hoc aliud est a ciuili.

CVm autē fieri possit. Hic de subiecto iniustitię loquitur docēs quis sit iniustus: & proponit quęstionē cū causa dubitandi. Questio est hęc. Quoniā fieri potest vt iniuriā quis faciat & nondū sit iniustus: ob quas igitur iniurias quis est iniustus? Et hoc quęritur vniuersaliter circa vnāquāqꝫ iniustitiā: puta quādo faciēs quis furtū est fur: stat eñ capere alienū in necessitate, & tamē talis non est fur: & quale latrocinū quis faciens dicetur latro. Potest etiā cōiugatā cognoscere ex ignorātia inuincibili, aut vincibili cū parua culpa: & tūc nō erit adulter: licet adulteriū cōmittat. An id quidem nihil refert qualitercūqꝫ sit factū ipsum denominabit iniustū, furē, latronē, & adulterū. ℂ Prima conclusio. Quas iniurias quis faciat vt iniustus dicatur aut nō dicaꝛ interest. Nā fieri potest vt quis cū muliere dormiat sciens cū qua venerem exercet & nō ex electione, sed ex affectu ac perturbatione faciat: quare

talis iniustus nō est:sed iniuriā agit. Pari forma nec fur est cōtinuo quilibet qui altero inuito clanculū rem surripuit. Neq; omnis est adulter qui alterius thoro se implicat, sed solū ille qui istas iniurias ex habitu & electione committit, is iniustus est. ergo interest quas quis admittit iniurias vt iniustus aut nō, dicatur. ¶ Secūda questio quā absoluere cū eis cōuenit. s. qualiter cōtra passum se habeat ad iustum superius diluta est. At nūc de iusto simpliciter quid ipsum sit queratur. Diffinit ipsum dicēs simpliciter iustū siue absq; addito est iustū ciuile & politicū: & est iustū quod inter socios vite atq; coequales versatur, vt bonoꝝ sit copia inter eos qui liberā viuūt vitā & in vita sunt equales, quia dominoꝝ ad seruos nō est politicū iustū, sed dominatiuū, vt paulo mox dicet: nec est personarū inequaliū quarum vna naturali ordine vel ciuiliter alteri est subiugata, sicut filius patri. Tale em̄ nō est politicū iustū, sed paternū. Iustū politicū nūc in geometrica rationū cōparatione quātū ad iustū distributiuū, aut in numero, hoc est vbi est equalis numeri excessus, hoc est arithmetica ꝓportionalitate, vt in iusto cōmutatiuo: quocirca in quibus nō inuenitur libertas & equalitas, inter eos nō est iustū ciuile: licet in illis inueniat iustū p similitudinē, vt dominatiuū vel paternū. ¶ Alia cōclusio. Iustū ciuile inter eos est in quos lex & iustitia cadit: nā iis iustū ciuile ordinat quibus ponit lex. Lex autē ponit iis in quos iustitia cadit. Est enim iudiciū qd a lege prouenit diiudicatio siue vindicta iusti & iniusti: sed vbicūq; iniustitia est illic est iniuriā facere: licet nō cōtra vniuersaliter. Est enim iniuriā facere plus ex simpliciter bonis, minus vero ex simpliciter malis sibi tribuere: & pari forma alii ad alterum. Hoc est clare dicere, lex solū datur inter eos inter quos cōtingit esse iniustitiā: quia vindicta legis est legale iudiciū iusti & iniusti, quare vindicta legis presupponit litē inter eos ad quos fertur sup iusto & iniusto sub iure & iniuria: & inter eos qui nec liberi nec equales sunt nō est talis iniustitia, nec cōtentio de iusto & iniusto.

¶ Corollariū. Quapropter nō sinimus hominē dominari in ciuitate bene recta sed ratione. Nam si hominē secūdū suas affectiones dominari & principatū gerere permitteremus, plus sibi de simpliciter bonis, hoc est de honoribus & fortunis, & minus de simpliciter malis daret, & in illo dominatu foret tyrānus. Magistratus autē vt Praetor, Consul, qui sic dominatur, custos est iusti & ex consequēti equi.

¶ Alia conclusio. Magistratus aliis nō sibi laborat, cui honor & gloria in sua functione pro mercede sufficiūt. Probat. Nihil em̄ plus sibi dādū cēset ꝗ cōpartione rationū sue sorti obtigerit: ergo prorsus aliis ꝗ sibi insudat. Et hic nō ab re iustitiā alienū bonū appellat sicut primo capite huius libri retulimus.

¶ Alia cōclusio. Herile iustū hoc est dominicū atq; paternū nō coincidūt cū iusto politico, sed similitudinē cū eo habēt. Probat. Ad sua nō est absolute iniustitia: seruus qui abs te possidet est tuus: sermo est de seruo qui totaliter est in potestate domini qualem nullū Britānia, nec qd sciā, Francia nūc habet. At in cōtinēte pleriq; sunt tales pro quibus multi tituli in legibus ponūtur. Seruus ergo & filius ꝗdiu sit paruulus & nō separatus a patre est aliquid ipsius patris. Sc nemo vult ledere nec sibi nocere. Si em̄ quispiā ptē inficiētē totū abscindat in morbo, nō intēdit sese ledere sed sibi sospitatē quā potest vult tribuere: quapropter nō est ad seipsum iniustitia, & si esse potest iniustitia nō est iustū aut iniustū ciuile. Probat. Iustū ciuile est secundū legē vbi nata est esse lex. Tales sunt scita quibus equalitas cōpetit, quātū ad subiici & imperare. Loquit semper de equalitate libertatis & authoritatis saltē vicissim, nec sensim est talis subiectio, sicut heri ad seruū, aut patris ad filiū. Nō autē de equalitate generis aut opū. Propterea dicit litera. Neq; ergo iustū nec iniustū est ciuile: est em̄ lege atq; in iis in quibus lex esse potest, qui quidem ii sunt quibus equalitas imperandi atq; parendi inest.

¶ Alia cōclusio. Viri ad cōiugē magis videtur iustū ciuile ꝗ ad liberos. Probat. Vbi est minor subiectio vnius sub alio, ibi est maior equalitas, & p cōsequēs magis iustū: sed vxor est minus subiecta suo viro ꝗ filius patri aut seruus domino. Hinc ait in Postpredicamētis, ꝙ virū possidere vxorē est alienissimus modus habendi quū ab ea iterū habeatur: at viri ad vxorē est iustū oeconomicū, quia vir in sua familia sicut princeps in ciuitate praeest. Illud autē iustū si oeconomicum est aliud a iusto politico.

¶ Dubitatur, quid interest inter iustū ciuile, herile, & paternū. Respōdet, ꝙ in multis differūt. Primo, quātū ad materiā & obiectū: nā iustū ciuile est inter partes ciuitatis & inter ciues, hinc ciuile & politicū dicit. Alia dominia sunt inter ptes domus primo politice dicit Aristoteles, prime & minime ptes domus sunt dominus & seruus, vir & vxor, pater & filius: modo ciuitas & domus nō parū discrepāt. Secūdo iustū ciuile est inter diuisos in ꝓprietate & fortunarū vsu, & inter psonas equales: opposito modo est de aliis vti ipse in promptu siue relatione vlteriore vides. Legislator princeps nō solet regulariter punire facta inter patrē & natos, virū & vxorē, inter dominū & seruū: ppterea lex nō ponit inter eos. Dubium. Responsio.

Tract. II. Cap. II. & Lib. V. Cap. VII.



Iuilis autem iusti aliud est naturale, aliud legitimū. Et naturale quidem est quod vbiq; vim habet eandē: & nō quia videtur, vel nō videtur. Legitimū autē quod a principio qdē nihil refert, sic se an aliter habeat, cū vero positū fuerit, refert. Quale est, mina captiuos redimi, vel capram diis, sed non duas oues mactare: & etiā ea quae de singulis lege iubentur, vt sacra Brasidę facere, & quę publicis decretis instituūtur. Videntur autē quibusdam omnia talia esse. Propterea ꝙ omne quod natura constat immobile est, & vim eādē habet vbiq;. Sicut ignis hic & apud Persas vrit: iusta autē moueri vident. Verū hoc nō ita sese habet: sed aliquo modo. Atq; apud deos quidem, nihil vllo modo forsitan est quod ita Naturale. Legitimum. Ignis.

sese habet: apud nos autẽ est quidẽ aliquid, etiã natura cõstans mutabile, verum nõ omne. Attamẽ aliud est natura aliud nõ natura. Patet autẽ quidnã eorũ quæ possunt & aliter se habere, natura cõstat, & quid nõ: sed lege ac instituto: si ambo mutari similiter possunt & ad cętera, eadẽ accõmodabitur diffinitio. Dextera nãq; manus validior est lęua, natura. Et tamẽ fieri potest, vt omnes euadãt apti ad vtẽdũ manu sinistra perinde ac dextera. Iustorũ autẽ ea quę ex instituto sunt & ob vtilitatẽ, similia sunt mẽsuris. Nõ enim omnibus in locis æquales sunt vini triticiq; mẽsuræ: sed vbi quidẽ emũt maiores sunt, vbi autẽ vęndũt, minores. Similì modo & ea quę nõ naturalia sunt sed humana iusta: nõ eadẽ sunt vbiq;. Nam neq; respublicę, sed vna tãtũ vbiq; secũdũ naturã est ipsa optima. Vnũquodq; autẽ iustorũ, & legitimorũ vt vniuersale sese habet ad singula: etenim ea quę agũtur sunt multa. Vnũquodq; autẽ illorũ est vnũ: est enim vniuersale. Interest autẽ inter iniuriã & iniustũ, & inter ius & iustũ. Iniustũ enim est natura vel instituto. Id autẽ ipsum cũ actũ fuerit iniuria est: antea vero q̃ sit actũ, nullo modo est iniuria, sed iniustũ: pari modo & ius. Vocatur autem magis iusti actio ipsum cõmune: ius autem iniuriæ emendatio. Quæ vero, & quot species vniuscuiusq; ipsorũ sunt, & circa quæ versantur considerandum est postea.

Humana iusta.

Ciuilis autem iusti &c. Primo ponit diuisionẽ iustorũ ciuilium, nam aliud naturale est, primoq; naturale per effectũ & postea per causam manifestat. Dicit ergo est iustũ q᷈d vbiq; vigorẽ habet eũdẽ. Secũdo, per causam q᷈d oritur ex natura rei & nõ quia videatur ex hominũ opinatione: si sint opiniones nõ est iustũ naturale. Aliud vero legitimũ & est illõ q᷈d a primordio quidẽ nihil interest (vt pręscriptio in decẽnio) an sit an secus se habeat: cũ vero latũ fuerit interest vt captiuos mina hoc est duabus vncijs cũ semis redimere: hoc lege cautũ erat inter Lacedæmonios atq; Athenienses dũ inter se bella gererẽt, vtq; capra immoletur nõ duę oues: & singula quę lege lata sunt, vt sacra Brasidę facere pariter & publicia decretia instituta. Brasidas Lacedæmoniorum dux diuinos ob bene merita (vt Thucydides ait) meruit honores. Sępius Ethnici delusi suis benemeritis diuinos post obitũ tribuerũt honores, vt eos fama pperuarẽt qui tẽporis curriculo a posteris dij putati sunt. Hoc p̃libato ponit huius capitis Prima cõclusio, quę est hęc. Non omnia iusta lege & instituto cõstãt, omnia iusta lege positiua & instituto cõstare falso putãtur, ob idip̃m q; omne q᷈d natura cõstat immobile pmanet, & eãdẽ vim vbicũq; locorũ seruat. Velut ignis hic & apud Persas ardet: iusta autẽ mouẽtur. Patet. Nihil enĩ est magis naturale q̃ oratores in sua legatione esse tutos, & tamẽ Tyrij legatos Alexandri interemerũt. Pari quoq; modo naturale est reddere depositũ, sed furioso nõ reddit mucro, nec proditori patrię sua pecunia qua in patriã hostes excitet. Sed hæc ratio est inualida nec vbiq; verum cõtinet, q; omne q᷈d natura cõstat variabile nõ est: sed aliquo modo apud deos & corpora cęlestia nequaq̃ se habẽt aliter. Licet vnũ ponat deũ, vt patet. 12. Metaphysicę: loquit tñ hic vt plures de dijs. Sic scriptura loquit, Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes, excellẽtes homines significãs. Dijs nõ detrahes in lege, scribit. sed recte de deo loquit, q; est immutabilis. Iuxta illud. Tu autẽ idẽ ipse es, & anni tui non deficiẽt: & ipse nõ veterascit. Dei notitia est deus. 12. Metaphysicę: quare hæc cũ deo coincidẽs, est imutabilis. Sed apud nos est aliquid natura cõstana mutabile: vt in casu pręcedẽti ob hominis sani mutationẽ in amentiã, mutatur ius restituẽdi depositũ: immo iam nõ est ius. Sed nec omne ius est mutabile vt lex pręceptorũ negatiuorũ necessariorũ, vt nõ incassum iurare. propterea non oportet si iustũ naturale aliquod mutet, ipsum lege & instituto cõstare. Et propterea adhuc stat iuris partitio q; quoddã sit naturale quoddam vero legitimum: & non omnia instituto & lege positiua constare oportet.

¶ Quęstionẽ post hęc mouet, Quod igit iustorũ mutabiliũ natura cõstat, q᷈d nõ natura sed lege: si ambo similiter variari possunt? Respõdet dicẽs, ad cętera eadẽ diffinitio & determinatio accõmodatur. Dextera nãq; manus regulariter est lęua validior: & tñ cõtingere vsu potest vt homines ambi dexteri vt Aioth euadãt: ita in pluribus iusta naturalia sunt immutabilia, vt reddere depositũ est iustũ, licet in casu oppositũ cõtingit. Sũma solutionis in hoc stat q; lex naturalis per paucas exceptiones suscipit. Alia sanctio eã interpretat. Amẽti depositũ ensem reddere est deponẽti perniciosum. Iustũ vero humanũ plerũq; variat: quia iustorũ ea quę ex instituto sunt & ob vtilitatẽ fiũt similia sunt mensuris. Nõ enĩ omnibus in locis æquales sunt vini triticiq; mẽsurę, sed vbi quidẽ emũt maiores sunt, vbi aũt vęndũt minores. Pinta apud diuũ Dionysiũ prope Parisium multo plus q̃ Parisiensis cõtinet & tres quartę vlnę Gallicę vlnã Anglicanã cõtinẽt. Pari forma mẽsura tritici Gallici Scoticæ respõdẽs est Scotica maior: quod ex eo percipitur, quia nõnũq̃ ex Gallię oris triticũ in Scotiã venale defert. Hũc in modũ iusta q̃ nõ natura sed quę humano cõstãt arbitrio nõ vbiuis locorũ eadẽ sunt. Patet de successione hęreditaris: nã in Hispania & in britãnia mulier in regno succedit, & bene. Hac enĩ via regna vicina in amicitiã coeunt & ex duobus vnũ cõflat. Alij alias leges oppositas habẽt. Neq; respublicę sunt oẽs similes: sed vna tñ secũdũ naturã est optima q̃ ad legẽ naturæ accedit si homines scirẽt ita viuere. Alia conclusio. Vnũquodq; iustorum tum naturaliũ tum legitimorũ perinde se habet vt vniuersale ad singulare: nã quæ ab vnoquoq; agũtur multa sunt, vt colere sanctos præcipitur in vniuersali: sed executio præcepti est circa singularia contenta sub vniuersali, vt Deiparam virginem aut Ioannem magnũ Zacharię filiũ colere: & ita circa diuos in particulari quibus cultũ impendimus ratione prę-

cepti vniuersalis. Dicit litera vnūquodq; autē iustoꝝ & legitimorū vt vniuersale se habet ad singula, hoc est singularia: etenim ea quæ aguntur sunt multa. Exequutio preceptionis est circa multa, vnūquodq; autem illorū est vnū. Est enim vniuersale vt reddere depositū est vnū: succurrere indigenti est vnū: quia circa vniuersale, sed impletio & exequutio illius iuris est circa singularia, quæ sunt multa. Vel sic. Iusta naturalia siue instituta bifariā cōsiderātur, vel vt precepta & sic sunt vniuersalia, vt reddere depositū in vniuersali: nō loquēdo de deposito Socratis aut Platonis, & ita de alijs legū ꝑceptis. Vel possunt cōsiderari vt operata & preceptionū exequutiones, & sic sunt multa: quia sunt circa singularia. Patet adhuc exēplo: nō precipitur Socrati reuereri parentes neq; Socrati tm̄, sed preceptio est vniuersalis. exequutio est singulariū: alioqui vniuersali nōq̄ satisfaceret. Post hec ponit differentiam inter iniustū iniuriā, iustū, & ius. Nā iniustū dicitur illud aut natura aut instituto alteri nō faciēdum: hoc est per legē naturæ aut positiuā vetitū, etiā anteq̄ operatum est. Dicimus enim ante hominē interemptū, iniustū est authoritate priuata occidere hominē: et dū factū est iniuria dicitur. Nō enim dicimus cuipiam iniuriā factā nisi post operis cōpletionē. Opus fieri debitū etiā nō factū dicitur iustū. Dicimus em̄ iustū est hoc facere anteq̄ ipsum feceris. ipsum aūt factū dicit̄ ius. Ius iustū ꝑsupponit nō aūt cōtra: iustū ad opus redactū dicit̄ ius. Iustū est dimittere legatos, postq̄ dimittūtur vocatur ius. At tamē pro omni iusto actu hoc modo dicēdi vtimur. Cū iudex iniuriā emēdauit dicim⁹ eū ius fecisse. Sed que & quot species vnicuiq; istoꝝ sint, & circa que versentur, post futurus est sermo in politicis.

Questio. Responsio.

¶ Circa hoc caput interrogam⁹ quomodo cōueniūt & differūt lex nature & lex positiua. Respōdetur. præceptū morale in lege siue lex nature est in creaturarū rationaliū cordibus insculpta. Ad Romanos. 2. Gentes quæ legem scriptā nō habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciūt &c. Nā sicut in speculabilibus sunt aliqua principia p se nota, ita etiā in agibilibus. Vt nulli turpe est faciēdū. Nulli est facienda iniuria. Istud est ius gētiū apud legistas de institu. de re. di. §. singuloꝝ. Interdum ius naturale extēditur ad instinctū naturæ omnibus animalibus cōueniēs: vt fœtus suos alere & procreare. Ius gētium a iure naturæ minime discernitur. Ociosum est illa mēbra scindere. Lex positiua siue humana cōsuetudo, est lex legitima siue legalis a philosophis data, communius positiua a theologis vocatur. Ad hāc legem sat est eā in populi vtilitate honesta cudi, & ꝙ rationi nō aduersetur: quia sic nec esset honesta nec vtilis. Nōq̄ enim verū vtile ab honesto segregatur. Nō deducitur hæc lex ex lege nature tāq̄ cōclusio ex principio: quia si sic esset lex naturæ. Licet illatū est minus euidens q̄ principiū, præmissis euidētibus & illatione euidente cōclusionē esse euidētē est necesse, primo Posterioꝝ. Hæc positiua lex diuiditur. Nam quedā est diuina (magna autē pars iuris diuini est positiua) quedā est humana canonica, ciuilis, municipalis, vel cōsuetudinalis, & nulla est lex quin sub vna istarū cōtineatur. Consuetudo est naturalis vel positiua. Differūt aūt hæ leges: qa positiua est mutabilis cōtra quā est dispēsatio, & nōnūq̄ reuocatio: & p cōsuetudinē oppositā abrogatio. Hec oia legi nature aduersant̄. Nūq̄ cōtra eā dispēsat̄. Nihil est qd̄ Gratianus in. 13. distinctiōe dicit. Aduersus ius naturale nulla dispēsatio admittitur, nisi forte duo mala ita vrgeant vt alterū eorū necesse sit eligi. Nullum malū signāter culpe est eligendū. Nec in vlla lege est reuera perplexitas. Bene autē secūdū stultam opinionē hominis, & sicut nō sunt faciēda mala vt inde eueniāt bona, ita nec faciēdū est minus malū vt euitetur maius.

Dubium. Responsio.

¶ Ambigitur. An habitus legis nature sit nostris cordibus insculptus? Respōdetur negatiue, ex euidentia ipsius obiecti complexi ac inclinatione intellectus assensus talis proloquij statim elicitur, illiq; assentitur iuuēculus absq; habitu vnius anteloquij. Illi proponatur anteloquiū, primo talis illi assentietur sine vllo habitu preuio. Sed an ex actu postea habitus generetur, non altercor.

Dubitatiūcula. Responsio.

¶ Subdubitas, an licite vinū minore pinta & mensura vendatur q̄ plebeius potus, vt ceruisia in regione in qua nō crescūt vites. Quid ni? Nam in Anglia Britannie parte nobis finitima quarta vini magno interuallo a Scotica pinta distat. Mensurā Gallicā haud æquat. Nec vlna in vtroq; Britāniæ regno Francam vlnam adæquat. Existimo pānū vænalem primo e cōtinenti ad nos Britannos deuenisse, hinc in continente vlna maior remanet: sic mensura tritici consentanee ad Aristotelem dicentem: mensuras esse maiores in locis quibus merces emuntur q̄ vbi venditantur. Angli discrimen in suis vasis ceruisiæ atq; vini mensuratiuis noscunt. Est enim regionis vsus. Scienti autem & volenti non fit iniuria, & hoc sufficit. Assuetudo illa discriminis inter mensuram vini ac ceruisiæ in Scotia, vt mea fert opinio, vix est introducta: proinde patrium morem tutius tenebunt.

Dubium. Responsio.

¶ Hæres quonā pacto cōsuetudo & lex mutuo sese habeant. Respondetur, ꝙ contra ius naturæ ac diuinū consuetudo est inanis: non em̄ plus authoritatis assuetudo sibi vēdicat q̄ humana authoritas modo omnis talis naturali æquitati ac superne sanctioni subditur. Panormi. c. finali de cōsuetudine dicit cōsuetudinē contra diuinas præceptiones valere, hocq; per cerimonialia atq; iudicialia verificat: sed insulsa est assertio, insulsiorq; probatio: Nā illa iam multis seculis diuina esse desierūt. In humana lege scito ꝙ assuetudo humanā sanctionē sequens eā interpretatur, illi derogat, ac interdū eā prorsus euertit: iam tota cōmunitas consuetudinē pru prescripto suscipit: modo libera cōmunitas nō est minoris authoritatis, immo maioris q̄ rex. Ab ea enim primi reges instituebantur. Et licet Pontifex maximus a deo instituatur, illius tamē leges etiā e medio per cōtrariam assuetudinē tollūtur. Olim lege cauebatur vt clerici immediate post sexagesimā ieiuniū auspicarētur. dist. 4. statuimus. Pari modo precipiebatur feriatio diebus rogationū de cōse. dist. 3. pronūciandū. omnia illa sunt e medio sublata. Nec interest siue primi legi cōtrauenietes peccarūt siue non, postq̄ sufficiēter est præscriptum: satis eūt est tolerantia superiorū quæ hoc in casu præcedētē sanctionē euertit. Sed quādo lex habet clausulam cōsuetudini derogatiuā est maior difficultas: sane hoc totū prescriptū vltra humanas traditiones non

ponit:proinde totũ vt videtur ſit abrogabile per cõtrariũ vſum. Alij dicunt ꝙ ſcitũ in fine cõſuetudinis a ſuperiore poſitum locũ aſſuetudinis adimit. Deniq̃ poſtq̃ cõſuetudinis memoria ſua ſponte incidit, nõnulla de ea perſtringere haud grauabimur. Cõſuetudinis vis in naturam abit: aſſuetus enĩ determinato tempore aluũ exonerare, illã tẽpeſtatẽ notare oportet: natura ſic aſſueta egerit. Nec ſolũ in hominibus id vſu venit ſed etiam in vegetabilibus. Herbæ humectatione longa aſſuetę ſi humectatio penitus deſeratur areſcunt ac intereunt. Perdicibus, phaſianis, capis, ac pullis gallinarũ plures annos paſti, bubulam carnem aut ſuillam ægre digerunt, molleſq̃ ac delicati euadũt. Agricolarum digiti ac aliorũ artificũ incuruati poſtea vix extendũtur: tenera virga paululum in viriditate intorta facile expãditur ac rectitudinẽ reaſſumit, temporis curriculo curuatione relicta eſt incuruabilis. Ad homines hæc exẽpla conuertas licet. Iuuenculus in viridi ætate ad rectũ eſt flexibilis ac bono habitu genito, citra reluctamen diſciplinatus efficitur, ſi in iuuenilibus annis morũ curuitatẽ induat, hanc exuere eſt illi perdifficile. Sic vidua molli ſub marito educata capitoſior moroſa Zantippe efficitur: ſi iuuẽculam teneris annis in cõnubiũ duxeris circa illius futuros mores aliquãdiu inuigiles, poſtea ſua ſponte tuis monitis acquieſcet. Nõne Schenobates per eleuatũ funem temporis ſucceſſu intrepidus obambulat?

Tract. II. Cap. III. & Lib. V. Cap. VIII.

Iniuriã facit qui ius agit.



Cum autem iuſta ſint & iniuſta ea quæ diximus: iniuriã quidem quiſpiã facit, & ius agit cum ea ſua ſponte agit: ſed cum inuitus, non iniuriam facit, neq̃ ius agit. Agit enim ea quibus accidit vt ſint iuſta aut iniuſta. Iniuria autem atq̃ iuris actio tũc eſt, cum a ſponte agente fit: tũc enim vituperatur: & ſimul tunc iniuria eſt. Quare erit quid iniuſtum quidem, ſed nondũ iniuria: ſi non a ſponte agente ſit factum. Equidem id a ſpõte agente fieri dico (quemadmodum & prius eſt dictum) quod quiſpiam in ſe ſitum ſciens agit, & non ignorans, neq̃ quem, neq̃ quo, neq̃ gratia cuius, vt quem pulſat & quo: & gratia cuius, & vnũquodq̃ illorum, neq̃ per accidens, neq̃ vi: vt ſi quiſpiam vi mouẽs manum alterius ipſum pulſet. Sponte enim ipſe tum ſua nõ pulſat: quippe cum non ſit in ipſo ſitũ. Fieri etiam poteſt, vt qui pulſatur ſit pater: ipſe autem ſciat quidem illum hominem eſſe, vel aliquem eorum qui aſſunt: ignoret autem eſſe patrem. Idem dicendũ eſt & de eo gratia cuius agitur, & circa totum etiam actum. Quod igitur ignoratur, aut non ignoratur quidem, non eſt autem in ipſo ſitum, ſed vi fit: id omne agitur ab inuito. Et eorum enim quæ nobis natura competunt complura ſcientes agimus, atq̃ patimur quorum nihil aut noſtra ſponte, aut inuitis fit nobis, vt ſeneſcere, aut mori. Eſt autem in iniuſtis ac iuſtis ſimiliter id quod per accidens dicimus. Nam ſi quiſpiam depoſitum inuitus, & ob timorẽ reddiderit: non eſt dicendum hunc iuſtum, aut ius agere, niſi per accidens. Similiter eſt dicendum & eum iniuriam facere atq̃ iniuſta per accidẽs agere, qui cogitur, atq̃ inuitus nõ reddit depoſitum. Eorum autem quæ ſponte agimus, alia cum electione agimus, alia ſine electione. Et cum electione agimus, quę anteceſſit deliberatio. Ea ſine electione, quæ non anteceſſit deliberatio. Cum igitur lęſio ſit in ſocietatibus triplex: tunc ſunt cum ignoratione peccata, cũ quiſpiam egerit aut circa quem, aut quod, aut quo, aut gratia cuius agere nõ putauit. Nam aut non percutere, aut non hoc, aut non hunc, aut non gratia huiuſce putauit: ſed accidit id cuius gratia non putauit: vt nõ vulneraret, ſed vt pugnaret, aut nõ quẽ, aut non hoc modo. Atq̃ cum extra rationem ſit lęſio, infortuniũ eſt: cum nõ extra rationẽ, ſine tamen vitio, peccatum. Etenim peccat quidem quiſpiam cum in ipſo eſt principium cauſæ, aduerſa vero fortuna vtitur, cum eſt foris. Cum autem ſciens quidem ſed non deliberatione pręmiſſa quiſpiam lędit, iniuria eſt: cuius generis ea ſunt vniuerſa quæ per iram efficiuntur, aliaſq̃ animi perturbationes, quęcũq̃ neceſſario, vel natura hominibus accidũt. Hæc enim iniuria ſunt. Atq̃ ii qui ob hæc nocent ac peccant, iniuriam quidem faciunt: tamen nondum ob hæc ipſa ſunt iniuſti vel praui. Non enim nocent ob prauitatẽ: ſed cum nocet quis electione, iniuſtus eſt atq̃ prauus. Quapropter perrecte ea quæ proficiſcũtur ab ira, non diiudicãtur ex prouidẽtia fieri. Non enim is incipit qui facit ira, ſed is qui prouocauit ad iram. Pręterea non ſit in talibus controuerſia, ſi factũ ſit nec ne: ſed ſi iure ſit factũ. Ira nãq̃ ob apparentẽ oriri iniuſtitiã ſolet. Non enim de facto perinde atq̃ in commerciis contendunt: vbi neceſſe eſt alterum improbũ eſſe ſi non id faciat obliuione: ſed de re conuenientes, iure an iniuria ſit facta diſceptant. Qui autẽ facit inſidias, nõ ignorat. Quare alter putat iniuriã pati, alter non putat: ꝙ ſi electione nouerit, iniuriam facit. Atq̃ his iam iniuriis eſt iniuſtus qui iniuriã facit, cum comparationẽ rationũ, aut æqualitatẽ trãſgreditur,

Seneſcere. Mori.

Iuſtus & iniuſtus p accidens.

Pari modo iustus etiam est cum ius agit electione. Ius autem agit si solum sua sponte agit. Eorum autem quæ ab inuitis fiunt alia sunt venia digna, alia non sunt venia digna. Nam ea quę non solum ignorantes, sed ob ignorantiam etiam faciunt, ignoscēda sunt. Sed ea quæ faciunt non ob ignorationem, sed ignorantes quidem ob affectum autem non naturalem, neq; humanum, non sunt venia digna.

Iustus. Ius agens. Facta ab inuitis & ignorantibus.

CVm autem iusta sint &c. In hoc capite diluitur quæstio disquirens secundum quas iustificationes dicetur aliquis iustus, & per quales iniurias quis erit iniustus. Et ponit ius & iniuriam esse a sponte agentibus, & non ab inuitis aut ignorantibus nisi per accidens. Quæ voluntarie fiunt, nunc cum electione, nunc sine existunt. Qui cum electione nocet omnino iniustus est: quę ob ignorantiam fiunt, plerunq; venia digna sunt. ℂ Prima conclusio huius capitis est. Cum iustitia & iniustitia sint quę supradiximus tunc ius atq; iniuriam quis facit etiam per se cum sponte id agit: sin vero inuitus neq; ius neq; iniuriam facit, nisi secundum accidens. Vt si operetur ea quibus accidit esse iusta vel iniusta, hoc est ea quę pręcipiuntur vel vetantur legibus. Vt occidendo patrem ex ignorantia inuincibili talis facit iniustum, siue iniustum materialiter siue per accidens, quia facit illud quod prohibetur, scilicet occidere patrem. sed quia hoc accidit esse patrem, dicitur iniustum per accidēs. Ius & iniuria voluntario & inuoluntario determinanť. & dū volūtariū est, vitupať atq; simpliciter iniuria est. Quare si voluntarium non est, iniustum quidem erit & secundum accidens, nequaꝗ autem iniuria. Id autem voluntarie agitur, vt prius in tertio libro determinatum est, cum quis sciens agit, nihil singulorū ignorans, vt neq; circa quam materiam, patrem an hostem: neq; quo instrumento, saxo duro an pumice: nec gratia cuius, si ad mortem an vitam: & ita de reliquis prudentiæ circunstantijs. Neq; per accidens neq; vi quidem. Exemplum, vt si quispiam violentia manum alterius mouens ipsum eundem percuciat, ipse tunc sua sponte se non pulsat, cum se pulsare non intendat. Per accidens etiam fieri contingit vt qui percutitur sit pater, vt si percutiens sciat quidem illum esse hominem, aut aliquem assistētium, ignoret autem ipsum esse patrem. Obsessus in arce dirigit sagittam in hostes & pręter intētionem patrem occidit, talis iniustum facit, & ita dicendum de quo, gratia cuius, & de reliquis circunstātijs, quæ totum actum circunstant. Adhuc siue aliquid fit ignoranter siue non, dum modo non est in nostra facultate situm, vt si per vim fiat non est voluntarium. Postea soluit dubitatiunculam obiter occurrētem, vtrum omne quod quis operatur aut patitur sciens, sit voluntarium. ℂ Respondet negatiue. Morimur enim & senescimus ac tacitis dilabimur annis vt poeta inquit, scientes, non tamen voluntate. Postea illa quæ de voluntario & inuoluntario dicta sunt applicans ad propositum de iusto & iniusto, dicit: similiter est de iustis & iniustis, illud quod dictum est circa voluntarium & inuoluntarium, quia sicut in his inuenitur per se & per accidens, ita & in illis. Hoc ipsum exemplo probat. Cupiat Socrates pignus a Platone tenere, quod superior restituere cogit, tum Socrates timore alienum restituens non operatur iustum aut ius nisi secundum accidens, quia operi suo accidit ꝙ sit iustum ad superioris imperium relatum. Similiter de iniusto dicendum est. Si enim contingat aliquem coactū superioris præcepto non reddere pignus pauperi, iste contra iustitiam pignus retinet, contraq; iustitiam facit & iniustum per accidens facit, cum solum superiore imperante id facit. Postea partitionē ponens ad propositum vtilem, dicit: eorum quę sponte agimus quędam cum electione facimus, & sunt ea quæ consilio & deliberatione & a certo proposito agimus, quędam sine delectu operamur ac electione, hoc est absq; consilio pręuio. Secunda diuisio. Nocumentum in societatibus humanis triplex est, Primom ex ignoratione profi:iscitur. Secundum ab a:fect:i oritur. Tertium ab electiōe emanat. Primo explanat quando lęsio ex ignorantia emergit, tunc cum inscientia lęsio scatet: quādo patrans circunstantias ignorat quas in litera extricat, vt dum quispiam agit circa quem aut quod, aut quo, aut gratia cuius agere non arbitratus est, aut dum non pulsare putauit aut non hoc instrumento, acuto scilicet ferro, sed rotundo. aut non hunc, scilicet patrem sed hostem: aut non gratia huius, scilicet ad vulnerandum, sed ad pungendum: & sic de alijs circunstantijs: attamen euenit quod non euenturum arbitratus est. Et tunc, pręter propositum siue intentionem facta huiusmodi lęsio infortunium dicitur. Quando non est extra rationem, hoc est non est præter intentionem operantis tale factum operari, est tamen subito affectu ductus vt subitanea cholera, tunc est absq; vitio, hoc est absq; magna culpa; peccat tamen, quia in ipso est principium causę. Hicq; est ignorantia vincibilis licet parua lęsio intendatur. In priore membro est ignorantia inuincibilis vt proijciendo lapidem inter vepres inter quos nollus apparet esse homo, est tamen illic aliquis latitans, licet occidatur non est culpa cum lapidem proijciens adhibuit diligentiam quam tenebatur adhibere: quia non maiorem indaginem circunspecti viri in talibus negocijs adhibent. Vtitur tamen aduersa fortuna cum principium est foris non est in facultate eius situm illud homicidium: peccat tamen quia fons causę est in ipso, atq; nouerca fortuna vtitur hominem lędendo aut occidendo. Alter erat debilis & effœto copore plagę ac mortis susceptiuus. Scienter lęsit virum citra deliberationem, propterea est iniuria: cuius generis sont illa quæ ob feruentem iram perpetrantur & ob alios animi affectus quęcunq; necessario vel suapte natura hominibus conueniunt. Aliqui sunt cholerici a dominio vt ingeniosi, fames sitisq; necessario cōtingunt, si quispiam alienum cibum potionemq; capiat fame sitiq; adactus non sufficienti ad excusandū prorsus a peccato, ia vicino iniuriam facit, illum in persona aut fortunis lædēs: verum isti ob perturbationem, famem aut iram peccātes non sunt iniusti atq; praui, tametsi iniuriā efficiunt. Ecce omnia

clarissima,tunc enim quia est iniustus & prauus,consulto & electione efficit. Corollariũ infert inquiens.Quapropter ea quę ab ira proficiscuntur non iudicantur ex prouidentia fieri. Primo, nam is nõ incipit qui quicq̃ per iram molitur,sed is qui alium ad iram prouocauit.

¶ Secundo probatur idem a signo sic. Ille qui ob iram operatur palam operatur & non dubitat de facto, vtpote de percussione,sed eam concedit:sed an iuste an iniuste fecerit dubitat , sine iniuria vera ve apparenti non capit vindictam,& quando calet existimat se iuste alium pulsare,at ille qui iniustũ facit ex prouidentia de facto dubitat cum ipse neget quod alter quærit,& sic in dubium ab alijs reuocatur ipsum de quo contenditur,fortasse de debito alter proximum frustratur,vt in debito, in commercijs iniustis,in furto,rapina,& similibus negatur ipsum factum : & oportet alterum contendentiũ esse malum,scilicet actorem aut reum,nisi obliuione excusetur, sicut nõ soluens tempore debito obliuione ductus,vel non reddens compotum legitimum superiori ex obliuione hinc inde expositi. Parans alteri certo proposito insidias scit se alteri nocuisse , licet dubitationem & tergiuersationem in foro contradictorio inueniat,non autem iratus. Fortasse magno tempore post factum etiam cum friget negat se iniuriam fecisse. ¶ Alia conclusio Qui sponte & electione nocent iniuriam agentes iniusti sunt. Tales enim moliuntur insidias & non latet eos nocere,& cui iactura illata est existimat certe se pati incommodum,& alter se pati non putat. Secundo cum quis ex electione comparationum rationem hoc est proportionalitatem geometricam in distributiua aut arithmetica in commutatiua transgreditur, iniustus est,qui autem sponte & electione nocent sunt huiusmodi, igitur. Eodem modo iustus est quando eligens iusta facit,facit autem iusta si modo volens facit. Hoc est ad hominem ẽ se iustum requiritur electio iuste faciendi. Ad ius aut iustum agere sufficit ipsum sua sponte agere.

¶ Vltima conclusio huius capitis est. Eorum quæ homines faciunt ignorantes quædam sunt venia digna, quędam vero nequaq̃. porro ea quę non modo ignorantes,sed ob ignorantiam inuite faciunt, ignoscenda veniunt, quod contingit illis qui quando id cognoscunt dolent, hoc est quando ignorantia est totalis causa vt in tertium diximus . Inuitum in præsentia extendit ad illum cui vehemens est impulsus ad faciendum:sed ea quę faciunt inuiti non ob ignorationem,sed ob quandam perturbationem non naturalem & humanam non sunt venia digna. Naturalis affectus hominem excusat, vt si in extrema necessitate pauper esculentum poculentumq; pro sua sustentatione assumeret . Ebrietas est affectus non naturalis,quia ab hominis voluntate (si culpabilis est) oritur . Affectus vocatur, quia non humanus quando effrenis procedit & non regulatur ratione, vt ira non cohibita. Decet hominem incidentes affectiones compescere. Vult dicere q̀ ea quæ fiunt ob affectus non naturales & nõ humanos non sunt venia digna,sed ea quæ procedunt ab affectu naturali vt a magna fame, aut siti, dummodo capiatur in earum releuamen aut ab aliquo alio affectu naturali & humano, hoc est licet naturaliter insurgat & refrenetur eo modo quo homo potest & tenetur, sunt venia digna. Ira subita & repressa est affectus humanus, similiter impulsus appetitus sensitiui cohibitus est affectus human⁹. Si plus q̃ par sit processerit desinit esse affectus humanus,& qui fuerat motus primo primus, incipit esse secundo primus. Sic theologi breuitatis gratia loquuntur : vt artistę dum dicunt dici de omni & dici de nullo.

Dubium. ¶ Dubitatur si Socrates intendat occidere hunc hominem quem credit esse hostem , qui reuera sit pater, an intendat patrem occidere.

Responsio. ¶ Respondetur q̀ Socrates casu illo, patrem intendit occidere. Patet, hunc hominem occidere intendit,& hic homo est pater eius,ergo patrem suum intendit occidere,& si ignorantia inuincibilis interueniat in hac nece non peccat. Sed Socrates non intendit patrem occidere, intentio enim occisionis non cadit in patrem,quia intendit occidere hostem,& patrem de per accidens occidit. Huiusmodi captiones ad verbosos sophistas tractare haud negligimus ne suis captiunculis lectorem circumuenire contendant. Verum huiusmodi præstigię sunt curriculo transeundi, siquidem indecorum est talibus nugamentis insenescere,atq; totos dies in eis consumere,etiam contingit nescientibus hęc intelligere,subinde non insulse hoc carptim attigimus.

¶ Dubitatur ex isto dicto de extrema necessitate , an incarceratus iuste potest carceres infringere & egredi pro sua vita seruanda. si iniuste includeretur non vertitur in dubium.

¶ Respondetur per aliquas propositiones. prima est. Non peccat expectando iustitiam, licet ei pateant fores carceris. Patet, meritus est mortem & hoc nouit, quam scit alios iuste ipsi inflicturos , ergo iuste potest mortem subire:ergo illic eam expectare potest . Item inuasus patiens se occidi ne occidat non peccat, ergo nec iste a fortiori. antecedens multi sancti & literati concesserunt.

¶ Secunda propositio. Iste potest ostium aperire & egredi potissimum si scelus perpetratum emendare proponit efficaciter:si tamen custodes carceris me comprehensum impigre sequãtur, non possum reniti, quia ex parte mea conflictus esset iniustus, alijq; iuste mecum confligunt . Attamen si possum aliqua velocitate pedum proficisci est mihi fas , inuadentem tamen me, iniuste occido, vbi non queo aliter euadere. secus est si quispiam mihi mortem minetur nisi insontem occidam pro vita mea defendenda innocuum interficere mihi non licet.

Dubita. ¶ Dubitatur super hoc dicto. Electio pręsupponit deliberationem, quid est hęc deliberatio . ¶ Alias

Responsio. ad hoc respondimus, ad intellectum deliberatio attinet, ad actum bonum deliberatio formalis requiritur, scilicet intellectus iudicium prudentiale, vt in sexto videbitur si deus cœpta secundet: deliberatio interpretatiua ad malum sufficit, vt in nostro iracundo pręcipiti bili commoto ad pulsandum.

Tractatus Secundus. Cap.IIII.et Lib.V.Cap.IX.



Mbiget autem quispiam si determinatum sit satis,de faciendo patiendoq; iniuriam,atq; si ita sit vt Euripides inquit,absurde dicens, Euripides.

Quęris parentem,quomodo occidi meam.
Sermo est breuis,non exitus longos habet.
Volens volentem,vel volentem non volens.

Verum enim reuera sua sponte quispiam iniuriam patiatur an nemo; sed omnes inuiti,quemadmodum & omnes qui iniuriam agunt,sua faciunt sponte. Et vtrũ omnes hoc modo an quidam inuiti,similiter & cum patiuntur homines ius? Nam omnes cum ius agunt,sua faciunt sponte. Quare cõsentaneum est rationi similiter opponi eos qui iniuriam,& qui ius patiuntur,vt aut sponte patiantur,aut inuiti. At absurdum videbitur si omnes etiam ius pati sua sponte dixerimus. Nonnulli nanq; non sua sponte ius patiuntur. Enimuero de hoc quoq; quispiam dubitauerit si omnis qui passus est iniustum,iniuriam patiatur. An vt in agendo sic & in patiendo res sese habet? Etenim fit vt ad vtrunq; per accidens,ipsa iusta accommodentur,& eodem modo iniusta. Non enim est idem iniusta agere,& iniurias agere. Neq; iniusta pati, & iniurias pati. Similiter & in agendo patiendoq; ius. Fieri enim non potest vt patiatur quisq; iniuriam nisi quis iniuriam faciat,aut ius patiatur,nisi ius quispiam agat. Quod si simpliciter iniuriam facere,sit sua sponte quempiam lędere,& ipsum,sponte inquam lędere,sit lędere scientem,& quem,& quo,atq; quomodo,incontinens autem ipse sibi sua noceat sponte,ipse nimirum iniuriam patitur sua sponte, fierię potest vt sibiipsi iniuriam faciat atq; hoc etiam ipsum,vnum quid est eorum quæ dubitantur,si fieri inquam possit,vt sibiipsi quispiam iniuriam faciat. Præterea fit vt sua sponte quispiam ob incontinentiam ab alio sponte nocente lędatur. Quare fit,vt sua sponte quispiam iniuriam patiatur. An diffinitio dicta non recte sese habet,sed huic,lędere inquam scientem quem,& quo,atq; quomodo,hoc est addendum præter illius voluntatem? Læditur igitur sua quispiam sponte, patiturq; iniusta. Sed iniuriam sua sponte patitur nemo, nemo namq; vult. Neq; incontinens ipse,sed præter voluntatẽ agit. Neq; enim vllus id vult quod non existimat esse bonum,incontinens autem id agit quod non putat esse agendum. Qui vero dat sua,quemadmodum arma sua Diomedi Glaucus dedit,vt dicit Homerus. Ius patiẽtes.

Proq; nouem,centum,pro ferro tradidit aurum.

Is iniuriam non patitur,dare namq; est collocatum in ipso.

Sed vt iniuriam patiatur non est in potestate ipsius situm, sed is sit qui iniuriam agat oportet. Patet igitur sua sponte neminem iniuriam pati.

Insuper ex iis quæ præposuimus,hæc duo restant deinceps dicenda,vter iniuriam faciat, vtrum is qui plus preter dignitatem tribuit,an is qui illud habet? Et si fieri possit vt sibi ipsi quispiam iniuriam faciat. Etenim si fit illud quod prius est dictum & qui distribuit nõ qui plus habet,iniuriam faciat si quispiam plus alii,q̃ sibi tribuat sciens,sponteq;, quod quidem moderati homines facere videntur (bonus enim & æquus,minora sibi tribuere solet) is profecto sibiipsi iniuriam facit. An neq; hoc simplex est? Ex alio nanq; bono plus forte consequitur,vt gloriam,aut absolute honestum. Soluitur præterea & per diffinitionem agendi iniuriam,nihil enim ipse præter suam patitur voluntatem. Quare non iniuriam patitur ob idipsum,sed si minus capit,lęditur tm̃. Patet autem & distribuentem iniuriam agere, sed non eum semper qui plus habet. Non enim is iniuriam facit cui inest iniustum,sed is cui potestas inest id faciẽdi sponte. Hæc autem est vnde est principium actus. Quod quidem in ipso est distribuente,non in accipiente. Præterea cum facere multis dicatur modis,& modo quodam expertia animę,& manus,& seruus occidat hero iubente, iniuriam quidem non egit, iniusta autem facit. Insuper si iudicauit ignorans,non iniuriam facit legitimo iusto:nec est iniustum iudicium, est tamen aliquo modo iniustum. Aliud enim est legitimum iustum, aliud primum. Sin vero cognoscens iudicauit iniuste:plus habet & ipse,vel gratiam vel vindictam:perinde igitur & is,qui ob hæc iudicauit iniuste, plus habet, atq; si quispiam acceperit iniurię partem. Nam in illis is qui fundum peruerso iudicio tribuit, non fundum cepit,sed argentum. Atqui putant homines in seipsis esse situm iniurias facere. Quapropter & iniustum esse facile arbitrantur,hoc autem non ita sese habet. Coire nanq; cum vxore vicini,& pulsare proximum,dareq; argẽtum manu facile est,& collocatur in ipsis,sed hęc age- Vter iniuriã faciat tribuẽs accipiẽs vltra dignitatem Diuidens sibi minus.

te sic se habentes,neq; facile est,neq; in ipsis est situm.Simili modo cognoscere iusta atq; iniu
sta nullam sapientiam esse putant,propterea q non est difficile,ea de quibus leges dictitant
intelligere: at non hęc sunt ipsa iusta,nisi per accidens. Sed tunc sunt iusta, cum quodam
aguntur modo,& quodam distribuuntur modo:id autem difficilius est,q̃ ea quę sanitatem
efficiunt scire.Et ibi nanq; mel,vinum,veratrum,adustionem, incisionemve scire, perfacile
sane est,sed quonam modo ad sanitatem efficiendam,& cui & quando sint tribuenda,tanta
est difficultas scire,quanta est medicum esse.Ob id autem ipsum & iusti non minus esse pu
tant iniuriam facere, quia vir iustus non minus, sed etiam magis horum singula facere po-
test,viciare inquam vxorem cuiuspiam,& pulsare aliquem,& vir fortis in acie proiicere cly-
peum,tergisq; versis fugam surripere.At timide agere & iniuriam facere non est hęc facere,
nisi per accidens,sed sic se habentem hæc facere.Quemadmodum & mederi,atq; curare non
est incidere,vel non incidere,aut medicamenta dare,aut non dare,sed hoc modo sese haben-
tem hæc agere. Iusta autem in iis sunt qui participes sunt eorum, quæ sunt simpliciter bo-
na.Habent autem & exuperationem in his & defectionem. Nam quibusdam non est ipso-
rum exuperatio,vt diis fortasse,quibusdam vero nulla pars est vtilis, incurabilibus inquam
malis,sed omnia nocẽt:quibusdam autem vsq; ad aliquem terminum, atq; hoc est humanũ.

AMbiget autem quispiam &c. Dubitabit aliquis an de agendo patiendoq; iniuriam sufficienter
determinatum sit,sicut sufficienter loquuti sumus de eo quod est facere iniustum vbi omne ta
le diximus voluntariũ:quare merito ambigitur an ita sit de pati iniustum, & an ita sit vt Eu-
ripides tragicus poeta,satis absurde quidem,dicit
Queris parentem quomodo occidi meam.
Sermo est breuis,non exitus longos habet:
Volens volentem,vel volentem non volens.
¶Loquitur poeta de bellerophonte qui matrem more Neronis atq; Alcmeonis occidit.quia ipsa a fi
lio occidi voluit & filius voluit.Vel filio nolente ipsa voluit.Queritur ergo,primo an volenti fiat in-
iuria an non.sed omnes qui patiũtur iniuriam eam inuiti patiantur, quemadmodum & omnes qui
iniuriam faciunt eam sua sponte faciunt.Patet in capite pręcedenti, an aliqui sponte & aliqui inuiti.
Similis quęstio est vtrum omnis qui patitur ius id voluntarie patiatur, sicut omnes qui faciunt ius
sponte quidem faciunt,an aliqui sponte,aliqui vero inuiti.Postea vtrinq; argumentatur.Ad partem
affirmatiuã pbãdo q oẽ iniustũ pati sit volũtariũ vel q oẽ iniustũ pati,sit iuolũtariũ. Et argumẽtũ est
hoc.Ois operatio iusta est volõtaria,sed iustũ facere est oppositũ ei quod est iustum pati:ergo oẽ opera-
ri iustum est voluntarium:aut omne tale est inuoluntarium.dicit litera,nam omnes cum ius agunt
sua faciunt sponte.Idem est etiam de faciente iniustum: quare rationi consentaneum est similiter op-
poni eos quo ad voluntarium,aut inuoluntarium qui ius patiuntur,vt aut sponte patiantur aut in-
uiti.Si enim oppositum in opposito,& propositum in proposito. In oppositũ ratiocinatur inquiẽs.
At absurdum videbitur si omnes ius pati sua sponte dixerimus, cum aliqui pulsentur & licet iuste
plectantur inuiti.Siquidem ius est emendatio iniurię vel æqua retributio,ille cui nõnihil datur spõ-
te sua patitũr,ille cui aufertur non sua sponte ius patitur,pariter nec ille qui ad supplicium trahitur,
quocirca quidam sponte quidam vero inuitus ius patitur. Et hæc est resolutio interrogationis de il-
lo qui ius patitur.Sunt hic duo oppositionum paria,scilicet iniuriam agere & iniuriam pati,ius age-
re atq; ius pati. Dicit q absurdum est asserere q omnes sua spõte patiantur ius,quia ius est ad iniuriæ
reparationem,vel ad retributionem æqui.hic sponte patitur, ille vero inuitus, pauci ad supplicium
sua sponte trahuntur.¶Vlterius ambigitur an idem sit iniuriam pati ac iniustum pati, iustum age-
re & iustum pati.Itaq; in vniuersum quatuor sunt oppositiones,sed duo termini cũ his concurrunt,
scilicet agere atq; pati.Sequitur in litera. Enimuero de hoc quispiam dubitauerit &c. Aliam adhuc
questionem mouet, vtrum omnis qui patitur iniustum iniuriam patiatur, an vt in agẽdo sic in pa-
tiendo res se habeat. Respõdetur.Etenim fit vt ipsa iusta & iniusta ad vtrunq;,scilicet agere & pati ac-
commodantur. Ponitur hęc in principio capitis pręcedentis.dixit iniuriam quidem quispiam facit
& ius agit,cum ea sua sponte agit,& quę sequuntur.Et paucis interpositis subdidit.Agit enim ea qui-
bus accidit vt sint iusta atq; iniusta.Quando quispiam inuitus aut ignorantia agit iniustum hoc est
per accidens. Si quispiam inuitus seipsum lędat,iniustum per accidens sibi facit. At si quis iniuriam
facit per se loquendo quis iniuriam patitur & si quis agit ius similiter ius quis patit̃. Fieri enim nõ
potest (inquit in litera) vt quispiam patiatur iniuriam & nemo iniuriam faciat. Itidem vt patiatur
ius & nemo faciat ius.Nam relatiue dicuntur iniuriam facere & iniuriã pati,& passio est effectus actio-
nis.Similiter iniustum facere & iniustum pati,sed iniustum facere & iniustum pati sunt communio-
ra.Ergo conditionales istę nouissimo propositę sunt verę.Item in eis oppositum consequentis ante-
cedenti repugnat:igit̃ sunt cõsequẽtię bonę,& per cõsequẽs etiã propositiones verę.Iusta ergo & iniu-
sta & agendo & patiẽdo cõformiter se habẽt.Sequit̃ in litera,q si simpliciter iniuriam facere occurrat.
Recens quæstio vtrum fieri queat vt quispiam sibiipsi iniuriã faciat, & oino an aliqs vltro & sua spõ
te iniuriã patiat̃.Et aliquibus mox ita videri põt.Primo quia diffinitio eius qd est iniuriam facere est

voluntarię aliquem lędere,sed sua sponte lędere est ipsum lędentē sciētē lędere: sciētem dico & quē & quo instrumento & quo modo,cum incontinens siue intemperans sua sponte sibi noceat vtpote q se cognoscit & quid operatur profundendo suas opes meretrici,quam deperit: ergo ipse incontinens vltro sibi iniuriam facit cum se infortunis lędat:igitur fieri contingit vt quispiam sciens sibiipsi iniuriam faciat,quod dubitabaẜ. Secundo fieri potest vt incontinens ob suam concupiscentiam ab alio sponte quidem vt a scorto nocere volenti patiatur, quare eodem modo ab seipso iniuriam patietur, & sic fieri potest vt quis voluntarie iniuriam patiatur. Huiusce quęstioois hęc ponitur solutio. Non bene diffinitur iniuriam facere esse sua sponte quempiam lędere, sed addendum venit scientem quē. quo.quomodo pręter illius voluntatem qui lęditur. Quocirca nihil prohibet quempiam sua sponte lędi & iniusta pati,patet in casu intemperantis suas fortunas in meretricem profundentis. Hoc ipm in materia Glauci apud Homerum in Iliade patet: de qua paulo mox dicetur, sed nemo sua sponte iniuriam patitur neq; incontinens ipse de quo in argumento habita est mentio, sed pręter voluntatem id agit,hoc est sibi nocendo. Nemo vult illud quod non putat vtile,& bonum. Voluntas non fertur communiter nisi in bonum saltem putatum in volendo vti alias locupletius declarauimus. Appetit vnum incontinens,scilicet explere libidinem,alterum refugit absolute,scilicet suas profundere opes:tamen ob voluptatem quam putat esse sibi vtilem,vult opum sustinere iacturam, ita q plutis voluptatem faciat q̄ fortunas expensas. In cuius argumentum si pecunię ingens excessus a meretrice petator resilit,vt de Demosthene oratorum clarissimo referunt,qui Laide petēte pro concubitu talentum noluit ita care emere poenitere,sed de incontinente & quo modo extra affectum & in affectione concupiscentię iudicat in septimum (si fata sinant) loqui proponimus. Neq; ab altero quis patitur iniuriam volens dato q alteri plusq̄ par sit tribuat de suis seipsum lędens. Quemadmodum fecit Glaucus Homericus Diomedi,vni quinq; bellacium Graecorum qui troiam oppugnarūt: de quo Homerus vates canit.

Proq; nouem centum,& pro ferro tradidit aurum.

¶ Glaucus iniuriam non est passus cum sua arma aurea pro ereis & precio centum boum ęstimata pro nouem ęstimatis permutauerit,cum id facere in ipso collocatum esset. Conclusio. Non est situm in facultate hominis vt iniuriam patiatur,quia non est in eius potestate vt quis illi iniuriam inferat. Siquidem quia passio ab agente dependet,requiritur aliquis qui illi iniuriam inferat

¶ Dubitatur circa diffinitionem eius quod est iniuriam facere quam philosophus dat. Videtur enim ex ea sequi q non est in facultate viri facere alteri iniuriam. Pater non est penes facientem vt ille cui iniuria irrogaẜ velit nolit ve. R̄ndeẜ concedēdo q cōplete ratio iniurię depēdet ab agēte & patiēte, tn̄ actio illa q̄ est iniuria cōplete malitiā habet ab agēte,sicut ab eo fit, licet ipsam taliter denoiari ab extrinseco depēdeat. ¶ Seqẜ in lr̄a eiusdē capitis. Insup ex his q̄ pposuim⁹ hęc duo restāt circa iustitiā & iniustitiā discutiēdas. Hoc ē examinare op; de duob⁹ i mediū allatis. Pri⁹ est vter iniuriā facit an ille q pter dignitatē dat,vt Glauc⁹ an is q illā h; & icipit vt Diomedes. Scd̄m iterū an fieri q̄at vt qs sibiipsi iniuriā faciat. ¶ Ad priorē q̄stionē an iudex plus tribuēdo vni q̄ alteri ęq̄liū de bono cōi peccet. ¶ Ad negatiuā ptē argumētor,qa illo dato seqẜ q iudex sibiipsi pōt facere iiuriā,s; hoc ē incōueniēs. Qz seqẜ pt;,pōt minora sibi q maiorib⁹ dign⁹ est q̄ alteri,pari i bōitate dare. S; qlibet laudat tales vocās eos bonos moderatores & ęquos:ergo plus capiēs & nō plus vni pti dās,deliqt. Hoc diluit prio,an ne hoc simplex ē,hoc nō ē simplr verū,s; plus dat de bono fortunę,& mīori bono,& plus sibi capit de glīa & bono honesto. Scdo hoc diluit ex diffinitiōe faciēdi iiuriā. Nā iste distributor nihil pter suā volūtatē patiẜ,pinde nō fit ei iiuria,s; lędiẜ tn̄ si sibi min⁹ capit. ¶ Alia cōclo q̄q̄ ita ē q allij plus dādo alicui fit iniuria is q volūtarie distribuit c⁹tl⁹ iniuriā facit nō aūt is q plus capit. Hāc cōclōnē trifariā pbat. Ille plus peccat i quo est pricipiū actiōis & volēs facit iiustū q̄ recipiēs sicut est de distribuēte: igiẜ signāter qn̄ recipiēs nō multū ad illā iniustā distributionē coopaẜ. Scdo multifariā diciẜ qa iniuriā facere. Vno mō sicut causa pricipalis,alio mō sicut instrumēta faciūt,quo mō dicim⁹ q expetia aię vt ensis & spiculū & man⁹ & seruus occidit hero iubēte. Instrumēta nō iniuriā, s; iniustū materialr̄ potius agūt,qa seruus facit vetitō ex lege,ergo iiustū. Cōsequētia est nota ex his q̄ dicūẜ in fine septimi capitis,sed dn̄s q mādat poti⁹ iniuriā,facit,qa sua spōte nō aūt seruus,sic in pposito, nō q plus sibi distributū accipit.peccat. Tertio. Sępius cōtingit vt q plus volūtarie distribuit,dū cuipiā iniuria fit,plus h; q̄ qui accipit. Nam si qs ignorās plus alteri adiudicauit ignoratiōe qdē legitimi iusti nō facit iniuriā p se simpliciter,tn̄ iudiciū est iniustū p accidēs & materialr̄. De iusto legitimo loqẜ,in qd cadit ignorātia,qa in iustū,primū hoc est naturale,nō cadit ignorātia, illud est hoīs menti a deo impressum vt añ retulimus. Ediuerso si cognoscens illud aut ob gratiam aut vindictam iniuste iudicauit & adhuc iniuria eius quod distributum est partē accipit plus habet q̄ ille cui distribuit,vt dum malo iudicio adiudicauit alicui fundum aut domum & partem capit nō quidem q fundum capiat aut eius partē,sed argentū aut aliqd hoiusmodi. Igiẜ nō mirabere si distributor plus faciat iniuriā dum cuipiam fit iniuria & non is qui plus accipit, hoc enim modo qui sacerdotiū idoneo confert pretermisso magis idoneo peccat,& fortasse accipiens non peccat dum modo non cooperatur, esto q se minus idoneum q̄ aliū nouerit,dū modo sit idone⁹. Post hęc reprobat tres falsas opiniones,quarū prima in cōclusiōe sequēti capiẜ. Seqẜ ergo alia cōclusio. Nō est facile iniustū esse vt vulgus hoim arbitraẜ,hoc aūt nō sic sese h;. Coire nāq; cū vxore pximi & pulsare pximū & dare argētū manu est facile & collocaẜ in ipsis, verū sic se habētes hoc agere, hoc est ex habitu iniustitię prōpte & delectabilr̄, neq; facile est neq; in ipsis statum sitū,etiā ad hoc longa consuetudine perueniẜ. Secundam deliram opinionem confutat.

¶ Alia conclusio. Cognoscere iusta & iniusta falso aliqui nullam sapientiam putant, quoniam de quibus rebus leges loquuntur eas res non est difficile intelligere, at hæc non sunt iusta nisi per accidens, sed tunc sunt iusta, dum quodam modo aguntur atq; certo modo distribuuntur. Et sane illud est difficilius q̄ ea quę sanitatem efficiunt cognoscere. Maior est diuersitas actuum animę q̄ habitudinum corporis: Esse excellenter ad habitum iustitię promptificatum est & inuentu rarum, latinum loqui non est difficile, latine loqui difficile, secundo Ethicorum. In medicinis enim & curandę valitudinis arte & mel & vinum & elleborum & adustionem ac incisionem cognoscere est facile, sed qua via ad parandam sanitatem, & cui & quando & quomodo applicanda sunt, & in quo planetarum aspectu pharmaca sint capienda, est perdifficile. Tanta profecto difficultas est scire quanta est medium hic tenere. Ita quoq; in iustis & iniustis pernoscendis est.

¶ Alia conclusio qua carpitur tertia falsa opinio, est hæc. Aliqui falso dicunt iustum non minus posse iniuriam iniuste agere q̄ iniustum, & ob idipsum hoc putant q; non minus immo magis vir iustus vnumquodq; horum vt alteri⁹ thorum temerare, alium ferire facere potest, & vir fortis in acie clypeum proijcere & fugiendo decedere, q̄ si esset iniustus ac meticulosus. Hęc facere nō est iniuriam, & iniuste agere at timide agere nisi per accidens sed tunc iniuste iniuriamq; facit cum ea ex electiuo habitu sicq; se habens facit, quemadmodum aliquem scire mederi non est incidere aut non incidere, medicinas porrigere aut non porrigere: sed tali artificio hęc facere. Vltima huius capitis conclusio est. Iusta in his versantur quibus assunt secundum se simpliciter bona, hoc est opes & honores, nam iusta ijs insunt quibus bona assunt secundum magis & minus, excessum & defectionem habentia. Ex Aristotelica officina hæc distictio emersit, Bona maxima sunt animi flosculi, bona corporis sunt mediocria, bona fortune vilissima. In primis bonis non est excessus, in extremis & exuperatio atq; defectio. Per hasce particulas excessum ac defectum se de extrarijs bonis loqui subindicat, vt superius diximus. Opes non sunt mala simpliciter nec indifferentia bona sunt quātum est ex parte eorum quibusdam externis bonis non est superexcessus vt dijs hoc est heroibus qui optime opulentiam partiuntur, quibusdam vero nulla para fortunarum est vtilis, vt insanabilibus qui diuitijs abutuntur, illis effluentia est toxicum, fomentum vitiorum subministrant. Omnia incurabilibus obsunt, quibusdam vero ad aliquem terminum vsq; tam excedendo q̄ deficiendo. Hoc est affluentia opum talibus obest item & earundem pœnuria. Atq; hoc nouissimum est humanum, primum vero semideorum & heroum, medium vero est illorum qui sunt deploratæ malitiæ. Non loquor de vere inopibus qui omnia propter Christum reliquerunt.

Dub. vij.
¶ Dubitatur quid est iniustum facere per se, & quid per accidēs similiter pati. Secundo an quis patiatur
iniustum volens. Tertio an omnis iniustum faciens sit iniustus. ¶ Quarto dubitatur de comparatione medicinę & iustitię an difficilius sit esse iustum q̄ esse peritum medicum. Quinto an iudex corruptus sententiam ferens iniustam pro parte corrumpente grauius delinquat & pars corrumpens. Sexto dubitatur de ipsis dijs qui & quomodo ponantur ab Aristotele. Vltimo an iudici liceat cōtra ve-
Ad primū. ritatem agnitam sequendo proposita & probata iudicare. ¶ Ad primam dubitationem respondetur, q; ille facit iniustum per se qui vult ex electione se aut suos habere plus q̄ par sit de bonis, & minus q̄ ratio flagitat in malis pœnæ. Talis actus voluntatis semper est malus. Ille facit iniustum per accidens, qui vult se vel suos ea bona habere quæ de facto habendo plus habet q̄ debet vel vult alterum ea tantum habere quę habēdo de facto habet minus q̄ debet, licet nolit ex electione eum habere minus q̄ debet, sicut nec ex electione vult seipsum habere plus q̄ par sit, & in tali potest esse non peccatum ob ignorationem inuincibilem. Istud iniustum per accidens a multis iniustum materialiter vo-
Ad secūdū. catur. Proportionabiliter diffiniendum est iniustum pati per se & per accidens. ¶ Ad secundam dubitationem respondetur, q; interdum potest homini fieri iniustum siue iniuria ipso consentiente, primo quando voluntas est tacita non expressa vt si Titius expetens damnum Sempronij vicini, quem odio prosequitur eius equum quem ipse Sempronius tacite vult interimi, interimit, & sic Sempronius iacturam incurrit, hæc voluntas tacita non dedit facultatem Titio vicino vt ipse impune equū occidat, si tamen ipse Sempronius pręcepisset equum suum trucidare vterq; peccasset, sed in foro humano Titius non fuisset coactus equum restituere, aut eius valorem. Secundo quis patitur iniuriam volens quando eius voluntas est ligata vt in pueris & infirmis qui cupiunt sibi nociua. qui puerum infrenem viuere sine disciplina sinit puero iniuriam facit quam cupit ipse puer, sic grauiter infirmus vt calida febre laborans continuo bibere appetit in sui perniciem.

¶ Cōtra hoc obijcit. Ratio incōtinētia ligatur tēpore cōcupiscētię: igitur si ab amasia dānificetur volens, ipse iniuriā patietur volēs, cuius oppositū ponit Aristoteles. Rñsio, poterat incōtinēs obuiā ire impetui affectus ne sua ratio ligaretur, ideo imputabitur ei ac si libere id voluerit tēpore cōcupiscētię, sed de hoc in septimū lib. lati⁹. Aliqui tertiū casum addūt qñ volūtas nō est integra, sed partialis, hoc est qñ non cadit sup actionē, sed passionē, sic Christus & martyres volebāt pati nō tñ volebāt alios eos ferire, quia hoc esset malū. Sed illud mēbrū est nullū si volebāt pati mortē, volebāt directe vel indirecte aliquos eis mortē inferre, indirecte adieci, licet eñ sequatur, iste patitur ergo ab aliquo patitur, antecedēs pōt esse volitū non autem consequēs. Secūdo sancti nolebāt sic categorice pati. displicebat hoc eis, displicet enim viro forti sua mors, vt patet in tertio Ethicorum in materia fortitudinis, pręeligunt tamen acceptare conditionem mortis q̄ deserere fidem & iustitiam. Sub hoc membro potest includi volitum inuoluntario admixtum, vt eijcere merces in mare gratia exonerandę nauis, talis plus habet de volito q̄ de nolito tertio Ethicorum, perinde vt in dante pecuniam latroni ne occidatur.

Ad tertium.

¶Pro tertia dubitatione respondetur q̧ omne iniustum facere est alteri nocumentum inferre, sed non omne nocumentum inferre est iniustum facere, quia non omne damnum illatum est iniustum: nocumentum enim fit homicidę grassatori eum perimendo, non tamen fit illi iniustum. Trifariam nocumentum contingit. patet paucis repetendo quędam quæ octauo capite dicta sunt & alia addendo, scilicet ex ignorantia affectione & electione. Ignorantiam in inuincibilem & vincibilem distinximus, & rursus vincibilem in affectatam & crassam partiuimus. Nocumentum ex ignorantia affectata ad nocumentum ex electione vel affectu reducitur, secundum q̧ ignorantia est volita ob electionem, aut affectum. Proinde duplex tm̄ remanet nocumentum ex ignorantia contra alia duo distinctum. Nocumentum ex affectu est duplex secundum q̧ duplex est affectus. scilicet naturalis vel humanus siue necessarius, & habitualis. Diciturq̧ affectus habitualis qui ex habitu prauo innascitur, secundum quem homo mox obiecto pręsente mouetur in ipsum, vti vides in assuetis iurare ex habitu ad iurandum pronos. Affectua autem naturalis ex sensibus naturalibus emergit, vt timor, spes, gaudium & huiusmodi. Et affectus naturalis rursus diuiditur: quidam enim retinet sibi nomen commune, qui iam dictus est, & dicitur naturalis. Alius dicitur humanus siue necessarius qui in hominis natura originem habet, vt sitis, fames, infirmitas & huiusmodi. Sancti non discedunt a sententia philosophi alijs verbis peccata diuidentes. Dicunt enim q̧ peccantes, vel ex infirmitate & impotentia peccant, vel ex ignorantia, vel a certa scientia. primum peccatum est in patrem, quia est contra eius appropriatum scilicet potentiam. Secũdum in filium, quia est contra eius appropriatum scilicet sapientiã, filius enim est patris sapientia. Tertij ex electione & ex industria peccãtes dicuntur in spiritumsanctum peccare, quia contra eius appropriatum delinquunt hoc est contra bonitatem, & isti pessime peccãt quorũ pc̃tm̃ a sanctis & doctoribus in fine secundi sententiarum dicitur irremissibile, ob eius malitiam. Aliter in euangelijs peccatum in spiritum sanctum exposuimus, nunc autem vt plures loquimur. His enarratis respondetur conclusiue ad dubitationem, oẽs iniustũ faciẽtes. Peccantes ex electione vel exiguo affectu sunt iniusti. Patet, tales ex habitu iniustitię & certo proposito iniustum agunt proinde sunt iniusti per aristotelem sepius in litera, & secundum sanctos grauissime delinquunt, & cum ignorantia affectata ad hoc reducatur, perinde est de ea ac de illo ad quod reducitur.

¶Secunda conclusio iniustum faciens ex graui affectu vel ex ignorantia crassa vel supina peccat, non tamen est iniustus, quia iniustus est admodum prauus quemadmodum non est iste.

¶Contra priorem conclusionem obijcitur sic. Secundum Dionysium de diuinis nominibus nemo respicit ad malum volens ergo nemo potest velle malum cognitum tale: ergo nemo peccat ex certa scientia. ¶Respondetur bifariam. Primo q̧ peccare ex certa scientia, ex industria vel ex malitia non est aliud q̄ non habere impulsum sensualitatis (cui voluntas condescendit facile) inclinantem hominem ad male agendum, nec habere ignorantiam in intellectu & cum hoc potest esse apparẽtia boni alicuius in obiecto. ¶Alio modo dicitur q̧ regulariter nemo aspicit ad malum, volens: tamen voluntas aliter facere potest ex sua fœcunditate & plenitudine potestatis suę vti superius in quadam dubitatione meminimus.

¶Contra secundam conclusionem arguitur sic, omnis iniustum faciena peccat & nullo alio peccato q̄ iniustitia, sed omnis talis est iniustus. Insuper omnis faciens iniustum volens est iniustus: at omnis iniustificans facit iniustum volens: igitur. Probatio maioris, quia sicut iustitia est habitus a quo operatiui sunt iustorum & iusta operantur & volunt iusta, ita iniustitia est a qua operatiui sunt iniustorũ & volunt iniusta. ¶Ad priorem rationem dicitur q̧ varijs modis cõtra iustitiam peccatur absq̧ hoc q̧ quis sit iniustus: sufficit facere iniustum. ¶Ad secũdum argumentum concedo habitum iniustitię inclinare ad iniusta, sed iniustus electione operatur iniuste vt ex dictis patet, iniustum facere ex habitu prompte & delectabiliter est actus iniustitię & non qualitercunq̧ iniustum facere. Nomina significant ad placitum: si Aristoteles & philosophi illius tempestatis ad dies nostros in philosophia vsi sunt vocabulis.

¶Ad quartam dubitationem respondetur vtrunq̧ est perdifficile, nec vnam difficultatem Aristoteles alteri præfert, sed quia hoc in litera tangit occasionaliter quæstionem mouet. In primis iustitia non fit nisi circa exteriora, de actibus enim occultis animæ non est iustitia in foro exteriori, sed solum in foro interiori, vbi euangelicus sacerdos credit homini sua occulta denudanti, & in eo foro dignoscere lepram a non lepra est perdifficile, quia tenebrosiora sunt vulnera mentis q̄ corporis. Sed de hac via non loquitur Aristoteles, quoniam scelera sacerdoti denudare nec est de lege naturę nec fuit de lege Mosaica. Credo tamen esse difficilius, probum esse iudicem q̄ esse peritum medicum. oportet enim iudicem in legibus esse peritum, & scire vti ęquitate quando par est & cum hoc in mari sęuienti existens miris fluctibus frangendæ iustitiæ exponitur, nunc procellarum minæ iudicem territant, nunc fauor blandiens, nunc vero munera (quæ oculos prudentum excęcant) offeruntur. Munera crede mihi placant hominesq̧ deosq̧, dicit naso. Fauor nunc vnius partis, nunc odium alterius, quare iudicium rectum timore, amore, & odio immutare solet. Vnde Aristoteles secundo rethoricę dicit, non eadem videntur amantibus & odientibus, neq̧ iratis & se mansuete habentibus. Medico autem sanare plurima inuitant, occidere paucissima aut nulla, lucrum voluptas, honos, ad sanitatem instigant.

Ad quintũ.

¶Pro quinta dubitatione notetur homines quadrifariam iniustum faciunt prout recitatur, vndecima quæstione quarta, capitulo quarto, timore cupiditate amore & odio. In duobus primis iudex habet oculum ad se, & dicitur per partem corrumpi in duobus vltimis ad partes respicit & non corrumpitur ab extrinseco, sed a se: ideo eas relinquemus in titulo dubij.

His prægustatis respondetur per propositiones: quarum prima est. Iudex cupiditate corruptus plus peccat q̄ timore corruptus. Probatio, peccatum tanto est grauius quanto est magis volūtarium. Modo peccatum ex cupiditate est magis voluntarium q̄ peccatum ex timore: nam qui ex timore operatur ille quodammodo inuitus & cum displicentia operatur. signanter si est iustus timor. Hinc timor cadens in constantem virum impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum, nō autem cupiditas. ¶ Secunda propositio. Iudex cupiditate corruptus plus peccat q̄ pars corrumpēs, cum iudex obligetur iure communi sicut & pars, & cum hoc iure speciali tanq̄ iudex, igitur plus peccat.

¶ Tertia propositio. Iudex magno timore corruptus minus peccat q̄ pars corrumpens. Patet quia eius peccatum est minus voluntarium. Eius enim actus est mixtus ex voluntario & inuoluntario, partis autem actus pure voluntarius. Hinc Pilatus timore perdendi officij Christum inique iudicās, minus peccauit q̄ Iudas & Iudęi tradentes Christum Pilato, secundum verbum Christi ad Pilatum Ioannis vndeuigesimo. Qui me tradidit maius peccatum habet. ¶ Contra illud argumentor.

Obiecta. Plus peccat qui in plures peccat, at pars corrumpens in plures peccat q̄ iudex, quia in iudicem quem ad peccatum inducit. & etiam in partem aduersam, iudex autem peccat tm̄ in partem. ¶ Secūdo magis peccat ille qui subtrahit bona animę & fortunas q̄ auferens bona animæ tm̄, at pars corrumpēs tollit bona animæ iudicis & bona fortunę partis aduersę. Iudex autem per iniquam sententiam sola bona exteriora tollit: igitur. ¶ Tertio plus peccat qui plus facit q̄ dimidium totius operis mali q̄ ille qui facit residuum. At pars corrumpēs iudicem est huiusmodi, facit enim principium quod videtur esse plus q̄ dimidium totius

Responsiões. ¶ Ad primum respondetur concedendo maiorem, paritate hincinde data iudex in vnam partem peccat quam in peccato alit, & alter facit iniuriam sicut pars.

Ad secundū. ¶ Ad secundum dicitur q̄ bona animę non possunt tolli nisi ab habente animam. Secūdo iudex alendo vnam partem in prauitate tollit bona animę illius sicut bona animę subtrahuntur a iudice.

Ad tertium. ¶ Ad tertium distinguo minorem q̄ pars plus facit q̄ dimidium totius, vel quo ad iniquitatem & sic negatur, iudex enim parte inchoante est liber ad dissentire: vel quo ad difficultatem & perfectionem operis transeat, sed hoc non sufficit

Ad sextum dubium. ¶ Ad sextam hęsitationem respondemus q̄ Prisci gentiles in theatris ac delubris statuas, simulachra & similia ornamenta in illorum memoriam qui de re publica bene meriti essent posuerunt. Non alia de causa Ceres dea frugum vocabatur nisi q̄ hominibus glande vescentibus frumētum tradidit, ac molere, pinsere, panē facere finitimos docuit, hinc nomen deę tulit. Et propter peritiam astronomicam Athlantem cęlum torquere & humeris sustinere finxere. Et quia Æolus ventorum vtilitatem nauigantes docuit, vētorum deus fingebatur. Ita quoq; Amalphis seu magnes diuinos honores inter nautas meruit, quia magnetis vsum primo sulcantibus vndabundum mare monstrauit, cum antehac ad siderum obseruationem cursum dirigerent & nubilo cælo sępenumero erraren t. Modus vulgaris hominum erat illos iam vita functos deos appellitare. Recta erat generose philosophantium via vnicum deum agnoscere, sed cum vulgo hominum loquebantur licet scite sapiebant. In pręsenti loco per deos consideratos homines philosophus intellexit. Centoculus Argus semideus dici sic meruit. Hoc inter exponendum dixerimus.

Ad septimū. ¶ Ad vltimam dubitationem notetur q̄ iudex potest habere suspitiones contra probationes testiū, vel certitudinem & scientiam, extendendo scientiam ad euidentiam. hoc præmisso per duas conclusiones respondetur, quarum prior est. Iudex debet sequi testimonium testium irrefragabilium in probatione, esto q̄ ipse suspicetur oppositum esse verum. ¶ Secunda conclusio. Probabile est q̄ etiam ipse potest sequi depositionem testium quos refellere nequit, esto q̄ sciat oppositum esse verum. Prior cōclusio patet. Sicut enim se habent argumenta topica ad aliquam materiam in ordine ad euidentiā, ita se habent suspitiones ad claras probationes, sed topicę rationes quotquot sunt euidentiæ cedunt. dicitur enim q̄ in modio rendi non est vola plena sciendi. hoc est quęcunq; mensura opinionis nullum gradum scientificum attingit. ¶ Secunda conclusio probatur, quia opposito dato aperietur via iniquo iudici post omnem testium depositionem ad placitum iudicandi, dicēdo q̄ ipse in occulto nouit oppositum, & sic semper esset tergiuersatio in iudicio, quod est inconueniens. Secundo Deuteronomij. xvij. In ore duorum vel trium stat omne verbum, sed iudex qui est lex animata secūdum philosophum, habet Titium innocentem ostensum testimonio irrefragabili nocentem, debet aut saltem potest depositionem testium sequi & patet per cap. pastoralis de officio iudicis. delegati, & est sententia beati Ambrosij super Beati imaculati, vt patet. iij. q. vij. cap. iudicet. Iudex tamen debet testes seorsum examinare more Danielis, & facere quod in se est ad liberandum innocentem semper seruando ius cōmune & legis communis conditiones. Nec valet dicere: ad iudicem superiorem mittendus est, tum qa stat istum esse iudicem supremum. Tum secundo si esset iniquum sic iudicare, vitam innocentis exponeret periculo mortis quod inconuenit, nec est necessarium relinquere officium. Nihil est dicere in criminalibus & in magnis ciuilibus secūdum veritatem iudicabit, secus est in minutis, quoniam si processus sit iustus idem est in magnis atq; paruis.

Obiecta tria. ¶ Contra hanc secundam conclusionem arguitur. Iudicare contra veritatē est iudicare contra ius naturale, quod est ius diuinum. Exodi. xxiij Non suscipies vocem mēdacij, neq; in iudicio plurimorum acquiesces sententię vt a veritate deuies. Secūdo nullus innocens est ad mortem plectendus quando est scitus talis, Titius est huiusmodi vt nouit iudex: igitur. Tertio potius debet iudex sinere scandalum oriri in republica q̄ veritatem deserere agnitam. Vtilius enim scandalum nasci permittitur q̄ veritas relinquatur de re. iu. cap. qui scandalisauerit.

Ad primum. ¶ Ad primum dicitur hoc est verum nisi probetur testibus omni exceptione maioribus oppositum.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum similiter respondetur. ¶ Ad

tertiũ dicitur ꝙ iudex nullam veritatem derelinquit quã tenetur insequi. Quarto tunc Pilatus fuisset sce- Ad tertium.
leris expers iudicãdo Christũ. Quinto contrauenit suę cõscientię proinde iudicãdo peccat. Ad quartũ dicit Obiectũ quar
non ignorauit Pilatus cõtumaces iudeos inuidia & sophistico testimonio procedere: hoc nihil obscure euan- tum & quin-
gelistę edocẽt: ingenue pręses profitebatur, nihil morte dignũ inueni, in eo in cuius argumentum manus tum.
abluit, propterea grauiter peccauit iudicãdo Christũ ad mortẽ. Ad quintũ dicit ꝙ particularẽ conscientiam Ad quartũ.
suam excutiat est persona publica: formet hoc iudiciũ a me secundũ processum iuris est sentẽtiãdũ tametsi Ad quintum
sit persona publica ac priuata non potest habere conscientias oppositas de eodẽ. Cęterum iudex imprimis
examinabit testes, sicut fecit Daniel seniores seu ꝑsbyteros cõtra Susannã: & si sciat id ꝓbare testes nõ sunt
omni exceptione maiores: si nequeat tũc augetur difficultas. Alloquatur testes clanculũ cũ viris etiã timo-
ratis eos retrahendo a falso testimonio: si nequeat vlla via insontem liberare non peccat ipsum condemnã-
do. Quia iudicis causa incidit quę sine aduocatione nõ cõmittitur, quęritur ad quid aduocatus clientuli est Quęstio.
obnoxius. Respondetur ꝙ peccat si sciẽter causam iniustã tutandam suscipiat, & si eã ab exordio probabi- Responsio.
liter iustam arbitrabatur, ac tẽporis progressu illam iniquam deprehendit, tenetur illam deserere & iniu-
stitiam suo clienti denunciare. Norma generalis, procedens in causa post iniustitiã agnitam peccat: & dãnũ
parti lęsę illatam refundere deuincitur. vnde bifariam patronus iuste aut non iniuste causam suscipit, quã-
do causa iusta putatur, vel de illius iniustitia ambigitur: patrocinatur vt discussione veritas splendescat, li-
cet litem ancipitem cliens deserere haud tenetur: ita nec patronus suum patrocinium minime inficiabi-
tur. Cęterum si ex sua imperitia cliẽs causam iustam omittat plurimũ exorbitat, merita causę ab exordio
a clientulo expiscetur, si clientulus mentiatur, verum loco falsi propalando, iurisconsultus est excusandus,
si inopis causam periclitari sinat delinquit: quemadmodũ homo vrgenti inopia laboranti succurrere astrin-
gitur, ita eius iumẽtũ e puteo extrahere obligatur & eius damnũ in futuro iudicio aliis neglig ẽtibus tue-
ri. Nec incassum laborat: dominus enim illi merceserit. Demũ sublimis est virtus iustitia vt in fronte hu-
ius quinti retulimus: quocirca eius oppositum est grande nephas & plurimũ exprobrabile. Aristides athe-
niensis ab incorrupta æquitate iusti cognomen inter ciues meruit. Suetonius ait Augustũ Cæsarẽ tanta
fuisse æquitate vt nulli vnq̃ genti sine iustis & necessariis causis bellum intulerit. Pertrita est integritas iu-
stitię ipsius Camilli phaliscos obsidẽtis: cui ludimagister phaliscorum liberos sub pretextu spatiãdi tradi-
dit vt hac ansa parentes vrbem obsidenti traderent. Astuti perfidiã Camillus spreuit, ludimagistrũ reuin-
ctis post terga manibus pueris flagellandũ dedit, ad obsessos cũ plagis illum remisit. Ob eximiam hãc iu-
stitiam sua sponte phalisci deditionẽ fecere. Apud generosos animos perfidia poenas luit ac iustitia relucet.
Cambyses iudicẽ illi charissimum pecunia forensi causa corruptũ euestigio comprehẽdi imperauit, ac pelle
a toto eius corpore detracta iudicũ tribunal insterni fecit. Posteris documẽtũ relinquens vt aliena insania
admoniti rectius iudicarent. Cęterum duas regias virtutes potissimum homerus probat scilicet fortitudi-
nem atq; iustitiam: cum sic inquit. Ille bonus pugnator erat: duxq; optimus idem. Quẽ versum tantifecit
Alexander magnus, vt illum anteponeret omnibus Homeri versibus.

Tract. III. Cap. I. & Lib. V. Cap. X.



Einceps autem dicendũ est de æquitate & bonitate atq; æquo & bono: quonam modo sese habet æquitas quidem & bonitas ad iustitiã: æquũ autem & bonũ ad iustum. Nam considerantibus, neq; simpliciter idem, neq; genere diuersum esse videtur: atq; interdũ laudamus æquũ & bonum, virũq; talem. Quare & alia laudantes transferimus pro bono ipsum, æquius declarantes melius esse. Interdũ rationem sequẽtibus absurdum videtur: si æquum & bonũ (si sit quid preter iustum) laudabile sit. Nam aut iustũ nõ est studiosum, aut æquum & bonũ, si aliud sit a iusto: aut idẽ sunt, si vtrunq; est studiosum. Hęc igitur dubitatio ob ea fere quę dicta sunt, emergit de ipso æquo & bono. Recte autem aliquo modo sese habent omnia: & nihil prorsus ipsis aduersatur. Nam ęquũ & bonũ iustũ est: & est aliquo iusto melius: & non vt aliquod aliud genus: melius est ipso iusto. Idẽ est ergo iustũ, atq; æquũ & bonum. Et vtrunq; quidem est studiosum, prestabilius autẽ est ipsum æquum & bonum. Fit autem hęc dubitatio quia æquum & bonũ iustum quidem est, nõ autem lex est sed emendatio legitimi iusti. Causa autẽ est quia lex quidem omnis vniuersalis est: fieri autem nõ potest: vt de quibusdam vniuersaliter recte dicatur. In quibus igitur vniuersaliter quidem dicere necesse est: fieri autẽ non potest vt recte dicatur, in iis lex id accipit quod fit plerunq; haud ignorans peccatũ. Et est nihilominus recta, peccatũ enim nõ est in lege: nec in legislatore: sed in ipsa rei natura. Continuo nanq; terũ earum quæ sub actionem cadũt, materia talis est. Quũ igitur lex quidẽ vniuersaliter loquitur: in iis autem preter vniuersale quippiam accidit, tum recte sese habet: vt ea parte qua legislator omisit atq; peccauit absolute locutus: emendetur defectus: quod & ipse legislator si adesset, hoc modo dixisset: & si sciuisset, iubentẽ legem tulisset. Quapropter iustũ quidem est & præstabilius aliquo iusto non tamen simpliciter iusto, sed eo quod peccat propterea quod simpliciter dictum est. Atq; hæc est natura ipsius æqui & boni: emendatio legis ex ea parte, qua deficit

ob vniuersale. Hęc enim est causa, vt nõ omnia sint lege: quia de quibusdam impossibile est ponere legem. Quare decreto est opus. Indefinitę nanq; rei, indefinita & regula est. sicut & ædificationis Lesbię plumbea norma. Ad lapidis enim figuram mutatur: & non manet. & decretum ad res ipsas simili modo. patet igitur quid est æquum & bonum: & esse iustum & quo iusto pręstabilius est. Ex quo etiam emergit: quisnã sit homo bonus & æquus. Est enim is qui talia eligit atq; agit: & qui non exacte iustum in deteriorem exequitur partem: sed imminuit tametsi legem adiutricem ad illud habet & habitus hic æquitas & bonitas est. quæ quidem iustitia quędam: & non alius quisq̃ habitus est.

DEinceps autem &c. Consequẽs est autẽ de bono & æquo quemadmodũ bonitas & æquitas se habeãt ad iustitiam ac bonum & æquũ ad iustũ, hoc est ad eius obiectũ determinationẽ suscipere, hæc æquitas apud veterem traductionem epicia vocatur, vulgus epicaiam vocat. Et æquitatem quadrifariam iusto legali comparat. Primo nanq; cõsiderantib⁹, neq; idẽ simpliciter est iustitię & iusto, Secũdo neq; genere diuersa esse videtur, sed iustitia & æquitas ad idem genus spectant. Tertio æquitas est laudabilior iusto. Nam plerũq; æquum & bonũ laudamus vt virum talem, non vt iustũ. Quarto est iusto melior æquus, & nomen æqui & boni ad alia amplius commendanda pro bono transferunt: ex additione ęqui quicq̃ melius & nobilius esse significantes: quoniam iustum legale æquitas dirigit, est iusto legali melior. Vbiq; enim dirigens est pręstabilius illo quod per ipsum dirigitur. Iam in oppositũ disceptat. Ex opposito vero rationem sequẽtibus sępius occurrit absolutũ omnino esse æquum & bonum laudabile esse si æquum & bonum iustum non extiterit, sane aut iustũ studiosum non est, aut si vtrũq; studiosum est, iustum æquum & bonũ idem esse videbũtur. Nanq; studiose percurrendo nullum aliud in mẽtẽ venit cui in æquum & bonũ adiungamus: & hæc de ęquo & bono difficultatem afferunt: ea propter de eo discussionem suscipere conuenit. Respondens obiectionibus tam ad partẽ affirmatiuã q̃ ad negatiuã factis primo dicit recte se habent aliquo modo omnia: & sibi non obuersantur æquum & bonum, & iustum est aliquo modo prestantius: & nõ vt aliquod aliud genus a iusto, quia sub naturali includitur. Idem est ergo iustum, æquum & bonũ. At vero id iustum quod est secundũ legem non est idem cum iusto legitimo seruando verba legis, sed cum iusto naturali: sed est emendatio iusti legitimi, ergo est ipso melius. Causa autem est. lex omnis vniuersalis est & non potest dari de omnibus: & vniuersalis multa includit in cuius singularibus cõmuniter eadem est ratio: hinc est vniuersalis. atqui fieri nequit vt de quibusdam contingentibus lex vniuersaliter feratur. In quibus igitur legem ferre operępretium est, & recte vniuersaliter intelligi non potest. In talibus lex capit id quod in pluribus in vsu est, peccatum intelligens. Sicut naturalis dicit hominem cum quinq; digitis nasci, sciens tamen ob peccatum oppositum quandoq; euenire: nihilo tamen secius ea lex recta est: Peccatũ enim non est in lege, nec in legislatore: sed in ipsa rei natura. Cõtinuo nãq; rerũ earũ q̃ sub actionẽ cadunt materia talis est, vt vniuersali lege nũq̃ satis cõprehendãtur. quin quicq̃ vbiq; subtrahendum excipiẽdũq; occurrat. Sicut in grammatica a regulis cõmunibus multe sunt exceptiones. Nec in humanis operibus ob diuersitatẽ figẽdus est limes: ergo legẽ emẽdari sępius cõuenit. Probat. Siquidẽ cũ lex de aliqbus vniuersaliter stabilita est aliqd p̃ter vniuersale inueniat ęquũ est: vt ex ea parte qua legislator omisit, & absolute nihildemẽdo loquut⁹ est, castiget qđ deest: & nimirũ id iustũ & rectũ est. Nã si ipse legislator adesset, isto mõ fecisset: & si aliquid ita emersurum pręcognouisset vtiq; dixisset, licet iam legem tulerit. Quamobrem iustum est & melius aliquo iusto, non stando in distributione termini iusto, sed perinde ac si staret determinate, puta iusto legali est melius, nõ eo quod est simpliciter, hoc est iusto in vniuersali: qa non est melius iusto naturali quod semper tenet. Sed eo q; propter simplicitatem peccat non est hic sermo de peccato in moribus, sed de deuiatione illius quod cõducit, quẽadmodum secundo physicorum dicitur, monstrum est peccatum in natura. ¶ Alia conclusio, quia iusta secundum leges facunda sunt, decreto & iudicio boni & ęqui opus est. Siquidem munus boni & æqui est legis emendatio: ea ex parte qua ob vniuersale deest Id enim causę est vt non omnia secundum legis expressionem fiant: quia de quibusdam expressam sententiam ferre impossibile est, indefinite siue indeterminate rei indeterminata & variabilis est regula. Et sentẽtia æqui & boni ad res ipsas perinde sese habere debet vt plumbea regula in Lesbo insula ædificãtium: quę ad lapidis figuram mutatur & non manet eadem. Lapides ibi loci ob duritiem sunt intractabiles. Eodem exemplo primo politicorum philosophus vtitur. Est autem lesbos insula in ægęo mari sita, a borea in austrum protensa quingenta aut sexaginta stadia longitudinis habens. Ferrea regula aut lignea est immutabilis: plumbea vero exiguo negocio variatur. Cęterum Pyctacus vnus ex septem sapientibus & Theophrastus ea in insula orti sunt. nunc autem mytilene a mytelene oppido appellatur. Et sicut regula lesbia mutatur ita decretũ ad res ipsas, & non manet semper vniforme: vna eñ circũstantia aduentens vel recedens potest decretum immutare. Patet igitur quid sit æquum & bonum, & esse iustum: & quo iusto pręstabilius est. Ex dictis prompte depręhendi potest quis sit æquus & bonus. Est enim is qui talia eligit atq; agit, & qui non exacte amplectitur ius in deteriorem partem ad puniendum, seruando verba legis eius sensu relicto. Summum ius, summa sępe iniuria est: sed imminuit poenam tametsi legem adiutricem ad illud habet: hoc est corticem legis ad puniendum. Nam poenę non sunt per se intentę a legislatore, sed intendũtur sic vt medicina & cauterium peccatorum. Quocirca æquus non plus apponit de poena q̃ sufficeret ad peccati cohibitionem. Poenæ enim restringendę sunt, & fauores ampliandi. Et id causæ est quia satius est impunitum relinquere facinus delinquentis q̃ innocentem damnare. ff. de poenis. l. absentem. Potius est ad poenę leua-

men citra condignum descendere q̃ ad ipsius grauamen vltra condignum vt *Aristoteles* in problemati-
bus ait. Cōscendere ad acerbam poenam magis contrarium est medio: ergo ab eo est magis recedendum: ex
vna regula posita in calce secundi. Et habitus ipse æquitas & bonitas est: quæ quidem æquitas & bonitas
iustitia quædam est & non alius quisq̃ habitus est. ¶ Dubitatur an æquitas siue epicia sit iustitia. Pro hu- Dubium.
ius dubitationis intelligētia scito q̄ lex est dictamen scriptū, vocale, aut mentale: quo aliquid præcipitur Responsio.
vel vetatur. Vt reddere depositū. Non capere alienū lex enī præcipit ea quæ cōmuniter accidunt: & si instan
tiam vllam pluries patiatur illam legislator ponere solet: si enim rarenter occurrat siue legislatoris men-
ti occurrebat dum legem condebat siue non, illam exceptionem non ponit: hoc enim iudici prudenti in
terpretandum relinquit: Qui habet promptitudinem huiuscemodi leges vniuersales exponere secun-
dum q̄ ratio efflagitat, vocatur æquus: quia æquitate naturali est præditus siue ab ingenio siue ab habi-
tu & ingenio simul, quod plus est: quia tunc prōptius legē interpretatur. Et si requiritur prudētia respō-
dens æquitati naturali quia quælibet virtus appetitiua prudentiam respōdentem (vt sexto patebit) requi-
rit. Æquitas naturalis ad appetitum pertinet sicut ipsa iustitia cuius iustitiæ æquitas secundum philoso- Dubium.
phum est pars. Verum adhuc remanet dubium an ista vniuersalis est lex: quilibet homicida est occiden-
dus quodlibet depositum est semper deponenti cum ipsum deponens poscit reddendum: sic enim lex es-
set de falso cum nonnullas singulares falsas habeat. Si hæc sit lex mentalis, & sensus legis: depositum
est reddendum semper cum a domino petitur nisi ratio naturalis obstiterit depositum reddi, & ita quæli-
bet alia vniuersalis lex habebit mentaliter hanc limitationem: tunc æquus solum legem exponit sua pru
dentia & respondentem actum & habitum habet in voluntate. Respondetur lex siue iustum legale bifa- Respōdetur.
riam capitur. Vno modo pro illo quod per dictamen tale significatur quod in pluribus est verum: at
quilibet homicida est occidendus: sic æquitas non est pars eius sed ea melior nec illa est mala cum sæpissi-
me dicat de vero, & vera erat ad intentionem legislatoris: sic dicetur æquitas siue epiicia pars subiecti-
ua iusti naturalis. Alio modo capitur lex siue iustum legale pro sensū legis: vt homicida est occidendus
nisi ratio clara illi obstiterit: & sic æquitas est pars subiectiua legis siue iusti legalis, nec est eo melior: senten
tia enim siue quod intenditur per legem est lex: ratio est anima legis. C. de lege & consti. prin. Non dubium
est in legem committere eum qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.
¶ Ex isto patet q̄ æquitas siue epiicia est pars subiectiua iustitiæ nec contrariatur legi. ¶ At dicis. Cuius Obiecta.
est condere eius est interpretari: ergo conditor legis habet solū suam legem interpretari. Secundo cum
aliqua exceptio legislatori occurrat quare eam non ponit: sed legem vniuersaliter ponit. Tertio quæ sint
extrema æquitatis. Si enim est virtus: quælibet virtus appetitiua habet extrema.
¶ Ad primum respondetur q̄ in casu ambiguo: cuius est condere eius interpretari: quam interpretatio- Responsio.
nem pro lege posteri suscipiunt: sed in euidentibus, quando legi aduersantur, quilibet æquus dicit illum
casum sub lege non contineri.
¶ Ad secundum dicitur q̄ melius de exceptione tacuit legislator q̃ eam ponendo: vt homines a peccatis
amplius arceret. Cum dicitur quilibet homicida occidetur, proni ad cædem illud existimātes erronee in o-
mni casu seruari melius se ob poenam infligendam conseruant q̃ si omnes exceptiones cognoscerent. Pa-
tet aliunde de Carthusiensi: Cui in generali carnium comestio est vetita, & tamen extrema necessitas est
excepta: quam si in regula habuissent de non extrema necessitate extremam fingerent.
¶ Ad tertiam rationem dicitur q̄ habet extrema æquitas: mediat enim inter excessiuum rigorem & re-
missionem excessiuam: inclinatq; tenere medium, iustitiæ seueritatem quando par est non euacuans, & pu-
nire malefactores vt insontes tranquille degant.
¶ Dubitatur finaliter an æquitas ius naturale dirigat. Respondetur negatiue, nam solum dirigit iustum Dubium.
legale. Contra hoc obiicitur. Omnes iure naturę sunt liberi, & æquitas hoc moderatur: igitur. Secundo re- Respōdetur.
stitutio depositi est iuris naturalis: & tamen æquitas dictat depositum non reddendum amenti. Item com- Obiecta.
munis omnium possessio est de iure naturę: æquitas suadet oppositum & res esse partiendas. Ad primum Responsio.
nego maiorem, nisi intelligatur negatiue seruitus enim non est introducta iure naturæ: & adhuc de illo
sensu esset disceptatio. Nam primo politicæ aliqui suapte natura sunt serui vt desides & obtusi. Ad secun-
dum dicitur q̄ non est de iure naturę in omni casu. Ad tertium nego maiorem nisi negatiue: lex enim
naturę non partitur bona sed humana. Illud est potius de iure naturę non habere omnia in cōmuni pro
tempore legis destitutę pro tempore legis institutę, ante peccatum originale introductū secus erat.

Tract. III. Cap. II. Et Lib. V. Cap. XI.


Atet autem ex iis quæ diximus si fieri possit vt sibiipsi quispiam iniu-
riam faciat necne. Iustorum enim quædam ex omni virtute a lege sunt
ordinata vt lex non iubet quemq̃ seipsum occidere: quæ vero non iubet,
vetat. Præterea cum quispiam contra legem lædit non lacessiturus: tum
is iniuriam sponte facit. sponte autem is iniuriam facit: qui scit, & eum
cui facit, & modum quo facit. At qui seipsum ob iram occidit: sponte id
quod lex non permittit, contra legem efficit rectam. iniuriam ergo facit. Sed cuinam quæ-
so? An sibiipsi, an ciuitati: nō sibiipsi? Nam sua patitur sponte. Nemo vero sponte iniuriam
patitur. Quapropter ciuitati: & ciuitas mulctat, & instituta est ignominia quędam adueq-

fus eum qui sibi mortem consciuit: vt ciuitati iniuriam facientem. Praeterea fieri non potest vt sibiipsi quisq̃ iniuriam faciat ea ratione, qua iniustus est: qui solum iniuriam facit: & non omnino est vitiosus. Hic enim differt ab illo, homo nanq; iniustus est quodam modo sic prauus: vt ipse timidus: non vt totam habens prauitatem. Quare nec hac iniustitia sibiipsi quisq̃ iniuriam facit. Nam idem simul ablatum ab aliquo ac eidem additum esset: quod fieri nequit. Sed semper inter plures iustum atq; iniustum esse necesse est. Praeterea qui iniuriam facit: sponte agit, & electione, & prior. Qui nanq; lęsus idem vicissim facit, iniuriam facere non videtur. Ipse autem simul eadem patitur sibiq; facit. Praeterea sua sponte quispiam iniuriam pateretur. Insuper sine singulis iniuriis: iniuriam facit nemo. At nemo adulterium sua cum vxore committit. Nemo parietem confodit suum, nemo res suas furatur. Omnino autem hoc (sibi inq̃ iniuriam facere) soluitur diffinitione iniuriam patiendi. sua nanq; sponte patitur iniuriam nemo. At vero constat vtrunq; prauum esse facere inquam iniuriam atq; pati. Alterum enim est plus, alterum minus habere medio, quod quidem perinde sese habet atq; in medicina quidem quod ad sanitatem: in exercitandi autẽ arte: quod ad habitudinem corporis bonam conducit. Peius tamen est iniuriam facere. Hoc enim cũ vitio est, atq; vituperatur. Et vitio vel perfecto & simpliciter: vel prope. Non enim omne quod sponte fit, cum iniustitia est. sed pati iniuriam sine vitio, & iniustitia est. Pati igitur iniuriam per se quidem minus est malum: per accidẽs autem nihil prohibet maius esse malum. At non curae est arti: sed dolorem lateris maiorem morbum q̃ pedis offensionem dicit. q̃q̃ fieri potest nonnunq̃ contra per accidens: si euenerit vt quispiam offenso pede caperetur ab hoste: & trucidaretur. Atqui per translationem atq; similitudinem est iustum non sibi ad seipsum: sed suorum quibusdam. Non omne autem iustum sed herile vel rei familiaris. His enim rationibus distat ea pars animae quae rationem habet: ab ea parte quae rationis est expers. Ad quas inspicientibus ad seipsum iniustitia esse videtur: propterea ꝙ in his est pati aliquid contra suas appetitiones. Vt igitur est quid iustum magistratum gerenti: & quibus ipse praeest: sic & his etiam esse videtur. Sed de iustitia quidem caeterisq; morum virtutibus, hoc sit modo determinatum.

Facere iniuriam est peius q̃ pati.

Iustum herile.

PAtet autẽ &c. In principio huius capitis soluit quęstionẽ. Secundum vnũ intellectũ. Aliqua possunt dici bifariã iniusta vel quia sunt contra vniuersalẽ iustitiam, quę dicitur omnis virtus in primordio huius quinti: aliqua vero dicũtur specialiter iniusta, quia sunt cõtra iustitiã particularẽ. Primo soluit quęstionem secundũ vniuersalem iniustitiam: & illud deducit ad illam partem literę vsq; ad eã quę dicit: prętereа fieri non potest vt sibiipsi quisq̃ iniuriã faciat. Aggrediendo literã primo diuisionẽ affert. Pro cõstructua parte bifariã ratiocinatur quẽpiã posse sibi iniuriã inferre. Primo sic, Qui agit scitũ vetitũ iniuriã facit: at seipsum occidens est huiusmodi: igitur. Minorẽ suadet. nulli alii a se facit iniuriã cum sit agens patiensq;. Ex his videamus literam quę nihil obscure notificat illa quę proponimus. ait ꝙ ex omni virtute quędam iusta sunt a lege ordinata modo circa vnamquamq; virtutem quae lex non praecipit, vt lex non iubet quempiam seipsum occidere, & propterea vetat, ergo videtur vt quis possit sibiipsi inferre iniuriam: nam aliquid praeter legem. Secundo cum aliquis contra legem quenq̃ lędit non laesus aut lacessitus, tum iste iniuriam voluntarie facit: sponte autem iniuriam is facit, qui nouit eum cui facit, & modum quo facit, & cętera id genus: sed ille qui seipsum ob iram occidit voluntarie lędit non lacessitus: & facit illud quod lex non permittit, & contra legem rectam: iniuriam ergo facit. Sed cuinam precor: an sibiipsi, an ciuitati? Attamen cõcluditur, qui hac via in se peccat non sibiipsi, sed ciuitati facit iniuriam. Probatur haec conclusio. Nullus patitur iniuriam volens. sed iste patitur volens, ergo non facit sibi iniuriam. Ciuitati aũt est iniurius, q̃a ciuitati facit iniuriam quam vno ciue iniusto priuat. Probatur primo a signo sic, Ille cuius cadaueri infertur damnum a ciuitate: facit iniuriã ciuitati: at cadaueri occidẽtis seipsum infertur post mortem iactura a ciuitate: igitur. Minorem ponit in litera sic inquiens. Quapropter ciuitas mulctat & instituta est ignominia quędam aduersus eum qui sibi mortem consciuit vt ciuitati iniuriam facienti. Siquidẽ ad locum humillimum eius cadauer more canum vncis contemptim trahitur, & manet insepultum. Per ciuitatem, vicum, & quãlibet congregationem cuius occisor est pars, intelligito. ¶ Sequitur in litera. Prętereа fieri non potest &c. Hic soluit quęstionem quantum ad iustitiam particularẽ & dicit. Quispiã est iniustus non quasi totaliter prauus secundum omnem malitiã: hoc est nõ oppositus totali iustitię sed particulari, dico etiã hoc in intellectu nemo facit sibi iniuriam hoc exponendo dicit, ꝙ hoc iniustũ contra particularem iustitiam est aliud ab illo iniusto quod est cõtra vniuersalem iustitiam. Ille quoq; sic malus vt sibi nociuus, est aliqualiter malus veluti timidus non habens totam malitiam vniuersali iustitię oppositã sed eius partem: sicut timidus habet eam malitię portionem quę fortitudini aduersatur. Probat quod dixit sic. Ille qui facit iniuriam contra iustitiam particularem habet plus q̃ par sit: & ille qui patitur, minus: sequitur ꝙ si aliquis sibi iniuriam faciat & minus & magis q̃ par sit habebit. Accedendo ad literam. Secundo qui non est omnino vitiosus, & solum iniuriam facit non sibiipsi iniuriam facit quas

tenus est iniustus, atq; iniustus non est omnino vitiosus. Discrepat enim iniustus a prorsus vitioso. Iniustus quodammodo dicitur prauus contra iustitiam particularem: quemadmodum meticulosus aliquomodo dicitur prauus non vt totam malitiam habens: igitur non sibiipsi quispiam facit iniuriam quatenus est iniustus. quia nec hac particulari iniustitia sibi iniuriam facit: haberet enim maius quatenus iniuriam operans, & minus quatenus iniuriam passus, & idem simul subtractum ab aliquo, & eidem additum esset, puta pecunia alicui iniuriam facienti subtraheretur, & eadem illi restitueretur: quod fieri non potest. Proinde nemo vnq̄ sibiipsi facit iniuriam, sed semper inter plures iustum & iniustum sunt. Pari forma & iniuriam facere & iniuriam pati. Tertio argumentando probatur sic qui iniuriam facit, voluntarie & electione prior malum intendit, qui prior læsus est & vicissim lædit non facit iniuriam, sed citius eam propulsat: qui vero seipsum lædit ipse simul eadem patitur & sibi facit, & licet idem in se agere potest non tamen hac actione quantum ad iniuriam. Insuper tunc aliquis volens sua sponte iniuriam pateretur: contra superius dicta. Vlterius argumentatur sic: Siue singulis iniuriis hoc est particularibus iniuriis nemo facit iniuriam: ergo nullus facit sibi iniuriam opposito iusto particulari. Antecedēs patet inductiue. Nemo mœchiam propria cum vxore committit. Nemo parietem cum iniuria confodit suum. Nemo res suas furatur: & ita vbiq;: igitur nemo sibiipsi facit iniuriam. Finaliter argumentatur sic, omnino sibiipsi iniuriam facere soluitur diffinitione huius quod est iniuriam pati: sed nemo sua sponte patitur iniuriam, igitur nemo voluntarie sibi facit iniuriam.

¶ Alia conclusio. Tam iniuriam facere q̄ iniuriam pati prauum est. Probatur, quia in moralibus omnis excessus & defectus est quid prauum cum discedatur a modio. Hic vocabulum prauum extenditur ad omnem recessum a medio: conclusio sequens id manifestat. Perinde se se habet ac in medicina hoc quod perducit ad sanitatem & in exercitandi arte quod ad corporis soliditatem corpus perducit. Si plus tibi q̄ oporter detur, sanitatem impedit: pari iure si minus. Sic etiam in exercitatiua: maior q̄ oportet vires eneruat & minor vires laxat & emollit.

¶ Alia conclusio. Iniuriam facere est deterius q̄ iniuriam pati: iniuriam facere non est sine vitio & vituperatur: & est cum prauitate vel perfecta vel in confinio. cum perfecta quando quis facit iniuriam sua sponte & electione: est in confinio cum prauitate vel perfecta: hoc est prope perfectam prauitatem: non enim omne quod sponte fit cum iniustitia est perfecta prauitas, vt cum quis calore iracundię pulsat. Sed pati iniuriam est sine vitio & iniustitia in casu.

¶ Alia conclusio. Per se igitur, id est absolute ac communiter pati iniuriam minus est malum: sed per accidens & in casu nihil prohibet esse maius Patet. Ex hoc ꝙ Socrates patitur iniuriam a Platone, ipse Plato ad maiora facinora prouocatur. Insuper Socrates patiens iniuriam potest desperationem incurrere & sibi mortem consciscere. Sed de his quæ per accidens contingunt arti non est curæ: vt ars medendi dicit pleuresim lateris morbum, qui cum febre & sputo sanguinolento est, maiorem q̄ pedis offensionem: q̄q̄ potest fieri nonnunq̄ contra per accidens. Vt si ita contigerit vt aliquis offenso pede capiatur ab hoste captusq; occidatur: tunc grandior pernicies in casu sequitur. Homicidium theologi dicunt esse grauius mœchia: verumtamen aliquod adulterium hoc homicidio est detrimentosius vt temerare reginam q̄ sycophantem aut grassatorem abiectissimum trucidare. ¶ Alia conclusio. Tametsi ad se & sua proprie non sit: iustum vel iniuria: tamen inter hominem & suos potest esse translatitie & metaphorice. Non est iustum ciuile hominis ad se vel suos vt superius capite sexto retulimus. Nam licet non omne iustum in illis videatur, herile tamen iustum & rei familiaris vt paternum & œconomicum in illis esse videtur. Patet ex capite huius libri sexto, hac ferme ratione distat pars animæ quæ rationem habet quemadmodum est intellectus & appetitus intellectiuus, a parte bruta quæ rationis est expers. Partes inspicientes ad seipsum iniustitiam esse visum est: ob id quod in ipsis contingit alteram ab altera pati præter suos rationales affectus cum appetitus sensitiuus (qui obsecundare habet) rationem vincat interdum e contrario, quando ratio appetui sensitiuo dominatur. Primum in incontinente: & secundum in continente contingit. Tale iustum non est hominis ad seipsum sed partis ad partem, loquendo vt pluresac si essent partes animę distinctæ. Item appetitus sensitiuus est totum respectu partis intellectiuæ. Sed reuera iustum est magistratum gerenti his quibus præest imperare: sic par est animæ partem rationis participem illi parti imperare quæ est rationis inops. Hoc modo de iustitia ac cæteris moralibus virtutibus affatim sit determinatum. Post hæc de intellectualibus virtutibus sumus loquuturi.

¶ Dubitatur de veritate illius maxime quam Aristoteles in huius capitis fronte supponit. ¶ Secundo Dub. duo.
dubitatur quomodo æquitas ita audacter iustum legale dirigat. ¶ Ad priorem dubitationem respōdetur: Ad primum.
ꝙ si sumus in materia q̄ regulariter permittitur ex suo genere, tunc quod non est prohibitum est concessum. Patet de tras. ex. § inter corporalia, iuncta glossa, sic quilibet potest esse testis qui non est prohibitus, & quilibet potest contrahere matrimonium nisi inueniatur ei prohibitum. In talibus edictum est permissorium regulariter & in suo genere & certorum casuum aut certarum personarum est prohibitorium. Si autem sumus in materia quę regulariter in suo genere est prohibita. si est de genere prohibitorū tunc omnia intelliguntur prohibita quę non reperiuntur permissa. Nam alio non occurente recurrendum est
ad regulam. ff. de reg. iur. l. omnis diffinitio: satis est in nostra materia. In per se malis qđ lex non iubet nec Ad secundū.
permittis vetat. Vt sanctio non iubet filium pulsare patrem proinde illud fieri prohibet. ¶ Ad secundam dubitationem respōdet ꝙ iustitia est virtus ordinata pro trāquillitate in politia habēda: reddit eñ Cęsari q̄ Cęsaris sunt: & deo quæ dei sunt: sontes mulctat vt grassatores malis facinorib⁹ cohibeat & insontes trāquille degāt. Nouit ingenio & habitu ęquitate prędıtus iustitiā & ad eā ordinatū. Insup ex lege naturę sine doctore extrinseco haurit, ꝙ qcqd ordinat ob aliquē finē cū ei⁹ ordinatio & institutio illi fini aduersat nō

est seruandum:sicut theologi aiunt institutum pro charitate contra charitatem militare non debet. Pro bono publico legislator vetat ne peregrinus vllus sub poena capitis ciuitatis moenia cōscēdat:q a talis cōscēsus potest esse causa traditionis ciuitatis. hostes veniūt vrbē capturi:peregrinus portas vrbis occludit, & animose moenia cōscendēs hostibus reluctatur quoad ciues in auxiliū superueniūt:post vrbē defensam tāq̄ preuaricator statutorum vrbis quaeritur ad supplicium. Querētibus autem aequus contradicit inquiēs non esse mentem legislatoris vrbis tutorem de medio tollere, sed temerarium moenium ascensorē, ne talis hostes inuitando aut aditum prodendo, vrbem tradat. hoc ipsum perspicuum, alii vidētes protinus bene merentem liberant, premiisq̧ donant:& corticem legis euellentes ipsius nucleum cum bona aequitate capiūt.

Dub. tertiū.

¶ Tertio ambigitur cui facit iniuriam sibi letum consciscens:& an Saul cum suo pedisequo amalechita peccauerit. Ad priorem quesiti partē respondemus q̧ deo qui animam ex nihilo creauit iniuriam facit. profecto illius est munus animam a se creatam e suo carcere congruente tempestate educere. Verumtamen iusta conflictatione occidentis, corpus indisponitur vt anima corpus tali discrasia inepte informet. Ad secundum dicimus q̧ ne in manus incircuncisorum Saul deueniret, seipsum transfodere laborauit: hocq̧ eius culpam attenuat, attamen eam a toto haud eximit:& cum in deum ac rempublicam deliquerit, illius

Dubium.

Responsio.

imperio famulus parere non habuit. hinc a Dauide paricidii vindice mulctatus est. ¶ Ambigitur an iniuriam pati sit vituperabile. Constructiue respondeo quando decet eam propulsare. vnde Tullius primo officiorum inquit: Iniustitię duo sunt genera vnum eorum qui inferunt:alterum eorum qui ab his quibus infertur si possint iniuriam non propulsant. Et mox paulo subdit. Qui autem non defendit nec obsistit si potest iniuriae tam est in vitio q̄ si parentes aut amicos aut patriam deserat. Cyrus inclytus apud Xenophontem libro primo ait: Nihil iustius q̄ propulsare iniuriam:aut pulchrius q̄ amicis succurrere. Cōsentanee ad hoc Plato quinto de legibus inquit. Qui non est iniurius honorari debet, qui vero nec alios id facere patitur duplici honore dignus est. Ille enim vni, hic vero multis hominibus opitulatur. Interdū est decentię ac honestatis iniuriam propulsare, nonnunq̄ preceptionis ferociam seuientis cohibere ne aliū ledat:& a fortiore ne in te sua rabie seuiat. Hec scripserim in illos qui iniuriam pati solum poenam & nō culpam existimant:contra Aristotelis expressam literam, ac contra veritatem.

SEXTVS LIBER

TRACTATVS PRIMI. CAPVT PRIMVM.



Vm autem antea dictum sit medium expetendum esse: non exuperationem, neq̧ defectionem, & medium perinde sese habeat atq̧ recta ratio dictat: hoc ipsum deinceps diuidamus oportet. In omnibus enim dictis habitibus (quemadmodum & in ceteris) est quoddam signum ad quod is inspiciens qui rationem habet intendit atq̧ remittit: estq̧ quidam terminus mediocritatum: quas inter exuperationem defectionemq̧ dicimus esse: ita sese habentes vt recta ratio statuit. Atq̧ sermo talis est quidem verus, non tamen dilucidus. Nam & in quauis opera: atq̧ cura circa quam versatur scientia: verum est dicere; neq̧ nimium, neq̧ parum esse elaborandum vel quiescendum, sed mediocriter:& vt ratio recta prescribit. At qui hoc tantum habet, nihil plus scierit: vt si quispiam dixerit ea esse corpori afferēda quę medicina & vt is qui hanc habet scientiam, iubet. Quapropter & circa habitus animi nō modo vere hoc dictum esse oportet: sed etiam determinatum quaenam sit ipsa ratio recta, & quae eius sit diffinitio. Virtutes itaq̧ animae superioribus in locis diuisimus: & alias moris, alias mentis diximus esse: atq̧ de moris quidem virtutibus iam transegimus. De reliquis vero dicamus oportet: prius hisce de anima declaratis. Duas igitur esse animae partes antea diximus: eam quae rationis est particeps, & eam quae eiusdem est expers. Nunc autem identidem pars ea quae rationem habet est diuidenda: atq̧ sit suppositum duas esse parteis quae sunt participes rationis. Vna qua contemplamur ea quorum principia, vt aliter sese habeant, minime fieri potest. Alteram qua perspicimus ea, quae aliter sese habere possunt. Eę nanq̧ animae partes diuersae sunt genere, quae sunt aptae ad res eas cognoscendas quae genere differunt. Siquidem ipsis inest rerum cognitio similitudine quadam atq̧ accōmodatione. Atq̧ harum altera vis sciendi, altera vis subducendi rationem vocetur. Cōsultare nanq̧ rationē q̄ subducere eadem possunt. Nemo autem de iis rebus consultat quę aliter se habere non possunt. Quare vis subducendi rationem, vna pars eius partis est animę quae rationis est particeps. Sumendum est igitur quisnam vtriusq̧ sit optimus habitus. Hic enim vtriusq̧ est virtus. Virtus autem est ad proprium opus.

Signum inspiciendum.



CVm autē antea dictū sit &c. Secūdo libro superius retulimus mediū esse expetēdū, nō autē excessum, neq; defectū: mediūq; sese habere vt recta ratio prescribit. Nō enim ex natura rei sumendū est mediū: verum cōsentaneū ad rectā rationē. Variorū enī comedentiū varię sunt tēperātię latitudines. hanc rectā rationē aperiamus latius. Ipsa enī non vnifariā dicitur. Quot enim sunt virtutes ac habitus intellectiui tot species rectę rationis esse videntur. Cuiq; specierū secundo capite numerandarū sua ratio respondet, vt post hac fauentibus superis locupletius enucleabimus. Sequitur. In omnibus dictis habitibus nā & in omnibus habitibus studiosis, quēadmodū in cęteris omnibus artibus, duo sunt consideranda: scilicet quoddā perfectū & signū: quod signum aspiciēs veluti sagittarius habitū habēs sua opera dirigit: quę nūc intēdit & auget, nūc vero remittit, hoc ipsum exēplo explanauero. Nūc magis comedo autem vtrūq; curādo, semper tamē in latitudine medii manēdo: nūc parcius vt in quadragenario ieiunio comedo. Virq; tēperās nūc meracius bibit: ac opipare cœnitat: nec obiata bellaria m. raro cōuiuio spernit, alias autē domi frugalē trāsigit vitā. Pręterea est termin⁹ ac limes mediocritatū q̄a mediocritates iter excessum atq; defectionē esse dicimus. Astipulat Flaccus canēs. Est modus in reb⁹ sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit cōsistere rectū. Cęterū finis vltimus nō inepte dicit esse signū cuius Aristoteles in frōtispicio primi libri meminit. Fœlicitatis cognitio nō parū incremēti habet in ꝓsecutione virtutis. Est enī finis propinquus cuiuslibet virtutis. Tēperās tēperāter corpus in seruitutē redigit: alioqui nō esset idoneū instrumētū animę. ęgrū enī corpus spiritū a bonis operibus remorat: atq; sermo talis generatiui ꝓlatus est verus, scilicet: Recta ratio signū respicit qd̄ cōtēplabimur ac eadē mediocritate p̄scribit. Hoc tn̄ nō satis est ad percipiēdā rectā rationē, vt artis exēplo probat. Sicut recta ratio faciēdi se habet ad factibilia ac ea q̄ ab arte cōficiunt: ita recta ratio agēdi circa agibilia, ad bene operādū. In quauis arte. At sufficit generatim scire secundū artes pręceptiones, proinde in agēdis rebus minime sufficit scite agēdū esse secundū rectā rationem nō exuperādo nec deficiēdo: sed determinānda atq; particulizanda est hęc recta ratio: quęnā sit & quae illius diffinitio. Qui tantū hoc in communi sciuerit nō amplius curabit q̄ ille qui hoc pacto ait. Corpori ęgro ea sunt afferēda q̄ medicinę ars iubet aut afferēda sunt ea q̄ physicus iubet. Hęc generalis probatio sine vlteriore discussiōe in singularib⁹ parū adiumēti lāguēti attulerit. Sequit in litera. Virtutes animę superioribus in locis vtputa in calce primi distraxim⁹: & alias morū alias mētis dixim⁹ esse: atq; de morū, hoc est affect⁹ qdē virtutib⁹ iā superius locupleti⁹ trāsegim⁹ in secūdo quarto ac quinto libris: Reliquū est de itellect⁹ virtutib⁹ fari. aū oia hia de aīa delibatis, geminas animę esse partes superi⁹ retulimus: atq; bifariā distraximus: quarū vna pars est rationis cōpos, altera aūt rationis inops: vt vegetatiua arboribus cōueniēs. rursus pars rationis particeps est vlterius deducēda. hoc supponat tāq̄ in hac arte principiū. Vna animę parte ęternā cōtēplamur. hęc principia ęterna immutabilia sunt veritatis, alia pars aię qua cōtingētia rimamur, hęq; partes diuisę sunt gn̄e: reipsa qa anima est impartibilis, hoc allatū affatim suo more exponit, vt qlibet ingenio p̄ditus qdnā dicere voluerit medulitus intelliget, rudiori tn̄ minerua p̄ditus falsum ꝓ vero somniabit, sicut plerīq; faciūt. Sine magna dicacitate litera explanationē aggredior: partes sunt diuersę gn̄e q̄ sunt ꝓptę res differētes gn̄e, qd̄ est facile deprehēdere, siq dē ipsis partib⁹ animę inest rerū cognitio similitudine quadā atq; accōmodatione: ꝓinde acsi diceret istarū partiū obiecta reipsa gn̄e differūt: itaq; talē denoiationē obiectiuę partes animę sortiunt. speciē logicā alii ꝓfessores genus nominitāt, sed redit in idē. Est gen⁹ subalternū qd̄ cū specie subalterna cōspirat, Ex quo ꝑspicuū est ꝙ de reali discrimie partiū aię minime loquit, nec hoc discrimē somniat. Verū pro faciliore elucidatiōe aīa denciationē obiectorū suscipiet: atq; necessarię enūciationes atq; cōtingētes specie dispescunt, sicut est idē oculus q celestes orbes atq; hęc caduca terrena aspicit, & duę sunt flāmę vires. s. calefaciēdi ac illuminādi, & ita flāma illuminatrix est etiā calefactrix, inest eadē aīa diuersis officiis, diuersis noib⁹ vocata. Sequit in lr̄a. Atq; harū altera vis sciēdi eaq; est cōtēplatiua, altera subducēdi rationē vocabit, & ea est vis cōsultatiua ac calculādi. Cōsultare ac rationē subducere siue ratiocinari idē sūt ac cōcidūt. Ad insinuādā idētitatē l te dixit, harū altera vis ac potestas. Nemo sane de his reb⁹ cōsultat q̄ aliter se habere nequeūt. Nec ipse astronomus de planetarū coitu oppositione ac alio aspectu cōsultat, verū aspectib⁹ cognitis qd de terrę fructib⁹ portēdāt. Ex planetarū & reliquorū cōspectib⁹ siderū annonae charitatē aut vtilitatē iudicat: nōnūq̄ tn̄ ludit p̄sertim in his q̄ a libero arbitrio pēdēt. talia eius ominatio est cifra in figurarū calce. Sequit in lr̄a. Sumēdū est igit q̄snā vtriusq; ptis aię. s. cōtēplatiuę & cōsultatiuę sit optim⁹ habit⁹. Vult dicere ꝙ habit⁹ istarū partiū aię est virtus ac pfectio earūdē, nā his inuētis illarū partiū virt⁹ habet. ostēdit, illd̄ a quo emanat opus pfectū ꝓpriū alicui⁹ potētię est illi⁹ potētię virt⁹ ac habit⁹ p̄stātissimi sunt a qb⁹ ꝓficiscit opatio p̄stātissima istarū potētiarū: ꝓinde habit⁹ optimi sunt earūdē virtutes. Maior est liqda, qa virt⁹ cōsistit circa pfectū ac ꝓpriū opus. Circa literā hoc mō explanatā nōnulla dubia occurrūt. Primo q̄r alię virtutes morales denominent: cū cōsuetudine ac more ex sedo ethicorū acquirant pariter & itellectiui. Dubia quatuor.

Habit⁹ siqdē illi ex actuū reiteratiōe emergūt. Scdo itellect⁹ reipsa est appetit⁹ quō virtutes hui⁹ libri habit⁹ itellectiui appellitent. Capta enī sciētia hoc pacto ratiocinabor, huic itellectui sciētia ihęret: at hic itellect⁹ est volūtas: ꝓinde sciētia volūtati ihęret, expositorie. p̄missę minime sūt respōdę: igit nec illata cōclusio. ¶ Tertio potētię distinguunt p actus & actus p obiecta, scdo de aia. sed obiecta specie dispescunt reipa itaq; & ipsę potētię. ¶ Quarto nihil est pars sinmer potētia cōtēplatiua est anima reipsa, ꝓinde nō est ei⁹ pars. Eodē mō de parte cōsultatiua ratiocinabor. De habitib⁹ naturalib⁹ ac infusis neutiq̄, Prōptitudo naturalis ad bonū nullū habitū ponit, ac habit⁹ supne infusi Aristotelē p̄tereūt, allata dubitabilia ea serie q̄ ꝓposita sūt declarabim⁹, relictisq; aliorū frigidis rationib⁹ carptim dicim⁹. Ad primū virtutes tā mētis q̄ appetit⁹ cōsuetudine parant, ac illę virū bonū minie efficiūt scribēte Arist. ii. ethi. scire parū ꝓdest at virtutes eligere aūt nō parū (Vetusta trāslatione nō semel vtor, signāter qn̄ memoriter recito) istę vero virū moratum atq; probū efficiunt, tēperātus ac iustus, est bonus, tēperātia ob cōnotatū & philoso- Ad primū.

phicam acceptionem probitatem includit,alioqui ipsa est bonis malisq; communis,secundo moralis sola
actuum ratiocinatione sine extrinseco doctore paratur quicquid preceptor dixerit nisi homo ad bonum
assuescat flosculos morum minime assequetur.In prauorum corda intellectiuae virtutes,vel eis quasi nolē
tibus instituantur.verberibus iuuenes quodammodo inuitos ad disciplinas coartamus,a cōsuetudine mo-
rales nomen accipiunt.secundi ethicorum primo.Verum nō totaliter,cum intellectuales etiam more pro
creantur,mos consuetudinem significat dicentibus hebreis,nisi circuncidimini secundum morem legis
Ad. ii. moysi non potestis salui fieri.actuum decimo quinto. Ad secundum dicimus ꝙ omnes virtutes intelle-
ctus appetitui insunt,sed intellectiuae virtutes intellectui primo inherent.Si intellectus reipsa a volunta-
te distingueretur appetitui nullo modo inhererent.Nec tale impossibile in conditionali accipere est pre-
ter rationem,quomodo Aristoteles quarto physicorum & alibi.Vel seriosius alias explanauimus beatus
Thomas & alii intellectum ab appetitu reipsa separant,quae accidentia animae ponunt,quibus omnifariā
refragamur,nec formalem distinctionem ad aliorum sententiā ponimus.Hoc enī pacto placet dicere intelle-
ctum formaliter a voluntate distingui. Alia est ratio quare intellectus.& alia quare voluntas dicatur.In-
Ad.iii. tellectus munus est intelligere appetitus velle aut nolle. Ad tertiā hesitationem respondemus ꝙ non est
tanta potētiarū distinctio quanta actuū eius.Monstratur,in idē obiectū lati actus,intellectus ac voluntatis
specie distinguūtur:attamē ratione potētię secernuntur.Intellectus intelligit ratiōe,sui nō autē appetitus.
Ad.iiii. proinde in ratiōe potentiae distinguūtur.Ex hoc lucidum est aggregatū potentię intellectiuę cū suo actu
intelligēdi ab aggregato appetitus cū suo actu specie distinguunt. Ad quartū dicitur ꝙ animae functio ad
intelligentiā solam haudquaq̄ terminatur:nec ad volēdum eius facultas extenditur:verum ad hęc & illa
exspatiatur,proinde illae eius partes non ab re appellitantur.

Tract. I. Et Lib. VI. Cap. II.



Principia agē- di & veritatis. Sēsus intelle- ctus:appetit⁹.

Ría autem sunt in anima quę sunt agendi veritatisq; principia.Sensus,in
tellectus,appetitus.Atq; sensus,nullius est principum actus.Quod quidē
ex eo patet:quia beluę sensum quidem habent,actionis autem sunt exper-
tes.Est autem id in appetitu persecutio atq; fuga,quod est affirmatio ne-
gatioq; in mente.Quare cum moris quidem virtus habitus sit electiuus,
electio vero appetitus deliberatiuus:ob hęc ipsa & rationem veram & ap-
petitum rectum esse oportet si electio sit studiosa:atq; eādem illam quidem dicere:hunc au
tem persequi.Haec igitur mens atq; veritas actiua est.Mentis autem eius(qua contemplan
di,non agendi neq; faciendi principium est) bonum ac malum verum est atq; falsum.Hoc
enim mentis est omnis opus:sed actiuę mentis veritas est consentanea appetitui recto.Ele-
ctio igitur actus principium est:vnde est motus:sed nō id gratia cuius.Appetitus autem,
eaq; ratio quę alicuius est gratia:electionis principium est.Icirco neq; sine intellectu men-
teq;,neq; sine habitu moris est ipsa electio.Sine nanq; mente atque more non est actio bo-
na nec item contraria.Mens autem ipsa nihil mouet.Sed ea quae alicuius est gratia & acti-
ua.Haec enim & affectrici menti pręest:nam omnis qui facit gratia huius facit & non est
simpliciter finis sed ad aliquid & alicuius id quod efficitur:sed nō id quod agitur.ipsa nā-
ꝙ bona actio finis est.Et huius est appetitus.Quapropter electio vel intellectus est appe-
tiuus:vel appetitus intellectiuus.Et tale principium est homo.nulla autem res facta est eli-
Cōsultatio de futuro est aga tho. gibilis:nemo enim eligit illum expugnasse:Neque enim de eo consultat quid factum est:
sed de futuro ac contingente.factum autem non contingit nō factum esse.Quapropter re-
cte Agatho dixit.

Hoc etiam ipse deus soloq; carere videtur:

Infectum vt faciat quod factum est atque peractum.

Opus igitur vtriusq; partis intellectiuę veritas est:quare quibus habitibus maxime pars
vtraq; verum dicit:ii sunt ambarum virtutes.

TRia aūt sunt in anima &c.Nosse oportet ꝙ quatuor sunt potētie animae q̄ suarū operationū sunt
fontes.Prima vegetatiua:q̄ est potētię nutriēdi augēdi ac simile generādi in specie.Eadē vulgatiore
vocabulo vegetatiua vocatur,hęc vis nō est principiū humani actus,plantis enī cōuenit.hancq; phi
losophus praetermisit,cū manifestū esset illā nō esse originē humanarū operationū.Et quia trib⁹ animalia
mouent̄.vt tertio de anima scribit̄,tres fontes nostrarū operationū ac veritatis assumpsit,vt paulatim ad
habit⁹ intellectiuos descēdat,sensus enī nō est potētia rationalis.Appetitus sensitiu⁹ sensum sequit̄ & est ap
petit⁹.Quęlibet cognitiua potētia sua cū appetitiua respōdēte cōspirat sicut intellectus est volūtas,cuilibet
sensui exteriori interiori ve sua appetitiua respōdēs coincidit.& idē adęquatū obiectū sibi vendicat,visus
pulchro visibili(vt prouerbialiter traditur)pascitur.Et propterea visus inquātū appetitus approximatio
nem obiecti conuenientis expetit.Sic de auditu somnii cymbalorū bene sonantium,pcipiēte:qui in quā
tū est appetitus illa melodia spiritualiter alitur atq; cōfortatur.Et sicut appetitus sensitiuus sensationem
pręrequirit:sic appetitus intellectiuus intellect⁹ actū efflagitat,& eam ob rē appetitus intellectiuus fertur.

¶ Sequitur in litera. Atq sensus nullius est principium actus humani, bene tamen est origo veritatis, nihil sensibile ab intellectu capitur, nisi prius a sensu sentitur: sed nostras operationes non elicit. Fulcit sic illud. Hoc quod est commune hoi cum belluis non est fons operationis humanę: sensus est huiusmodi igitur, pecora enim sensum habent, attamen non aguntsed instinctu naturali congenito aguntur. Rationis enim sunt expertia. Sequitur. Est autē in appetitu, remoto sensu, reliquum est vt appetitus & intellectus sint rerum agendarum capita. Ostenditur sic, Ea quę ad res agendas cum quadā consonantia concurrunt, sunt principia rerum agendarum: ea est conformitas vt vnum ostendat aliud ostēsum sequatur. At mens & appetitus sunt istiusmodi: igitur, Minorē sic notificat. Quod est apud appetitum prosequutio vel fuga, hoc apud intellectum est affirmatio vel negatio eiusdem rei. intellectus affirmationem edit, dicendo hanc rem esse bonam, diligere proximum: tum rationalis appetitus bene inclinatus id prosequitur, proximum diligens. Pari modo quando intellectus negat aliquid esse bonum vt moechiam, appetitus rationalis illam refugit. Qua de re prosequutio in appetitu est sicut affirmatio siue assensus in intellectu: & fuga in appetitu est instar negationis siue dissensus in intellectu. Sequitur. Quare cum moris quidem virtus sit habitus electiuus, secundo ethicorum, requiritur harmonia inter intellectum atq appetitum: lectio autem appetitus cum deliberatione. Octauo capite libri precedentis dixit philosophus: ea cum electione agimus que antecessit deliberatio: igitur, ob hęc ipsa rationem mētis esse veram & appetitum in agendo esse rectū oportet: si electio sit studiosa: atq operęprecium est illam rationem eadē dicere & monstrare & hunc appetitum illa prosequi, & hęc mēs actiua fertur. Pari iure eius veritas est actiua. Actus appetitus igitur studiosus erit rectę rationi consentaneus. Talem mentem actiuam vulgo practicam appellitāt. ¶ Sequitur in litera conclusio quędam. Mentis contemplatiuę, quę est fons contemplandi non agendi, bonum ac malum est verū ac falsum, hoc enim est totius mentis scilicet actiuę atq contēplatiuę opus. Bonum est veritas, malū falsitas differenter tamen. Sane verum apud mentem actiuam cum appetitu recto concurrat. Notitia actiua est actus eliciti ac imperati directrix, & actum voluntatis studiosum esse illi consentaneum necesse est. Nō enim est sui gratia, sed operis, hanc consonantiam actus intellectus, appetitus actui prestat & contra. Nec hoc dissentaneum arbitreris. Exemplum in simili Socrates est causa quare Plato est illi vicinus & cōtra. cotra esti vtriq nō erit hęc reciproca denominatio. Mens speculatiua quę in veritatis agnitione desinit, est propter se: translatitio circulo suam theoricam cōcludit, a speculatione auspicat ac in speculatione quiescit. Mens vero actiua ad opus progreditur: in operatione vero figit pedem, quia eam intendit. Cęterum speculatiuę mentis bonitas est veritas: eiusq malū est ignorantia prauę dispositionis, & purę negationis eorum quę scire homo est obstrictus. In actiua mente, prudentia est eius bonitas: imprudentia eius labes. Haec imprudentia cum stultitia est semper, ac huius mundi prudentia, sępenumero concurrit. In intellectu est ars tanq̄ illius perfectio & eius contrarium labes. Sequitur in litera. Electio igitur actus principium est vnde motus hoc est in genere causę effectricis per actum exteriorem operationē siue actum imperatum intellige sicut cepit primo ethicorum principio capite in frontispi. Capientes ipsum pro actu elicito inaniter se fatigant. Actus elicitus est actus imperati effector, nono metaphysice, sed nō in genere causę finalis, aliud enim ob finem fit. Sequitur alia cōclusio. Aptus aūt & ea ratio quę alicuius est gratia, electionis est effectrix: prudētia est alicuius gratia, nō autē speculatio. Hinc corollarū subortū infert inquiēs. Icirco neq sine intellectu simplici apprehēsione, neq mente hoc est ratiocinatione prima ipsa electio nascit. Secūdū Aristotelē triplex est intellectus operatio: scilicet simpliciū apprehensio, compositio & diuisio, atq syllogismus etiā citra habitum perfecta electio haud procedit. Et quia quispiam obiectaret, actio omniū habitū antecedēs est electio: subdit se intelligere de actione bona intensa, ac propense elicita. Subdit, sine namq mente atq more non est actio bona. Quomodo autē prudentia ad studiosum actū requiritur, accōmodatiore loco habendus est sermo. Sequitur in litera. Nec itē contraria est intellectu & mente: attamē ad malum minus deliberationis sufficit q̄ ad bonū, hęc deliberationem formalē efflagitat, illā deliberatio interpretatiua struit. Ad maliciam satis est habere tēpus deliberandi & deliberationem negligere. Sequitur in litera. Mens autē ipsa nihil mouet. Mens in cōmuni nihil mouet, patet de contemplatiua mente quę ad opus haud quaq̄ excitat, tertio de anima. Sed ea quę est alicuius gratia mouet, eādēq actiuam appellamus. Hęc etiam actiua effectrici menti prępest. Probatio. Nobilior habitus suo subiecto prestantiorem denominationē elargitur: at prudētia arti precellit, & ex consequenti ars prudētię ancillatur. Subdit causam quare mens actiua factiuā antecedit, q vnus qui facit gratia finis facit. Ratione alterius finis ab aedificatione & aedibus etiā extructis, vt pote vt a rigore brumę, & totius hyemis & ab aestiuo calore defendatur sua aedificatio: nec structura est simpliciter finis, sed in vlteriorē ordinatur. Sed non id quod agitur. Bona actio est finis habitus natus & cōgenitus. Habituatus succurrere indigo, vult delectabiliter illi opem impēdere, sine relatione alia alteri⁹ scopi. Et ille actus est bonus: & huius actionis est appetitus. Proinde intellectus actiuus non iniuria factiuo p̄ponitur, quare electio est intellectus appetitiuus vel appetitus intellectiuus. Hoc est pro actu intellectus in recto supponit appetitū connotans, vel pro appetitione accipitur, consultationē ac deliberationem preuiā connotans. Secundum modū obuiis vlnis, vt in. 3. amplectimur. Et tale principiū summū est ipse homo agendi per intellectum & appetitum. Homo est principium quod & appetitus principium quo. Sic intellectus est principium quo, & item intellectus erit principiū quod respectu potētiarū eius. Nulla autem res facta est eligibilis. Declarat nūc circa quā materiā electio cadit: ostendens nō esse preteritorū sed futurorū & non omniū, sed tm̄ eorū quę fieri vel non fieri valent: & nō a quocunq, verū a nobis. Ex isto & plerisq locis erubescat Lutherus libertatē arbitrii negans, quā Aristoteles naturę magisterio nō clam nec vno loco ponit. Nulla eñ res facta (inquit) est eligibilis. Nemo eligit pergama troię expugnare. Erat autē Iliū Priami regia ascriptoribus pleno ore celebrata, & signāter ab Homero vate in Iliade. Propterea Alexāder ille mi-

cedo qui rerum gestarum gloria nomen magni tulit, Achillē felicē asseruit, q; Patroclū fidū amicū in vita est nactus, & homerum in morte. De futuro contingente consultamus, de eclipsi solis & lunæ laboribus futuris minime cōsultamus quia tales eclipses nobis inuitis necessario eueniūt. factū q; nō cōtingit non esse effectum. Nostri prouerbialiter aiunt stuprata virgine ac effuso lacte in cineres nullum est remediū. in dicti roborationem philosophus, Agathonis philosophi assertionē affert, infectum vt faciat quod factum est atq; peractū. Peractū dicit ob tales. Antichristus fuit futurus: illa preteritionem redolet. verum quia illius veritas futuritionē respicit nō est peractū. Postea epilogat inquiens. Opus igitur vtriusq; partis intellectiuæ, scilicet contemplatiuæ & ratiocinatiuæ veritas est, differēter tamē vt nuperrime edisseruimus quando quidē omnis dispositio animi perfecti ad suum opus est virtus. vii. physicorū, ac habitus secūdū quē anima

Dubia duo. Ad .i.

potissime verū dicit, est dispositio partis animæ perfectæ & habituatæ per eā, & est ad eius optimū opus qd est verū enūciare. Quocirca talis habitus est illius partis animę virtus. Hic dubitabimus. primo qd est praxis ac speculatio & sub quē istorū modorū logica cadit. Secūdo an ad præteritum vlla sit potentia. Respōdetur ad prius q; praxis est actus elicitus aut imperatus ipsius appetitus: quocirca nullus actus intellectus est praxis quāuis in nostra facultate sit situs. Secūdo patet, q; peccatū est praxis, notitia practica est iudicium praxis regulatiuū. Notitia actiua, & contēplatiua iudiciis & non aliis apprehensionibus cōueniunt. Speculatio vero est actus intellectus ad nihil aliud extra genus contemplationis finaliter ordinatus. Vlterius patet, q; prudētia est notitia practica, moralis philosophia est practica. Hugo a sancto victore in didascalico ait, practicam in ethicam œconomicam ac politicam esse diuisā. scopus moralis philosophiæ est vt probi euadamus. dicēte Aristotele secundo ethicorū. Non vt sciamus quid est virtus scrutamur: sed vt boni efficiamur. Dicim⁹ logicam ac triuiales artes cum quadriuio speculatiuas non autem actiuas. Insultas, aristoteles. vi. metaphysicę: physicam, mathematicam ac metaphysicā speculatiuas ponit, & de logica nō loquitur. Insuper Augustinus octauo de ciuitate dei hoc pacto ait, plato commendatur, qui omnē philosophiam in tres partes diuidit in cōtēplatiuā quā naturalē vocāt, in actiuam quę ad mores instituēdos pertinet: & in rationalē quę verū a falso discernit. Respondetur q; aristoteles triuiales scientias speculatiuas

Ad .ii. dubium.

supponit, nec Augustinus rationalē cōtra speculatiuā distrahit. Ad secūdā dubitationē partita est positio. Plerīq; enī theosophorū Aristotelē ac Agathonē imitātur, & via hęc est cōmunior. Gregorius Ariminēsis vtrāuis partem tutari satagit ac rationes hinc inde motas eluere. Petrus aliacensis affirmat Aristotelem non cōsequenter locutum fuisse asserentē ad futurū esse potentiā & nō ad præteritū: ita enī facile secūdū sicut primū sustinetur, quinimo ait naturaliter loquēdo secundū ad primū sequitur. hic semp dicere assueui, si verbū potest late extēdatur vt ampliatio ad pręteritionē se diffundat pars cōstructiua est pspicua: nec in ea parte est vlla cōtrouersia, seclusa illa ampla acceptiōe potest vt ad pñtia futura applicetur. aristotelicū modū verū opinor nec Gregori⁹ ratiōes ad oppositā partē eluit. ac de aliaco ampulose in Aristotelē incassum blaterat. Capio Platonem futurū hinc ad cētū annos: eius futuritio ppediri potest, illius progenitores corrūpendo auum ac patrē, sic p corruptionē aliquarū rerū aut illius procreationē impediēdo illā falsificabo: satis enī de⁹ potest adhuc posthac facere ne vnq̄ producatur, secus est de hac adā fuit, quę a nullo de futuro cōtingēte depēdet quēadmodū hęc Antichrist⁹ fuit futur⁹. Dicis poterat enī deus nō produxisse Adā. iam nō capis cardinē negocii, amplitudinē acceptionis potest exuendo ante omnia id efficere cōtendas, ac postea

Dub. iii. Respōsio.

imaginare. Hęres quare Agathonē introduxit, quare hoc solo dixit. Respōdet q; veterū autoritatibus sua dicta ancipitia munire solet: nec libenter primus potētiā dei minuebat, sed prædecessorū placitū sua assertione firmauit: hoc solo inter illa quę interdū potētiā ad esse & nō esse habuerunt. Interdū socrates nō fuit

Dub. iiii. Respōsio.

at postq̄ fuerit adimit potētia illā verificandi, de impossibili simpliciter noto tali nulla est potētia. Dubitat an ratio est principium electionis effectiuæ. affirmatiue respondemus. patet aristotelica auctoritate. In oppositū argumentor, electio est libera. itaq; a libera causa suā originē trahit hoc breui diluit. Sufficit volū-

Obiectio.

tatis libertas. Torqueris quomō intellectus, & volūtas sunt in anima cū idētificent. Dico id visu venire nō semel. Virt⁹ enī dei est in deo. & quia intellect⁹ vnū mun⁹ animę obit. & appetit⁹ aliud, vterq; in aia esse fert.

Respōsio.

Tract. II. Et Lib. VI. Cap. III.

Vera quinq;.

DE ipsis igitur rursus dicamus oportet: altius initio sumpto. Sint itaq; ea quibus verū anima dicit affirmādo, aut negādo numero quinq;. Hęc aūt sunt ars, sciētia, prudētia, sapiētia, intellect⁹. Fieri enī potest: vt falsum existimatiōe opinioneq; dicat. Sciētia igit quidnā sit hinc pspicuum est: si exacte dicere oportet: & nō similitudines sequi, omnes enī putamus id qd scim⁹ aliter se se habere non posse: quæ vero possunt aliter se habere, post cōtēplationē latēt si sint an nō sint. Ipsum ergo scibile necessario est: ergo est æternū. q̄ enī necessario simpliciter sunt: ęterna sunt omnia. At ęterna ingenita & incorruptibilia sunt.

Scibile æternum est.

Præterea omnis sciētia docet: & scibile disci posse videt. At ex antea notis (vt in solutiuis etiā dixim⁹) fit omnis doctrina. Nā alia p inductionē, alia p ratiocinationē efficit. atq; inductio qdē principiū est ipsius vniuersalis. Ratiocinatio aūt est ex vniuersalib⁹. sunt enim principia ex qb⁹ ipsa ratiocinatio cōstat: quorū nō est ratiocinatio: ergo inductio. Sciētia ergo demōstratiuus est habitus: & cętera quę in resolutiuis determinauimus. Tū enī qspiā scit: cū aliquo modo credit & sunt ipsi principia nota: si enī nō sint magis q̄ cōclusio nota, per accidens habebit scientiam. De scientia igitur sit hoc modo determinatū.

DE ipsis igitur &c. In hoc capite generatim intellectiuas virtutes nominitat. de scientia ac arte speciatim tractat. hoc pacto ait. Cū iacta sit ratio virtutis intellectualis, proxime enarrauimus omnē mentē circa verum insudare, affirmando negandoq;. Rursus alti⁹ sumpto exordio omnia enucleabimus. quia in quinos distrahit sublimius auspicaſ. sunt autē habitus qbus anima vero assentiſ cōstructiue destructiueve, homo est animal, homo non est asinus. Quinariū hunc munerū dicto sipas penniter tibi notificabit. sapientia, intellectus, prudētia, ars, sciētia. Inter hosce habitus veridicos ac celebritate nominis perdignos opinionē ac existimationē haud supputam⁹. Opinatione ac suspitiōe sępenumero ludimur alias habitibus neutiq̄ circūscribimur. aestimatio suspitio ac opinio cōincidūt. quidnā sit sciētia de ea ꝓprio loquendo & nō metaphoras sequendo. hinc lucidū est: omnes quoq; remur scitū aliter se habere nō posse: sane q̄ sunt variabilia de vero in falsum currētia secūdū contēplationē latent si sint an nō sint. per hoc obiectionem cōtra sua dicta refellit. notitia intuitiua papyri aut parietis indicia euidētia causat & ille assensus est verus proinde sciētia. itaq; distractio quinaria est insufficiēs. Hoc euacuans ait in absentia obiecti. sicut illa notitia intuitiua perit: sic assensus cōcomitās. Proinde ille assensus est instabilis: talleq; assensus nō est sciētia exacte loquēdo: cū obiectū aliter sese habere queat. Obiectū propinquū & remotū cōtingēter sub illa habitudine stant. Obiectū propinquū voco hāc enūciationē paries est albus. Remotū ipsum parietem. ac eius alborem postea aliquot proprietates scibilis annectit in hunc modū inquiēs. Ipsum ergo scibile necessario est: itaq; est aeternū. q̄ eñ absolute sunt necessaria ęterna sunt omnia. & pręterea plane sunt citra generationē & corruptionē: supramūdanus Deus solus necessario est, creatura ōis cōtingenter est: tametsi Aristoteles intelligētias cęlestiū orbiū motrices cū sphęris caelestibus necessarias falso putauerit esse. hic de necessitate enūciationē loquiſ. Illud necessarium secūde intētionaliter nominalis haud iniuria nūcupat: sicq; scibile est aeternū & aeternae veritatis. posita illius existentia. aut si mauis dicere necessario est in rebus sicut p illā significaſ: quo pacto est incorruptibilis ac ingenerabilis veritatis. Dei sempiterni imaginē necessarię ꝓpositiones ꝑferūt, illius necessitatē suo modo ęmulātur. sicut eñ deus gloriosus necessario penniter existit ita enūciatio necessaria quadā vmbra illā necessitatē exprimunt: postq̄ aliter eē neqat q̄ ipsa repsentat. Post hęc scientiae proprietates subdit inquiens: Omnis sciētia ab illā callente doceri potest siue inuentione siue ab alio illā hauserit. Hoc est verū (vt primo metaphysicae infit Aristoteles) signū sciētis est posse docere. dexteriq; est ingenii suā professionem alteri capaci cōmunicare posse. Viuae uocis energia a docto emanans auditorū praecordia penetrat & scibile disci potest. Sequitur in litera. Ac ex antea notis & vt in posterioribus analecticis dictum est, omnis doctrina emergit ex recognitione praeuia. Vnde cōstat ꝙ logica, libri de anima, omnes libri naturalis philosophiae ante hāc moralē philosophiā sunt editi. Iā eñ plenus dierū sacros mores in audiētiū aures instillauit. Caeterū doctrina & disciplina reipsa cōspirant: attamē ratione differūt: vt interuallum inter londinū & eboracū coincidit cum interuallo inter eboracum ac londinū. A doctore fluit doctrina appellationēq; sumit: vt vero a discipulo recipitur, disciplinae nomē vsurpat. sed alia doctrina inductione, alia ratiocinatiōe emergit ratiocinatio est syllogismus sub quo enthymema includitur. addita eñ vna ꝓpositiōe in enthymemate suppressa enthymema syllogismi formā induit. Itē exēplū est decurtata inductio. Exemplo scientiarū principia nonnunq̄ explanātur. Vt exempli causa, oppositorū est idem sensus, propterea oppositorū est eadē disciplina. Atq; inductio est principiū ipsius vniuersalis. vt hic ignis est calidus, pariter & ille, & ille, proinde omnis ignis est calidus. Inane est more aliorum asserere bonitatē, intellectus valorem consequi iuuare. Experientia eñ singulariū habita in naturali proprietate conuenientium assensum vniuersalis suapte natura cū intellectu efficiunt. Pari modo calor & rigor mutuo pugnāt: albedo nigredo & ita in reliquis. proinde omnia contraria mutuo aduersantur. Alia sunt principia quae sunt proloquia a notitia rerū significatarū p terminos, intuitiua vel abstractiua pendentia. Illa aūt inductionis adminiculo minime egent, postq̄ scientialis cognitio ex notitia prima emanat. illorū positio elicitur dicētiū sciētias nobis insitas atq; ingenitas. de quorū numero Platonē fuisse tradūt vt primo posteriorū patuit. sequiſ in litera. ratiocinatio aūt est ex vniuersalibus. Syllogismus demonstratiuus ex vniuersalibus procedit siue capiatur demonstratio pro praemissis tātū siue pro conclusione cum praemissis, signāter vniuersalitate posterioristica. Quid nā sit vniuersale prioristicū posterioristicū ve suis locis explanatū est. ac indecens duco hic eadē refricare. Sunt enim principia, ex qbus ipsa ratiocinatio cōstat. Quorū principiorū mediate aut immediate nō est ratiocinatio sed facilis inductio. Cape cōclusionē remotā. Euclidis illa in principia propinqua resoluiſ: ac rursus illa principia ad dignitates vsq; in qbus qescēdū est lumine naturalis intellectus mox talibus assenseris, Omne totū est sua quātitatiua parte maius. Quaecūq; sunt ęqualia vni tertio cōtinuo, ea inter se aequalia sunt. Propterea sciētia est demonstratiuus habitus non topicus, noq; sophisticus: q̄uis actui sciētia conuenit, illa tamen scientem absolute non denominat: ideo ab habitu splēdescit. In resolutiuis de his abūde determinauimus. Cōclusionē demōstrādā per eius causam demōstrare oportet: vt deliquiū lunae p interpositionē terrae inter lunā ac solē. Per opposita cornua lunae eius lumē a sole emēdicari partim ratiōe partim experimēto nosti. tū lunae eclipsibilitatē dephēdim⁹ hoc pacto syllogizando omne corpus lumē ab alio suscipiēs p opaci directā interpositionē suo lumine frustraſ. at luna est huiusmodi cū inter ipm & solē globus terrae interponiſ, in luminariū oppositiōe: vno in capite draconis, altero in cauda meāte: Verū quia haec in posterioribus analecticis sunt latius videnda nūc receptui canamus. Sequiſ. tūc eñ qspiā scit cū aliquo mō credit. Credere hic ad firmiter & euidēter assentire extēdiſ. Per aliquē modū assēsum euidētē itelligit. Per sequētia id enucleat dicēs Sunt illi principia nota: si eñ nō sunt cōclusiōe notiora, p accidēs sciētiā habebit. Et si cōclusio esset principiis notior esset petitio principii fallacia in materia peccās. Per accidēs ille sciētiā habebit pro quāto euenire potest vt hāc conclusionē p quędā alia principia nouerit, & non p illa principia quae nō magis cognoscuntur. Principia itaq; demōstrationis

conclusione erunt euidentiora. Quia propter vnum quodq; tale & illud magis primo posteriorum. Si no titia conclusionis euidentiā a principiis desumat illa principia esse notiora necesse est. Nec propterea conse quens est vllam ambiguitatē in cōclusione latere. In euidētia signandi sunt gradus. Per hunc igitur ma
Dubia tria. xime modū strictim de scientia determinatū sit: remanent tamē nōnulla ancipitia discutiēda. Primo de suf ficientia horū iudiciorū numero qnario recitatorū. Secūdo vidētur ars & prudētia deceptionis capaces mo re opinatiōis. Tertio, fides est assensus ver⁹ firmusq; quo mediāte circūscribitur nemo proinde mēbra di strahētia distractū exuperāt. Ad primū horū dicit̄, q̄ sufficiētia sic paucis colligit̄. Omnis habitus veridicus
Ad.i. aut circa cōtingētia aut circa necessaria insudat. Si secūdū, hoc trifariā distrahitur: aut circa immediata, & sic est intellectus: vt eñi dicitur secūdo posteriorum, illa paruo adminiculo ab intellectu capiuntur, propter ea eius appellationē sibi vēdicāt. Vel circa mediata demonstrabilia, & est sciētia. Vel circa hęc & illa nodus illa coniungens: & sic est sapientia. Si primū id bifariā euenit, vel circa agibilia & sic est prudētia, vel circa factibilia: & sic artis nomē adipiscitur. Ad secūdū dicimus q̄ opinio & suspitio ex seipsis errorē minime extru
Ad.ii. dūt, assensus eñi cū ambiguitate oppositi implicant: ars vero & prudētia ex seipsis in verū tēdunt in q̄ dece ptio minime cadit. Non eñi est artis falli. Sed eius oppositi. Et sicut prudētia deceptionis est expers ita & ars illusionis immunis existit. Proinde prudētia ac ars sunt habitus veridici, cōtingēte illusiōe desinunt esse tales. Adhaec nobiliores sunt habitus subiecta nobilitātes. Ad officinā Apellis pictoris excellētis plerūq; Alexāder magnus ventitabat, edicto vetās ne ab alio depingeret̄. Et Lysipp⁹ adeo in sculptura claruit vt ab eo solo idem Alexāder fingi voluerit. canēte Flacco. Edicto cauit, ne quis se prętēr apellē Pingeret aut ali⁹ lysippo duceret ęre. Phidias, Polycletus. Aristides theban⁹. & plerīq; alii ea arte claruerūt. Vnā Aristidis tabulā Attalus rex centū talētis emit: quocirca non inter veridicos stabiliuntur ac sublimē locū sibi vēdicāt. Fides nō mere naturaliter gn̄atur: sed a voluntate & motiuo procedit. & si ex vno antecedenti fidei aliter assensus mere naturaliter procreatur, adhuc libertas est in prima radice antecedentis.

Tract. II. Cap. II Et Lib. VI Cap. IIII.



Corum autem quæ aliter sese habere possunt: est & aliquid quod sub effectionem, & aliquid quod sub actionem cadit. Diuersa vero sunt affectio atq; actus: de his autem ipsis & externis sermonibus credimus. Quare & habitus qui cum ratione actiuus est: diuersus est ab eo habitu q cū ratione est effectiuus: neq; alterū ab altero cōtinetur. Neq; enim effectio actus est, neq; actus effectio. Atqui cum extruēdarum ædium facultas, ars quędam sit ac habitus quidam faciēdi cum ratione, nullaq; sit ars quæ non sit habitus faciendi cum ratione, nec vllus habitus talis qui nō sit ars, sit vt idem sie ars atq; habitus faciendi vera cum ratione. At vero circa generationē ars omnis versatur, & inuentionē cōtemplationemve, quonam pacto fiat eorum aliquid quę & esse & non esse possunt, & quorum principium non in eo quod efficitur, sed in ipso est faciente. Nam neq; eorum quę necessario sunt vel fiunt, est ars: neq; eorum quæ sunt secundum naturam. Hæc enim in seipsis habent principium ipsum. Cum autem effectio atq; actus diuersa sint, artem effectionis esse, non actus necesse est. Atq; circa eadem quodammodo versatur ars & fortuna: quemadmodum & Agatho dicit.

Quippe ars fortunam, fortunaq; diligit artem.

Ars igitur (vt diximus) habitus est quidam faciendi, vera cum ratione. Cōtrarium autem artis habitus est faciendi falsa cum ratione circa id quod sese aliter habere potest.

EOrū aūt &c. In superiore capite loquutus est philosoph⁹ de vno habitu veridico, scilicet sciētia: nūc aūt de arte loqtur stricte sumpta. Nōnunq̄ eñi ad sciētias expandit̄: sicut cū dicimus q̄ dialectica est ars artiū. Et ponit̄ hæc cōclusio. Habit⁹ q est cū ratione actiu⁹ differt ab illo q est cū ratiōe effectiu⁹ siue factiu⁹ hocq; ex parte obiectorū ostēdit: secūdo de anima, habit⁹ p obiecta dispescūtur. Nā cōtingētiū & eorū q̄ aliter se habere possunt, quādoq; aliqd sub effectionē cadit, & aliqd sub actionē: modo actio & effectio diuersæ sunt materiæ: igit̄. hoc ex sermonib⁹ externis credim⁹ vt nono metaphysicæ. Neq; vnū sub altero cōtinet̄, vt domificatio sub ædificatiōe & structura. Postea diffinitionē artis ponit, q̄ est hæc. Ars est habit⁹ cū vera ratione factiuus. Quia ars & habitus cū vera ratiōe factiuus, sunt idē cōuertibiliter. In ædificatoria arte hoc monstrat: & idē est iudiciū in aliis. Seqtur in litera. At vero &c. Circa generationē tria ex parte artis tāgit, scilicet generationē inuētionē atq; cōtēplationē. Ab illoq; inceptat qd nouissimum locum in exequutiōe obtinet. primā eñi sedē in intētiōe nāciscitur: scilicet agere ratiōe operis. Porro consideratio ac inuētio in operādo antecedit. Auspicatur eñi artifex primū cōtēplari veluti Zeusis heracleotes quomodo vuarū figurā faciat, deinde quomodo est operādū: tādē figura pfecta, eius effectio admirabilis euasit. vt alites imagine illius illusæ ad vuas decerpendas aduolarint. quorū principiū non est in artificio producto sed in mente artificis. Seqtur in litera. Nā neq; eorū q̄ necessario fiunt vel sunt est ars. Hic detegit philosophus quanā via materiā suā ars ab aliis habitibus intellectiuis diuidat & primo a scientia. Sed cū sciētia triplex esse videat̄, vt pote trāsmūdana metaphysica, mathematica & naturales: de illis subiudicat. duæ primæ circa necessaria potissimū insudāt vel circa necessaria fiunt vt circa solis atq; lunę eclipses seu labores. Nempe

omnis sciētia necessariorū est. In doctrinalib⁹ propositōib⁹ modificatio copulæ subintelligit̃. vt si tonitruū est, ꝓfecto est sonus terribilis in aere generat⁹ a valētiore ratiōe a sapiētia ac intellectu segregat̃. Illarū materia nō min⁹ est necessaria q̄ ꝑfatorū. Ars vero est cōtigētiū & de eo ipo a cōtēplatiuę partis habitib⁹ differt. Cæterū a naturali sciētia differt materia quia illa est rerū naturaliū habētiū principiū motus atq̧ mutationis in se vt graue, leue, tepefactiuū algefactiuū. Opificiū artificis nō habet in se fontē sui mot⁹ inquātū huiusmodi. si statua a Polycleto facta præceps descēdat illū descensum a forma artificiali nō vēdicat: sed a grauitate. Nec in ꝑsentia disceptandi est loc⁹ accōmod⁹ an forma artificialis a reb⁹ naturalib⁹ distinguat̃: sed breuiter dicimus q̄ ęnea statua reipsa est æs: nihilo tamē minus Polyclet⁹ facit statuā & nō facit æs: neq̧ statuā facit. hoc ariete fortasse pulsus Polyclet⁹ facit hāc statuā, hæc statua est argētū: proinde Polycletus facit argētū. Cōsequiū est inualidū. atq̧ in illo cōfidēs se logicā ignorare profitet̃. Deinceps discrimē eius a prudētia ex parte materiæ ponit inquēs: Cū aūt effectio atq̧ actus diuersa sint, hoc est paulo lucidi⁹ dicere ars neutiq̄ circa actionem sed factionē cōsistit, ac prudētia est actiōis directiua. Finalis conclusio. Circa eadē ars atq̧ fortuna versāt̃. Sępenumero aliq̄d a fortuna inchoatū arte ꝑficit̃: & cōtradicimus empericos ac chirurgicos suis operib⁹ interdū bene fortunatos, quādo p illorū industriā, q sunt ęgri & lęsi prosperā valetudinē acq̄rūt. Fortuna nōnunq̄ pro effectu fortuito accipit̃, & sic diffinit̃, est effect⁹ agēti a ꝓposito euenēs præter eius intētionē: vt defodiēdo tumbā reperiēdo thesaurū. Si pro causa accipiat̃ est volūtas cui aliquis effect⁹ magni emolumēti aut iacturæ præter illius intentionē euenit. Casus est superius ad fortunā. Verum hæc secūdo physicorū explanari habēt. Authoritate Agathonis poetę stipat artē fortunā ęmulari & cōtra. Fortuna tamē nullo modo est ars. Temere & p accidēs fortuito res eueniūt: q̄ vero ab arte proficiscuntur cū electione emergūt. His enarratis finitionē artis repetit. Artis cōtrariū est atechnia. Et est habitus cū sophistica ratiōe factiuus. vt inscitia extruēdæ ratis in illo q sibi hāc artē falso vēdicat: atq̧ hisce diebus in templo nostræ parochiæ diui stephani in parisiorū lutetia contigit, vbi vno architectore semoto gnar⁹ illi successit. Ceterū ars, collatione liberaliū disciplinarū est seruilis cōditionis, hę animū ornāt atq̧ excoluūt: illa est adulterina, habētes se cōparatiue degenerare facit. Quare apud maiores duro ingenio ac obtuso ꝑditi mœchanicis artib⁹ deputabant̃: celsa minerua donati ingenuas disciplinas sectabātur. Dixi cōparatiue. Plerosq̧ inferioris sortis mœchanicæ artes haud dedecēt. aliq artificū deo famulātur ac immaculatæ sunt vitæ, sinceriusq̧ viuunt q̄ multi causidicorū. Nihilo tamē minus istarū quinq̧ virtutū intellectualiū ars est fęx & infima. De speculatiuis in dubiū nō vertitur: nec de prudētia inter sapientes est vlla cōtrouersia. Prudentia soli boni perficiunt̃. Sapiētia atq̧ sciētia adiuti terrena ꝑter rotundā necessitatem haud indigāt. Artificiū de se parū probitatis opifici affert. Nō eñ seq̄tur: Apelles est egregi⁹ atq̧ excellens pictor, igit̃ vir bonus. tametsi eñ dędal⁹ labyrinthorū atq̧ nauiū esset artificiosus extructor, ꝓpterea nō sequit̃ q̄ erat bon⁹. Obiicies forsan aliquas artes esse ꝓhibitas vt necromātiā pyromātiā, & similes. respōdet̃ q̄ callere virtutē sicutę aut veratri seu ellebori & similiū nō est de se malū, sed ꝓpter abusum prohibent̃. Medea & reliq̄ veneficæ & incātatrices ad malū ꝓpēsę illis abutitur. Ambigit̃ an ars & prudētia idē obiectū interdū habeāt. respōdet̃ q̄ nōnulli inter has discrimē hoc pacto ponūt. dicūt enim q̄ in artificio opificiū post structurā manet. in actiōe nihil operis persistit. Id impugnat̃ sic. Citharā plectro dulciter pulsare est artis: attamē a pulsu nihil structuræ ꝑmanet. Aliis placere video q̄ ars in exteriorē materiā ꝑficisc̃t̃: nō aūt prudētia. hoc aūt modici est momēti. Nā tēperātia, liberalitas, magnificētia, & cetera id genus circa exteriora incubāt: vt pote circa pecuniā cibos, vestes & similia. Circa easdē materias est prudētia. quia moraliū virtutū est auriga. Ex his liquere arbitror q̄ idē est obiectū artis atq̧ prudētiæ. Et adhuc roborat̃ sic. Eadē q̄des est vtriusq̧ materia diuersis modis cōsiderata. Artificis est min⁹ bonitatē ac ꝑstātiā sui artificii curare, siue opificiū sit rationi cōsentaneū siue nō. Simulachrū Iouis Polyclet⁹ fingit aut Herculis. Pari modo periti latomi arcē in ꝑnicē reipublicæ extruunt. Si opus sit venustū in quo eorū industria splēdescit intētū assequūtur. hoc est illis cū emolumēto toti curę: talē circa structurā prudēs cōformiter ad rationē insudat, rectū scopū cū circūstātiis debitis i omni opere prudēs collocat, nō aūt artifex iquātū huiusmodi. Attamē potes aliqua obiecta differētia particularizādo effingere vt pote cubiculū extruēdū ob cubiculi elegātiā, moralē honestatē parui faciēdo & illud est obiectū adęquatū artis: prudēs domū extrui iubet. vt trāquillā i ea vitā trāsigat, & deo famulet̃. Dubium. Responsio.

Tract. II. Cap. III. Et Lib. VI. Ca. V.



E prudētia vero q̄nā sit hoc perceperim⁹ pacto: si cōtēplabimur quosnā ipsos prudētes dicim⁹ esse. Videt̃ itaq̧ prudētis esse, bene cōsulere posse circa ea q̄ sibi sunt bona, ac prosunt: nō aliqua ex parte: vt q̄nā ad sanitatē vel vires: sed q̄nā ad bene viuēdū omnino cōducāt. Argumēto est id ita esse: eos etiā q circa aliq̄d versantur prudētes dici: cū bene ad finē studiosum aliquē excogitauerint ea, quorū nulla est ars: quare & omnino prudēs is est, q ad cōsultādū est apt⁹. Cōsultat aūt de iis nemo: q̄ aliter sese habere nō possunt: aut de iis q̄ ipse agere neq̄t. Quare si sciētia q̄dē est cū demōstratione (quorū aūt principia aliter sese habere possunt: eorū nō est demonstratio, cūcta eñ & aliter sese habere possunt) neq̧ de iis quæ sunt necessario, consultatio fieri potest. Ipsa prudentia profecto neq̧ scientia: neq̧ ars esse potest. Scientia quidem; quia quod sub actionem cadit aliter sese habere potest. Ars autem, quod aliud actionis, aliud effectionis est genus. Restat ergo habitum ipsum esse agendi, vera cum ratione, circa ea quæ sunt bona hominis atque mala.

Prudētia.
Prudentis consultatio
Demōstratio.

finis enim affectionis est quid aliud præter ipsam affectionem: actionis vero non semper. Est enim ipsa bona actio finis. Quocirca Periclem & viros tales arbitramur esse prudentes: quia quæ sibiipsis & quę ceteris hominibus sunt bona perspicere possunt: esse autem eos tales putamus: qui ad rem familiarem atq; rempublicam administrandam sunt apti. Vnde & temperantiam conseruatricem prudentiæ appellamus. Conseruat autem talem existimationem. Voluptas enim & dolor non omnem existimationem corrumpit atq; peruertit: non enim hanc, triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere: sed eas quæ circa id habentur, quod cadit in actionē. Nam principium quidem rerum agendarum: id est gratia cuius sunt ipsę: ei vero qui corruptus est ob voluptatem aut dolorem: continuo non videtur principium ipsum: nec huius gratia: ac propter hoc ipsum expetenda esse vniuersa atq; agenda. Vitium enim principii corruptiuum est. Quare prudentiam habitum esse agēdi circa humana bona: vera cum ratione, necesse est. At vero artis quidem est virtus: prudentiæ vero non est. Et in arte quidem qui sua sponte peccat, magis est expetendus: circa vero prudentiam minus: quemadmodum & circa virtutes. Patet igitur prudentiam virtutem quandam esse: non artem. Cum autem duæ sint animæ partes rationem habentes, alterius erit ipsa prudentia virtus: ipsius inquam opinatiuę. (Nam opinatio circa id versatur, Prudētia quod aliter sese habere potest, & prudentia ipsa) Atqui neq; habitus est cum ratione solum: huius autē indiciū est, talis quidē habitus obliuionē esse, prudentiæ vero non esse.

DE prudētia vero. Superius philosophus declarauit binas virtutes intellectiuas, quarū vna speculatiui intellect⁹, altera cōsultatiui nec nō factiui pfectio est. Nūc autem de altero habitu mentis cōsultatiuæ aperit scilicet prudētia quę ipsius cōsultatiuæ nō effectiuæ sed actiuæ est pfectio. Hoc caput trifariam distrahit: in prima pte prudentiæ materiā monstrat, in secunda discrimē inter artē scientiā atq; prudētiā explanat: demū subiectū in quo & obiectū circa quod prudētia insistit, explicat. A ñ omnia diuulgat quisnam est ipse prudēs ex subiecto ac eius habitudine, iterum atq; iterū accidentis cōditio prehendit. Ecce in valore literā, Prudētiā facile percęperimus si consideremus solicite illos quos omnes prudentes nūcupant. Prudentis est munus considerate consulere circa illa quæ sunt homini bona honesta ac cōducunt: quæ sunt bona vtilia non particulatim vt quænam ad incolumitatem vel robur cōducūt. sed quænam ad bene beateq; viuēdū cōueniāt. Solent philosophi in moralibus ac aliis disciplinis probationes ex communi hominum iudicio sumere. Non omnino vana est fama populi multitudine decantata. Argumēto est illud ita esse. Prudentes illos dicimus esse qui excogitant acute media ad aliquem finem studiosum: in quo non est ars circa opificia ipse prudens minime desudat. Itaq; is est prudens qui ad consultandum est promptus. Sequitur. consultat autem de his nemo &c. Discrimen inter artē, scientiam ac prudētiam affert. Nemo de necessariis (ait) consultat, neq; de his rebus quæ a nobis agi non possunt: sed a natura vel alia causa aguntur. Non enim consultamus de hisce rebus quæ aliter sese habere queant, cum obiecta scientiæ & prudentiæ distinguunt distinguuntur & ipsi habitus. Præterea scientia est cum demonstratione ac prudentia est demonstrationis exsors. Proinde prudentia non est scientia neq; prudentia est ars. Habitus quorum naturę sunt diuersæ sunt inter se discreti: at effectio & actio sunt operationes diuersæ. aliud eñ est genus actionis aliud effectionis. Nō est vis de genere prędicamētali. satis est q; ars ad factionē prudētia ad actionē attinet. Sequitur, restat igitur &c. Ex supradictis diffinitionem prudentiæ subdit inquiens. Cum prudentia non sit scientia nec ars: restat vt prudentia sit habitus agendi vera cum ratione circa ea quę sunt bona & mala. Et quia nouissima particula elucidatiōis eget, scilicet prudētia versatur circa illa quę sunt homini bona & mala: hanc trifariam probat. prima ratio est. Scopus factionis quam ars dirigit est alius ab ipsa factione, puta ædificiū aut protectio ab imbrifero aere: at finis actionis cuius prudentia est directrix non vsquequaq; est alius ab ipsa actione, felicitas est operatio animi secundū prudētiā, quare prudentia versatur circa ea q̄ sunt homini bona & mala. Secundā rationē a signo depromit sic. Periclē ac similes viros. prudētes appellitamus. fuit pericles xantippi filius vt Plutarchus ait, orator vehemens: coruscatiōes eñ effundere, ciereq; tonitrua dicebatur. cūq; horrendū in lingua fulmē gerere dixerūt, suggestū ascēsurus diis vota fecit, ne qd verbū se imprudēte aut inuito efflueret. futurorū præsag⁹. cuius rei euidētiā hoc argumēto cape. Cum Lacedæmonii atticos fines depopulaturi essent, in pulpitū ascēdit, & atheniesib⁹ mōstrauit id tēporis minime esse manib⁹ cū eis cōfligēdū: & cū lacedęmonii ipsius pericli agros nō tāgerēt vt populi inuidiā in eū excitarēt, & irati eū patriæ pditorē appellarēt: Reipublicę suos agros cōtulit: & sicut puiderat ita cōtigit. Tertio idē alio argumēto id fulcit, q2 tēperātiā prudētię cōseruatricē appellitam⁹. porro ipsa tēperātia dolorē atq; voluptates moderat, q̄ rectū iudiciū agēdi bona labefactāt, speculatiuos aūt assensus minus puertūt. vt triāgulus habet tres angulos ęquales duobus rectis. Qui habet iudicium gastrim argię immersum agēdorū scopū haud considerat. At finis est rerum agendarū fons secūdo physicorū. Præterea qualis vnusquisq; est, talis ipsi finis videtur. Et finis ad operis exequutionem incitat vt hostiles inuasiones formidans arcem extruit in qua tuto dormit. finis ille ad media ordinabilia extimulat: ita laudes esuriens ad media consequendæ laudis excitatur. tametsi opposita iustitiæ ac fortitudinis prudentiam lędunt, voluptas tñ intemperantia est penetrātior. Plusq; ipsi prudentiæ officit. Sequitur in litera. At vero artis quidem &c.

Licet aliquot discrepantias inter artem atque prudentiam antea posuerit, propter illarum affinitatem
alia discrimina inuoluit: vt medici inter cholicam & nephresim laboriose factitant. Vna differētia talis est.
Artis est virtus, ac prudentiæ non est virtus. Artifex sæpe numero mane stertit, ignauus est in operādo.
quādo quotidiana mercede cōducit iustitia diligētia atq; vigilantia indiget ne pigritia torpeat neue lucri
gratia structurā in rei publicę iacturā efficiat. At prudentia, alteri⁹ virtutis moralis haud est indiga: cū ipsa
tale incremētū susceperit nec citra eā pduret. Inter prudētiā ac cęteras virtutes est nodus atq; indissolubilis
nexus vt postea loco accōmodo vberius differere proponimus. Sequit̃ in litera. Et in arte quid. poti⁹ est eli-
gendus artifex qui spōte in opificio peccat, q̃ ille qui inuitus peccat. Hic enim est artis ignar⁹ ille vero perit⁹
artificii, malus tñ homo. vt vetustos tuos cacabos cōcinnās oscitāter, hiatus & rimas sic reparat vt cito ad
concinnationē iteratā vocet̃. Secus est in prudētia. Deterior em̃ est ille qui sua spōte q̃ q preter intentionē
circa prudētiā delinquit. hinc sanct⁹ Paul⁹ euāgelii altisona tuba veniā cōsequut⁹ est quia ignorans exorbi-
tauit. Astut⁹ aūt vt achitophel sciens in ipsam prudētiā delinquit. In cęteris virtutib⁹ hoc vsu venit, qui
sciens cōtra eas facit grauit⁹ in eas præuaricat̃ q̃ qui ignorans eas ptergredit̃. Patet igitur q; prudentia q̄dā
est virtus hominē totū bonū denominans, non autem ars. Nulla est illatio. Hic est peritus latomus aut
faber tignarius, igit̃ est bonus homo. Sequitur in litera, Cū aūt sint duę partes animæ. Postq̃ multiplex
discrimē inter prudētiā & artē Aristoteles assignauit: nūc earūdē cōuenietiā subiūgit. inquiēs, duæ sunt ani
mę partes rationales, scilicet speculatiua seu cōtēplatiua & cōsultatiua quæ vulgo intellect⁹ practicus atq; spe
culatiuus ferunt̃. Prudētia erit in altera scilicet in cōsultatiua & ratiocinatiua. Est etiā principiū opinādi
quia vtraq; scilicet opinatio. Et prudētia circa id in obiectū in genere versat̃ scilicet ea q̄ possunt aliter sese
habere: vt ante vidimus. Opinio est de naturalib⁹ q̄ a nobis fieri nō possunt eam ob rē nō est virtus, quia
nō est circūspectioni obnoxia. Opinio interdū est necessariorū atq; impossibiliū: vt de⁹ potest facere infinitū,
nullū de⁹ infinitū efficere valet. Atq; prudētia nō est habit⁹ cū ratiōe solū, quinimo rectū appetit⁹ actū sibi
ascisscit, quia gratia illi⁹ dirigit̃. Illius signū est, huiusmodi habitus opinatiui obliuio cadit: nō aūt prudētię.
Patet. operationū humanarū crebrā assuētiā prudētia i quotidiano vsu cōtingit. Etiā quāto homo est an- **Dubium.**
nosior baculo nixus, tāto magis feruidis operibus atq; defecatis incūbit. Iā em̃ pturbatiōis affectus pene oēs **Ad.i.**
sopiuit, sopitosq; in capistro vincit. Circa hāc literā aliqua dubia adhuc occurrūt, obiciēs probo prudētiam
esse operationē. Occurrit mihi in biuio inops eleemosynæ indigus, illū esse pauperē censeo: & huic pauperi
dādā esse stipē iudico: hoc iudiciū est prudētia, vt pspicuū est & est opinio. Est em̃ assensus cū formidine am- **Respōsio.**
biguitate haud vacās. locuples em̃ potest simulare se esse pauperē vt pleriq; mēdicitate assueti factitāt. Eo
in statu ac similib⁹ cōcedo prudētiā in casu esse opinionē. Sępe tñ numero prudētia ab opinatiōe differt
& si sit de falso desinit esse prudētia: nihilomin⁹ nō desinit esse opinio. Eā ob rē opinio & prudētia vbiq; in
suis rationib⁹ formalibus siue cōnotatis secernūtur. ❡ Hęsitas p quid prudētia ab aliis virtutib⁹ dispescit̃, **Dub.ii.**
postq̃ vnū aliarū virtutū moraliū actus regulat. respōdetur est intellectiua. virtus actiones dirigēs ac specia- **Responsio.**
lē modū tēdēdi circa operationes sortit̃, qualē nulla alia virtus sibi vēdicat. Nō em̃ penes obiecta absolute
virtutum est sumenda distinctio, sed penes talē modum circa ea procedendi.

Tract. II. Cap. IIII. Et lib. VI. Cap. VI. **Scientia.**



Vm autem scientia existimatio sit de vniuersalibus & iis quæ necessario
sunt: sintq; demonstrabiliū: scientiæq; omnis principia (& enim ipsa sciē
tia cum ratione) principii rei scibilis: nec est scientia: nec ars: nec pruden-
tia. Scientia, quia ipsum scibile demonstrabile est: ars & prudentia, quia in
iis versantur, quæ sese aliter habere possunt. At neq; sapientia est. Est em̃ **Sapiens.**
sapiētis, de quibusdam demonstrationem habere. Q; si ea quidem quibus
verum dicimus: & nunq̃ falsum in iis quæ possunt aut non possunt aliter sese habere: hæc
sunt scientia, prudentia, sapientia. In intellectu, autem trium habituum nullus esse potest:
atq; tres dico: prudentiam scientiam sapientiam: restat intellectum esse principiorum.

CVm aūt sciētia &c. Hoc caput breua in geminas partes diducitur. In priore parte cōclusiōes negati-
uas adducit quibus intellectū a cæteris habitibus mētis separat. In secūda cōstructiuā partem affert,
qua euulgat intellectum esse habitum principiorū. In primis sic ait. Cū scientia sit circa vniuersalia
& necessaria: & circa cōclusiones demōstrabiles: & cū sint principia ex quibus tales cōclusiones & omnis sciē
tia scatet: profecto principiorum huiusmodi rerum scibilium aliquis habitus peculiaris fuerit, non autem
scientia ars, non prudentia non sapientia, itaq; alius erit habitus. Q; scientia non sit habitus principiorū
hoc modo ostenditur, scientia est de iis quorum est demonstratio: at principiorum scibilium non est
demonstratio: igitur principiorum non est scientia. Secunda conclusio, Ars est eorum quæ aliter possunt
se habere: at principia rerum scibilium nequeunt aliter se habere, igitur illorum non est ars, sunt em̃ prin
cipia atque causæ necessarię hoc est causam necessariam important. Et eodem medio ostenditur quod
non est prudentia: cum obiecta prudentiæ sint contingentia. ❡ Alia conclusio in valore est. Sapien-
tia est etiam de conclusionibus demonstrabilibus: at principiorum non est demonstratio: proinde
illorum non est sapientia in quantum conclusio. Sequitur. Quod si ea quidem hęc conclusio constructiua
hoc pacto stabilitur, Principiorum rerum scibilium aut est scientia, sapientia, ars, prudentia, aut intelle-

ctus:at illorum non est ars,nec scientia nec sapientia nec prudentia:igitur illorum est intellectus:a sufficiẽti deductione,artem hic philosophus breuiloquii causa minime supputauit. Hoc enim tanq̃ perspicuum reliquit. ¶ Circa literam dubitatur.Nam Euclydes & alii authores ex conclusionibus iam demonstratis alias conclusiones inferunt:atq; principiorum est scientia. Secũdo hęret:quia intellectus principiis indemonstrabilibus citra vllum habitum assentitur,qua de re inanis est principiorum habitus. ¶ Bifariam

Dub.duo.

prior hęsitatio soluitur:vno modo sic, Principiũ in vna scientia vt in subalternata,est conclusio in subalternante.Secundo q; loquitur de primis principiis quae sunt dignitates.¶ Ad secundum negamus in

Ad.i.

tellectum esse eam ob causam ociosum. In ipsis enim anteloquiis habitus procreantur. assensus huius: omne calidum est calefactium, habitum generat. Pari modo assensus actualis huius omne to-

Ad.ii.

tum est manus sua parte, habitum parit.Capimus hic intellectum pro assensu praemissarum,& non pro potentia animę,habitus habentem promptificat ac interiorem actum coefficit.Cęterũ habit⁹ principiorum instar primariae lucis se habet.Sane lux per se sine alio adminiculo videtur.coloris more scientia insequitur,lucis patrocinio color videtur.¶ Ambigitur tertio,an moralis philosophia sit scientia.Respondetur q; moralis philosophia maiore in parte habitus appetitus tractat.paláq; est hanc non esse sci-

Dub.iii.

tiam.Prudentia ad moralem philosophiam attinet,& si illa sit singularium iam nõ clam est illam a scientia dispesci.Idẽ est in vniuersalibus contingentibus.Prudentia in casu cum sciẽtia cõcurrere potest.Satis est illo discrimẽ rationis.

Tract. II. Cap. V. Et Lib. VI. Cap. VII.

Phidias
Polycletus



SApientiam autem in artibus iis tribuimus qui in ipsis sunt exactissimi: Phidiam enim sapientem sculptorem lapidum dicimus & Polycletum statuarium itidem sapientem. Atq; hic sapientiam nil aliud intelligimus q̃ ipsius artis virtutem. At quosdam etiam esse sapientes omnino non aliqua ex parte nec aliquid aliudq̃ sapientes arbitramur vt in margite dixit Homerus.

Diuum is munere,nec fossor nec durus arator.
Nec sapiens alia:vlla nimirum extitit arte.

¶ Quare constat exactissimam scientiarum ipsam sapientiam esse.Sapientem ergo non solum ea scire quae ex principiis cognoscuntur:sed etiam circa principia dicere vera oportet.Quare sapientia intellectus est & scientia.&(vt caput habens)scientia eorum quae honorabilissima sunt.Perabsurdum est autem si quispiam facultatem ciuilem,aut prudentiã

Facultas ciuilis.

studiosissimam esse putet,si non sit homo eorum optimum quae sunt in mundo.Quod si sanum quidem ac bonum aliud est hominibus,aliud piscibus:album autẽ & rectum semper est idem:& sapiens omnes idem profecto prudens vero diuersum dixerint esse.Singula nãq; quod suum perspicit bonum id prudens dixerint esse:eiq; seipsa gubernanda commiserint.Quapropter & nonnulla mutorum animalium prudentia dicunt esse:quaecunq; sua in vita prouidendi vim habere videntur.Constiterit autem eandem non esse sapientiam & facultatem ciuilem.Nam si eam facultatem sapientiã esse dicent quę circa cõmoda pro-

Hõ aĩaliũ pręstãtissimum.

pria versatur:multae sanę sapientiae erunt.Non enim vna circa omnium animalium bonum:sed alia atq; alia circa vnũquodq; versatur:nisi de omnibus quae sunt,vna sit & facultas medẽdi.quod si homo praestantissimũ esse caeterorum animalium diceretur:nil refert. Etenim homine sunt alia longe diuiniora natura. Vt hęc manifestissima:ex quibus ipse cõsistit mundus.Patet igitur ex iis quę diximus:sapiẽtiã sciẽtiã esse & intellectũ eorum quae

Thaletẽ

honorabilissima sunt natura.Quapropter Anaxagorã,& Thalẽ,& similes sapientes quidẽ, at nõ prudentes inquiunt esse:cũ vidẽt ipsos propria cõmoda ignorare:& superflua qdẽ: & admirãda & difficila cognitu,diuinaq; scire ipsos:sed inutilia dicũt quia nõ q̃rũt bona

Prudẽtis officiũ cõsultatio.

humana.Prudẽtia aũt circa humana versat̃:& in quib⁹ habet cõsultatio locũ.prudẽtis enĩ hoc maxime opus dicim⁹ esse:bene inquã cõsulere.Cõsultat aũt de iis nemo,quę aliter se se habere nõ possunt,& quorũ nõ est aliquis finis,atq; is bonũ agẽdũ is aũt ad bene cõsulẽdũ est simpliciter aptus:q cõiectura quod est homini optimũ eorũ q̃ cadũt in actiõem excogitãdo mẽte capere potest.Neq; prudẽtia est vniuersaliũ solũ,sed singula etiã oportet cognoscere:est enĩ actiua,& actio circa singula ipa versat̃.Quapropter & nesciẽtes nõnulli magis q̃ nõnulli sciẽtes:idonei sunt ad agẽdũ:& in caeteris ii qui sunt experti.Nam si quispiã sciat leues carnes facile concoqui ac esse salubres:quae vero sint leues ignoret:non efficiet sanitatem.Sed qui scit auium carnes leues esse,atq; salubres:is efficiet magis.Prudẽtia autem est actiua,quare vtrãq; cognitionem,aut hãc potius habere oportet.fuerit autem quaedam & haec architecturę subiens rationem.

SApientiā aūt in artibus &c. In hoc capite sapiētię ac vltimi habit⁹ veridici Aristoteles meminit. Hic habit⁹ est reliquorū apex in quo fœlicitatē ponit vt.x. Ethicorꝫ videre licet. In pricipio metaphoricā sapiētiā enucleat, quā sapiētiā cū addito appellitat, q̄ verticē i aliq̄ arte tenet. Postea a trāslatitia sapiētia ad sapiētiā simpliciter sumptā pgit, hoc em̄ pacto ait. Sapiētiā aūt in artib⁹ mechanicis ijs attribuimus q in eis sint absolutissimi. Phidiā em̄ sapiētē sculptorē lapidū dicim⁹. Nō ait eū sapiētē dicim⁹, sed sapiētē lapidū effigiatorē. Fuit aūt Phidias statuari⁹ celebris Periclis studiosus, quē Cicero in prio Tusculanarū q̄stionū apprime laudat. Pliniusq; in varijs locis, & Quitilian⁹ lib. xij. dicit q erat dijs q̄ hoibus effingēdis artifex melior. Seq̄t in lr̄a. Et Polycletū statuarū itidē sapientē. Lysipp⁹ inter pictores celebratus ab opibus Polycleti se artis arcana didicisse asseruit. Polyclet⁹ sycioni⁹ inter reliq̄ opa duos pueros nudos ludētes fecit, q viui & pene spirātes spectātibus videbant̄. ¶ Sequit̄ in litera. Ac quosdā esse sapiētes oino, Hoc est sapiētes simpliciter, & nō aliq̄ ex parte nec aliqd aliud q̄ sapientes arbitramur. Vt de Mergite Homerus vates cecinit in libro q Mergites dicit̄ qd nō fuerit fossor nec durus arator. Nec in alia aliq̄ arte sapiens. s. quodāmodo iproprie & scdm quid, sed simpliciter & proprie munere diuum sapiēs. Eā ob rem liquidū est sapiētiā esse scientiarū exactissimā. Non em̄ solū oportet sapientē illa q̄ a principijs manāt scire, verū etiā eū principia callere necesse est. Quas ob res sapientia est intellectus & sciētia ac veluti caput hn̄s pciosissimorū sciētia, quia diuinorꝫ cōtēplatrix. Hæc est sapiētię functio ex antelatia emergēs. Dicebat oportere sapientē scire cōclusiōes, quarū est sciētia, & callere ad vnguē scdm hūanę naturę fragilitatē principia, quorū est intellect⁹, & ipsa principia a posteriore explanare ingenio crassiorib⁹. Principia specialia in medicina & in alijs sciētijs suopte ingenio splēdide enucleabit, vt myrrhā & spicā sistere fluxū pituitę p expientiā. Principiū geometricū est oēs āgulos rectos esse æquales cuius intelligentiā metaphysicus delucidat: circa rē in cōi sumptā insudat, ideo certis cancellis more cęterarū artiū nō claudit̄, at cū res sit multiplex, ea rōne q̄ numer⁹ arithmetico assignat̄. In quātū magnitudo geometrię attribuit̄, arithmetici nō est speclari circa magnitudinē nec geometrię circa nūerū, nā suis limitib⁹ claudūt̄. metaphysice aūt circa hęc oia negociat̄. An nūer⁹ a rebus nūeratis, totū a ptib⁹, cōtinua quātitas a re quāta distinguat̄, & ita de alijs, vn̄ fit vt primę philosophię maiestas atq; amplitudo circa primū motorē ac substātias sepatas desudat, ac orbiū mot⁹ atq; cōcent⁹, q̄re iure æquissimo est cęterarū facultatū caput. Merito igit̄ sapiētia est vtrorūq;. Sicut em̄ se hēt sapiētia trāslatitia ad illā artē cuius dicit̄ sapiētia, sic se hab; sapiētia simplr dicta respectu cuiuslibet scientię. Ac sapiētia silitudinaria collatione ꝓprię artia est exactissima. Proinde sapiētia simplr dicta est oim sciētiarū accuratissima atq; excellētissima, summū locū inter veridicos habit⁹ sibi vēdicās. ¶ Sequit̄ in litera. Perabsurdū est aūt &c. Hic elidit errorē aliquorū asserentiū politicā qua ciuitas regit̄, vel prudētiā q̄ hō regit̄ esse habitus celsissimos. Et bifariā id refellit. In primis p hypoteticū syllogismū sic. Si hō nō est pstātissimū eorū q̄ sunt in mūdo, nec politica nec prudētia inter itellectuales virtutes est optima, at hō nō est pstātissim⁹ illorū q̄ sunt in vniuerso. Maior est liqda p id q tā prudētia q̄ politica, circa hoiem versat̄. Oeconomica hoiem docet rē familiarē gubernare. Politica q̄nā via in politia vitā transigat. Minor patet: qa corpora cœlestia suos motores icludētes hoi pstāt, sic de⁹ oim rerū moderator q a penni motu phēdit̄. Anteq̄ scda rō ad eādē cōclusionē fulciēdā pbet̄, pnosse op; q qdā sūt quorū bonitas dicit̄ in habitudine ad aliqd, vt bonitas sanitas. Ocean⁹ & riui sunt pisciū optime nutritiui, hoib⁹ letiferi, sic de bonitate, in hoib⁹, defęcatos exqrim⁹ mores ad hoc vt boni dicant̄, talē bonitatē in piscib⁹ haud exploram⁹. Sūt em̄ bellue oēs morū incapaces. Alia sūt in oib⁹ subiectis vniformia ac indifferētia, vt albū in corporib⁹, hoib⁹ & cęteris aiantib⁹ atq; oib⁹ mixtis æq̄liter cōueniēs, sic rectū in figuris. Ista sunt eadē ac eiusdē rōnis iter oēs sicut albū ē eiusdē rōnis iter hoiēs equos, piscesq;, sic cōditiōes entiū p vniuersalē sapiētiā cōsideratę sūt eiusdē rōnis in oib⁹ reb⁹. Vtpote esse causam vel causatū, pri⁹ posteriusve, actu vel potētia, necessariū vel cōtingēs absolutū atq; respectiuū, & ita de cęteris id gen⁹, rei in cōi cōueniētib⁹. Et qa hāc lr̄am nōnulli scabriorē arbitrāt̄ duo restāt a nobis faciēda. Primo cōtext⁹ lr̄ę est ordinādus, scdo rō lr̄ę explanatiua adducet̄, & sic nihil indiscussum etiā crassiorib⁹ relinq̄tur. Dicas itaq; sic. Sanitas ac bonitas est alteri⁹ rōnis in hoib⁹ atq; piscib⁹, albū aūt & rectū semp est idē. Hoc est eiusdē rōnis, oēs dixerūt sapiēs idē hoc est sapiētia nō habet eā discrepātiā quā prudētia habet. Sed hō & belluę in rōne causati ac cōtingētię haud discrepāt, nec in rōnib⁹ entis in cōi cōsiderati. Et dixerūt prudēs esse diuersum, q nimo in prudētia habitudo subiecti ac negocij est considerāda. Dixerūt id esse prudēs qd pcipit singula & qd suū bonū est. Nemo (vt adagialr ꝓdunt) est sibi scdus. Et cōmiserūt hoi seipsa singula gubernāda, quocirca trāslatitiā prudētiā mutis aialib⁹ attribuūt, eo q illis insita est natura sibi ꝓuidēdi. Hoc cernere licet in apibus formicis, araneis, vulpib⁹ ac silib⁹. Sicq; format̄ ratio. Illi habit⁹ inter se discrepāt, quorū alter insudat circa ea q̄ sunt eadē apud oēs, alter vero vario mō se habet. At sapiētia inhiat circa illa q̄ sunt eadē apud oēs, nō aūt prudētia: igit̄ sapiētia a prudētia dispescit̄. Minor ōndit̄ sic Albū & rectū q̄ natura cōstāt quorū cognitio est eadē & scia est de his q̄ semp eodē tenore psistūt, itaq; multo magis sapiētia. Humana bona circa q̄ prudētia inuigilat plurifariā sunt variabilia, & eadē est ratio de medicina, q̄ oim nequit esse vna. itaq; varijs varię sūt bonitates: at illa virtus q̄ est cęterarū vertex & caput est bonū respectu oim, pinde prudētia & ciuilis facultas est inter intellectiuas virtutes pstātissima. Posthęc quādā cauillationē excludit, q̄ nōnulli dicūt sapientiā esse idē cū prudētia & facultate ciuili, quia sapiētia est pstabilissimus habit⁹ oim, sit prudētia, quia hō ē prestātissimū animaliū, itaq; facultas q̄ erit circa hoiem erit oim supma, itaq; erit idē cū sapiētia. Hoc euacuat inquiēs, tametsi hō sit apex aialiū, quę sunt in hoc mūdo, attamē in vniuerso sunt res pstabiliores vt ātea ōnsū est de substātijs sepatis. Et i fine, vt manifestiora sunt oia finitionē sapiētię repetit.

¶ Seq̄r q̄ propt Anaxagorā &c. Adhuc ꝓbare satagit sapiētiā nō eē prudētiā hoc pacto. Prudētia circa
hūanas res versat, sapiētia circa illas nō versat, sed diuinas. Effect⁹ nō ꝑseq̄r nisi ꝓ quāto in eis primus
opifex relucet: igit̄ prudētia nō ē sapiētia, hoc ab iudicio cōi notificat. Hoies recte loq̄ntes Thaletē Mi-
lesiū atq̧ Anaxagorā sapiētes & nō prudētes appellitāt, q̄a ꝓpria emolumēta neglexere vt arduissima
naturę disq̄rerēt. Abstrusiora arcana naturę scitissime ꝑscutabant. Teste Cicerōe Democrit⁹ patrimo
niū neglexit, agros incultos deseruit vt abdita vniuersi exploraret. Prudētia hūana expiscat, cōsulta-
tiōe pollet. Nemo sane nisi idē demēs cōsultat de ijs q̄ ait se hr̄e nō pōt, & quorū nō est aliq̄s finis, atq̧
finis est bonū esse agēdū. Prudētię mun⁹ est optime cōsulere posse de his q̄ in actionē cadūt, excogitādo
mēte ea quę potissimū cōducūt ad bn̄ btēq̧ viuēdū. Per cōpēdia ad æthereum globū tēdit nec mōda-
na ꝑnit. ¶ Seq̄r in lr̄a. Nec prudētia ē vniuersaliū. Alia rō. Sapiētia ē solorū vniuersaliū. i. Methaphy.
At prudētia est vniuersaliū necnō singulariū, itaq̧ prudētia nō est sapiētia. Prudētia est actiua, actio cir
ca singularia insudat. Propterea auctariū īfert dicēs. Aliq̄ nesciētes sunt aliq̄b⁹ sciētib⁹ ad opādū aptio
res. Vn̄ in ꝓœmio metaphysices sic scribit, expt⁹ nō artifex certi⁹ opat̄ q̄ artifex inexpert⁹, sed artifex
emperico ꝑstat, attamē incerti⁹ opat̄. Paradigmate hoc ipsum explanat. Siqdē si q̄spiā sciat oēs leues
carnes facile decoquēdas, ac esse salubres, at nesciat q̄ sunt leues, sanitatē minime ꝓcurabit. At ille q vo
lucrū carnes leues cognoscit atq̧ salubres multo citius ęgrotū curabit. Auiū carnes extra aq̄s degētiū
sunt salubres. Anas tā domestica q̄ fluuiatilis insalubris ꝓhibet̄. Volucres cęlū incolētes facilis sunt di
gestiōis. Prudētia aūt est actiua q̄re vtrāq̧ agnitionē vniuersalē cū singulari efflagitat, & poti⁹ singula
riū rōnē sobit. Architecturę rōnē q̄dā prudētia subit, & hęc prudentia reliq̄s ꝑsidet ac dn̄at. vt iter la-
tomos cernimus, quorū vn⁹ magnifico ędificio qd̄ inhabitat est tectus, cui alij subijciūt. Nec mirū q̄a
varię sūt prudētię vt seq̄nti capite locupleti⁹ liq̄bit. ¶ Cęterū circa exēpla philosophi Anaxagoras vt
Plutarch⁹ in libro virorū illustriū ait, sibi mortē cōsciuit decrepita ętate oī cura destitut⁹ mortē fame
sibi cōciscere pauit. Pericles multitudine negociorū obrut⁹ illius vitę nō adhibuit sufficiētē curā, & cū
illū iā ꝓpe mortē Pericles intelligeret, ꝑces cū lachrymis abūde effudit ne se Periclis gr̄a mūdo subtra
heret cui in rei publicę negocijs necessarius erat. Cui scite fato cōcedēs decrepit⁹ ait o Pericles q lucer
na indigēt infundūt oleū. Thales aūt milesius fuit vnus septē sapiētū opū cōtēptor, planetarū aspect⁹
apprime calluit, vbertatēq̧ vni⁹ anni ꝓuidēs, oliuas parui æstimatas coemebat q̄s cōseruatas ad ānū
seq̄ntē quo mira dei caritas erat multa cū magno lucro vēdidit, verū tn̄ lucrū cōtēpsit, philosophis ō
dens si vellet facile ditari posse, sed nolle. Isti naturę magisterio multis theologis in hoc sūt. ꝑferēdi,
q ad sacerdotiorū molē irreq̄ero cursu volitāt. Nō sic fecerūt isti Ethnici naturā ducē secuti. Addā vnū
icidēter a Valerio recitatū de thalete. Interrogat⁹ Thales an hoīs facta deū laterēt, scite r̄ndit, ne cogita
ta q̄dē. Ex cuius r̄nso distichon vulgare scitu haud indignū emanauit. Quū qd turpe facis, si me ꝑsens
Dubium. se rubescis. Cur ꝑsente deo, nō magis ipse rubes. ¶ Dubitas forsan quāobrē philosophus de trāslatitia
Responsio. sapiētia exēplificās pictorū, effigiatorū, ac sculptorū meminit. ¶ R̄ndemus q̄ sunt hęc ꝓpemodū pēnia
monimēta heroū. posteros ad strenua opa inuitātū. Pręteritarū rerū memoriā pictura cōseruat, in q̄ ꝑ
clara maiorū facinora exprimūt̄. Suspiciētes ad studiū laudis & ad magna negocia obeūda, inuitat. Dū
Cęsar q̄stor in Hispaniā missus ad Gades venisset, aiaduersa in Herculeo tēplo Alexādri magni ima-
gine ꝓpriā ignauiā ptesus ingemuit, q̄ nihil memoria dignū ad eā ętatē egisset. Missionem a senatu
hinc postulans, Alexādrū conabat̄ æmulari. Cęlatura, sculptura, atq̧ picturę sūt lr̄is ꝓxima. Nō pudu-
it Fabiū patriciū illū Romanū pictura sese exercere. Platonē picturæ studiosum & M. Antoniū ph̄s ha
bēt. Quodā honesto certamine picturæ viuacitatē atq̧ nobilitatē mōstrabim⁹, Zeusis vuas ita affabre
pinxit vt eas decerpēdas alites aduolarit. Artificio tumēs Parrhasiū nobilē pictorē in certamē prouoca
uit. Parrhasius lintheū attulit, veritate adeo reꝑsentata, vt Zeusis remoto lintheo oñdi sibi picturā
peteret, erroreq̧ subintellecto Parrhasio cessit. Zeusis em̄ aues fefellerat, Parrhasius ip̄m zeusin artifi
Dub. secūdū. cē. Hui⁹ Plini⁹ meminit. ¶ Dubites scd̄o an Metaphysica sapiētia sit vna. Dicimus illā nō vnā vnita-
Responsio. te numerali nec specifica in specie specialissima, est tn̄ vna vnitate attributiōis, sicut logica, geometri-
a atq̧ alię sciētię. Versat̄ circa primū opificē atq̧ suos effectus ꝓ quāto ꝑ primū motorē relucēt. Neces-
saria atq̧ cōtingētia cōtēplat̄. hęc em̄ oibus reb⁹ vniformiter cōueniūt, sicut albū & rectū, nō aūt prudē
tię. Implicitis em̄ in sexcētes mille negocijs opus est alia atq̧ alia prudētia. Nec astutę vulpi sua nata
prudētia deest, sic laboriosę formicę. Quēadmodū est de sanitate in hoie, equo, ac piscib⁹, varijs em̄ siali
Dub. iij. bus varię sunt corporū habitudines. ¶ Incidēter venaris q pisces salubres. Dicim⁹ albos, squamosos,
Responsio. solidę carnis salotares. At si q̄s piscīū duas ꝓprietates & nō tres obtineat est mediocris, vt salmo sq̄ua
Dub. quartū. mosus & carnis solidę. ¶ Quarto ambigit̄ quō sapiētia sit intellectus & sciētia. ¶ R̄ndet̄ q̄ aliq̄b⁹ vi-
Responsio. sum est & de facto ita dixerūt, sapiētiā esse cōgeriē ex intellectis & sciētia, & q̄ totū est ptes sil' sumptę.
Propterea sapiētia a quolibet istorū distinguit̄ nō tn̄ ab eorū aggregato, hāc viā falsam, & Aristoteli dis
sentaneā existima. Nā ex ea mox seq̄r q̄ sapiētia nō erit habit⁹ veridic⁹ cōdistinctus a reliq̄s. Cōseq̄ns
est cōtra Aristo. & scd̄o argumētor rōne, si nō esset dabilis vn⁹ simplex habit⁹, hoc esset ꝓpterea q̄ ꝑ-
narrata, nō pōt dari simplex notitia q̄ assentim⁹ cōclusiōi ꝓpter ꝑmissas, s; hoc cōseq̄ns est falsū. ergo
dat̄ simplex habit⁹ quo assentim⁹ cōclusiōi & ꝑmissis. Cōseq̄ntia tenet a tota cōditionali cū destructiōe
cōseq̄ntis ad destructionē antecedētis. Illa ꝓpositio cōditionalis patet, q̄a aiā rōnē aduersari⁹ dare ne-
quit. Ostēdit̄ minor. Dat̄ vn⁹ assensus quo assentit̄ toti disiūctiuę & nulli parti ei⁹, vt pōtifex maximus
dormit vel null⁹ pōtifex maximus dormit, idētidē dat̄ vnus dissensus toti⁹ hypotheticæ cui⁹ q̄libet
categorica ambigit̄: patet de copulatiua huic disiūctiuę cōtradicente. Pariforma toti cōditiōali oī eius
categorica ancipite euidēter assentit̄. vt si Socrates currit, Socra. mouet̄, casu quo dubito Socratē cur-

rere, rursus qs eodē actu deligit mediū ordinatū ad finē & ipsam causam finalē, vt diligēdo inimicum amicūve ꝓpter deū, ergo idē est in actu intellectus. ¶ Cōtra ista obijcit. Iste assensus terminat⁹ sic ad totū. s. ad p̄missas & ad cōclusionē, & ita erit intellect⁹ respectu p̄missarū, & sciētia, respectu cōclusiōis, ergo tres. nō erit nisi cōgeries intellectus & sciētię. At forte dicis & recte ꝙ terminat in totā cōsequētiā obiectiue, & nec est intellect⁹ nec sciētia, sed res specie ab vtraq; illarū distincta. Cōtra hoc replicat, icōueniēs ē sapiētiā ad totū & nō ad eius ptes terminari. Tū scdo eodē assensu plus assentit p̄missis q̄ cōclusiōi, qa illo assensu & p̄missis & cōclusiōi assentit vl' ęq̄liter vtrisq; & hoc incōuenit. Quia ꝓpter vnūquodq; tale & illud magis prio posteriorū. Vel plus cōclusioni q̄ p̄missis & eo nihil est absurdi⁹. vel dabit aliud mēbrū qd dissentaneū cēsebit. ¶ Secūdo tūc qlibet assensus quo assentit cōclusioni & p̄missis erit sapientia cōtra Aristo. in lra, q sapiētiā notitiarū caput cēset. ¶ Tertio obijcit, qa tūc nūq̄ dabit scia & itellectus quin ponet sapiētia vel terti⁹ assensus simul in aia. Patet, qa vel tertius assensus ꝓducit ab illis duab⁹ naturalr̄ & si sic, seqt illatū. Positis eñ causis naturalib⁹ sine obice in passum dispositū, seqt effectus. Vel da aliquā aliā causā. ¶ Ad primū nego incōueniēs esse sapiētiā ad totū & nō ad partē terminari, quēadmodū assensus disiūctiuę (vt iter arguēdū dixim⁹) ad totā disiūctiuā & nō ad ptē terminat. Quinq; sunt hic assensus, vn⁹ maioris, ali⁹ minoris, terti⁹ bonitatis cōsequētię, q̄rt⁹ assensus cōclusionis, quintus est assensus toti⁹ cōsequētię quē sapiētiā vocamus. Potes etiā dare aliū assensum terminatū ad copulatiuā p̄missarū q nō terminet ad alterā p̄missarū, sicut de dissensu copulatiuę ipossibilis ex ptib⁹ q̄rū qlibet ē possibilis cōpositę, at in illo nō imoror, nec incōuenit esse vnū assensū ad affirmatiuā & negatiuā copulatim terminatū, & tn̄ ille assensua nec est ꝓpositio affirmatiua, nec negatiua cum nullū iudiciū sit ꝓpositio, ois ꝓpositio mētalis ex plurib⁹ cōceptib⁹ & actu cōflat. ¶ Ad scdam obiectiūculā dico, ꝙ eodē assensu numero plus assentit p̄missis q̄ cōclusioni. Plus inquā. i. firmi⁹ & naturalr̄ p imaginationē eundē actū simplicē (vt simplex distinguit cōtra ptes diuersarū rōnū) ptiri in itellectū & sciētiā, sicut eodē actu plus diligit appciatiue deus q̄ creatura qñ diligo Socratē ꝓpter deū, sed nō interiore actu cū sit idē actus nūero quo vterq; diligit. Isti modi late differūt. Possum eñ intēsius diligere creaturā q̄ deū, qa intētio dilectiōis creaturę nō est mihi vetita, nec intēsio gradualis dilectiōis Dei cadit sub p̄ceptū vt reor. Et patet aliūde. Pastor plus itēsiue gaudet sup ouicula quā pdiderat inuēta q̄ sup nonaginta nouē q̄ nō pierūt, licet illas plus diligat & malit illā ouē q̄ nonagintanouē pire, Lucę xv. sic de filio ꝓdigo ad frugē melioris vitę reuertēte pat intēsi⁹ gaudet q̄ de filio frugi quē tn̄ plus ꝓdigo appciatiue diligit. ¶ Ad scdm argumētū principale soluēs nego cōseq̄ntiā. Ad sapiētiā eñ vltra assensū hūc tertiū reqrit, vt ipse sit altissimarū rerū. Pone oia reqsita ad sapiētiā cū hoc tertio assensu. ¶ Ad tertiū cōcedēdo illatū hoc difficulter euacuabis. Scdo nō seqt quēadmodū nō seqt de notitia, iflexa respectu notitię directę. Licet itellect⁹ sit cā natural', & notitia directa. Reqrit cōcursus volūtatis, sed de causalitate nō multū insisto. Cōiter dicit & apparēter ꝙ hic terti⁹ assensus p̄suponit illos alios, & ab eis gñat, licet de actu cōpatiuo volūtatis alit videt dicēdū. Volūtas pōt obiectiue cōplexe ferri sine ꝓportionabili latiōe intellect⁹. vt prim⁹ angel⁹ appetijt dei ęq̄litatē cū notitijs simplicib⁹ p̄uijs, ergo pari rōne Socrates pōt velle diligere Platonē ꝓpter deū cū intellectus iudicio Plato est diligēdus ꝓpt deū absq; dilectiōe absoluta, hui⁹ aut illi⁹. Absolutā hic cōtra respectiuā capio. ¶ At dicis philosoph⁹ dicit sapiētiā esse intellectū & sciētiā. Rñdet, Hoc est verū in valore. Illo eñ assensu assentit toti discursui & magis p̄missis q̄ cōclusioni, vt de dilectiōe Platonis ob deū, q̄ in valore est vsus & fruitio. ¶ Ex dictis ꝓpositiōes ifero q̄rū pria est. Idē actus est latria & dulia. respectu diuersorū, vt exhibendo Petro honorē ꝓpt deū. secūda ꝓpositio vsu diligit deus licite. Patet, hoc actu diligit de⁹ licite, hic actus ē vsus igit cōseq̄ntia est syllogism⁹ expositori⁹ ifallibilis. Non licet tn̄ vti deo licite. Aliud eñ p hāc denotat, s; qa materia hęc partim hoc negociū trāscēdit haud diuti⁹ vos imorabor. ¶ Dubitat q̄nto vtrū prudētia sit vniuersaliū, & videt ꝙ nō, qa illo dato prudētia erit circa necessaria, cui⁹ oppositū dicit Aristo. Rñdet ꝙ prudētia est vniuersaliū, sed magis singulariū, vñ tertio de aia dicit phūs vniuersalis existimationē mouet. Iudiciū hui⁹, huic iopi stipē porrigere op;, plus mouet q̄ hui⁹ assensus, paupi eleemosyna dāda est. Insup ars ē circa difficile, sic prudētia & virt⁹. Rō hui⁹ ē, qa multo difficili⁹ ē recte de singulari ob circūstātiarū varietatē iudicare q̄ de vniuersali. Adde etiā ꝙ singularia magis alliciūt appetitū q̄ vniuersalia. Vt hui⁹ bellę mulieris p̄sentia q̄ mulierū in cōi. Quocirca phūs prio Rhetoricę ait ꝙ legislator pōt citi⁹ dicere verū q̄ iudex, qa illi⁹ iudiciū est de futuris & vniuersalib⁹. Iudex aūt de p̄sentib⁹ & singularib⁹ iudicat quē amor & odiū ligantiū cōmodū aut dānū circūstāt: ergo prudētia p̄cipue circa singularia emicat. Cōcedo etiā prudētiā esse circa necessariū, vt iudiciū hui⁹. Nullū inhonestū est ꝑpetrādū, sed cōtus prudētia est circa singularia, qa hoc ad op⁹ dirigit nō aūt illa. Scia nūq̄ ē cōtigētiū, & hoc sufficiebat Aristoteli quātū ad discrimē. Rarēter i obiecto coincidūt. Per sīle in fine quīti capitis dicebat opinatio circa id versat qd' aliter se hr̄e pōt. Hoc ē cōiter verū, l; etiā circa necessaria versat. Et cōcedit cōseq̄nt ꝙ moralis scia ē prudētia, qa sensus cōclusiōis moral' sciētific⁹ pōt esse prudētia ei⁹.

Obiectiones tres.

Secūda ps.

Ad primā.

Ad secundā.

Ad secundā.

Ad tertiam.

Replica.

Responsio.

Dub. quintū

Tract. II. Cap. VI. Et Lib. VI. Cap. VIII.

At qui ciuilis facultas, & prudētia idē est habitus, esse tamē ipsarū nō idē est. Eius autē quę in ciuitate versat, ea quidē (quę est vt architectura) prudētia legū est ferēdarū facultas, quę vero in singulis versat, ciuilis, nomine cōi vocatur. Hęc aūt est actiua, & deliberatiua. decretū enim in actionē venit vt vltimū. Idcirco rem ciuilē hos solos gerere dicūt. Hi nāq; soli agūt perinde atq;

Prudentia & ciuilis facultas.

si qui suis manibus artis cõficiũt opus. Videt aũt ea maxime prudẽtia esse, qua sibiipsi quispiam vni quærit ac prospicit bona, atq; hæc ipso cõmuni nomine prudẽtia nuncupat. Illarũ autẽ alia gubernãdi rei familiaris, alia ferendarũ legũ facultas, alia ciuilis vocat. Atq; huius alia est deliberatiua, alia iudicialis. Cognitionis igit quędã species fuerit ea q̃ bona sunt sibi scire, sed magnã differẽtiã habet. Atq; qui sciunt ea qui sibiipsis sunt bona in illisq; versant, prudentes esse videntur: ciuiles autem negociosi. Quapropter & Euripides dixit.

Qui nanq; prudens sum, negocio sine,
Licebat inter milites cui viuere.
Æquamq; partem habere, cunctis ex bonis!

Quærunt enim quod sibiipsis est bonum, & hoc arbitrantur esse agendum. Ex hac igitur opinione est ortum, prudentes hos esse, & tamen proprium vniuscuiusq; bonum nõ est fortasse sine rei familiaris gubernatione, atq; ciuilis. Prę terea enim quonã modo sua cuiusq; administranda sit res, non est manifestum, atq; considerandum est. Indicatur id quod dicitur il-
Signum. lo signo. Geometrę enim iuuenes, & mathematici, ac sapiẽtes in talibus fiũt: prudentes autẽ fieri non videntur, causa autem est, q & singularium rerum est ipsa prudẽtia, quæ quidẽ per experientiam notę fiunt. Iuuenis autem non est expertus. Experientiam enim temporis efficit longitudo. Nam & hoc quispiam considerauerit: cur puer mathematicus quidem fieri potest, sapiens autem aut naturalis non potest? An quia mathematica quidẽ sunt per abstractionẽ: horũ vero principia experientia innotescũt, & hæc quidẽ adolescẽtes nõ credũt, sed dicunt: illorum autem diffinitiones non sunt obscuræ. Propterea peccatum quod fit in cõsulendo, aut circa vniuersale, aut circa singulare fieri solet. Ignorare nanq; quispiam potest, aut oẽs aquas ponderosas esse prauas, aut hanc ponderosam esse. Prudentiã autẽ non esse scientiam patet, est enim (vt dictum est) ipsius extremi. Tale enim id, quod cadit in actionem. Opponitur igitur intellectui, hic enim est terminorum, quorum ratio non est. Hæc autem est vltimi cuius non est scientia, sed sensus: nõ propriorum quidem, sed qualis est is quo sentimus id, quod vltimum in mathematicis est triangulum esse. stabitur enim & ibi, sed hic prudentia magis est sensus, illius autem est alia species.

ATqui ciuilis facultas &c. Ciuilis facultas & prudẽtia sunt habit⁹ idẽ re ipsa, attamẽ rõne discrepãt. Nõ est sermo de prudẽtia q̃libet, s; solũ de politica. Taliter in ascẽsu & descẽsu imaginabere vel de distãtia iter Oxoniã & cantebrigiã & cõtra: siue de cõuexo & cõcauo i circũferẽtia, ponẽdo lineas lõgas, latitudinis & pfunditatis expertes. ¶ Dicit prudẽtia ea rõne q̃ est principiũ agẽdi bona, ad seipsum. Ciuilis vero facultas, ea rõne q̃ bñ agit ad alios i politia. Sicut i frõtispicio de virtute & iustitia retulim⁹, vocat virt⁹, vt est talis habit⁹ hñtẽ pficiẽs. At iustitia in ordine ad aliũ. Vt est habit⁹ ad seipsum dicit prudẽtia, vt vero ad plures expãdit, ciuilis facultas noiat. Eã aũt q̃ in ciuitate versat, prudẽtiã diuidit. Nã ea qdẽ q̃ est vt architectura, prudẽtia hoc est psidẽs & magistra legũ ferẽdarũ est facultas, qdã alia ẽ q̃ circa singla ciuitatis versat, vt ius dicẽdo ac decreta agẽdo, & hęc cõi noĩe ciuil' facultas dici assueuit. Ad eã nõ ptinet cõdere leges, qa id est mun⁹ ciuil' architecturę, s; agere atq; discernere circa singula reipublicę. Decretũ qd est hui⁹ prudẽtię, in actionẽ vt nouissimũ cadit. Primũ est cõsultatio, deinde electio, tertio decretũ, quarto exequutio. Exẽpli causa: cõsultat inter primores christianissimi regis an sint mittẽdi legati ad Carolũ impatorẽ Hispaniarũ regẽ. Deinceps in hac cõtrouersia alterum eligit, veluti sũt oratores mittẽdi, deide decernit & fit decretũ vt circũspecti mittant oratores. Subdit phũs. Hãc ciuilẽ prudẽtiã hñtes circa singula versantẽ dicunt soli rẽpublicã administrare, q̃les sunt pretores ac alij magistrat⁹ q ius inter litigãtes dicũt, & de cõtrouersijs scd̃m intentionẽ legũ decernũt. At prudẽtia ciuilis legũ ferẽdarũ, in vniuersũ puidet leges ferẽdo. Primi architectis cõferunt, scdi manuarijs artificib⁹ cõpãt. Sũt eñ ministri legũ exequẽtes illa q̃ legib⁹ pcipiũt, nũc discernẽdo, nũc iudicãdo. Hinc talis prudẽtia ciuilis actiua ac deliberatiua dicit. Prudẽtia architectonica totũ corp⁹ ciuitatis respicit q̃si nauis optima gubernatrix sedẽs in puppi, clauũ moderãs, & pcipit p leges qdnã agẽdũ sit. Vt vero pauci agã, duplex ẽ prudẽtia ciuil' vna architectõica legũ cõditrix. Regis eñ est leges salutares populo cõdere. Hieremię. xxiij. scribit. Regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. Altera actiua ac deliberatiua, q̃ vulgo ciuilis appellitat, at illa q̃ est hois ad seipm, cõiter prudentia vocitat. Hãc in exordio hui⁹ capitis rõna differre a ciuili facultate affirmauit, qa hoĩes quẽpiã prudẽtẽ nũcupãtes eũ intelligũt q sibi bona pcurat. Posthęc illã facultatẽ ciuilẽ phũs resumit, & trifariã diuidit, vnã ramũ addẽs cui⁹ añ nõ meminit, dicitq; sic. Alia est ptia rei familiaris gubernãdę, alia legũ conditrix, alia ciuilis, actiua ac deliberatiua. Verũ illa prudẽtia q̃ circa priuata cõmoda inhiat est cognitiõis qdam species, attamẽ ab illis alijs diuersa, postq̃ est agnitio priuata. Verũ vt oĩa clarescãt sequẽtẽ i modũ diuisio fiat. Prudẽtiaq; alia ẽ ad seips; & hęc cõius nomẽ prudẽtię citra additũ sortit. Alia aũt ẽ ad plẽs, & illa bifariã scindit, aut ẽ iter plẽs i domo, hãcq; prudẽtiã familarẽ seu oeconomicã vocitãt, si ẽ ad plẽs i ciuitate, prudẽtia ciuil' nũcupat. Rursus illa ciuil' seiugat aut. n. ẽ circa ferẽdes leges, & ea architecturã dĩ,

aut ē circa singula i republica gerēda,& illi nō est nomē speciale iditū:at cū noie vacet,gn̄ali appellatio-
ne gaudebit.ciuilisq; appellabitur.Et rursus ciuilis in deliberatiuam ac iudicialem diuiditur.Patet in
litera. At qui sciunt ea.Nunc placitum vulgi affert,vulgus autem hominum eos prudētes autumat,
qui suis commodis student,aliorum neglectis.alios reipublicę vacantes negociosos denominant. Ad
hoc autoritatem Euripidis poetę consentaneam citat. Erat quidam miles quondā gregarius qui sub
quodam rege stipendia merebat,sortem inter alios diuidens,postea autem in exercitu cōstitutus,Cen
turio & autoritatem habēs talit conqueritur. Qui hoc est quomodo prudens sum,cui licebat olim in
ter milites citra negocium viuere,& ex cūctis manubijs ęquam portionem sine solicitudine habere,
quam tunc multa sollicitudine vix obtinebat. Itaq; seminus prudentem censebat,q̄ ex dignitate cu
ram nō bona auxit.plebeij hominum fęces expiscantur illud quod videtur sibi ipsis bonum,& dum
pro suo emolumento insudant, hoc solum agendum putant. Ex hoc delirio id placitum emana-
uit.Hoc insulsum paradoxū illudit philosophus inquiens. Ea positio si intelligat sine rei familiaris
ac ciuilis gubernatione fortasse non est vera.Hic fortasse non est aduerbium dubitandi,sicut nec for-
te eius synonymum,vt supra exposui.Charitas aūt non quęrit quę sua sunt.i.ad Corinthios.xiij.Et
quis putas est fidelis seruus & prudens,quem cōstituit dominus soper familiam suā Matthæi.xxiiij.
Et Cicero primo officiorum. Non (inquit) nobis solis nati sumus,sed partem ortus nostri patria
sibi vendicat.partem amici.Interdum est pręceptio onus alios regendi subire. Interdum est consilij
opus.Interdum inflati sese vt præsint non vt prosint ingerunt. Alienum est nonnūq̄ alienos agros
meis sitientibus irrigare.Præterea nō est manifestum quinimmo est obscurū ac cognitu difficile quō
cuilibet sit sua res administrāda, nisi in re familiari ac ciuili versatus fuerit.Postq̄ hō est aial sociale.
Hoc quodā indicio roborat.Iuuenes florida ætate geometrę,mathematici,ac sapiētes in talibus fiunt.
Nō dicit simpliciter sapiētes,sed cū hoc ānexo,in talib⁹.Prudētię vero sunt exortes,& id causę est,q̄a
singulariū rerū est prudētia,q̄ expimēto cognoscunt.iuuenis aūt in viridi ętateest expiētię imunis,tē
poris plixitas expientiā pcreat.Vęh patrię,cuius rex mane comedit, inqt sapiēs.At in hoc nō insul
se quispiā dubitauerit,quas ob res puer mathematicus euadit,nō aūt sapiēs naturalis ve.Hoc diluit in-
quiens,mathematica experientia haud indiget,quia eius principia sunt diffinitiones rerum quę a sin
gularibus abstrahuntur.per imaginationem exhauriuntur.Sapientia vero ac naturalis philosophia
a notitia singularium & experientia innotescūt,sensu ac inductione egent.Mathematica etiam sunt
in primo gradu certitudinis suaq; euidentia iuuenibus sunt pula. Frigide atq; ieiune principijs phy
sicis & sapientię credunt, imitantur tamen præceptores & more picarum ac psittacorum ab eis au-
dita pronūciant. ¶ Sequitur in litera.Peccatum fit in consulendo.Prudens scit tam in vniuersali q̄
in singulari recte consulere.Proinde oportet eum scire ea quæ tam vitam familiarem q̄ ciuilem con-
cernunt. De vtraq; ignoratione exempla affert. Omnes aquas ponderosas ignorare potest,aut hanc
aquam esse ponderosam. ¶ Sequitur prudentiam non esse scientiam,hoc pacto liquet. Prudentia est
extremi hoc est singularis,descēdendo enim ab vniuersali per particularem, singulare est extremum:
ergo nō est vniuersaliū tm̄,sciētia est vniuersaliū tm̄.pinde prudētia nō est sciētia. Tale em̄,sc; singula-
re est id qd in actionē cadit,opponit igit valētiore rōne itellectui. Hic em̄ intellect⁹ est terminoꝝ.i.ex
notitia rerū significatarū p terminos.illi⁹ notitia nota euadit.Pricipioꝝ nō ē rō siue demōstratio,alioq
nō essent pricipia.Hęc aūt prudētia ē vltimi agibilis cui⁹ nō est scia,s; sensus,nō ppriorū obiectoꝝ qb⁹
sensibilia ppria sentim⁹,vt sonū auditu,colorē visu capim⁹,& ita in alijs trib⁹ sensib⁹ externis, s; q̄lis
is est quo sentim⁹ vltim⁹,in mathematicis,illa sensus est imaginatiua virt⁹ iterior.Stabit em̄ ibi i hoc
triāgulo i pariete discripto,triāgulus est extrema figura in descendēdo ad pauciores angulos & latera. Dubi. q̄nq;
¶ Circa hoc caput in primis dubitat,an ciuilis facultas & prudētia sint idē habit⁹. Scdo an prudētia
est circa singularia.Tertio quid in illo exemplo prætendit.Omnes aquę ponderosę sunt prauę.Quar
to quem ordinē scientię in literis possumus ex Aristotelis litera coniecturare.Quinto videtur q̄ nō
solum principia sunt ex terminis nota,verum etiam in probabilibus datur primū opinatum.Osten
do.opinio a producitur ab opinione b,& iterum opinatio b ab opinione c,& non est in abyssum pro-
cessus:ergo datur prima opinio & primum opinatum,quia opinio ex fide aut euidenti notitia iudica
tiua non emergit.Si antecedens sit euidens aut firmiter creditum,consequens non erit opinatum.
¶ Ad primum dubium respondeo per propositiones sequentes,quarum prima est. Multę sunt pru- Ad primū:
dentię etiam monasticę & personales specie distinctę,hęc paulo post in hoc sexto probabitur. Secun-
da propositio.Multę prudentię,quarum altera est monastica altera vero ciuilis, specie distinguntur a
fortiore.Hæc ex priore sequitur.Præterea multę tales habent obiecta specie distincta:ergo & specie di-
stinguntur,secundo de anima Actua distinguntur per obiecta.Tertia propositio. Prudentia monasti-
ca sufficiens virum denominare prudentem non acquiritur sine œconomica & ciuili.Patet.Talis pru
dentia multos habitus prudentiales in longo temporis vsu requirit, quare Periclem M.Tullium &
alios qui in rebus publicis oculati pręsiderunt prodentes vocamus. Et hoc innuit Aristoteles cum
dicit,monastica prudentia sine alijs acquiri non potest, sic q̄ homo prudentia emicet. Homo tamen
pōt suū bonū particulare pcurare ab alijs secretus,ac sine cōuersatiōe cū alijs,attamē prudēs nō euader,
sicut nec sciētia solitarie acqrit,ferrū em̄ ferro acuet,& plura lignicula iūcta actiuū ignē faciūt.Quarta
ppositio.Loquēdo de prudētia collectiue idē habit⁹ nūero est prudētia & facultas,siue prudētia,ciuilis:
esse tamen earum nō idem est, hoc est denominatio quare prudētia & quare ciuilis prudentia dicitur
non est eadem.Dicit enim prudentia,quia virum denominat perspicientem sua bona,laborans in fa
milia & ciuitate sibi bona virtutis acqrit & sępi⁹ fortunas p sua industria & labore.Quinta ppositio.

Non est de rõne prudẽtię ciuilis aut Oeconomicę simplicis ꝙ specie distinguaẽ a prudẽtia. Probaẽ qa
tũc qlibet talis a qualibet tali distingueref, qd nõ est dicẽdũ. Capio hũc actũ prudẽtię Politicę aut fami
liaris, si quispiã ea prudẽtia ꝑspicit bona & ea ꝓcurat ꝑ ciuitate aut familia, eadẽ sibi bona virtutũ ꝓ
creat, & nõnũq̃ fortunę bona vt supius narrauim⁹. At alia est rõ q̃re vocaẽ prudẽtia in toto, & q̃re pru
dẽtia talis. Et sic intelligiẽ lr̃a philosophi. Vel sic paucis absoluẽdo. Ciuilis facultas & prudẽtia sunt idẽ
habit⁹, prudẽtia est gen⁹ prioris, esse nõ tñ est idẽ. Denoiaẽ ciuilis facultas ꝑ quãto curã in ciuitate ha-
bet: & prudẽtia, ꝑ quãto virũ bñ dirigit circa agibilia. Vel sic. Politica nõ est eadẽ cuilibet prudẽtię, sed
solũ prudẽtię q̃ ordinaẽ ad bonũ cõe, & hoc est verũ. Et differũt rõne illę adhuc, & hoc philosopho suffi
cit. Vlteri⁹ diciẽ ꝙ politica & prudẽtia ois idẽ sunt subiecto, qa intellectui actiuo inhęrẽt.

Ad secũdũ. ❡Ad secũdũ dubiũ affirmatiue rñdeẽ. Patet ex lr̃a philosophi & supius retulim⁹. ❡Sed cõtra illud ar
Obiecta duo. gumẽtor. Ex illa solutione seqẽ prudẽtię esse obliuionẽ, cõtra Aristotelẽ. Prudẽtia eñi hui⁹ esse esitan-
dę, vel illi⁹ opis faciẽdi perit. Scd̃o tũc expiẽtię ꝑteritorũ i posterũ nobis nõ deseruiẽt, qa sunt nisi sin
gulariũ. ❡Ad priorẽ rõnẽ rñdeẽ ꝙ prudẽtia ꝑ obliuionem corrũpiẽ. de habitu certũ est, ille eñ nõ cor
Ad prius. rũpiẽ nisi ꝑ imprudẽtiã prudẽtię cõtrariã. Scd̃o materia prudẽtię semꝑ nobis occurrit, & sic in ea plu
rimũ exercitamur. Prudẽs ad tria mẽtis oculũ flectit. Pꝛio ꝑterita respicit quorũ habet memoriã & ꝑ-
teritorũ argumẽto pręsentia mensurat & futura pręsagit inueniendo media quibus futura bona asse
quatur & noxia deuitet. Hoc exemplo detegitur. Prudens inuoluendo historias inuenit plerosq; sor-
dido loco natos ad magna a regibus euectos, post regum mortem acerbe afflictos, hocq; videns cauet
cum regibus magnam subire familiaritatem.

Ad posterius ❡Secunda ratio tangit vnum, an habitus prudentialis inclinet præcise ad similes actus ex quibus
emersit, & opinor ita esse. Opposito enim dato, si habitus ad actus alterius speciei inclinabit, vnus ha-
bitus inclinabit in actus quantumcunq; differentes quarumcunq; virtutum, quod liquet esse falsum,
& intelligo immediate. Mediante enim suo actu elicito & ratione potest partialiter, in alium actum
inclinare, sicut habitus præmissarum immediate inclinans in actum intellectus, mediante illo actu
in actum conclusionis scientificum inclinat.

Ad priorem ❡Contra hoc argumentor. Ergo ex temperata cõmestione circa hanc escam homo non erit prõpti-
or circa aliam, nec circa hãc in numero cũ ipsa est comesta consumptaq;. Itẽ assuetus sagittare ad hãc
Replicę duę. metã ad alias metas prompte sagittabit. ❡Ad priorẽ rationem dicitur ꝙ temperantia circa huncci-
bum in actus similes in specie circa similem materiam inclinabit. Item temperatus habet actus com
munes qui habitus communes generãt, vt volo tẽperanter degere licet cõmestionem exercemus circa
Ad secundã. has dapes et hoc epulum. ❡Ad secundã de assueto sagittare dico ꝙ vbi est æqualis intercapedo inter
terminum a quo & terminum ad quem, vbiq; eodẽmodo sagittabit, non tamen in alio interuallo ꝓ
pinquius speculum. At iaculum dirigit, ratione illius singularia exercitationis, nisi pro quãto in mẽ
bris & suis armis sagittandi melius disponitur q̃ non sagittarius. Secundo non est simile in illo exẽ
plo naturali, quia omnis terra est eiusdem speciei cum alia, & aer cum aere, & taxus cum taxo, ꝓin-
de ad argumentum a simili facile dicetur ipsum quarto quoq; pede claudicare.

Ad tertium Dubium. ❡Ad tertium dubium respondetur ꝙ aquæ ponderosiores sunt magis terrestres & prauiores minus
ponderosis. Cape ex duobus fontibus, puteis aut fluminibus duo vitra ęqualis ponderis & capacitatis
& æqualiter aqua referta, & cuius vas minus ponderat illius aqua est altera leuior & pręstantior. In nõ
liquidis sine ęquilibrio pondus deprę hendere potes capiendo duo frusta lignea æqualiter magna gra-
uiaq;, vt in naturali philosophia iam scripsimus.

❡Ad quartum dubium respondetur ꝙ pueri sunt primo in triuialibus scientijs imbuendi, scilicet
grammatica, rhetorica & logica, & in cantu saltem Gregoriano, & si quis in virum impense doctum
euadere voluerit, hinc arithmeticam, geometriamq; hauriat, quia hęc, vt philosophus ait, experienti
am non efflagitant nec imaginationem transcendunt. Deinde in naturalibus instruẽdi sunt, q̃ licet
imaginationẽ nõ plurimũ transcendãt iñ in multis expientiã requirunt. post naturalia in moralibus
sunt initiãdi q̃ expimentũ & animũ ab illecebris immunẽ exigũt. Nouissime in trãsmũdana philoso-
phia metaphysica siue theosophia erudiẽdi veniũt, circa quinquage simũ annũ in quo humanũ inge-
niũ in tẽperato est nobili⁹, in illa insudẽt, in qua ad vitę exitũ iugiter ꝑseuerẽt, peccaminũ immunes
perinde ac si postridie cuiusq; diei essent morituri, literisq; indefesse incumbentes acsi nunq̃ essent
ab hac luce migraturi. Hoc eñ calle ingenij rubiginẽ & veternũ euitauerint, & sese in sancta excerci-
tatione tenuerint, celestis patrię futurę primordia degustantes.

Ad quintũ. ❡Quinta dubitatio quodãmodo est alterius speculatiõis, ac cũ difficultas sit ꝑ laboriosiorib⁹ ꝓposita,
carptim circa eã nõnihil dicemus. Diciẽ ꝙ prima opinio generaẽ ex notitia apprehẽsiua terminorũ
eius, vt assensus huius, ois mater diligit filiũ vel alterius opinabilis. Nec sequiẽ ꝙ talis ꝓpositio sit ꝑ
se nota, qa q̃cũq; notitia abstractiua aut intuitiua ei⁹ generat assensum in quẽcũq; intellectũ, nec pra-
ua affectio illi obicẽ ꝑstare põt, secus est de prima opiniõe q̃ in vno gñaẽ & nõ in alio. Ex pte notitiarũ
apprehẽsiuarũ nõ est defectus, sed ex pte passi magis vel min⁹ dispositi. Affectio multũ hic facit. Qui
libet eñ citi⁹ assentit narrãti bona de sua patria q̃ de pegrina & signãter hostiũ, & ita de prio errore di
caẽ. Põt etiã forte dici ꝙ pria opinio ꝓduciẽ a notitia euidẽti vnius aut pluriũ ꝓpõnũ nõ ordinatarũ
in cõseq̃ntia. Tãta eñ cõnexio iter aliq̃ eẽ põt ꝙ assensus vni⁹ aliũ pariat, at notitia euidẽs cũ euidẽte
cõsequẽtia & ei⁹ applicatiõe seꝑ ꝓducit cõseq̃ns euidẽs, sec⁹ ẽ qñ ꝓpõnes illę euidẽtes cõseq̃ntiaẽ nõ appli
caẽ. Et dispositio passi mltũ facit. Vides.n. notitiã simplicẽ vni⁹ rei nõnũq̃ te iducere i notitiã alteri⁹ rei
silis, interdũ nihil ꝓducit, in actib⁹ abstrusis aię sępi⁹ rõnẽ ꝑstare, est tenebrosa aq̃ in nubibus aeris.

Tractatus.III.Cap.I.& Lib.VI.Cap.IX.



At vero quærere,ac cõsultare differunt.Cõsultare nanq; est aliquid quærere.Oportet autem & de bona consultatione quidnam sit accipere, vtrum scientia quædam sit an opinio. an coniectatio bona an aliquod aliud genus.Scientia quidem non est. Non enim de iis quærunt quæ sciunt. At bona consultatio, quædam est consultatio:qui vero consultat quærit rationemq; subducit.Atqui neq; bona coniectatio est. Ipsa nanq; sine ratione,& cito fit,ad consultationem vero longum temporis spatium adhibetur,atq; aiunt celeriter quidem deliberata esse agenda, cum mora autem consulendum. Præterea diuersa sunt solertia,& consultatio bona.Solertia vero,bona quędam est coniectatio. At neq; opinio vlla est.Sed cum is qui male deliberat peccet:qui autem bene consultat recte deliberet,cõstat bonam consultationem rectitudinem esse quandam.Non autem scientiæ,neq; opinionis.Scientiæ nanq; non est rectitudo,quippe cum neq; peccatum sit,opinionis vero rectitudo,veritas est.Et insuper determinatum iam est id omne, cuius est opinatio. At vero neq; sine ratione est ipsa consultatio bona,deficit ergo a mente. Hæc enim nondum est enunciatio. Etenim opinatio non inquisitio,sed quædam iam enunciatio est.Qui vero consultat, siue bene, siue male consultet, quærit aliquid rationemq; subducit,sed ipsa consultatio bona, consilii quædam est rectitudo.Quapropter quærendum est primum quidnam sit consiliũ, & circa quid ipsum versetur.Cum vero multipliciter rectitudo dicatur,constat non omnem rectitudinẽ, bonam consultationem esse.Incontinens enim & prauus id quod videre proponit attinget, cogitando rationemq; subducendo,quare recte quidem consultabit: malum autem magnũ existimabit.Bene vero consultasse,bonum quoddam esse videtur.Talis enim rectitudo consilii,qua bonum quispiam assequi potest,bona est consultatio.At potest quispiam & hoc ratiocinatione falsa attingere,atq; id quidem quod facere oportet assequi,non autem per quod oportet,sed falsus medius terminus esse potest.Quare nec ipsa bona est cõsultatio,qua quispiam adipiscitur quidem id quod oportet non tamen per quod oportet. Præterea fieri potest vt alius longo deliberans tempore id consequatur,alius cito, igitur nec illa bona est consultatio,sed eadem rectitudo bona est consultatio, qua quispiam ratione conducentis assequitur,quod oportet,& vt oportet,& cum oportet. Insuper fit vt & absolute quispiam bene consultet,& ad aliquem finem.Atq; bona quidem cõsultatio absolute est ea,qua ad eum finem qui est absolute finis pergitur recte,quædam autem ea,qua ad aliquem finem. Quod si bene consultare prudentium est,consultatio bona rectitudo est ea, qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finem,cuius ipsa prudentia est existimatio vera.

Consultatio bona.

Opinatio.

Consultatio bona.

At vero quærere & consultare differunt &c.Ostendit̃ qñ sunt aliqua duo quorũ vnũ est alio gñalius,illa inter se dispescunt̃.at rogatio & consultatio sunt hmõi,& oẽ cõsultare est q̃rere nõ autẽ cõtra,hoc ex tertio lib.pspicuũ est.Bona cõsultatio nõ est sciẽtia.Probat̃, Sciẽtia nõ est inqsitio bona cõsultatio est inqsitio,pinde sciẽtia nõ est bona cõsultatio.Maior est liqda.Nõ eñi inqrim⁹ de iis quorũ sciam ac certitudinẽ habem⁹.¶ Seqt̃. Atq; nec bona cõiectatio. Iã oñdit bonã cõsultationẽ nõ esse bonã cõiectationẽ,hoc pacto.Bona cõiectatio fit sine discussiõe & sic extẽplo (ob puritatẽ eñi organorũ & subtilitatẽ sensuũ aliq subito iudicãt) at bona cõsultatio nõ fit citra discussiõ: pinde bona cõsultatio nõ ẽ bona cõiectatio,cũ nõ fiat eadẽ tẽpestatis mẽsura.Bona eñi cõsultatio cũ libramine & mora pagit̃,& nõ est ita in cõiectatiõe.Vñ aiũt (iqt Aristo.) lõgo spatio cõsultãdũ,celeriter postea agendũ. Recte itaq; ait Salust.Prius q̃ icipias cõsulto,at vbi cõsulueris,mature facto op⁹ ẽ.Preterea diuersa sũt solertia & bona cõsultatio,solertia aũt est spẽs bonę cõiectatiõis medij inuẽtrix,qd̃ est causa cõiungẽdi duo extrema,ex qb⁹ cõclusio orit̃.In posteriorib⁹,iqt Aristo. solers extẽplo ad ppositũ mediũ iuenit. Vt si paup cũ diuite loq̃t̃ statis cõiectat illũ pecuniã petere,vel si duo inimici amicitiã ineãt,sollers dicet q ppter vnũ tertiũ amici fiãt.Vt de pace iter Herodẽ & Pilatũ ob Christũ.Nõ est opinio,hoc ifert⁹ ostẽdit̃.¶ Seqt̃ in lrã.Sed cũ is q male &c.Nũc affirmatiue explanat qd sit ex pte gñis ipsa cõsultatio, & hoc pacto dicit.Cũ is q pperã delibérat hoc ẽ cõsulit,peccet,& erret: & is q bñ cõsultat recte deliberet:liqdũ est bonã cõsultationẽ esse quãdã rectitudinẽ.Ecce affirmatiua ppositio q̃ indagat̃ gen⁹ ipsi⁹ cõsultatiõis.Nõ aũt est rectitudo sciẽtię neq; opinatiõis.Facile id mõstrat̃.Quia i rectitudine sciẽtię minime errat̃,neq; etiã opiniõis.Illi⁹ eñi rectitudinẽ veritas atq; falsitas pctm̃ ac lapsus.Insup id oẽ cui⁹ est opinio est determinatũ ac citra cõtrouersiã capit̃,cõsultatio adhuc nõ est sine rõcinatiõe attamẽ a mẽte assentiẽdo,ita esse aut nõ esse deficit.Hęc eñi.s.bona cõsultatio nõ est enũciatio postq̃ est questio. Etenim opinio non est inquisitio,sed iam est assensus determinatus enunciationis , qui vero consultat rem dextere, siue perperam aliud inuestigat rationemq; subducit , verum ipsa consultatio bona siue recta est quædam consilij rectitudo,quocirca indagandum est primum quidnam sit consilium:& circa quam mate-

ria insudet, cum vero plurifariam rectitudo dicatur, proprie rectitudo est rationi consentanea, vulgariter malis conuenit. eum qui Herculis boues furat⁹ est recte cacum, qđ nomē malū sonat, appellam⁹. Liquidū est nō oēm rectitudinē bonā cōsultationē esse, icōtinēs em̄ & flagitiosus accōmoda media ad malū finē excogitat & rationē subducēdo inuenit mediū. Verbi causa Achitophel dissidiū capitale inter Dauidē & Absalonē filiū eius aio volutās tādē post cogitationē iussit Absalonē cū paternis cōcubinis dormire vt hoc notorio iprobio Israelitarū corda Absaloni cōglutinaret, ac eadē a Dauidico studio alienaret. Ista est rectitudo cōsilij ad malū finē, extēdēdo rectitudinē cū vulgo, sed nō satis ē. Primū igit̄ reqsitū ad bonā cōsultationē est vera rectitudo medij, & nō vulgaris ac trāslatitia. Seqt̄. Bn̄ vero cōsultasse bonū quoddā esse videt̄. In primis pbū finē tuę cōsultationi pscribes, & ea cōditio haud sufficit. Certe possum⁹ bonū finē iniqs medijs cōseq. Succurrere iopi est bonū, s₃ furto illi subuenire ē vetitū. Nō em̄ sūt faciēda mala vt inde eueniāt bona. Dicit lr̄a. At pōt qspiā & hoc rōne falsa attingere. Sicut in speculabilibus ex falsis verū cōcludit̄ scd̄o priorū. ¶ Sic in agibilib⁹ bon⁹ finis pnICiosis medijs interdū pficit̄. Nōne vides ex duab⁹ falsis in toto sequi verū vt ex his. Omnis asinus est hō, oē visibile est asinus, ergo oē visibile est homo. In barbara. Sic iniqs medijs in toto aliq sibi parāt honorē, diuitias, ad aliū scopū, iste id qđ rationi cōsentaneū est assegt̄, verūtamē nō p illđ qđ oportet, sed medius terminus falsus ac deceptorius esse pōt. Tertiō reqsitō ad rectū consiliū annectit, qđ est idoneitas tēporis negociō digerēdi, nec bonitas scopi ac medio ō ad digestū cōsiliū sufficit, sed insup cōgrua tēpestas subducēdi rationē requirit̄, vt pote ne nimis celeriter nec nimis tarde in ea materia procedat̄, sed vt vniuersa cū maturitate digerant̄. Dicit lr̄a. Pręterea fieri pōt vt alius longo deliberās interuallo optatū cōsequat̄, alius vero ex tēplo ac in tēpestatis curriculo. Illa pceps nō est bona cōsultatio, hinc vetusto aiunt prouerbio. Consiliū nox ipsa dabit. Perinde acsi diceret̄, in ardua re a quiete omnibus pacatis deliberabimus ac sententiā inquiremus. Ipse ego non plurimis rebus implicitus quia mihi curta supellex est, quando dono mutuo, aut alia via nōnihil a me alij expetunt respondere assueui, crastina luce aut perendie redeas, interea a studio respirās materiam illam hinc inde voluto & me circunscriptum raro offendo. Alias autem cum protinus responderim, stati me poenituit. Pecuniā em̄ mutuo tradēs eam ad gręcas Calēdas recepi vel acriter solutionē petēs ex amico capitalē hostē peperi. Aut illis motuū ptin⁹ inficiabar, qbus cōsentaneū erat mutuū pbere. Seqt̄ in lr̄a. Insup fit vt absolute qspiam. Nūc cōsultationē diducit q̄ duo sunt scopi respectu quorū bona consultatio emergit, scilicet finis absolutus & vltimus. s. ipsa felicitas. Alter termin⁹ est pticularis vt quanā via possim in sociū collegij Iesu cantebrigię recipi. Hic limes ad vltimū terminū ē ordinabilis etiā p alios iterstites fines. Vt volo in hoc collegio literas amplecti vt magis idoneus in Parisiorū Lutetia fiam. hinc literis p virili cōpatia oē studiū in diuinū cultū impēdā. Postea diffinitionē bonę cōsultatiōis affert iquiēs. Si igit̄ prudētiū est bn̄ cōsulere ea est directio scd̄m vtilitatē aliquē ad finē, cuius prudētia est directrix, si alias virtutes dirigat suipsius fimbrias moderatur bonum consilium est cōsilij rectitudo ad finem bonum per iusta media ac conuenienti tempore assequendum.

Tract. III. Lib. VI. Cap. X.

Sagacitas.



ESt autem & ipsa sagacitas, cui contrarium est hebetudo, quibus sagaces dicimus, ac hebetes, nec id est omnino quod scientia aut opinio (omnes enim scientes vel opinantes sagaces essent) nec vna quaedam scientia vt aut medicina de sanis, aut geometria circa magnitudines. Neq enim de iis est quae sunt semper, & non mouentur, neq de iis quę a quouis fiūt, sed de quibus dubitauerit quispiam, aut consultauerit. Quapropter est quidem de iis circa quae versatur prudentia. Non est autem idem sagacitas, & prudentia. Prudentia nanq praeceptiua est, finis enim ipsius est, quidnam sit agendum, aut non agendum praecipere, sagacitas autem iudicatiua est solum. Idem est enim sagacitas & bona sagacitas, quippe cum sagaces sint & boni sagaces. Neq autem habere, neq accipere prudētiam, est ipsa sagacitas, sed in opinationis vsu ad ea bene iudicanda de quibus est prudentia, alio dicente consistit. Fitq hic perinde atq cum discipulus ea discit, ac comprahendit quae a scientia tradente praecipiuntur.

ESt aūt & ipsa sagacitas &c. Prio mōstrat suo more qđ nō est sagacitas, deide qđ sagacitas. Igit̄ sagacitas & ei⁹ cōtrariū hebetudo a qb⁹ hoies sūt sagaces ac hebetes nō sōt oino idē cū scia ac opinione. Nā illo dato. Oēs sciētes ac opinātes essent sagaces, cōseq̄ns liq̄t eē falsū. Nec ē scia pticularis vt medicina de sanitatib⁹, aut geometria circa magnitudines. Neq em̄ est de his q̄ semp sūt & non mouēt̄, vt prim⁹ motor aut intelligētię q̄ nec corrūpūt̄ nec mouēt̄. Neq sagacitas est de his q̄ a quouis fiūt, sed pcise de his de qb⁹ qspiā ambegerit aut cōsultauerit. Neq sagacitas est prudētia, qa prudētia ē pceptiua & eo prudētia tēdit, vt qđnā agēdū sit aut nō agendū pcipiat. Sagacitas est solū iudicatiua de medijs inuētis a bene cōsultāte. Sagax sollerter iudicat. Aliq em̄ sunt inuētiui nō aūt acipitū i prōptu resolutiui. Aliq bn̄ resoluūt & qdē repēte, nō multū inuētiui, vti in sorbonica palaestra ac vico stramineo videre est. Nec mirabere. Ipse de artifice funambulo iudico, tamē in morem bouis sup nauticū fune a terra erectū obābularē. Addit philosophus q̄ idē est sagacitas & bona sagacitas, subidicās sagacē

non esse astutum vt pleriq; arbitrãtur: itaq; in bonã partem vsquequaq; accipitur, cui nõ accidit illa acceptio consultationis bonę aut malæ. Sequitur. Neq; autẽ habere video &c. Quia hoc sicut pleraq; alia ab alijs frigide ac ieiune enarrata sunt ideo pro captu meo literã aptius exponã. Sagacitas nec est prudẽtia habita a quopiã, neq; prudentia in actuali acceptione a pręceptore: quinimo nullo modo est prudẽtia. Quid ergo? Est enim sagacitas in vsu existimationis ad bene iudicãdũ de ijs de quibus prudens cõminiscitur: & perinde emergit sagacitas cũ sedulus discipulus dicit ea quæ a præceptore tradũtur. Verbi causa: Apud diuinũ Platonem multa media pro tali aut tali materia inter docendum proponẽtem assident discipuli varia Mineruæ pollentes, illorum qui recte iudicãt optimã inuentionẽ medij, sunt sagaces: hebes enim inuẽtionem cõducibilem supprimit, deteriorem viã acceptans nõ sic ipse sagax. Ecce sollertiam bonæ cõsultationis siue euboliæ speciẽ cum ipsa sagacitate. Bene consultus medium cõducibile hinc inde volutans, caput scalpens aut vngues rodens inuenit cũ quadã tẽporis cõducentia: sollers enim minore maturitate mediũ depromit, & ipse sagax tãq̃ Argus linceis oculis optimam inuẽtionẽ ab alijs segregat. Verborũ prodigalitate nolo digladiari, an sint prudẽtiæ necne: verum vt consentanee ad Aristotelem dicam, ad illã plurimũ attinent: sunt enim eius partes quasi integrales aut subiectiuæ: sicut in Theosophia dicimus, q restitutio & satisfactio sunt partes pœnitẽtiæ. Vel si dicere mauis capiẽdo prudentiam in toto suo ambitu, sunt illius partes. Sagacitas reipsa est prudentia ac pars subiectiua sic gnome siue sententia. De prudentia monastica œconomica & ciuili nõ verto in dubium quin sint partes subiectiuæ prudentiæ: sed præcipuũ est in prudentia. Pręcipere video nõnullos qui parum olei in peripateticorum dogmate cõsumpserũt in hoc diuum taxare Thomam: perinde ac si ex eius fonte illa tempestas imperandi emanaret: cum illud in litera Aristoteles affirmet. Non censeo philosophum aliquid gratis in morali philosophia asseruisse: sed cum magno examine atq; trutina digessisse, ac sępius hasce materias inter suos auditores agitasse. Moralẽ philosophiam, vt Cicero inquit, cęlestis ille Socrates cęlis deuocauit, cuius lacte Aristoteles a teneris annis alitus, post senticosas professiones huic morali philosophię sese dedidit. ¶ Quęrem' itaq; quomodo prudentiæ est præcipere cum nullum auctoramentum intellectus super appetitum vendicet. Hanc quæstionem carptim extricare curauero. Dico igitur hanc vim imperandi non a solo intellectu profluere, sed ab eo cũ appetitu intellectiuo consentaneo. Est enim inter hasce virtutes connexus quidã ac glutinũ. Itaq; prudentia opem appetitus illi adiuncti implorat. In eo negocio duoq; cõcurrentium scilicet prudentiæ cum appetitione consentanea totius imperij vis stat. Super hoc amplius capite finali huius libri dicere proponimus, cum de virtutum connexione loquemur, nũc autẽ compendio scribens dico consultationem ad prudentiam pertinere tãq̃ partem potentialem & adminiculatiuam: sagacitatẽq; sollertiam ac scientiam reipsa esse prudentias: sunt enim recta iudicia agibilium. Ita Theosophi ac morales capiũt: verũtamen potissimũ prudentię munus est imperium, in hoc illius vigor relucet: De hac autem materia nunc receptui cano. Quęstio.

Tract. III. Cap. III. Et Lib. VI. Cap. XI.



A vero quæ vocatur sententia, qua bene sentiẽtes homines dicimus sententiamq; habere: iudicium est rectum æqui & boni viri. Cuius hoc iudicium est. Bonum enim & æquum virum ad ignoscendum procliuem, dicimus esse. Et veniam in aliquibus dare bonum & æquum esse, at venia sententia est iudicatiua recta æqui & boni viri: recta autem est ea quæ est ipsius veracis. Omnes autem habitus non sine ratione ad idem tendunt. Nam sententiam, sagacitatem, prudentiam, & mentem ad eosdem afferentes prudentes illos atq; sagaces. & sententiam habere, mentemq; dicimus. Omnes enim hæ potẽtiæ extremorum sunt, ac singularium. Atq; idem ea ratione qua est idoneus ad ea iudicãda de quibus est prudens sagax est, beneq; sentiens: aut ad dandam veniam aptus. Bona enim & æqua omnibus sunt cõmunia bonis, ea ratione qua ad alium tendunt. Sũt autem singularia & extrema ea, omnia quæ agi possunt & prudentem oportet, ipsa cognoscere, & sagacitas, & sententia circa hæc ipsa versatur, hæc autẽ sunt extrema. Et intellectus extremorum est ad partem vtrãq;. Etenim primorum terminorum, ac extremorum, intellectus est & non ratio: is quidem qui ad demonstrationes attinet immobilium terminorum, atq; primorum: is autem qui in agendis rebus versatur, extremi & contingentis, atq; alterius propositionis. Hæc enim principia sunt eius, gratia cuius, ex singulis enim emergit ipsum vniuersale: horum igitur sensum habere oportet. Hic autem est intellectus. Quapropter & naturalia hæc esse videntur. Atq; sapiens quidem natura est nemo: sententiam autem habet & sagacitatem & intellectum natura. Signum autem est nos hæc ætates sequi putare, atq; hanc ætatem intellectum dare sententiamq; habere, vt pote quæ a natura proficiscũtur. Quocirca principium & finis est intellectus. Ex his enim & de his ipsę demonstrationesq; efficiuntur. Quare non minus eorum qui sunt experti & seniorum vel prudentium

Intellectus. Vniuersale.


indemonstrabilibus sententiis, opinionibusve, q̄ ipsis demonstrationibus mentem adhibere oportet. Quia nãq; iam experientia visum habent, principia ipsa cernũt. Quid igitur prudentia, & sapientia est, & in quibus vtraq; versatur, & diuersarum animæ partium vtriq; virtutem esse, iam diximus.

EA vero quæ vocatur sentẽtia &c. Sentẽtia ac Gnome nihil aliud est q̄ rectum iudicium in intellectu viri boni & æqui rigorem legis non sequentis, sed ad rectitudinẽ tendentis: talis autẽ sententia est æquitas: cuius mentio facta est in .5. Ethicor. cap. 10. Præter id, vnũ ad appetitum, aliud ad intellectum pertinet. Sagacitas & sententia grande adiumentũ prudentiæ præceptiuæ suppeditant. Sagacitas media inuenta bene iudicat secũdum rigorem legis. Sententia qui est illustratus in benigniorem partem tendit. Non enim poterat ipse prudens vniuersaliter loquens omnem casum emergentem complecti. Si euenerit nonnihil quod rigorem legis obseruando rigidum appareat, ipse sententia illustratus omnia in dexteriorem partem interpretabitur. Hi enim omnes quatuor habitus non præter rationem in idem tendunt: quippe sententiam, sagacitatem, prudentiam, & mentem administratiuam ad eosdem pertinere communi vsu asserimus, dicentes illos, circũspectos, sagaces, sententiam necnon administratiuam mentem habere. Sunt omnes isti habitus in intellectu actiuo, & circa idem insudant, consultationem scilicet siue Eubuliam. Præter id est dispositio ad quodlibet istorum quatuor. Omnis enim dispositio vbiq; eandem materiam atq; finem nanciscitur cum ipsa forma ad quam disponit. Omnes hæ potentiæ, hoc est habitus extremorũ sunt atq; singularium, atq; idem intellectus ea ratione qua est appetitus ad ea iudicãda, de quibus est ipse prudens: necnon sagax & ad ignoscendum idoneus: non tamen præter rationem ignoscit. Qoippe sentẽtia est diuinæ gubernationis æmula, quæ nollum malum aliquo modo impunitum relinquit. Mitius perperam factum castigat: vltra enim cõdignum premians citra cõdignum mulctat. Bona enim ac æqua omnibus bonis humanis sunt æqualia, ea ratione qua ad alium tendunt: quia hoc est de ratione iustitiæ ad alium tendere vt in fronte quinti libri explanauimus. Sunt autem omnia quæ agi queunt singularia ac prudentem singularia callere oportet: & sagacitas ac sentẽtia circa ipsa agẽda insudant. Hæc autem sunt extrema. Sequitur in litera. Et intellectus extremorum est. Ad partem vtrãq; nomen cõmune scilicet intellectum speculatiuũ atq; actiuõ accipit. Ergo intellectus est extremorum ad vtrãq; partem scilicet cõtemplatiuam atq; actiuam. Vterq; ergo intellectus est extremorũ. Sane intellectus speculatiuus est primorum principiorum immobilium: quia necessarior. est, in quibus nõ est ratio, hoc est demõstratio prior. Principia cognoscimus inquãtũ terminos cognoscimus. Inter talia nõ cadit terminus medius cum sint propositiones immediatæ, vt in posterioribus seriosius pro nostro captu scripsimus. In speculatiuis principia sunt vniuersalia: in actiuis singularia. Et hæc sunt prima quantum ad nostram intelligentiam, vniuersalia sunt prima quantum ad naturam. Hæc principia vniuersalia & illa singularia sunt extrema. ¶ Accedo ad literam. Is autem intellectus qui in agendis rebus versatur extremi contingentis atq; alterius propositionis est, quia singularis est. Hæc enim singularia principia sumũtur a fine gratia cuius in præsenti materia secundum circũstantias occurrentes agitur. Ex quibus vniuersale colligitur. Ex maiore autem vniuersali per experientiam cognita in syllogismo practico, & minore singulari concluditur singularis, praxis directiua. Horum enim singularum sensum habere operęprecium est. Hic autem sensus est ipse intellectus, hoc est virtus imaginatiua, quæ exteriora sensoria longo interuallo exuperat, quorum collatione intellectus nomen sibi vsurpat. Ex quibus perspicuum est q prudentia, sagacitas, sententia, ac intellectus circa extrema singularia inhiant: & ex consequio in idem tẽdũt, quod ostendendum mãserat. Sequitur in litera. Quapropter & naturalia esse videntur. Idem alia ratione monstrat sic argumentari intendens. Illa in idem tendunt quæ sunt nobis quasi naturalia atq; congenita: at hęc sunt huiusmodi: proinde in idem tendunt. Minorem patefacit, sic inquiens. Quare sapiens, hoc est metaphysicus atq; physicus nemo sine labore est: attamen homo sagacitatem, sententiam, necnõ intellectum natura habet. In cuius argumentum hæc ætates comitari rentur, & hanc ætatem diuino munere cõcessam intellectui prastare. Aliqui hãc peritiam in .53. anno, aliqui in minoribus annis hanc industriam cõgenitam suscipiũt, secũdum longęuitatem & organorum dispositionem, qua de re intellectus est origo atq; demõstrationis scopus. Quia demõstrationes prudẽtiales sunt ex his .i. propositionibus singularibus, vel saltem ex altera singulari: & de his, hoc est cõclusionibus singularibus quę a singularibus a nobis operabilibus sumũtur. Vt omnis cholericus cholera cõmotus blãdiloquẽtia est mitigãdus. Iste cõmilito meus literario ludo est huiusmodi, igitur lenitate est mitigãdus. Et cũ prudentia circa singularia versetur, nõ minus prudẽtum seniorum in demõstrabilibus sentẽtijs atq; opinationibus adhęrendum est q̄ demonstrationibus. Illius assertionis causam extemplo subdit inquiẽs, quia iam longa rerum experientia magistra, visum habent. at ipsa principia mentis acumine cernũt. Quia visus omniũ sensotiorum firmissimũ testimoniũ præbet ipsum preponit. Isaac auditu nõ fallebatur, si oculis non caligasset neutiq̄ a Iacob circũuentus esset. Quid igitur prudentia ac sapientia existat & in quibus vtrauis laboret diuersarum animæ partium, & in quibus vtraq; insudet iam retulimus: quare par est huic materiæ finem imponere.

Dubium. ¶ Ambigitur quamobrem hosce præfatos habitus, potentias appellitauerit.

Responsio. Respondetur cum ætatem ac naturam citra eruditionẽ imitantur non ab re potentiarum nomina subeunt.

Tract. IIII. Cap. I. Et Lib. VI. Cap. XII.



Vbitauerit autẽ quispiam ad quidnam habitus hi sunt vtiles? Nam sapientia quidem nihil eorũ contemplatur, ex quibus fuerit homo fœlix: nullius enim est generationis. Prudentia autẽ hoc quidẽ habet. Sed cuiusnam gratia opus est ipsa? Si prudentia quidẽ est ea quæ circa iusta & honesta bonaq; homini versatur, hęc autẽ sunt ea quę viri boni est agere, atq; ipsa sciendo nõ magis ad agendũ nos sumus idonei: siquidẽ virtutes sunt habitus, quemadmodũ nec ea sana, quæ non efficiũt bonã corporis habitudinem, sed ab ipsa proueniunt. Non enim magis apti sumus ad hæc agenda, medendi artem, aut exercendorũ corporũ facultatẽ habendo. Quod si non horum gratia sit prudens ponẽdus, sed vt studiosi homines fiant, iis nõ fuerit vtilis sane. qui iam sunt studiosi: at nec etiam iis qui studiosi nõ sunt. Nihil enim referat siue ipsi habeãt, siue aliis habentibus pareant. Atq; hoc satis est nobis, quẽadmodũ & in sanitate. Nam & si valere volumus, medicinam tamẽ nõ discimus. Insuper absurdũ sane videbitur si prudentia quę quidẽ est inferior sapientia, sit magis domina q̃ ipsa magisq; princeps. Nã ea quę agit, dominatur in singulis atq; iubet. De his igitur est dicendũ. Nũc enim de ipsis dubitauimus tãtũ. Primũ itaq; dicimus, has expetẽdas necessario per seipsas esse: quippe cũ sint partiũ vtrarũq; virtutes etiã si neutra ipsarũ quicq̃ efficiat. Deinde & faciũt quidem: at nõ vt medicina sanitatẽ, sed vt sanitas: sic sapiẽtia fœlicitatem. Nã cũ sit pars totius virtutis fœlicẽ efficit: ex eo quia habetur ac operatur. Præterea opus ipsum & per prudẽtiam & per virtutem moris efficitur. Etenim virtus quidẽ propositũ ipsum efficit rectũ: prudẽtia autẽ ea, quę in illud perducũt. Quare autẽ partis animę, quę quidem est principiũ vegetandi nulla est talis virtus: quippe cũ in ipsa nõ sit agere, aut nõ agere situ. De eo vero quod dictũ est non esse magis aptos ob prudentiã homines ad honesta iustaq; agenda, paulo altius incipiẽdũ est, hoc principio sumpto. Nam vt & iusta agentes quosdã nõdum iustos esse dicimus, vt eos qui faciunt ea quę legibus sunt instituta inuiti, vel ob ignorationem, vel ob aliquid aliud & nõ ipsa: etsi agũt ea quę oportet, & quod virũ oportet agere studiosum: sic (vt videtur) agere singula vnũquẽq; oportet modo quodã affectũ, vt homo bonus, ob electionẽ inquã, & ipsorũ gratia quæ agũtur. Electionem igitur rectã efficit virtus. Sed ea quæ illius gratia sunt agẽda non sunt ipsius virtutis: sed ad aliã potentiam spectant. Dicendũ autẽ de ipsis dilucidius est. Est igitur quędã potentia, quã habilitatem vocant. Hæc talis est vt ea possit agere atq; attingere quæ ad suppositam intentionem cõducunt. Si igitur propositum sit honestum, laudabilis est: sin improbũ, versutia est. Quapropter & ipsos prudẽtes habiles & versutos dicimus esse. Ipsa vero prudentia nõ est quidẽ hęc dicta potentia: non tamen est sine ipsa. Habitus autẽ ipse huic oculo imprimitur animæ. Neq; absq; virtute sicut dicimus atq; constat. Ratiocinationes enim agendarũ rerũ principiũ habent, cũ talis ipse finis, & ipsum optimũ, quicquid tandẽ sit illud: sit enim (verbi gratia) quicquid cõtigerit. Hoc autẽ nõ nisi bono viro videtur. Prauitas enim peruertit, facitq; vt circa principia rerũ agẽdarũ homo fallatur. Quare patet prudentem neminem esse posse, nisi sit bonus.

Vtilitas dictorũ habituum.

Quarta pars animæ.

Habilitas.

Prudens nemo quin sit bonus.

Dubitauerit autẽ quispiam &c. Superius quinq; virtutes intellectiuas philosophus explanauit, scilicet scientiã, artẽ, prudentiã, intellectũ, ac sapientiã: & item tres habitus siue naturales aptitudines prudẽtiæ annexas. In pręsentia quędã dubia circa sapientiã atq; prudẽtiã affert dicẽs. Dubitauerit autẽ quispiã ad quidnã hi habitus sunt conducibiles. In valore ad negatiuam partẽ sic ratiocinatur. Quippe ille habitus ad humanã felicitatẽ cõferre minime videtur, qui insudat circa ea quorum nõ est generatio. i. actio, vel circa cõtingẽtia vt a nobis produci queãt, & aliter sese habere: at sapiẽtia est de æternis & necessariis & nõ speculatur aliquid illorũ quibus homo felix efficitur. Idẽ de prudẽtia satagit ostẽdere. Tametsi sibi vendicet qd sapientiæ deest: quia circa opera nostra ac contingẽtia insudat. Hoc pacto in valore ratiocinatur. Habitus ille citra quẽ quispiã potest exercere bonas ac honestas operationes, nõ videtur humanę vitæ cõducere, at prudentia est huiusmodi: proinde prudẽtia vitę humanę cõferre nõ videtur. Nempe vt sit de sanis scilicet operationibus, quæ a sanitate profluũt: sic de operationibus iustis ac honestis quæ a bono viro eliciũtur fieri videtur, ac perspicuũ est q; sine cognitione medicinæ possunt a corpore sano sanę operationes profluere. Itaq; de prudẽtia cõtingit vt sine ea decorę operationes emanare queãt: proinde superuacanea videtur prudentia tot laboribus parta. Nosse hic oportet sanũ multifariã sumi. Nũc pro causa sanitatis inductiua, vt potio herba & similia: nũc pro corpore sanitatis susceptiuo, vt corpus fertur sanũ in quo est sanitas. Nunc

pro eius operatione,vt est bona digestio bona ambulatio & huiusmodi. Philosophus autē hic capit sanū pro sano corpore quod sanas operationes efficit. Porro virtus animi est sanitas, sicut bona corporis habitudo corporis sanitas:& quēadmodū corpore incolumes sine peritia medicinę operationes sanas efficiūt:sic sani animi ornamētis sine prudētię lumine laudabiles opationes producere vidētur. Itaq̧ prudētia est inanis. ¶ Fortasse dicis prudētiā cōferre virtutibus acquirēdis, licet sit superflua sic redimitis virtutū flosculis:quia illi ad studiosos actus suo vigore impellūt. Hoc illidit inquiēs. Habeāt nō studiosi ignaros qbus pareāt: sicut nō requirit medicinę peritia in eo qui valetudinē quęrit:sat est medicinā physico inhęrere cui obtēperet. Per accidēs medicus seipsum curat,& ita nō exigit prudētia his qui virtutem adipisci studēt. Insup absurdū sane videt,si prudētia lōgo interstitio sapiētia submissior,magis dominet q̄ sapiētia. In singulis dominat si ipsa ponat actiua in singulis,propterea vtraq̧ harū virtutū est supflua. Illud tertiū potest accipi tāq̄ tertia dubitatio,vel secūda ratio prudentiæ improbatiua. Hactenus dubitauimus tm̄:deinde obiecta euacuat. Tertiū de nobilitate sapiētię atq̧ prudentię ad finē capitis sequētis ex industria differt,vt accōmodatiore capiat loco. Allata spicula trifariā repellēs ante omnia vtilitatē tā sapiētię q̄ prudētię declarat. Secūdo,sapiētię cōmodū. Tertio prudentię ostēdit vtilitatē,dicitq̧ hasce virtutes ꝓpter seipsas expetēdas esse etiā si nihil aliud adiumēti sequatur:sunt eñ partiū vtrarūq̧ scilicet cōtēplatiuę & actiuę virtutes: deinde efficiūt nō vt medicina incolumitatē extrinsece & instrumētaliter,sed vt ipsa sanitas sanas opationes efficit. Sapiētia est celsissimus habitus cōtēplatiuus. Ipsa enim sapiētia est pars totius virtutis pro quāto in eius opere foelicitas cōsistit:quæ cuiuslibet virtutis est limes supremus. Sic prudentia est nobilissimus habitus actiuus,ac in agēte sunt isti habitus,& nō externi cū medicina. Prudentiæ cōpēdiū triplex esse mōstrat, inquiēs. Præterea prudētia ad opus virtutis magni est momēti. Habitus virtutis moralis intentionē rectā efficit:porro prudentia suo insito lumine omnia media volutat & excogitat, quæ ad illam exigūtur. quo circa cōstat ꝙ maximoperę prudētia ad virtutē cōfert ¶ Sequit in litera. Quare autē ptes animæ. In priore solutione dixit philosophus sapientiā & prudētiā esse expetēdas cuia sunt perfectiones partiū animæ:ne quispiā elusus opinaretur quālibet animæ potentiā virtutē habere quæ sit eius perfectio:hūc errorē excludēs,inquit,ꝙ ea pars animę qua principiū vegetādi cōsistit nullius virtutis est susceptiua. Nō eñ possumus nostro arbitatu eā partē animæ frenare Nutritur siquidē animal tantisper dū vitales carpit auras:nutricatione autē cessante animā exhalat. Non est eñ in ipsius virtute situ agere aut nō agere. Sequitur de eo vero qđ dictū est. Ostēdit prudentiā cæteris virtutibus annexā & q̄ vtilissimā ad operis studiosi elicitionē:telū in cōtrariū emissum cōfringēs,quo dicebat ꝙ nō essemus magis operatiui ob prudētiā sicut nec physici sunt robustiores ob medicinā ad digerendū opa sanitatis excercēda. Inter respōdēdū ait,ꝙ paulo altius auspicādū est. Hocq̧ principio dicēdorū assūpto a cōsentaneæ ad dicta in secūdo libro atq̧ qnto,videlicet ꝙ quosdā iusta agētes iustos nō appellitamus. Nēpe bonū ex genere siue bonū obiecti tm̄,ad studiosi actus bonitatē haudquaq̄ sufficit : siquidē non desunt faciētes ea quæ legibus sunt instituta inuiti vel ob ignorantiā vel ob aliquod emolumētum & nō propter operū honestatē,tales autē licet id quod studiosum decet operētur,attamē nō agūt iuste ac studiose. Operari autē iusta ac operari iuste longa intercapedine distant . Operātē iuste operępreciū est iustitiæ trutinā ad vnguē obseruare. Quēlibet studiosū virū singula quodā affectū modo agere est necesse. Modus agendi est hominē prudētia esse redimitū. Rectā electionē moralis virtus efficit. Aliq fines sunt generales,vt nullū malum est faciendū & insons nō est affligendus. Simplexq̧ apprehēsio talium finiū euidentiū sufficiens lumen ministrat voluntati ad hoc vt in illum finē suo actu ac habitu tendat. Circa fines intricatos particulares & media ad illum scopū cōducentia prudētia laborat: proinde hæc particularia ad aliam potētiam spectāt,scilicet ad intellectū prudētiæ lumine illustratū. Adhuc dilucidius paululum est dicēdum. Est enim quædā potētia quā habilitatem cōmuniter loquētes vocitāt. Hæcq̧ habilitas talis est naturę vt opitulari valeat ad pręstitutā intētionem pertingere. Aliqui ad logices gryphos & senticosos cauillos sunt idonei. Aliqui cornutos elenchos aspernātes, vt quorū sunt incapaces,ad rhetorices flosculos sunt proniores. Aliqui ad carmina nascūtur. Aliqui ad solutam orationem sunt promptiores:sicq̧ in alijs artificibus. Cæterum nonnulli qui sunt bene nati studiosis operationibus gaudent,prauitatēq̧ execrantur. Et ediuerso nōnulli male nati, versuti versipelles ac deploratę malitię fiunt:attamen suo arbitratu sunt ad bonū flexibiles:quā ob rem hos astutos ac vafros dicimus:illos vero generosi animi prodimus. Verūtamen ipsa prudentia nō est hęc insita habilitas nobis cōgenita. quæ nullum actum ponit,sed aptitudinem ac pronitatem ad actus: attamen sine hac innata industria ac docilitate prudentia non fundatur . Huic oculo animæ,hoc est huic intellectus acumini prudentia inhęret:nec prudentia absq̧ virtute persistit. Moralem virtutem prudentia sibi inseparabiliter ascisscit:& id causæ est quia agibilium ratiocinationes a fine principiū sibi vendicant:puta quia finis est talis vt ipsum optimū sit,verbi causa quodcūq̧ bonū in præsentia super hoc non est digladiādū. At talia finia apparebit nūq̄ nisi studioso homini: quocirca citra virtutem prudentiales syllogismi non recte cuduntur . Prauitas enim iudicium peruertit , & eo captiuatum hominem ducit vt circa rerum agendarum principia homo circūscribatur . Quare patet ꝙ solus studiosus est prudēs. Irretitus vitijs multa verba indigeste effutit inter quæ more sturni balbutiens aliqua vera per accidens eructat:& hoc in agibilibus. In speculatiuis non est prorsus excęcatus: verum eius ingenium plurimum a consequutione veri retardatur.

¶ Quęritur,an dictamen prudentiale in rationem obiecti cadat Ockam ita affirmat,aitq̧ assistentiā prudentiæ ad actum moraliter bonum non sufficere. Hoc placitum non est mihi cordi. Paucis cōtra

ipsum argumentor. Ex eo dogmate illiteratorum pars multo maxima nunq̄ actum moraliter bonum eliciet. Item nec multi sapientum. Itaq; nec meritorie. Hoc illatum est rationi dissentaneum. Secūdo, istud onerosum nulla ratione fultum non est asserendum. Dicimus itaq; q̄ si tale dictamen in actus obiectum ponatur actum perficit, verūtamen talis obiecti positio minime exigitur. Sine vlteriore ariete hoc paradoxum relinquo.

Obiecta. vi.

¶ Sed obijcitur. Ex his sequetur q̄ nullus actus voluntatis erit intrinsece bonus. Secūdo sic de actu non studioso fieret actus studiosus per aliquid mere naturale, quod non est in nostra facultate situm: Consequentia patet, quia post actum elicitum adueniente prudentia, naturalibus caussis intellectum necessitantibus, tunc actus qui prius erat nō bonus ob prudentiæ defectum, efficitur bonus & meritorius in habente gratiam, & illa prudentia semota rursus actus bonus erit malus, saltem erit nō bonus. Tertio, Non sufficit illa actualis prudentia assistens. Patet, quia vsu venit nūc prudentiā adesse actualem. Nihilominus sine ea volūtas etiam ad nudam apprehensionem obiecti actū illum eliciuisset & sua libertate aut propter delectationem aut alia de causa q̄ prudentia mouente: ita q̄ prudentia assistens non sit illius actus effectiua causa. Quarto. Ad hoc q̄ actus voluntatis sit bonus requiritur huius causalis veritas: Quia recta ratio dictat, ieiuno stipem pauperi erogo. Et si sic, recta ratio cadit in rationem obiecti. Quinto, Aliquis est actus necessario malus, vt odium dei: ergo dabilis est actus necessario bonus.

Ad primū.

¶ Ad primū concedo sequelam tam in actibus imperatis q̄ elicitis. In prioribus notum est. Possum enim imperare eleemosynam exteriorē a duobus actibus interioribus, scilicet ab amore dei & inani gloria: quo facto ille actus exterior est bonus, quia ab interiore bono imperatur: & malus, quia ab interiore malo imperatur. Sicut eadē propositio vocalis duabus mentalibus subordinata est vera & falsa, vt non deus est. Idem patet de actu elicito imperato, vt si vnus actus elicitus imperetur a duabus volitionibus, quarū altera est bona, reliqua vero mala. Et patet de solo actu elicito, vt si Socrates diligat deum in priore medietate horæ cum conscientia: & contra eam in posteriore medietate horæ: illa dilectio est eadem: & in secunda medietate horæ mala, in priore autem bona. Idem est si actus præciperetur in vna horæ medietate & prohiberetur in alia: non opus est vt illa præceptio aut vetatio cadat in rationem obiecti. Verum aliquis actus est bonus extrinsece pro quanto a bono intrinsece & formali deriuatur, vt actus exterior vel interior imperatus. Aliquis est intrinsece bonus quando nō reducitur in vlteriorem actum bonum vt actus voluntatis pure elicitus.

Replicæ.

¶ Contra illud arguitur, ergo idem actus erit bonus & nō bonus, quum, est malus est rationi difformis & per cōsequens nō bonus. Secūdo sequitur, q̄ idem habitus erit virtus vno tempore & vitium alio tempore. Et vlterius sequitur q̄ idem habitus ex vitio & virtute conflabitur. Ille actus tēpestate ea qua est bonus habitum bonum fecit, & tempore malitiæ actum malum: & ille habitus erit idem.

Ad primū.

¶ Ad primū nego sequelam. Concedo tamē q̄ erit bonus & malus rationi cōformis, & alicui rationi difformis pro quanto est malus. Contra hoc argumentor, bonū & malum sunt termini contrarij. Opponūtur enim & nō relatiue, nō contradictorie, nō priuatiue: quia illi termini nō magis verificātur de eodem q̄ termini contradictorij: ergo opponuntur contrarie. Responsio, nulla oppositione terminorum opponūtur, licet respectu actus eliciti non imperati aduersentur contrarie.

Ad secūdū.

¶ Ad secūdū respondetur, q̄ sicut idem actus elicitus successiue erit bonus & malus: sic concedi potest de habituū ex cōsequēte. cōcedēdum est q̄ habitus bonus inclinabit in vitium & cōtra. Tempore quo actus est bonus, sic & habitus. Sed cū ille actus idem numero vel similis prohibetur, vel est cōtra conscientiam, habitus ad hoc inclinans erit malus. Et sic cōcedendum venit q̄ habitus qui ab actibus bonis emanat ad vitium inclinat. Nec inconuenit eum habitum totalem ex virtute & vitio conflari: nam hoc nihil aliud est q̄ ipsum emanare a duobus actibus, quorum alter est bonus, alter malus.

Ad secūdū obiectum.

¶ Ad secūdū cōcedo sequelam: nec illatum incōuenit: immo arguēs habet id cōcedere quia secūdum eos nō est actus virtutis absq; dictaminis prudētialis iudicio reflexo, quo reflexe cōtēplatur ipsum esse rectū: quo sublato actus nō erit bonus. Etiā prudētia est in facultate hominis sita.

Ad tertium.

¶ Ad tertiū dicit, q̄ sufficit presentia prudētiæ actu regulans: quia tamen potest stante prudētia actū suū inficere. Licet eñ habeā prudētiā dictantē de ieiunio possum velle ieiunare ob inanem gloriā, vel nō propterea q̄ recta ratio iubet.

Ad quartū.

¶ Ad quartū dicitur, q̄ illa causalis est vera, quādo actus volūtatis regulatur a prudentia cū præcepto prudētię obtemperatur.

Ad quintū.

¶ Ad quintū dico, q̄ antecedēs est propositio falsa. Bene autem sequitur: odium dei necessario est malum, ergo odium dei necessario est: consequens est falsum, ergo & antecedens. Secundo, odium dei potest esse & non esse actus malus extra subiectum. Tertio, odium dei impossibile est bene fieri: secus est de dei amore tum ob prohibitionem tum ob cōscientiā rectam vel erroneam dictantem deum non esse diligendum. Insuper dormiendum est & de corpore curandum, vel circa aliquid aliud illi amori incompossibile.

Tract. II. Cap. II. & Lib. VI. Cap. XIII.



Onsiderandū aūt iterū est & de virtute. Etenim vt prudētia sese habet ad habilitatē, quę nō est idē, sed simile: sic & proprie virtus sese habet ad naturalem virtutē. Omnibus enim singuli mores inesse quodāmodo natura videntur. Etenim & iusti natura, fortesq; atq; ad tēperantiā nati videmur, cæteraq; cōtinuo habemus ex ipso ortu. Sed esse tamen quęrimus aliquid

aliud,quod est proprie bonũ,& talia nobis alio modo inesse.Pueris enim ac belluis naturales habitus insunt. At absq; mente nocere videntur. Atq; vt robusto fit in corpore fine oculis se mouent (errat enim vehementer ex eo,quia nõ habet visum) sic & hic accidit. Si vero mentẽ acceperint,in agẽdo differt,atq; habitus ille similis tunc erit proprie virtus. Quare vt in opinatiuo duæ sunt species,habilitas atq; prudẽtia:sic & in morali sunt duæ: vna naturalis virtus,altera ꝓprie virtus. Atq; harũ ea q̃ est proprie virtus nõ fit fine prudẽtia.Quapropter,inquiũt,virtutes omnes prudẽtias esse, & Socrates partim recte q̃rebat, partim peccabat.Peccabat,quia virtutes omnes prudẽtias esse putabat. Benedicebat,ꝙ non esse fine prudẽtia ipsas aiebat.Hoc autẽ huius indiciũ est,etenim nũc omnes cũ virtutem diffiniũt,dicẽtes ipsam habitũ esse,& afferẽtes ea circa quę versatur,addũt secundũ rectam rationẽ.at recta est ea quę est secũdũ prudentiã.Videtur igitur omnes vaticinari quodam modo talẽ habitũ esse virtutẽ qui est secũdũ prudentiã.oportet autẽ parumper migrare: est enim is habitus virtus, qui nõ solũ est secũdũ rationẽ rectã,sed cũ recta etiã ratione:recta autẽ de talibus ratio ipsa est sane prudẽtia.Socrates igitur virtutes ipsas rationes esse arbitrabatur.Omnes enim sciẽtias esse dicebat.At nos cũ ratione esse censemus. Patet igitur ex dictis fieri nõ posse,vt fine prudẽtia fit homo proprie bonus,& absq; morũ virtute prudens.Atenim & ea ratio qua quispiã differuerit separari virtutes:hinc solui potest:nõ eñ idẽ ad omnes suscipiẽdas aptissimus est ingenio:quare aliã iam accepit,aliã nõdũ accepit. Hoc enim in naturalibus quidem virtutibus fieri potest: at in iis quibus absolute dicitur homo bonus,fieri nequit.Etenim cũ prudẽtia quę est vna,simul inerũt vniuersæ. Constat autẽ & prudẽtia opus esse etiã si nõ esset actiua,quia partis est virtus,& fine prudentia,fine virtute,electionẽ rectã nõ fore.Altera nãq; finẽ,altera ea quæ sunt ad finẽ agere facit.

Prudẽtia nõ præest sapiẽtiæ. At vero neq; sapientiæ pręest,neq; præstabilioris est partis,sicut neq; ars medendi præsidet sanitati.Non enim vtitur ipsa sed videt vt fiat.Illius igitur gratia (nõ illi) iubet.Preterea simile est ac si quispiam facultatẽ ciuilem principem esse deorũ afferat,propterea ꝙ pręcipit de omnibus quæ aguntur in ciuitate.

CONsiderandũ autẽ &c.Adhuc de morali virtute speculandũ est. Vt prudentia ad natiuã habilitatẽ sese habet,quæ nõ est idẽ sed analogũ & affine.Moralis virtus ad insitã virtutẽ sic se habet. Nã omnibus singuli mores quodãmodo natura inesse vidẽtur,nõ cũcti mores sed singuli. Hoc est inclinationes naturales quæ nullã virtutẽ ponũt. Aliqui sunt masculini pectoris ad fortia opera procliui,nõnulli ad iustitiã propẽsi:aliqui ad alias virtutes proni.Hoc indicio hosce habitus a virtutibus remouebis. Pecoribus atq; pueris tales instinctus insunt. Leo eñ cordatus,lepus pauidus, vulpes astuta, citra mẽtem ac discursum nõnũq̃ lędũt: itaq; nõ habẽt virtutes. Nulli iniuria est virtus. Vt corpus animalis bruti siue hominis cęci si moueat̃ in hiatũ pręceps ruit,vehemẽtiusq; offenditur atq; errat.Haud secus naturalis virtus si cuipiã sine lumine rationis & virtutis proprie dictę insit,occasionẽ prębet cõtinuo vt affligat̃.Quocirca alias virtutes indagare opępreciũ est, quę cũ recta ratiõe cõnectũtur,tãq̃ cũ visu ac oculo directore,ne homines tota via aberrẽt & offendãtur. Si iste naturales virtutes mẽtẽ (hoc est prudẽtiã) nanciscãtur in agẽdo,habitus ille naturalis verę assimilabit̃ virtuti:nõ ꝙ vnq̃ erit virtus,re ipsa est substãtia sed virtute decorabit̃: quare vt in opinatiuo,hoc est in opinatiua parte animę duę sunt species habilitas atq; prudẽtia: sic in materiali sunt duę, vna naturalis virtus prõptitudo ingenij ab eo minime re ipsa discrepãs:attamẽ notio aliud connotat. Alia est etiã ꝓprie absolute virtus:alia solũ est virtus cũ addito. Est deductio æquiuoci in sua æquiuocata qua deriuatione diuisum de mẽbro minus principali absolute nõ prędicat̃. Atq; earũ quę nõ obscure est virtus,nõ est citra prudẽtiã qua de re oẽs virtutes Socratici prudẽtias esse existimãt.Non delirãt illo quo astruũt virtutes citra prudẽtiã nõ posse existere. Aliaq; assertione toto cęlo aberrãt. Diffinientes eñ virtutẽ dicũt,ꝙ est habitus mẽtis,afferẽtes circa quæ versat̃ rectãq; rationẽ subdũt: & in virtutis finitione,tria stabiliunt,genus diffiniti,obiectum circa quod consistit,atq; prudentiam illius rectricẽ. Omnes igitur ominari videntur talem habitum esse secũdum rationem. At vltra illorum dicta vlterius progredi oportet.Is habitus est virtus qui nõ solum est secũdum rectam rationem, verum in eodẽ supposito cum ipsa ratione.Hoc ob naturales seruos,suopte ingenio hebetes,dominoq; obsecũdantes ponit.Quo fit ꝙ hi desides non moraliter bene agunt: perinde ac serui & belluæ operantur. Quocirca citra prudentiam nemo est bonus neq; citra morum virtutẽ prudens. Posthæc aliorũ cauillum infirmat. Aliorũ erat ratio disceptãtiũ virtutes separari posse.Hoc eñ pacto ratiocinabãtur. Non enim quilibet est ingenio aptissimus ad oẽm virtutẽ:vnus eñ est animosus a natalib⁹,ac siderũ influxu id capiẽs:alius Tersitę similis suã vmbrã metuẽs:proinde quispiã põt vnã virtutẽ cõsequi alia nõdũ habita.Hanc argutiã strictim euacuat. Ingenueq; fatet̃ id in naturalibus virtutibus fieri posse, quę nullo modo sunt virtutes:attamẽ nõ in ijs qbus absolute homo insigniter prudẽs denominat̃. Etenim cũ prudẽtia quæ est vna vnitate attributionis sicut logica,simul vniuersę inerũt. In vna eñ

materia nō est absolute prudens: quemadmodū nō dicimus illū artistam qui aceruū prædicabiliū ac prædicamētorū numerō supputare solum didicit. Si quispiā docētiū logicam inter reparādum logicam trica circūueniatur, plenoore a circūsedētibus dicetur, nequaq̄ hic est absolutus logicus: Itaq; si ob procellam eminētē quis a virtute labatur, minime absolute studiosus dicetur. ¶ Cōstat vlterius prudētia opus esse etiam si non esset actiua: nā vnius partis, mētis scilicet actiuæ est virtus, & actioni cōfert, quia citra prudētiam ac virtutem recta electio haud completur. Virtus enim moralis scopum ac prudētia cōferētia ad scopum seu finem lucidissime præparat. Ecce prudentiæ preconia. Verū tāetsi tantę laudis est circūspectissima prudētia, adhuc tamē est sapiētia inferior. Nūc obiectū in præcedēti capite nōdū euacuatū breui attenuat inquiēs. At vero, neq; sapiētiæ præfertur neq; præstabilioris est partis animæ: sicut nec medendi ars sanitati præfertur: siquidem est ob sanitatem: proinde sanitas est illa præstabilior: gratia enim sanitatis iubet. Aliod autē est iubere huic, & iubere de illo. Architectus manufactiuę iubet atq; imperat: at sapiētia est cæterarum artiū collatione architectura: proinde nulla alia facultas illi iubet. Non enim prudentia vtitur sapiētia, sed illi ancillatur, in necessarijs humanæ vitæ illi prouidēs. Quātūlibet enim aquila sublimiter volauerit, eā tamē pro cibo descēdere præcipitem necessum est: sic sapiens in hac miseriæ valle esurit ac sitit. Sollicita Martha illi prouidet. Q̄d enim prouida Martha cōtemplatrici fuit Magdalenæ, hoc prudentia est sapientiæ: sitq; sapiētiæ gratia sicut actiua vita contēplatiuæ, est causa. Demum simile est si quispiam asserat ciuilem facultatem diuū esse principem, propterea ꝙ de vniuersis atq; singulis quæ in ciuitate peragūtur præcipit, itaq; de dei maximi sempiterno cultu atq; cerimonijs.

Dubia quatuor. ¶ Circa hoc caput multa ambigua occurrunt quorum præcipua per dubitatiunculas & quæstiones carptim examinabo. In primis dubitatur, an sit vna prudentia circa omnia agēda. ¶ Secūdo, vtrū requiraĩ prudētia actualis ad actū moraliter bonū an sufficit virtualis, sicut de relatione finis dicim⁹. ¶ Tertio, cōtra dicta obijcio: ignorātia inoincibilis regulat actū moraliter bonū, ergo & opinio a fortiori si est de vero. ¶ Quarto, vtrū virtutes sint necessario cōnexę, sicut philosoph⁹ in litera innuit.

Ad primā. ¶ Ad primam dubitationē affirmatiue respōderūt priscorum molti, quos Buridanus qui omnem ætatem in artibus triuerat delire insequitur. Pono itaq; alias cōclusiones, quarum prima est. Non est vna prudētia numero. Patet, nullum accidēs vnū est in varijs subiectis. ¶ Secūda propositio. Non est eadē prudētia specialissima. Probatur, qa vbiq; ad distinctionē specificā obiectorū sequitur distinctio specifica actuum & ex cōsequēti habituū obiectorū: sed nulla obiecta specie distinguuntur, igitur. Item quis potest esse prudēs in vna materia, imprudēs vero in alia. Ad Aristotelem autē dico, ꝙ prudētia est vna vti logica aut alia scientia collectiue capta, quæ est ex differentibus partibus conflata, quæ in vnum finem tendunt. In proposito quęlibet prudentia ad recte iudicandum circa agibilia versatur. Per prudentiæ vnitatem virtutū cōnexionem Aristoteles probat, in quęstione illius id tangemus.

Ad secūdū. ¶ Ad secūdam respōdeo, ꝙ nō: sicut nec relatio actualis in deum vt in tertio iam diximus, sufficit prudentia virtualis. Iudico prudentialiter in intellectu eleemosynam dandam his quinq; aut cētum inopibus: cōformo me illi iudicio in volūtate volēdo parere rationi. Fortasse elicio decē aut cētū volitiones dandi in particulari libere sine vlteriori iodicio: quęlibet harū volitionū liberarū est meritoria in habēte gratiam, & ex consequēti moraliter bona ab inferiori ad superius consequentialiter.

Ad tertiū. Ad tertiam respondeo affirmatiue. Patet, Iudico in intellectu huic vt pauperi dandā esse stipem, demōstrādo opulētū, qui sese inopem simulat: mereor, & tamen illud iudiciū est erroneū, iste est pauper: licet bene ago in hac datione & iudiciū fit circa rectū agibile cū bene agā me cōformādo illi iudicio, totale obiectū propositionale ob falsam implicationē est falsum: licet ea falsitas nō a praxi proueniat vt pote iste est pauper: at hoc nō refert ad actū esse bonū, sat eñ est eū aut a prudentia aut ab errore inuincibili regi.

Ad quartū. ¶ Circa illud quod quarto loco ambigebaĩ de virtutū moraliū cōnexione. Scito ꝙ in hac pte diuersa & aduersa offendo, quę mihi nō placēt. Aliq eñ dicūt virtutū moraliū esse cōnexionē in gradibus tēperātię & in gradu heroico, nō autē in gradu cōtinētię: de qbus in septimo loquemur, Sine his gradibus cōformiter ad mētē philosophi, vt putamus carptim respondebimus, Memor sis modi loquēdi Aristotelis. Nemo est prudēs nisi bonus, & vna prudētia nō sufficit denominare virum prudētē simpliciter & perfectū: nec vna virtus sufficit denominare virū bonū simpliciter, illic eñ est nodus rei ad hoc vt homo dicaĩ absolute bonus. Dicit ipse in litera, ꝙ simpliciter bonus. i. excellēter bonus est rarus reptu: patet ratione. Nemo eñ est dicēdus bonus excellēter & simpliciter qui vituperaĩ succūbēdo, & a virtutis culmine deijcitur: at si qs virtutū cōpaginē nō habuerit succūbēdo vituperabitur: sed aliqui tentati nō cadūt: ergo in aliquibus imo in multis: licet cōparatiue in paucis est virtutū nexus. Q multi nō cadant patet de multis mulieribus martyrio affectis. Catherina, Margareta, Christina, Barbara, Apullonia, Agatha. Xenocrates & plerīq; alij inter philosophos. tūc capio in castitatis materia examinatā: cui mortē minatur tyrānus, si hęc nō fuerit in fortitudinis materia exercitata actibus interioribus pudicitiam nō tuebitor, cui si aureę torques, margaritę & alia munera vt cōsentiat promittātur, iterū nisi a iustitia & prudētia pręseruabitur demū succūbet. Prudentia iudicat iniquū esse cōmerciū, & iustitia ei reluctaĩ: ergo deficiēte vna illarū virtutū eius virtus aut actus periclitabitur. Et nō solū id verū de virtutibus cardinalibus proprie dictis, sed etiā de eis annexis vtpote liberalitate māsuetudine & his q̄ in quotidiano vsu versanĩ: ergo vna virtus periculo exposita pessum ibit nisi ei p alias succurraĩ. Istę virtutes sese stipant: & sicut quadratū solide stat sic virtutibus redimitus in humana tētatione nō cadet. Itē nemo habet pfectā prudētiā nisi versatus in omni materia prudētiali actu interiori aut exteriori: ergo ipsa totalis requirit alias virtutes morales secū coassistere.

Et hoc est quod philosophus dicit,ꝙ vna prudentia existente inhęrebũt omnes.Quęcũq; enim con͂nectũtur vni tertio,si illud infuerit & illa inerunt:at aliæ virtutes prudentiæ annectũtur, ex sæpius dictis,igitur. Ambrosius super Lucam. Augustinus de Trinitate,Gregorius.22.Moraliũ, hãc virtutũ connodationem sequuntur: sic & Marcus Tullius libro Tusculanarum Quæstionum.

Obiecta septem, ℭContra istam virtutũ cõnexionem argumẽtor,Primo sic.Socrates potest se exercitare in vna materia,alia nõ occurrente: & potest vnam virtutem etiam intẽsissimam perfectissimãq; acquirere sine alia,hoc in multis roborare possum quorũ vitia eximias virtutes æquabãt, vt Liuius de Annibale pœno tradit:simile de M.Antonio Triũuiro scribũt.M.enim Antonius multis fulgebat virtutibus tãq; in rebus arduis q̃ in aduersis animum erexit: & quãto magis aduersa fortuna vexabatur tanto se pręstãtiorem exhibuit : comitate pietate insignis,omni officio singulis quibusq; aderat, opibus ac consilio nemini deerat:sed hasce virtutes multa vitia obscurabãt.Nam inter sodales lenior illoꝝ illecebris se ingerebat: aleam in multam noctem lusit:in ganeia ac scortorum amplexibus libẽter versabatur,proinde virtutes vitijs sunt sociæ.Plato dicere cõsueuit ꝙ p̃clara ingenia sicut virtutes multas sic quoq; vitia cõplura effundũt. Secũdo,ad hoc ꝙ quis habeat perfecte virtutẽ, vel requiritur ꝙ habeat omnẽ virtutem in specie,vel sufficit aliqua vna intensa:si primum dederis paucos dabis virtute præditos. Si secũdũ habetur intẽtum.Tertio,vitia nõ sunt connexa,ergo nec virtutes.Quarto, aliquæ virtutes repugnãt sibi mutuo vt virginitas & castitas coniugalis. Quinto,bene videns, vnũ habet sensum perfecte:proinde pari ratiõe potest Socrates habere perfecte temperãtiam sine fortitudine aut contra. Sexto,Ioannes Baptista,Paulos primus eremita,Antonius,Hillarion,& similes erãt viri cęlo digni & temperatissimi:nõ autẽ exercitati in materia fortitudinis & iustitiæ : proinde non est hæc virtutũ connexio. Septimo,beata Lucia & aliæ quædam teneræ virgines in viridi ætate non succubuere,nec discesserũt a tramite virtutis, solãq; vnã virtutem habebãt:ergo nõ est ponenda hæc virtutũ cõnexio ne probi exorbitent

Responsio. ℭIstę rationes sunt apparentes & theologi in Aristotelica doctrina nõ exercitati ob argutiolas peregrine philosophum cõtra eius expressam mentem pro libito ad sua capita trahunt. Verum postq̃ Tullios & ecclesiæ catholicæ proceres Aristotelem imitantur: turpe est ab Aristotelico fonte dilabi.Illatos igitur cauillos infirmare curauero.

Ad primũ. ℭAd primũ,ꝙ multi plus æquo ponderãt. Respõdetur cõcedẽdo assumptum:habebit enim vnam virtutem Socrates intensam,sed illa nõ denominabit eum sine alijs apprime studiosum virũ.castitas contra carnis flatus et aduersos eũ munnet, sed cõtra terribilia & aduersas procellas fortitudinis non est sufficiẽter septus,& per cõsequẽs facile a sua virtute vel suo actu pellendus. Marcus Antonius mulierosus & parricida Tullij. Itẽ seuus Annibal & similes pręclari duces vulgi opinatione cœtũ proborum minime ingrediũtur:præclarius enim est homini suos affectus frenare q̃ vrbes demoliri.

Ad secũdũ. ℭAd secũdum respondetur ꝙ nõ oportet quãlibet virtutem habere in specie : in infinitũ induidua specie distincta dare potes,capiendo infinitum syncategorematice.Sufficit habere species cõmunes virtutũ in quibus vita vulgariter voluitur.

Ad tertiũ. ℭAd tertium cõcedo antecedẽs.Multa vitia repugnãt & inter nõ pugnãtia raro est quies: omne verũ omni vero cõsonat:sed multa falsa sunt sibi inuicẽ dissona,sed in via vitiorum procedẽs ad scelerũ colluuionẽ est pronus. Abyssus abyssum inuocat,& qui sordidus est,sordescat adhuc.

Ad quartũ. ℭAd quartum cõceditur antecedẽs. Virginitas enim est de consilio & rarẽter in vsu in qua humana vita raro versatur: in talibus aũt nõ est necessarius virtutũ nexus. Fateor tamen talia proposita cõditionalia nõ repugnãt: volo seruare castitatem coniugalem & virginalem si deo placet : licet non sit compossibilitas in actibus categoricis: cum enim illi actus super obiecta cõditionalia sint boni,virtutũ generatiui sunt. Vbiq; enĩ actus boni habit⁹ aũ similes actus inclinãtes pariũt. Intuitiuos actus ab hac lege adimo:de quibus locupletius alias in libris Sẽtẽtiarũ locuti sum⁹.

Ad quintũ. ℭAd quintum dicitur,ꝙ non est simile:sensus enim non condependent sicut virtutes.

Ad sextũ. ℭAd sextum respõdeo,ꝙ omnes isti prudentia immediate & pure ad superos directrice erãt imbuti in singulis temperãtię speciebus præclarissima micãtiaq; erãt lumina,erãtq; iustitia redimiti. Ioãnes Baptista militibus legem vitę atq; plebeis prędicauit. Herodis iniustitiam in Philippũ & Herodiadis incestum tragice arguit,& ita ad se venitẽtibus in Iudęę montibus,quos ipse rigidus luctator incoluit leges dedit , & mortis prę scius (vt putatur) Herodis Herodiadisq; intempestiuos concubitus rugata fronte (vt par erat) reprehendit. Præelegit enim charitatis facula conflagrans vitæ,aleam iacere q̃ senticosos vepres sinere coalescere in vinea domini:& sic heroice fortis erat . Inter omnes fortitudinis species in editiore loco tãq̃ in specula fastigium martyrium sibi vendicat. Antonius discipulorũ frequẽtia illustratus quotidianas iustitię lectiones inter suos classiarios edidit. Insolentes iustitia punitiua coercuit,lites & iurgia inter suos pullulãtia fortiter cõpescuit. Hæ supremę virtutes fortitudinẽ sibi facile attraxerãt:& sic dico de reliquis:quod & in argumenti sequẽtis solutione lucidius patebit.

Ad septimũ. ℭAd septimũ respõdetur in primis,ꝙ hæ sanctæ fœminæ erãt superna speciali dei ope adiutæ,& ab eo ad hæc præclarissima opera subeunda instigatæ,quibus meritum grãde nõ defuit. Non enim erãt ad id opus necessitatę,sed speciali auxilio oib⁹ neruis cooperatæ sunt. Dico secũdo,ꝙ mirabilia habebant proposita generalia ceterarum virtutum efficacia capita, vt pore nolimus quicq̃ fœdum perpetrare:sed omne honestum cordate prosequi,quia id recta ratio dictat. Quæ causalis hãc vniuersalẽ infert,omnia dictata a ratione volumus. In talibus assuetus habet habitũ vniuersalem qui ad oẽm actum voluntatis rationi cõsentaneum ostẽsum esse talem per minorem subsumptam inclinat. Vel volumus omne id quod recta ratio pręcipit,& sancta vnctio docet,& prudẽtia dictante in particulari hoc est bonũ,pro fide,pro iustitia,pro castitate,anteq̃ deseratur mortem perpeti: protinus in actum

particularem patiendi exibant. Alias terigimus vnũ actũ voluntatis efficacis circa finem cum intellectus
iudicio, alium actum voluntatis particularem naturaliter educere. Sicq; efficaciter volens beatitudinem &
censens esse necessarium perpeti pro fide aut alterius virtutis actu, necessitatur velle ceruicem tyrãno sub-
dere. Sic volens consequentiã esse bonam cum antecedentis volitione sequitur naturalis volitio cõsequen
tis. In morali philosophia trita est lectio, Habitũ vnius virtutis mediante actu suo elicito & prudẽtia pri-
mum actũ alterius virtutis occurrente materia producere. Et non solum hoc verũ est: sed sola pia volũtas
cum intellectus iudicio sine alterius virtutis concursu occurrente materia actũ & quidem intensum pro-
ducit grandem vel maximũ secundũ voluntatis conatum. Dilectio dei inclinat ad beneuolentiã eius & ad
ei in omnibus placendũ. Sic vnus actus malus inclinat, licet nõ necessitet in aliũ malum actũ, vt odiũ So
cratis ad nolendum ei quicq̃ boni, sed ad volendum illi incõmoda. Vnus ergo actus nonnũq̃ ad aliũ neces
sitat. Interdũ vero facilitat aut difficultat, sed istud nõ est commune. Aristoteles omnes tales omnifariam
virtute prẹditos nõ ab re putasset: speciales enim dei auxiliũ & charitatis proprietatem ignorauit in tem-
pestate illa qua vixit. virgũculẹ martyriũ nõ sunt passẹ. nec motiua ad sic existimãdũ habuit: hoc dico pro
eo & positionis cõsummatione ad hoc q̃ homo dicat aliqua virtute illustris inclytusq;, virtutũ cardinaliũ
& q̃ in quotidiano vsu sunt requirit glutinamentũ, sic q̃ immobilis & semper recte stãs more quadrati in
via virtutis maneat, nec ad dextrũ p quacũq; procellosa tẽpestate discẽdat. Et ad hoc faciẽdũ de cõmuni lege
virtutũ cumulus requirit, qa ab vno vitiorũ flatu virtus vna, & ab alio alia habentẽ protegit. Sic q̃ si triũ
virtutum cardinalium habitus excellenter habeantur in conditionatis quartae sufficienter ab infesto
hoste protegetur: occurrente enim materia illius materiae habitus voluntatis conamine coalescit. Et sic
concedo posse esse vnam virtutem sine alia, at illa est imperfecta, & nouitiis in schola morum conueniẽs:
sed nulla est virtus emicans & egregia sine aliarum societate: & hoc alij tenebrose innuunt connexionem
ponentes in gradu temperantiae & heroico: sed sine illorum graduum peritia quos nõdum attigimus, ne
gocium est conspicuum. Hoc in mentem reuoco, nullus absolutus logicus existimatur qui in insolubili
exponibili vel obligatione vulgari illaqueatur: si praesidens in vito stramineo in cauillo corã multitudi-
ne irretiatur, cum cachinno regentes inter prandendum susurrantes dicunt: non est logicus: sic de abso-
lute studioso dicas & omnia lucida.

¶ Et quia interdum quaeritur vtrum Sapientia sit prudentia praestantior an cõtra. In primis scito q̃ ha
bitus super . infusos hic praescindimus & loquimur more Aristotelico, suppono etiam Aristotelem & oẽs
graues philosophos posuisse vitam esse post hanc vitam, non tamen resurrectionem . quam e solo lumine
fidei haurimus. Sapientes in decimo Ethicorum dei amicos existimat & ei q̃ acceptatissimos: quorum ple-
riq; durius in hac miseriae valle tractantur, & in caelesti efferuntur: proinde in futuro seculo post corporis
resolutionem probis erit merces: improbis dirum suppliciũ. His prẹlibatis respondeo q̃ Sapientia est pru-
dentia praestantior. haec enim est Aristotelis in naturali lumine egregie loquentis sententia superius in
hoc sexto dicebat. Sapientia est intellectus & scientia & vt caput habens, & scientia honorabilissimorũ: per-
inde ac si sic diceret. Illa notitia est praestantior, quẹ nobilius habet obiectum, primo de animae: at sapientia
est huiusmodi: igitur. Minor patet: quia sapiẽtia circa primũ motorem, hoc est deũ, circa intelligentias & or
bes cẹlestes versatur, Iouem, Mercurium, & Venerem hominum monstra & figmenta existimans de caelesti
bus loquitur. Prudentia vero circa humanos actus insudat: modo absurdũ est hos caelestibus conferre, vti
Aristoteles superius innuebat. Item Aristoteles in sapiẽtiae actibus felicitatẽ ponit vt in decimo deo pro-
pitio videbit. Et in procemio metaphysicẹ eam cẹteris artibus praefert. (Extendo hic artẽ ad omnẽ habitũ
intellectualẽ) dicens vt homo liber sui causa & nõ alterius est: sic metaphysica est sciẽtia libera & ipsa sola sui-
met causa est. illic eã maxime honorandã & diuinã appellat: dicitq; necessariores quidẽ omnes sunt ipsa, di-
gnior vero nulla. Optimus finis est solũ scire, secũdo metaphysicẹ, ergo oportet naturali ordine vt prudẽ-
tiẹ & cẹterẹ virtutes ad eã ordinẽtur vel ediuerso, secũdũ nõ est dicẽdũ ergo primũ. Sicut in maiore mũdo
est ordo ad optimũ, itẽ minore mũdo in hoie est vna virt' suprema, ad quã reliquẹ ordinant. In nouissimo
capite huius libri hoc Aristoteles expressissime tenet. Insup cognitio qua deus cognoscit se & se diligit, pfe
ctiori modo se habet q̃ cognoscẽdo creaturas & eas pducẽdo. In priore enim stat eius beatitudo: nõ autẽ in ra
tione notitiẹ creaturarũ. Primaria intentione cõtẽplatur seipsum, secũdaria creaturas: sicut dicit cõmẽtator
secundo cẹli commento decimo tertio & xvii. Ergo pari ratione notitia qua deum cognoscimus est perfe
ctior notitia, qua creaturam deprehendimus, quia in hoc deum aemulamur q̃ perfectissimo modo se habet Obiecta tria.
sese contemplando. ¶ Contra hanc conclusionem argumentor. Primũ sic. Prudentia denominat virum
meliorem q̃ metaphysica: quia sine prudentia nemo est bonus vir, neq; bonus ciuis septimo politicorum,
sine metaphysica pleriq; sunt boni: igitur. Secũdo (& ratio a priore non multum distrepat) prudens nõ sa
piens est melior metaphysico non prudẽte, ergo prudentia est metaphysica prẹstãtior. Consequentia patet:
quia nobilior virtus nobiliorem accidentaliter hominem denominat. Antecedens patet: quia prudens nõ
metaphysicus est bonus homo simpliciter nemo est prudẽs nisi bonus ex philosophi literaat metaphysi-
cus non prudens est non bonus: patet, quia sine prudentia non acquiruntur morales virtutes. Tertio illa
virtus est prẹstantior, cuius proprius & principalis effectus est melior: finis sapientiẹ est scire tm̃: secundo
metaphysicẹ: finis prudentiẹ operari & bene viuere secundum totum. Ad primum respondetur q̃ Ari-
stoteles in septimo politicorum loquitur de felicitate politica, non de felicitate simpliciter, haec enim in spe Ad primum.
culatione, illa vero in prudentiẹ operibus consistit. Concedo tamen q̃ prudentia est melior ad bene operã-
dum q̃ metaphysica: at ex illo non concluditur eius super metaphysicen prẹstantia. Hoc enim calle proba-
res ordinata ad finem prẹesse ipsi fini. Prudentia adminiculatur ad bene operandum: non sic est de notitia
intuitiua dei & eius dilectione in patria, quae est ipsa charitate infusa prẹstantior, quam tamen primae ad

Corinthios.xiii. Apostolus tantopere effert. Sic de felicitate Aristotelis dicas. Ordinata enim propter fi
nem sunt abis imperfectiora, vt patet secundo Physicorum,& primo & decimo Ethicorum. Hanc proba-
tionem in procemio metaphysicę innuebat Aristoteles inquiẽs. Necessariores quidem omnes,dignior ve
ro nulla vt superius allegauimus. Etiam nego maiorem illius argumenti, vt mox in solutione secũdi pa-
Ad secundũ. tebit. ¶ Ad quod respondendo casum non admitto. Nullus enim est vere metaphysicus nisi affectibus cor
poreis & mundanis illecebris conculcatis. Ex creaturarum namq; notitia in dei perfectã notitiam deueni-
mus,sicut innuit Apostolus ad Romanos primo & secundo. Sic recte innuit philosophus segregando im
perfectiones creaturę a primo motore:& perfectiones creaturarum ipsi communicando. Qui opes & cadu-
ca fortunę bona aut foedas voluptates multifacit, is sane secundum philosophos nec est metaphysicus nec
eius ianuam olfacere idoneus. Sapientia prudentiã & virtutes acquisitas in apice presupponit. Vna noti-
tia primi motoris haud sufficit virum denominare sapientem:sed ille qui sublimiter talia multa callet.
Quisquilię illę quas alii in eo libro implicãt metaphysica sunt indignę, vtpote de distinctione relationis a
fundamento & termino,& de verboso triplici modo relationum, de vniuocatione entis,& cęteris id genus
nugis. Notitię vero quę in primũ motorẽ, quem nos deũ vocamus,& in intelligẽtias orbiũ motrices, & in
corpora cęlestia dirigunt metaphysicę sunt. Similiter notitię creaturarũ pro quãto ad hęc propinque ad-
miniculantur. Opera primi motoris in superioribus maximopere emicant: quia cęli enarrant gloriam
dei:non angeli solum vt alii exponunt, sed cęlestia illa corpora ad literam:& opera manuum eius annun-
ciat firmamentum. Speculando tot cęlestes motus in octauo cęlo stellarumq; naturas tanta serie tãtoq;
splendore a primo motore ordinata. dico ergo q; nullus nisi heroicus meretur dici talis de quo amplius
Replica. in decimo dicere proponimus.
¶ At fortasse dicis, si nemo nisi bonus metaphysicus fuerit & malitia excęcat eius intellectum a pro-
Responsio. funda talium speculatione: ergo malitia excęcat intellectum circa speculabilia: cuius oppositum innue
bat Aristoteles superius, hoc sexto. Responsio. Aliqua sunt speculabilia suprema, quorum notitiam habe-
re nequimus nisi per media ordinata:& affectibus suppositis,& fortunis calcatis & in talibus potissimum
malitia excęcat intellectum, sicut expresse Apostolus ad Romanos dicit. Propterea quidem sua stoliditate
Ad tertium. deorum pluralitatem ponebant & mortales pro deis colebant, non potentes cum Aristotele & reliquis ve
re philosophis vnitatem dei & similia scitu dignissima attingere.
¶ Ad tertium dico q; maior est vera: at finis sapientiæ est fine intrinseco prudentiæ melior. Pruden-
Corollarium. tia enim ordinat sibi finem extrinsecum supremum opus sapientię,& ordinat conducibilia ad illum finẽ
attingendum, qui alios fines ei subordinatos continet: sicut finis supremus cæteros fines in eũ ordinatos.
Obiectio. ¶ Ex his sequitur q; intellectus contemplatiuus est pręstabilior intellectu actiuo. Hoc est nobiliori acciden
ti redunitur:& hoc modo est nobilior licet reipsa sit idem intellectus numero.
¶ Contra hoc corollarium ex dictis sequens sic argumentor. Illa virtus est præstabilior quæ melio-
rem animæ particulam perficit. prudentia autem est huiusmodi, igitur. Consequentia patet cum ma-
iore. Minor bifariam probatur, primo sic, Illud est hominis optimum quod per malitiam corrumpi-
tur,& per bestialitatem extinguitur: sed pars animæ per prudentiam perfectibilis est, huiusmodi igi-
tur. Maior huius syllogismi patebit in septimo libro: & minor in hoc sexto iampridem patuit. Per tem-
perantiam enim conseruatur prudentia & per intemperantiam corrumpitur. Secundo, prudentia præci-
Responsio. pit sapientię: ergo est respectu eius architectonica. Antecedens patet in principio huius sexti, & in tertio
de anima superius recitauimus. Pars vero speculatiua nihil mouet: practica autem mouet cæteras poten-
tias. Responsio. Aristoteles in septimo Ethicorum vocat optimum in homine totam partem rationalem
distinctam contra partem sensitiuam, sic q; non distinguit in partem prudentialem & sapientialem. Et
dico primo q; illa animæ pars prudentialis corrumpitur per intemperantiam. Et ex consequenti quan-
tum ad partem sapientialem, quæ partem prudentialem præsupponit, dicõ secundo q; licet iudicium in
geometricis & arithmeticis habeatur qualecunq;, sane etiam imperfectum: non tamen in sublimibus: ea
Ad secundã propter scite dicebat Hipocrates, Eos homines qui ventri student non esse cælestes, neq; bene valere corpo
rationem. re eorumq; animas nimio sanguine, nimia sagina esse prępeditas, ac si luto forent implicitæ: & propterea
nihil tenue, nihil cæleste meditari posse. Et ita est de plerisq; aliis sceleribus, quæ viri conscientiam lacerãt,
& hinc inde distrahunt. Ad aliam rationem de precepto prudentiæ, sane nequeo admirari quare in talia
bus confidant cum hanc rationem philosophus capite finali huius libri diluerit: nihilo tamen minus
adhuc paululum respondere haud pigebit. Ipsa est vtcunq; præceptiua, vt ante narrauimus, voluntati
qua intellectus est inferior. Secundo nego q; sapientiæ præcipiat, sed ipsa tanq̃ ancilla sapientiæ mini-
strat, de vitæ necessariis prouidendo: quia impossibile est omnino pauperem philosophari. Aquilas, vt di-
xi, altissime volitans in terra pro esca descendit,& rerum sufficientia impedimenta studii tollit, quibus po
sitis acri ingenio probus vir ad speculandum suapte natura est idoneus. Omnes homines natura scire de-
siderant primo metaphysicę. Et officiorum primo Tullius, omnes enim trahimur naturaliter & duci-
mur ad agnitiones & scientiæ cupiditatem. Dixi probus: si enim auarus fuerit circa scientias pecuniæ lu-
cratiuas sese obruet, vt circa legum griphos insontes sæpius vexando pro marsupio implendo. Et bre-
uiter verum liberalissimum a mundanis curis semotum metaphysica requirit: cuius obiectum quia est
purissimum sublimissimumq; proportionabilem intellectum efflagitat: qui in speculatione non sistit cur-
sum suum, verum in primum motorem efferendum per voluntatem procedit: etiam in puro lumine na
turali procedendo. Hoc autem latius (si fata sinant) in decimum recludere proponimus.

LIBER SEPTIMVS

TRACTATVS PRIMI CAPVT PRIMVM.



Ost hæc dicendum est alio sumpto principio, tres esse species eorum quę circa mores sunt fugienda: vitium, incontinentiam, feritatem. Atq; contraria quidem duobus manifesta sunt: aliud enim virtutem, aliud continentiam appellamus. Ad feritatem autem & immanitatem maxime virtutem eam conuenit dicere, quę est supra nos, heroicam inquam quandam atq; diuinam. vt Homerus de Hectore: propterea q eximia bonitate prestabat, dicentem Priamum introduxit. *Vitium incōtinens.*

Nec iam hominis sane mortalis filius ille
Esse videbatur: sed dio semine natus.

Quare si ex hominibus ob virtutis exuperationem dii fiunt (vt aiunt) talis quidem is habitus fuerit, qui feritati opponitur. Etenim vt ferę neq; vitium est neq; virtus, sic neq; dei: sed hoc quidem præstabilius est virtute, illud autem diuersum est, a vitio genus. Atq; vt raro fit virum esse diuum: vt appellare Lacones consueuere cum valde aliquem admirantur (dicunt enim vir diuus hic est) sic & ferus atq; immanis est inter homines raro. Maxime vero inter nationes barbaras est. fiunt autem quidem tales & ob morbos, lęsionesq; principii. Et eos etiā homines qui in vitiis exuperant: hac infami cōsueuimus appellatione notare. *Vir diuus, immanitas & feritas.* Sed de tali quidē dispositione mētio aliqua posteriꝰ fiet. De vitio vero prius est dictū. Nūc de incōtinētia, mollitudine luxuria & de cōtinētia atq; cōstātia est dicēdū. Neq; enī vt idē qd virtus & vitiū: neq; vt diuersum genꝰ hæc sunt putāda. Atq; vt in ceteris egimꝰ: afferre ea quæ videntur oportet, & dubitare primū. Deinde omnia quę probabilia sunt aut saltem plurima: maximeq; pręcipua circa hos affectus: ostendere. Nā si soluātur quidē ea quæ difficultatem afferūt: relinquantur autem ea quę probabilia sunt: satis sane fuerit demōstratum. Videtur itaq; continētia quidem, constātiaq; studiosa esse ac laudabilis. Incontinētia vero & mollitudo praua atq; vituperabilis. Et idem esse continens, & persistens in ratione: & idem etiam incontinēs & rationem egrediēs. Et incontinens quidē improba sciens improba esse, agit ob perturbationem. Continens autē cupiditates sciens prauas esse, nō sequitur ob rationem. Et temperantē quidem continentē esse aiunt atq; constantem. Talē autem alii tēperantē esse omnē, alii nullū dicunt. Et item intēperātē incōtinētē esse: & incōtinētē intēperantē cōfuse, nōnūq̄ diuersos inquiūt esse. Interdū etiā ipsum prudētē incōtinētē esse nō posse. Interdū nōnullos homines qui prudentes, ac habiles sunt incōtinētes esse dicunt. Pręterea incōtinētes & irę, & honoris, & lucri dicuntur. Ea igitur quę dicuntur, hęc sunt. *Continentia. Incontinētia.*




Ost hęc dicendū &c. Superioribus sex libris Aristoteles luculēte loquutus est de virtutibus tā morū appetitū perficiētibus q̄ rationis intellectū illustrātibus: intellectum inquā tā speculatiuū q̄ actiuū. Restāt nōnulla cognita dignissima agitāda anteq̄ de felicitate actiua ac cōtemplatiua loquatur: quia in illis moralē philosophiā claudit. Dicit ergo primo sic. Post hęc iā discussa, dicēdū est. Alio sumpto principio scilicet de gradibus virtutū ac vitiorū stilum scribendi a pręcedētibus hic mutat. Cōtinētia ac temperantia nō est specialis virtus: siquidē in qualibet virtute isti gradus inueniūtur. Pari modo de oppositis illorū vitiis dicendū est. Tres sunt species fugibiliū circa mores: scilicet vitiū, incōtinentia, feritas siue immanitas. Vitiū late sumptū incōtinētiā cū bestialitate includit: hic aūt stricte vitiū sumit. Atq; duorū vitiorū contraria sunt lucida. Cęterū tn̄ virtutē, hoc est temperātiā gradū: alterū cōtinentiā nominitamus. Bestialitati, atq; immanitati heroica virtus siue diuina opponitur. Hęc virtus quodāmodo humanā sortē transilit: homines enī quodā modo deo sunt similes. Hęc suprema virtus facit, testimoniū homeri poetę ad suū propositū citat canētis. Nec iam hominis sane mortalis filius ille Esse videbatur, sed dio semine natus. Perinde ac si diceret. Ita belliger Hector maximus natorū Priami virtute emicuit, vt paterno iudicio supero semine cretus & nō humano videretur. Sūmo vitio immanitati summa virtus opponitur. Priore gradu Sardanapalus assyrius, Nero & cęteri spurci omnes collocātur. Posteriore vero Socrates, cuius patientiā atq; constantiā admirabanē: semper enī eodē vultu & nunq̄ aut aduersitate fractus aut prosperis elatus apparebat: vt scribūt Diogenes Plato & alii valētes philosophi: sed magis in lege gratię emicuere. Vtpote Ioannes baptista heroica tēperātia splēduit: admirāda fuit illius abstinētia atq; sobrietas, admirāda fuit fortitudo in Laurētio & cęteris martyribus. Heroica erat liberalitas in exordio nascētis

ecclesię:nā diuēditis ossib⁹,preciū ad Apostolorū pedes collocarūt. Heroica erat Iob patiētia. Viticole ob vitium congelationē impatiētes,hanc heroicā patientiā iusta lance expendant. Dominus enim nouit solus quid nobis cōducat. Vini copia crebro obest. Panis est ad manducandū necessari⁹:proinde raro frumētū nobis necessariū perit. Iudęis cōmune erat in tēporalibus gaudere,christiani munus est in spiritualibus voluptatem capere.dispēdia in bonā partē interpretādo cum eueniūt,iam sunt volita volūtate dei beneplaciti. Itaq͡ incōsiderati est talia iam nolle. ¶ Accedo literā. Qua de re si ex hominibus ob virtutis excellentiam dii fiunt,vt aiunt:talis quidē is habitus heroicus fuerit cui feritas cōtrapugnat. Subindicat ex hominib⁹ deos fieri nō posse, verūtamē vt errori vulgi cōmuniter habito nō nihil adimam⁹,addere solem⁹, vt perhibent,vt tradūt,vt aiunt siue ferunt:quocirca Alexander,qui nomē magni tulit,alienas res publicas cupiditate laudis hoerās,nō erat heroicus,sed iniustus:atq͡ multi istorū libidine diffluebant:proinde nō erant studio. A valentiore ratione non erant heroici,certe heroicus communē hominū facultatē in laudabilibus exuperat,alioqui non est heroicus. Ferarū neq͡ virtus neq͡ vitiū est,postq͞ deest eis arbitrii libertas. Siquidem ad prosequutionē aut refutationem obiectorū naturaliter impelluntur. Verū quando homines etiam ratione vtentes vitiis sordent ac obruūtur bestiales vocātur.ab hominū coetu degenerātes,bibētes eñ sanguinē ac crudas carnes comedētes feras brutos imitātur mores,neq͡ dei est virtus sed quid virtute prestabilius. Nullū accidēs deo inhęret:ꝑinde nō virt⁹ more philosophi dilectio dei vti ei⁹ notitia cū ei⁹ substātia conspirat. Nō solū theologia hoc indicat sed & metaphysica id docet:vt Aristoteles.xii. metaphysicę ꝓbat. Verū loquēdo de virtute diuina metaphorice dicimus ꝙ hęc heroica virtus apicē virtutis nāciscitur, itaq͡ virtute cōmuniter habita est pręstabilior. Vt deipare virginitas Bartholomei fortitudo. Pauli heremitę Antonii ac Hillarii abstinētia pene incredibilis. Illud autē.scilicet bestialitas,est diuersum genus a vitio cōmuni,habentē sane ad brutū statū deiicit. Quādo homo inemēdabilis more belluę desideria sensus insequitur,deploratę malitię,asinus bipes est,ac rarēti⁹ hominē diuū offendes. Interdū tamē nō desinit, cū lacones quēpiā admirabātur eū blando vocabulo diuū appellarūt. Laconia est Poloponesi prouincia quā lacedęmoniam nūcupant. Sic listrenses Barnabā iouem,ac Paulū Murcuriū dixere. Act.xiiii. Et quia nōnulli hęrerent an vspiam bestiales offendātur,hinc illos inuētu raros affirmat. Alicubi tamē nō desunt signātur inter barbaras nationes.vt diomedes trachius Phalaris agrigentinorum tyrannus. Busiris Ægyptius hospites occidēs. Quędā est feralis intēperātia.gratia cuius qnq͡ ciuitates incēdio perierūt. Quędā est immanis lentitudo cū diuinos honores mortales sibi ascribūt,vt Nabuchodonosor in bestiā cōuersus Cosdroe Persa & Salmoneus poetę fingunt, equorū sonitu ac lampadum iaculatione diuinitatē sibi arrogarūt.quoddā est homicidiū ferale exquisitas poenas applicādo vt corpora mortua fame & tabo fluētia viuis ad interitū iungere:vt Mezentius fecit,cuius Virgilius meminit. Exteros omnes grati barbaros dixere ob cronicos morbos acutos & orbitates principii hoc est sensus communis moribus ferini euadūt, vt heccuba quę post mariti ac filiorum interitū gemebūda poene insana discurrebat,propterea a poetis in canē cōuersa scribitur. Diris verberibus aliqui desipiūt. Ob prauā educationē homines brutas cōsuetudines a teneris annis imbibūt. Prope polos a solis via elōgatis horridi homines existūt. Sicut eñ i corpore in variis plagis discrepāt ita moribus dispescunī. Qui ita vitiis exuperāt infami appellatiōe a domitis sugillanī. Verū de hmōi dispositione copiosior sermo posthac a nobis est habēd⁹,de vitio i priorib⁹ libris meminim⁹ in.ii.lib.ac sequētib⁹ generatim atq͡ speciatim de illo ac opposito mētionē fecim⁹:nūc vero de cōtinētia luxurię pariter & de cōtinētia atq͡ cōllātia sermocionabimur. Neq͡ putādū est hosce habit⁹ esse prorsus eosdē cū virtute,aut ꝓrsus diuersos. Differētē modū a ꝓcedētibus tā in virtutib⁹ q͞ in vitiis sortiunī,vt post explanabim⁹. Sequiī in litera. Atq͡ vt in cęteris egim⁹ &c. Modū tradēdi innuit dicēs. Eūdē modū ꝓcedēdi quē in aliis materiis obseruabim⁹. Antiquorū paradoxa in mediū afferem⁹,subinde dubitabim⁹:maximeq͡ ꝓbabilia nostra opinatione eligem⁹. Vult dicere,oīa placita ꝓbabilia recitabimus vel saltē plurima atq͡ principalia, q͞ circa hos affectus cōtingūt:& si illa absoluanī q͞ circa hos affectus difficultatē afferūt,& ea q͞ ꝓbabilia sunt relinquanī secundū exigētiā negocii satis erit ostēsum. Hoc ꝓmisso aliorū placita recēset:quorū primū est circa bonitatē atq͡ malitiā eorū. Est autem cōtinētia quędam cōstantia studiosa atq͡ laudabilis. Incontinētia ac mollitudo praua.& ex cōsequio vituperabilis. Mollis a leuiorib⁹ perturbationib⁹ superaī:cōtinēs vero vehemētia passionū ad illecebras trahiī. Secundū probabile circa diffinitiōes eorū hoc est. Idē est cōtinēs & ꝑsistēs in ratione:& idē incōtinēs & rationē egrediēs. Tertiū probabile qđ ad illorū operationes attinet supponēdū ex veterū placitis est. Incontinēs improbitatē nouit attamen ꝑturbatione victus improbe agit. Sequiī quartū. Cōtinēs scit cupiditates esse malas:eisq͡ ob reluctātē rationē nō indulget:Et tēperātē cōtinetē necnō ꝑseuerātē esse tradūt. Verūtamē in his cōtrouersias agūt inter se vetusti,tragicoq͡ cothurno altercanī. Quidā affirmāt oēm tēperātē cōtinētē esse,alii vero nullū. Ratio diuersitatis ꝓpterea cōtingere poterat,quia priores pōderabāt ꝙ quicquid bonitatis est in hoie cōtinēte & ꝑseuerāte,id totū est in tēperato:ideo dixerūt hominem tēperatū esse cōtinētē ac ꝑseueratiuū. Alii vero mētis aciem flexerūt ad malū cōtinēti adiacēs. Nā praue perturbationes eueniūt quę tēperato repugnāt:proinde dixere tēperatū nō esse continētē. Et interdum intēperātē incōtinentē esse:& incōtinentē intēperatum,cōfuse sine discussione promiscue,nōnūq͞ diuersos produnt esse. Ratio autē diuersitatis poterat eadē esse cū pręcedēti per oppositū accepta. Sequitur quintū. Interdū produnt fieri nō posse,vt prudēs sit incōtinēs:interdū quosdā prudētes ac sollertes incōtinētes esse inquiūt. Isti pręcedētibus obuersantur ad rectū iudiciū in agibilib⁹ respiciētes. Nōnulli mali habent aliqua iudicia recta agibilium:alii tales inficiantur esse prudentes, vt ex calce libri pręcedentis nuperrime patuit. Pręterea sexto,incontinentes translatitie dicitur: vt incōtinētes irę,honoris,atq͡ emolumēti:& hęc sunt quę a veteribus probabilia traduntī. Perstringamus virtutū ordinē modo sequēti. Virtus heroica tēperātia. ¶ Gradus,cōtinētia,perseuerātia. Continētia perturbationes vincit & hostē debellat. Sat est perseueranti

ab hoste non superari,q̃uis affectum non extrudat. In malitia immanitas est pessima. post intemperan-
tia gradus ad sensum postea explicandum: deinde incontinentia. Mollis est incontinente deterior, quoniã
a paruis molestiis vincitur, a vehementibus incontinens superatur. Insultas meliori peius opponitur. Cõ-
tinentia enim est praestabilior perseuerantia: proinde incõtinentia est deterior q̃ mollities. Dicimus q̃ ma-
ior est vera nisi vnum in altero includatur: vt Aristoteles. viii. topicorũ ait: nũc autẽ perseuerantia inclu-
ditur incõtinẽtia, & nõ contra. Cõtinẽs nõ superatur a turpibus voluptatibus, sed eas superat: & p̃seuerãs a
tristitiis oppositis delectationibus turpibus nõ vincitur. Om̃is autẽ qui debellat voluptatũ cupiditates nõ
vincitur a tristitiis oppositis illis delectationibus, & nõ ediuerso. Patet in simili. Bene viuere est melius q̃ vi-
tam transigere, non tamen est propterea consequens non bene viuere est deterius q̃ non viuere, & id pro-
pterea quia bene viuere in viuere includitur, denique homo inter belluas atque substantias seperatas est inter
stes: nam cum pecoribus sentit, cum angelis intelligit: & interstes inter aliqua quodammodo vtrumque ex-
tremum attingit. Rationalis pars hominis vltra communem hominum statum perfici potest: & etiã decli-
nare ad bestias, & medio modo se habere, quo pacto sunt virtutes humanę.

Tract. I. Cap. II. Et Lib. VII. Cap. II.



DVbitauerit autem quispiã qui fit, vt recte quispiã existimans agat incõ-
tinenter? Scientem igitur inquiunt quidã, impossibile esse. Nã absurdũ
est (vt arbitrabatur Socrates) si scientia insit, aliud quippiã vincere, &
ipsum perinde atque mancipiũ trahere. Socrates enim omnino contra ra-
tionem ipsam pugnabat: incontinentiãque exterminabat, neminem enim
existimantem, pręter id quod est optimũ agere, sed ob ignorationẽ dice-
bar. Hæc igitur sentẽtia iis aduersatur: quę manifeste apparẽt. Atque quęrere oportet quisnã
in ipsa perturbatione si ob ignorationem agit, ignorationis sit modus? Constat enim incõ-
tinentem non putare illud esse bonũ, anteq̃ in perturbatione sit constitutus. Sunt autẽ qui
hęc partim concedunt, partim nõ concedũt: etenim scientia quidẽ nihil esse validius confi-
tentur. At huic nõ assentiuntur, neminẽ agere praeter id quod visum est melius. Quapro- Incontinẽs.
pter, inquiũt, incontinentẽ a voluptatibus superari. non scientiã quidem, sed opinionẽ ha-
bentem. At vero si opinio sit nõ scientia, neque vehemens existimatio quę resistit: sed remissa
(sicut in ambigentibus) venia danda est: si nõ in his persistit aduersus vehemẽtes cupidi-
tates. At prauitati non est venia danda: nec aliorũ cuiq̃ quę vituperabilia sunt. Est ne igitur
id quod resistit prudentia? Hęc enim est validissima. At est absurdũ. Erit enim itẽ prudens
atque incontinens simul. Nemo dixerit prudentis esse ea sponte agere, quæ prauissima sunt.
Et insuper demonstratum est antea prudentẽ aptum ad agendũ esse (est enim quidem extre-
morum) & cęteras virtutes habere. Praeterea si continens est ex eo, quia vehemẽtes ac pra-
uas habet cupiditates: neque temperatus continens erit, neque continens temperatus. Etenim
neque vehemẽtes habere cupiditates neque prauas, est temperati. At oportet, nam si cupidita-
tes sint bonę, prauus est habitus ille, qui prohibet non sequi. Quare non omnis continẽtia
est studiosa: sin imbecilles & non prauæ, nõ est quid egregiũ nec etiam magnũ, quid si sint
prauę ac imbecilles? Praeterea si continentia in quauis opinione facit persistere. praua est:
vt si & in falsa. Et si incontinẽtia a quauis opinione dimouet erit aliqua incontinẽtia stu-
diosa: quale fecit Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete: est enim laudabile, quia non
persistit in iis quę suaserat Vlysses ob mentiẽdi dolorem. Pręterea captio mẽtiens dubitatio
est. Quia nãque admirabilia, p̃terque opinionẽ sophistę inferre volũt redarguẽdo, vt cũ attige-
rint: videãtur acuti, ratiocinatio facta dubitatio fit: ligatur enim mens cum manere quidẽ
non vult: quia conclusio non placet: procedere autẽ nõ potest: quia rationẽ soluere nequit. Mẽtis ligatio.
Fit autẽ aliqua ratione vt imprudẽtia cũ incõtinẽtia sit virtus. Qui nãque habet vtrũque, cõ-
traria iis quę existimat ob incõtinentiam aget. Existimat autẽ bona esse mala: & agere non
oportere. Quare bona aget: & nõ mala. Pręterea qui persuasus agit: voluptatesque sequit atque
eligit: melior eo videbitur esse: qui non ob rationẽ: sed ob incontinentiã agit. Nã facilius
curari potest: quippe cum possit illi dissuaderi. At incontinens obnoxius est ei prouerbio
quo dicimus quid insuper bibere opus est: cũ strangulat aqua? Etenim si non persuasum Prouerbium.
esset ipsi ea nõ agẽda esse quę agit: dissuasus tandẽ cessasset. nũc vero persuasum est ei: & ni-
hilominus talia agit. Insuper si circa vniuersa continẽtia sit atque incontinẽtia: quisnã sit il-
le qui est incontinens absolute? Nemo enim habet incontinentias omnes. Dicimus autem
quosdã simpliciter incõtinẽtes esse. Tales igitur quędã hac in materia dubitationes emer-
gunt. Horũ autem alia tollere, alia relinquere oportet: dubitationis enĩ solutio inuẽtio est. Inuentio.

DVbitauerit autem quispiã &c. Recitatis placitis veterum philosophorũ: in hoc capite illa examinare incipit. sexq; dubitatiões mouet quocirca sex particulis hoc caput deducitur. Primã dubitationẽ nunc pretereo. Secũda dubitatio est an incõtinẽs prudentiã habeat cõtra voluptates tendẽtẽ. Tertia, an idẽ sit cõtinẽs & temperatus: & incõtinẽs & intẽperatus. Quarta an continẽs sit idẽ conuertibiliter cũ permansiuo in ratione: & incõtinens idẽ cũ egressiuo a ratione. Quinta hęsitatio, an incõtinẽs sit intẽperãte deterior. Sexta vtrũ cõtinẽtia & incontinẽtia sint circa totã materiam morũ scilicet cõcupiscẽtias irę, lucri, ac honoris. Accedo ad literã de cõtinentia ac incõtinẽtia primo mẽtionẽ faciens nõ hęsitationes. Eadẽ serie qua istas recitauit eas discutit ac cribrat. Et a tertia opinione cęteris difficillima exorditur. Quęrens primo an fieri queat vt quispiã recte existimãs incontinẽter agat. Dicebat enim tertia opinio: incõtinens enim improba sciẽs ob perturbationẽ ac cupiditatẽ agit. Hęreret quoq; aliquis quomodo id fieri possit, vt aliquis rationẽ habens cõtra rationẽ operetur. Pro hac parte ante omnia ratiocinaƀ quasi hoc fieri nõ valeat: Socraticã afferẽs sentẽtiã. Dicebat enĩ Socrates, postq̃ sciẽtia est validissimus habitus si ipso incõtinẽs illustretur a cupiditate debiliore sciẽtia minime vincetur: propterea dissentaneũ videtur validiorẽ habitũ a concupiscẽtia velut mancipiũ quoddã trahi. Perinde acsi sic argumẽtaretur. Scientia est optimũ ac fortissimum in homine, at validius ab exiliore nõ ducitur: proinde sciẽtia sensitiuã partẽ tanq̃ ancillã trahet. At tamen Socrates cõtra rationẽ pugnabat. Hac enĩ via incontinentiã exterminabat, falsum est enĩ neminem agere aliud nisi quod optimũ censet: nec enim ex ignoratione semper malũ agit. Sane illius sentẽtia palã aduersatur his quę nõ clam apparent. Experimur enĩ nos censere aliquid malũ esse, nihil tamẽ minus in illud ferimur. Atq; inuestigare opportunũ est, in ipsam pturbationẽ ignorãtia incidit, & quis modus ignorationis existit. Liquidũ est incõtinẽtẽ ante perturbationẽ putare illud qđ operatur esse malum. Porro tria sunt tẽpore cõsiderãda, primũ ante perturbationẽ: secũdũ in pturbatione: & tertiũ perturbatione iã extincta. In primo & vltimo tẽperãte. s. perturbationẽ & ea sedata, est sciẽs: interstite tẽpore scilicet in pturbatione videtur quasi ignorãs, temulẽto persimilis & more pueri carmina q nõ itelligit labiis pnũciãtis. Sequiƀ. sunt autẽ. Hic quorũdã sentẽtiã circa socraticã viã adducit: quã extrudit. Alii partim Socrati assentiunƀ, partim vero ab eo dissentiũt. Isti dixerũt incontinẽtẽ nullo modo habere scientiã: illa enĩ nõ pmitteret se abduci a perturbatione more mãcipii, inficias eunt quẽpiã a sciẽtia captiuari. Ideq; de vehemẽti existimatione censent. hoc est vehemẽti opinatione. Sciẽtia est iudiciũ firmũ ac stabile. Opinio vero assensus formidolosus facile remouibilis. Sed produnt hanc languidã opinionẽ longo interuallo sciẽtia debiliorẽ, q̃a pturbatione & voluptate vincitur. Hoc Aristo. retundit inquiẽs: Si opinatio sit remissa & elãguida vt in ambigẽtib9 vsu venit, tunc incõtinẽti ignoscẽdũ est. Loquitur de ambigẽtibus, attamẽ assentiẽtibus languide. Ob rationũ diuersitatẽ est homo interdũ poenę perplexus. Dubitatio proprie dicta nullũ assensum dicit. Hinc est aliud agere contra scrupulos cõsciẽtię, & aliud cõtra cõscientiã: si cõtra vehemẽtes cupiditates & impulsus nõ persistat, at prauitati nõ est danda venia nec alii cuicũq; vituperabiliũ. Insultas, Philosophus dixit cõtinentiã

Obiectio. nõ esse virtutẽ nec incõtinẽtiã vitiũ: nũc vero incõtinẽtiã prauitatẽ dicit esse. Id obiectũ paucis euacuatur.

Responsio. Continẽtia nõ est virtus specialis aliarũ more: sed in qualibet virtute expatiatur, sic de incõtinentię vitio. Tres species fugiendorũ circa mores prius depinxit. ℂ Sequitur in litera. Est ne id igitur quod resistit. Hęc est secunda pars capitis qua quinta opinio pręcedenti capite recitata adducitur tractanda an prudentia incontinẽs habituetur quæ prauitati resistit. Hoc ipsum apparere potest cum prudẽtia validissima sit: verum id admittere est absurdum. Nam incontinens praua ac turpia agit: turpia prudens non degustat, proinde prudens non est incontinens. Secunda ratio ad idem propositum est hæc. Insuper demonstratum est antea libro præcedenti prudentem aptum esse ad omnia præclara agenda: aptus sane extremorum est, hoc est singularium & reliquis moralibus virtutibus honestatur. ℂ Sequitur in litera. Praeterea si continens &c. In hac tertia parte huius capitis quartum placitum oppugnat: quod dicebat q; temperãtia ac continentia concurrunt. Ad inficiatiuam partem in valore argumentatur sic. Omnis continens habet concupiscẽtias vehementes nec non prauas, nullus temperatus tales concupiscentias habet: proinde nullus temperatus est continens: in Camestres. Per tales prædicatum maioris intelligo: sicq; lucidius litera explicatur. Continens habet cupiditates aut vehementes aut remissas. si vehemẽtes aut prauas bonas vel fortes ac prauas nequit esse tẽperatus. Porro tẽperati munus nõ est habere vehementes cupiditates nec prauas cum in temperato homine appetitus rationi nõ reluctetur. at oportebat tamen, scilicet vt haberet, vt idem sit temperans & continens: secundũ aliorũ paradoxum. Quãobrem si continens habet vehemẽtes cupiditates & prauas non potest esse tẽperatus, sin autem ipse habet vehementes & bonas: prauus ille habitus fuerit qui bonis cupiditatibus renititur. Dubio procul, continens cum cupiditatibus malis luctatur, quas tandem debellat: sin bonis & vehementibus continentia obsistat, continentia habitus prauus erit. Itaq; non omnis continentia erit studiosa: at omnis temperantia est studiosa: quare colligendum est si cupiditates erunt vehementes siue bonæ siue malæ temperantia non est continentia: at si cupiditates sint elanguidæ ac non prauæ, tum continentia non esset egregius habitus vt putatur: proinde non habet remissas cupiditates non prauas: sin vero tenues ac prauæ extiterint tunc continentia non esset potens dispositio: cuius oppositum est verum, postq̃ vehementibus cupiditatibus valentius renititur: quare merito concludendum est cum continens circa exiles insultus non versetur, nec circa vehementer bonas: sed potius magnas ac prauas habet, & temperatus non habet tales, æquissimo iure concludemus q; temperans cum ipso continente minime conspirat: nec continentia cum temperantia concurrit: cuius oppositum quartum placitum voluit. Ex hac ratiocinatione deducitur q; continentia cupiditates immodicas atq; prauas habet. Patet per viam diuisionis a tota disiunctiua cum destructione vnius partis principalis ad alterius positionem. Multæ particulæ distinctæ secundum illius regulæ tenorem sunt vna pars principalis. Patet

assumptū,per quadrimembrē distractionē:sic. Aut cōtinētia cupiditates vehemētes ac prauas sustinet,aut
remissas & laudabiles,aut exiguas & prauas:quodlibet istorū triū est exterminatū:proinde altera pars prin
cipalis disiunctiuę est destructa. Relinquitur ergo primū membrū. Sequitur in litera. Pręterea si continen
tia:hęc est quarta pars capitis, in qua hęsitatio circa secundū placitū mouet̄. Illic eñ dicebatur. Cōtinens
est constās ac perseuerans in ratione siue opinione. Contra incōtinēs a sua opinatione digreditur. hanc sen
tentiam refellit Aristoteles inquiens, si continentia est in opinione persistere facit, aliqua continentia erit
praua, vt ea quę hominē in illa opinione detinet & eum mētiri facit. Et per oppositū si cōtinētia a qualibet
opinatione dimoueret, aliqua incōtinentia studiosa esset:quēadmodum apud Sophoclem poetam in phi
loctete. Non mansit Neoptolemus in opinione quā illi astutus Vlysses persuaserat:vtpote in quodā ope
re mentiri lucri gratia. Cordatus enim Pyrrhus ex turpi mēdacio dolorē contraxit & a turpi destitit: in
quo cōmendandus est. In turpi enim promisso promissum rescinde. Idē est in iureiurādo aut voto. Neutrū
enim est iniquitatis vinculū. Vulgo dicitur:in turpi voto decretū muta. In hoc taxādi sunt pleriq; in opi
nionibus suis nimis permāsiui. Postq̄ eñ vni doctori operā impēderūt illi sunt ita addicti vt illi⁹ erronea
placita imitētur & defendāt:alii autē non sic in verba magistrorū iurant. Pręterea captio sophistica dubita
tionem ingerit: cornuto eñ syllogismo verbosus sophistes respondentē illaqueare studet: colorādo homi
nem esse asinū, captis his duabus, Asinus est asinus, dicatur a, homo est asinus b:sic syllogisat. Quicquid p̄
dicatur in a prędicatur in b, ac idē de eodem prędicatur in a:itaq; idē de eodem prędicatur in b:proinde il
la est vera. Clamorosus sophista laudis auidus admirabilia pręter opinionē inferre laborat redarguendo vt
respondentē attingeret, hoc est redargueret, vt acuto auditorio appareat, respondentē ad metam nō loquē
di ducens, vel ad inopinabile respondēti ingratū. Attamē cornutus elenchus hęsitationē ingerit cuius in
genium ligatur. Manere nō vult cōclusioni sophismatis assentiēdo:quinimmo ait. Quicquid ait geta, bir
ria semper ero. Procedere autē nō valet quia rimā exeūdi nō inuenit, in dędali labyrintho includit̄:technā
artificiose constructā enodare nequit. Laudis studio clamosus sophistes inapparentē solutionē euellit:respō
dentis imperiti os claudit. Capitur hic sophista pro illo qui artē callet & nō pro illo qui sapiēs non est et
sapiens apparet. hic est vituperabilis inanis glorię sitiens:ille laudādus falsum cōtundere, at verū protege
re & gloriosos examinare ad vnguē didicit. Sequitur tertia ratio ad idē in litera. Fit autem aliqua ratione
vt imprudentia cū incontinentia sit virtus:hoc est si incontinentia esset rationis ac opinionis omissio vt
prisci dicebant. Ex duob⁹ vitiis vna virtus cōponeret̄. Qui nāq; habet vtrūq; hoc est sit incōtinēs impru
dens, & per imprudentiā arbitretur aliquid mali esse bonū, & per incōtinentiā illā falsam opinationē omit
tat:at omissio prauę opiniōis est virtus. Sequitur in litera. Pręterea q persuasus agit &c. ¶Hęc est quinta
pars hui⁹ capitis, qua dubitationē circa primā opinionē adducit. Quia eñ illa dicebat q cōtinētia est de nu
mero bonorū, incōtinētia de numero prauorū nutaret qspiā in quo gñe prauorū esset ponēda:& an sit vitio
incōtinētia deterior. Et videt̄ incōtinētia esse intēperātia deterior, tali ratione. Qui p̄suasus oblectamēta eli
git est melior siue minus malus, illo qui dissuasus operat̄:porro facilius curabit̄ cū illi dissuaderi potest, incō
tinens nō persuasus agit. Obstrictus eñ est p̄uerbio quo dicit̄. Quid insuper bibere opus est cū aqua stran
gulat. Nō est offerēdus illi potus qui aqua suffocat̄:quia illi potionē dādo haud proficitur. Nequicq̄ icōtinē
ti dissuadebis, cū ipse p̄cipiat se perperā agere:attamē illud exequitur:aliter agit q̄ ratio ipsi ostendit. Habet
conscietiā remurmurātē, quid igitur opus extrinseco monitore habet, intēperās habet iā iudiciū corruptū:
cuius consciētia iā manica franciscani capacior est. Quia vera litera est implexa eā sic ordino. Si persuasum
esset ipsi ea nō agēda esse quę agit, dissuasus cessaret, iā loquit̄ de intēperato in gradu. Sequitur. Nūc vero p̄
suasum est ei & nihilominus talia agit. Iā loquit̄ de incōtinēte. Nec mirabere. Hic solū disceptat, nihil reso
lutorie ponēs. Sequit̄ in litera, Insuper si circa vniuersa. In hac sexta ac nouissima parte capitis circa sextū
placitū dubitationē affert. Nēpe in illo dicebat̄ q circa plurima obiecta incōtinētia licētiosi⁹ diuagat̄, vt cir
ca honorē, lucrū, & cętera id genus. Nā data ea positione cōtinuo sequitur q incontinētia nō erit simplex:&
q nemo erit absolute incōtinēs:siquidē incōtinētias omnes habet. Nos autē dicimus aliquos simpliciter in
cōtinētes. Nō igitur videtur cōtinentia ac incōtinētia circa omnē materiā tā late insudare. Talia igitur du
bia hic oriūtur. Horū autē alia auferre & diluere ea quę falsum cōcludūt, & rationes verū concludētes insolu
tas relinquere oportet. qa hęsitationis elutio nihil aliud est q̄ veritatis inuētio:proinde veritate inuēta nō Dubium.
oportet veritatis rationes eluere. ¶Dubitat̄ an opinioni falsę addictus peccet, dico q quādo homo effica Responsio.
cia rationū secundū exigentiā materię ducit̄ bene agit, siue opinio falsa extiterit siue erronea. Iudex inson
tem si sit nocēs probat⁹ damnās nō exorbitat:quādo testes diligēter examinat & exercet munus probi
iudicis, discernēs testes ad partē sicut Daniel presbyteros post humanā indaginē si innocuū cōdānet nō
est nephas, est eñ illi error inuincibilis, nec ob alios susurrātes ad veritatē flectit̄:postq̄ nec ipse nec alii pos
sunt illorū testimoniū refellere:& pręcipue vbi ipsi de opposito nō cōstat:& eū probabiliter in illa hypo
thesi accusatū punit. Verū tamē hic est error quādo homo suę opinioni pertinaciter innitit̄ aut amici:qñ
enim ip̄e est laudis auidus & hęresim aspergēs ęgerrime ad veritatis orbitā reuocatur:quare de malo in pe
ius descendit. vt Vuicleff superiore seculo nostrę Britānię propudiū:& nunc Martinus Luther Germanię
dedecus:qui cū cuculla omnem probitatē cū suis asseclis exuit. Tales inanis glorię famelici, demonstratio
nes non audiūt:sed rimas sinistras elabendi inuenire satagūt, vt delira dogmata protegere videant̄. Tales Dubium.
sane sunt vituperabiles. ¶Hic etiam ambigitur quomodo Neoptolemus ob mendacium doluit. Respon Responsio.
detur mendaciū est in se prauū:persuasione Vlyssis mentiebatur reluctāte consciētia atq; mordente. Dice
re falsum, putatū verū non est mentiri neq; peccatum:sed dicere scienter, vel dubitatiue falsum est mētiri:
annuncians aliquid assertiue de quo dubitat mentitur. Et intelligo de loquente assertiue non temptatiue,
disceptans scienter falsum assumit:sed illud non asserit, plusq̄ recitator.



Cōtinēs Incontinens

Primum itaq; considerandū est: si incontinentes, scientes agant nec ne: & quonam modo scientes. Deinde circa quæ sit incontinens ponendus, & continēs. Vtrum circa voluptatem omnem atq; dolorem: an circa definitas quasdam voluptates atq; dolores. Et vtrum idem sit an diuersus: continens atq; constans. Similter & de ceteris quæ ad hanc attinent contemplationem. Est autem considerationis initium: vtrum continens & incōtinēs, iis circa quæ versantur, differāt an modo. Dico autem hoc pacto vtrū incōtinēs ex eo solum sit incontinens, quia circa hæc versantur: an non sed ipso modo: an vtrisq;. Deinde si continentia, et incontinentia sint circa vniuersa, necne. Neq; enim circa omnia versatur is, qui est incontinens absolute: sed circa ea circa quæ est intemperans: neq; simpliciter sese habet ad illa: essent enim incōtinentia ac intemperātia idem: sed hoc modo. Nam ille quidem eligens dicitur: putans semper oportere persequi voluptatem præsentem. Incontinens autem non putat quidem, persequitur tamen. Si itaq; vere est opinio, sed non scientia qua transgredientes incontinenter homines agunt: nihil refert ad rationem. Nonnulli namq; eorum qui opinātur nō ambigunt, sed arbitrantur exacte se scire. Si igitur opinantes ex eo quia remisse credunt, magis q̄ scientes, contra suam agent existimationem: nihil differet ab opinione scientia. Sunt enim qui non minus opinioni suæ, q̄ alii suæ sciētiæ credunt: vt ex Heraclito patet.

Heraclitus Opinator.

Sed cum dupliciter dicatur scire (Nam & is qui scientiam quidem habet, non autem vtitur ipsa: & is qui vtitur dicitur scire) hæc inter sese different: habentem inquam scientiam, at non contemplantem: & habentem ac contemplantem, agere ea quæ agere non oportet. Hoc enim videtur absurdum sed non si nō agat contemplando. Præterea cum propositionum duo sint modi: nihil prohibet vt quispiam agat contrarium eius quod scit: si habeat quidem vtrasq;: vniuersali tamen & non particulari propositione vtatur. Nam ea quæ aguntur singularia sunt. Differt autem & ipsum vniuersale: nam aliud est in ipso aliud in re. Vt omni homini sicca conducunt: & hic est homo: vel siccū est quod est tale: sed si hoc sit tale, aut non habet, aut non operatur. Magna igitur per hos emerget vtiq; differentia modos: atq; adeo vt hoc quidem modo non absurdū esse: alio vero modo mirabile videatur. Præterea vt homines scientiam habent, alio modo q̄ nuper diximus. Nam in habendo quidem sed non vtendo differentem cernimus habitum: vt quispiam & habeat quodāmodo & non habeat ipsum: qualis est dormiens & furens: ac ebrius. At hoc modo disponuntur ii qui sunt in perturbationibus constituti. Nam ira & cupiditate venereæ: cæteraq; similia, corpus etiam manifeste permutant, atq; nonnullos & in furorem ac insaniam adigunt.

Ira & venus corp⁹ p̄mutāt

Patet igitur dicendum esse incontinētes perinde sese habere atq; hi sunt affecti. Dicere autem eas sententias quæ a scientia proficiscūtur, nullum est signum: etenim ii qui sunt in hisce perturbationibus constituti, demōstrationes & carmina dicunt Empedoclis. Et qui primū discunt: nectūt quidem orationes, sed nondū sciūt. Oportet enim ipsorum insideāt menti, ad quod tempore opus est.

Histriones.

Quare putandum est, vt histriones poemata recitant: sic & incōtinēter agētes sentētias dicere. Insuper & hoc modo quispiam naturaliter inspexerit causam. Opinionum enim alia est vniuersalis: alia de singularibus est: quibus iam ipse præsidet sensus. Atq; cum ex ipsis ratio fuerit vna anima cōclusum ipsum in contemplandis quidē dicat, in agēdis autē rebus cōtinuo agat necesse est. Nā si omne dulce gustare oportet, & hoc est dulce, vt vnum quid singulariū, is hoc simul & agat qui potest nec prohibetur necesse est. Cū igitur vna quidē vniuersalis inest opinio gustare vetās: alia vero dicit omne dulce voluptatem afferre, & hæc insuper hoc esse dulce hæc operaꝫ, atq; inest forte cupiditas. Illa quidē hoc fugere dicit, cupiditas autē ducit, mouere em̄ partes singulas potest. Quare fit vt ratione quodāmodo & opinatione incōtinenter agatur, non tamen per se cōtrarie: sed per accidens.

Cupiditas

Beluę nō sunt incōtinētes.

Cupiditas em̄ rectę rationi, sed non opinatio aduersaꝫ. Quare & propter hoc, beluæ nō sunt incontinentes, quia non vniuersalem existimationem sed singulariū imaginationem atq; memoriā habēt. Quomodo autem soluitur ignoratio ac rursus fit incontinēs sciens, eadē est ratio, & de ebrio & dormiente, & non huius est propria p̄turbationis, quam quidē a naturalibus audire oportet. Cū autem vltima propositio re sit sensibilis opinatio, atq; actuum domina, hanc incontinens aut habet dum est in p̄turbatione, aut sic habet vt in habendo non sit scire, sed dicere, perinde

atq; temulentus Empedoclis carmina profert. Et quia terminus extremus non est vniuersalis nec ad scientiã vt vniuersalis attinere videtur: atq; id accidere videtur quod Socrates quærebat. Non enim ea (quæ proprie scientia videtur esse) præsente fit pturbatio neq; ipsa ob pturbationẽ distrahitur: sed sensitiua. De his igitur si sciẽs inquã incõtinẽs, an nõ sciens & quonam modo sciens incontinenter agat: tot a nobis sint dicta.

PRimum itaq; considerandũ est. In hoc tertio capite diuulgat philosophus continentiam ac incontinentiam non circa omnia insudare, sed circa determinatam materiã, circa quã est tẽperantia ac intẽperantia. Insuper continentiã a temperantia non discrepare materia notificat: sed circa modũ se habendi circa talem materiã nudatur: quomodo incontinẽs est sciens atq; insciũs. Accedendo ad literam sic ait. Primum speculandum est vtrum incontinentes operentur scientes necne: & quanam via scientes. Deinde discutiendũ est, circa quam materiam continens loceturvtrum circa omnem dolorẽ ac voluptatẽ, an circa determinatas quasdã voluptates atq; certos dolores: & an continens & cõstans cõspirant. Similiter de cęteris quęstionibus quę ad hanc speculationem attinent, inquit, scrutabimur. Est autem considerationis exordium vtrum continens ac incontinens iis materiis circa quas insudant diuariẽtur: an circa eandem materiam negocientur: ac in modo tendendi discrepent. Interdũ virtutes ab ipsis materiis dispescũtur. vt mansuetudo & veritas. Interdum eadem est materia, verum modo tendendi discrepant. Verbi causa, liberalitas ac temperantia eandem materiam obiectiuam sibi vendicant: at alio modo in illam feruntur, vt tẽperantia vtendo vino ac cibo: eadem liberalitas dat. Circa libros, pecunias, vestimenta iustitia ac liberalitas versantur: proinde ex parte obiectorum minime differunt: sed alius atq; alius est tendendi modus in res illas varians virtutes Per tendendi modũ discrepant. Dico autẽ hoc pacto an incontinens eo ipso est incõtinens quia circa hęc obiecta inhiat, an non, sed ipso modo & forma tendendi: an vtrisq; scilicet materia & forma. Deinde vtrũ cõtinẽtia & incontinentia circa omnẽ materiam indifferenter laborent necne. Hanc secundam hęsitationem ante omnia diluit, inquiens. Neq; enim is qui est simpliciter incontinens circa omnia desudat: sed circa illam materiam quam intemperans cõsiderat: hoc est circa voluptates gustus atq; tactus. Loquitur de intemperantia gradu, neq; ad illa obiecta sese simpliciter & vniformiter habet, nã illo dato incontinentia ac intemperantia coinciderent: verum speciali modo in sua obiecta ferũtur. Postea modum differendi continenter recitat, quare intemperatus eligens citra remorsum conscientię ducitur, arbitrans se instantem voluptatem persequi oportere, postq̃ non habet rationis frenum ipsum a fœdo dimouens: quia iam diu tina consuetudine perperam agendi acquisiuit habitum ipsum promptificantem male agere, sic q; rationis frenum amisit: incontinens autem id non suspicatur: oblectamentũ tamẽ sequitur vetitum. ¶ Sequitur in litera. Si itaq; vera est opinio Hęc est secũda pars huius capituli in qua philosophus quorundã sententiã circa Socraticã viam cõfutat, dicebat enĩ Socrates incõtinentẽ non habere scientiam, quia ea est valida, cui obniti incõtinẽs nequit. sed habet opinionẽ cui cõtrauenire valet. Ostẽdit idem esse in opinione ac sciẽtia, dicit enim nihil ad rationẽ interest & ad ea q̃ intẽdimus an opinio vera sit an scientia quã transgredientes homines incõtinẽter viuũt. Hoc multifariã arguit. Primo quia nõnulli eorũ qui opinantur nõ hæsitãt, sed existimãt se sua opinabilia exacte scire. Secundo, quęcũq; æque assentiũtur ita esse sicut existimãt, æque quiete vel intẽse ęqualiter immanẽt vel æqualiter egrediũtur ab æstimatione sua: at scientes & opinãtes nõnulli sunt huiusmodi: igitur. Sicut enĩ potest esse remissa opinio ita potest nõ intẽsa sciẽtia. Minor patet de Heraclito Ephesi, omnia esse incõtinuo motu putãte quarto metaphysicæ. Mirabilis fuit iste heraclitus. nã hominũ miserias pertęsus solivagus in mõtibus errabat Democrito cõtrarius: qui hominũ ineptias assidue ridẽs perẽni risu pulmonẽ agebat. Sciẽtia ac opinio plurifariam dispescũtur. Opinio est contingentiũ enũciationũ quarũ nõq̃ est sciẽtia. Attamẽ inficias nõ ibo opinationẽ nõnũq̃ versari, circa necessariũ: in graduali intentione minime discrepant: stante causa opinionis eductiua, opinio extrudi potest per scientiã aut opinionẽ oppositã vigorosiorẽ: secus est de sciẽtia: igit̃ si opinatio sit vehemẽs nõ minus est rationi dissentaneũ cõtra eã nonnihil patrare q̃ cõtra scientiã. Sequitur in litera. Sed cũ dupliciter dicatur scire. Nũc auspicatur secundũ propriã mẽtẽ elucidare dubitationẽ superiore capite motã, vtrũ incontinẽs sit sciens. Tres distinctiones hæsitationis solutioni præmittit, Scire bifariã capitur. Vno mõ vt est in habitu vt is qui habet habitũ & nõ vtitur eo, alio modo vt est in actu & operatione: vt est ille qui habet scientiã ac illa vtitur. Priore modo distractus in vigilia scientiã habet & capit hic scientiã pro assensu vniuersalis non autem secundo modo. Primo posteriorũ. Quis scit generatim omnẽ mulã esse sterilem: ac dubitat de hac bestia cui grossus venter an ipsa sit sterilis, demonstrando mulã quã nescit esse talem. Quis potest scire continentiã habitu ac incontinẽter operari vt tradũt, sed nemo sciens actu incontinenter operatur. Sequitur in litera. Præterea cũ propositionum. Nunc secundam distinctionem philosophus affert. duplex est vniuersale, aliud in ipso qui habet, aliud in re. Paradigma prioris membri: vt omni homini sicca prosunt: at hic est homo: & reliqua. Hæc propositio singularis habentẽ latere nõ potest. Non potest ignorare hanc singularem hic est homo, absurdum est si seipsum quis ignoret vt in tertio libro in numero circumstantiarum dixit. Exemplum secundi vt omne siccum homini prodest, at hoc est siccum: igitur. tale igitur vniuersale quod est in re sciri potest, & cũ hoc singulare ignorari. Patet hoc ad oculũ: possum enim assentire huic, omne reubarbarũ cholerã purgat quod est vniuersale in re: & tamẽ nescire possum hoc illud ve esse reubarbarũ. Philosophus subiudicat de vniuersali in re ad extra. alio modo vniuersale vocatur in se quãdo ipsum ad singularia nõ cõparatur: sed cũ singulari nectitur tunc est vniuersale in re vtraq; expositio sufficit. Incontinens agere potest sciendo vniuersale: postea vero cum agit non percipit

do singulare. Nec inconuenit incontinentem vtrasq; propositiones habere, scilicet vniuersalem ac parti-
cularem: attamen cum agit non vtitur cognitione & scientia illius singularis, quippe notitia singularis &
non vniuersalis praxim elicit. iii. de anima. Ista in vigiliis eueniũt. Itaq; erit quoquomodo sciens respectu
vniuersalis. & quoquomodo nescius respectu singularis, postq̃ cognitione in singulari ꝓpositione minime
vtitur: Seqtur. Preterea fit vt homines. Tertiã distinctionẽ addẽs, ex qua tertia solutio dubitationis emer
git, inquit: Preterea fit vt homines scientiã habeãt alio modo q̃ nuper diximus: hoc est alio modo q̃ habi
tu operatione ac actu. Secũdo in habendo, sed nõ vtẽdo. Differentẽ cernimus habitũ vt habeat quodãmo
do & nõ habeat ipsum habitũ: postq̃ in tali dispositione in actũ exire nequit: qualis est sopore grauatus, fu-
rens ac temulentus. Tales quatũlibet bene habituati in arte ad rogata responsare nequeũt: quomodo illi
disponuntur qui perturbationibus implicãtur. Siquidẽ iræ, cupidines venereę, cętera quoq; id genus vitia
corp' ipsum nutare faciũt atq; ipm permutãt. Ebrius pedib' recte ambulare neqt. Tales insultus nõnullos
in vesaniã adigũt. Excessiuo amore aliqui infatuãtur ac in rabiẽ agũtur: & pallore ac tremore adigũtur. Si
quispiam impatienti ira conciterur ardescent illi oculi, os cũ inferiori labio tremit, lingua titubat, dentes
concrepant. Patet igitur q; incontinẽtes sic se habent, ac homines his perturbationib' affecti & corpore &
animo alterãtur, in libidinosa cogitatione pudibũda membra rationis gyrũ transiliũt: vt dęmoni euidẽter
hominis cogitatũ indicẽt: qui cordis arcana hoc pacto cognoscit. Fortasse quispiã insultat inquiens. Furo
re agitatus consuetas cantilenas concinit: vatum odas antea imbibitas recitat: proinde suo habitu propin
que eas sententias quæ a scientia emanant exprimit. Nullũ est indiciũ scientifici vsus propinqua potentia.
Obiectio his affectibus cõstituti. Demõstrationes ex habitu Empedocles ac versiculos recitauit. Philosophiã Empe-
docles Agrigentinus carmine intricatissime complexus est: cuius Lucretius meminit inquiens, Carmina
quinetiã diuini pectoris eius Vociferantur & exponũt pręclara reperta: Vt vix humana videatur stirpe crea
tus. Auditor fuit Pytagoræ. Et pueruli qui primũ discunt concinnatas orationes earum verba nectunt, at
nesciunt quæ pronunciant. Oportet vt capta illorum insideant menti anteq̃ dicta calleant: ad quod tem-
poris fluxu opus est. Si copiosum lac in angustum vasis os, infuderis, parum vas capiet, at sensim immis-
sum totum recipitur. Sic de scientia tota simul tradita: vnde tempestatis curriculo opus est. Quare existi-
mandũ est q; vt histriones ac ludii poemata in scenicis ludis recitãt: haud secus incontinẽtes sentẽtias pro-
ferunt. Personati ludiones in scenis apud Romanos, Gręcosq; & vbiuis gentiũ reperiũtur. Itaq; est de in-
continẽti: q̃uis enim ore dicat, attamẽ in corde aliter sentit. Quando incontinens est in opere incontinen
tiæ, si interrogaretur forte recte responderet, sed hoc est a casu. Est enim prorsus distractus & ignarus eorũ
quę ore exprimit: ac puero & ludioni ludo scenico ludenti cõfertur. Sequitur in litera. Insup & hoc modo
quispiam. In processu scientię actiuę est duplex opinio, vna vniuersalis, vt pote oẽne dulce est gustandũ: alte
ra singularis quę per sensum deprehenditur, vt hoc est dulce, demonstrando vnũ. s. quorũuis singulariũ: vt
vinũ aruisium vel andegauẽse, vel hoc pomũ quale Adę oñsum est. Notitia intuitiua veritatẽ illius singu
laris haurimus: sicut in speculatiuis assentiendo maiori atq; minori conclusioni assentitur. Primo posterio-
rum cognitis maiore & minore simul tempore cognoscitur conclusio. Ita in actiuis. ex opinione vniuersa-
li in actu & singulari in actu necessario sequitur opus, vt posterius prius comitatur, vt pluuia nubem seclu
so obice: nõ q; semper inferatur cõclusio actiua: sed opus. Sequitur in litera. Cũ igitur vna quidẽ vniuersa-
lis. Nunc philosophus accedit ad solutionẽ vt intelligatur quomodo cõtinens operetur. Animaduersione
haud est indignũ q; de eadẽ re diuersę propositiones esse possunt, quę a non cõsiderantibus cõtrarie putan
tur, nullo tamen modo sunt cõtrarię: nec ignoro q; apprehẽsio vnius cõtrariorũ stat cũ assensu alterius. Nã
de aliquo dulci dicere valemus q; ipsum est turpe, & etiam voluptatẽ affert. Ponatur vna vniuersalis vetãs
gustare dulce, scilicet, Nullum dulce est gustandum. sit alia vniuersalis dictitans, omne dulce voluptatem af-
fert. annectatur hec singularis, hoc est dulce: tunc incontinens si cupiditas adsit illam singularem sub vni-
uersali affirmatiua collocabit: concathenatione quadam: vt omne dulce voluptatem affert: hoc est dulce: sta-
timq; incontinens concludit operando & exequẽdo secluso impedimento. Altera vniuersalis quę est nega-
tiua nullũ dulce est gustandũ, ab incõtinenti relinquit. Ordino iã literã. Cum igitur vna quidem vniuer-
salis, omne dulce voluptatẽ affert, & insuper hoc est dulce: hęc scilicet singularis cum patrocinio vniuersa-
lis & cupiditatis operatur. Illa quidem, recta ratio scilicet nullũ dulce est gustandum hoc fugere dicat, cupi-
ditas victrix organica membra mouet: quare fit vt a ratione hoc est discursu quodãmodo & opinione singu
lari incontinenter agatur: non tamen per se cõtrarie. Quia illa ratio recta: nullum dulce inordinate est gu-
standum: huic omne dulce voluptatem affert non contrariatur: nec vniuersali affirmatiuæ aut negatiuæ
singularis aduersatur, sed per accidens concupiscentia est rationi contraria, hominem ad oppositum recte
rationis ducens. Obiectas: superius dictum est contra scientiam vniuersalem actu & in particulari actu, non
Obiectio. potest quispiam operari, hic contrarium subinsinuat. Respondetur q; contra scientiam in vniuersali non
ligatam & opinionem particularem actu non potest aliquis operari, secus est quando vniuersalis scientia
Respõsio. obfuscatur, tum nullius vigoris est. Ex hoc auctarium infert. Quare bruta non sunt incontinentia.
Omnis enim incontinens habet notitiam vniuersalem: bruta non habent. Canis dominum in vrbe
Obiectio. amittens aut deserens domum repedat: proinde itineris & suæ domus est memoratiuus. Dicis q; canis
venaticus feram in biuio insequens vna via odore prehensa aliam carpit: proinde syllogisat. Itaq; proposi-
Solutio. tiones mentales format: sincathegoremata & vniuersalia. Dicimus q; in multis belluarum operationi-
bus videntur syllogismi: nihilo tamen minus rationis sunt immunes. Veruntamen aliquæ earum magis
ad rationem accedunt q̃ aliæ: & in nonnullis operationibus magis rationem præ se ferunt q̃ in aliis. In
proposito dico q; odoriferas species venatorius canis insequitur, quibus euanescentibus aliunde latrans im
petu naturæ ductus eas, hac illac inuestigat, demum eis offensis tramite recto fugientem feram perniciter

insequitur. Seqtur litera. Quomodo autē soluitur ignoratio. Incontinēs tēpore pturbationis est ignorās,
quo igit pacto sciētia illi redit. Illa dubitatio nō est huic pturbationi soli addicta: sed in dormiēte & temu
lento eadem perquisitio contingit: quā a naturalibus audire ęquū est, ne scientias permisceat, sed seriose &
succincte materiā persequatur, hoc insolutū relinquit. In temulentia vapores ad caput cōscendūt qui spiri
tus vitales & cerebrum perturbāt, quę sunt instrumenta quibus ratio vtitur: sic somnus est sensuum ner
uorūq; ligamentum, citra quos ratio est prorsus inops. Soluto vapore spiritus rursus meare auspicatur pu
rus & serenus: & fit instrumentum idoneum ad hoc vt intellectus suas operationes exerceat. Post hęc de-
clarat quomodo incontinēs dicatur sciens atq; nesciēs, duasq; habet propositiones scilicet vniuersalē & sin-
gularem: & hęc nouissima est rei sensibilis opinatio: eam autem quę est domina actuum in perturbatione
incontinēs nō habet, aut obnubilate illam possidet: vt sit illi irrita atq; inanis, nulliusq; energię: vt haben-
tem ad bonum instiget. Nō autem percipit se habere illam & si proferat illā voce, eius efficaciā haud pon-
derat: more illorum qui carmina Empedoclis commemorāt. Et quia in agendis extremus terminus nō est
vniuersalis, sed singularis: nec ad scientiam more vniuersalis attinet: scientia enim proprie dicta est vniuer
salium primo analecticorum. Euenit igitur quodammodo nō inepte q̄ Socrates percontabatur. Vniuersa-
lis est firma atq; perseuerans, qua pręsente non est perturbatio. Neq; ob passionem scientia distrahitur, sed
singularia & sensitiua quędam. Hactenus de sciente atq; non sciente, & quemadmodum cōtingat scientiam
incontinenter patrare tot a nobis dicta satis sunt. Ecce philosophū sibi similem: siue ab auspicio aliorū sen-
tentias refellere assueuit: deinde si quid boni dixerint id purgatum ad suam sententiam trahere, vt sua do-
ctrina testatior euadat.

¶ Dubitatur an aliquis potest assentiri maiori atq; minori perfecte, & actu inagibilibus: & cōtrauenire iu- Dubium.
dicio conclusionis per libertatem voluntatis. ¶ Affirmatiue respondetur. Pertrita enim est distinctio illa
magistralis: aliquod est peccatum ex infirmitate, quādo quispiam perturbatione victus perperam agit. Ali- Solutio.
quod ex ignoratione emergit: & tertiū quando quispiā ex industria, electione, & scienter male agit. Astipu-
latur deiloquus Lucas. 12. capite sui euangelii scribens. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non
facit, plagis vapulabit multis. Et Iacobus cap. 4. scribit. Scienti bonum facere & non faciēti peccatum est il-
li. Ratione idem patet: Multi enim peccāt cum proposito poenitendi de hoc quod agunt. Huius sententię
est August. super illum passum. Forte viuos deglutissent nos. Vbi ait viui absorbentur qui sciunt malum
esse & consentiunt. Idem super illud, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueū, qd est sciētes vitio consenti-
re. Ecce nouerunt muscipulā, & immittunt pedem. Et Aristoteles quinto capite tertii ethicorū ait. Actu-
um enim a principio vsq; ad finem domini sumus, habituum vero principii. Ad hoc sunt articuli ali-
quot parisienses bene stringentes. ¶ Contra istud argumentor sic. Prouerbiorum. 14. Errāt omnes qui ope
rantur malū. Et. 3. ethicorū, omnis malus est ignorans: videtur ergo contradicere huic Aristotelis literę. Ad Obiectio.
illud prouerbiorum dicitur q̄ illic est sermo de errore morum, hoc est de obliquitate affectus a gyro medii Responsio.
elongati. Ad authoritatem Aristotelis 3. ethicorum suo loco respondemus. Nunc autem superest au-
toritatem (gratia cuius in hanc dubitationē incidimus) euacuare. Plurifariam respondeo tum primo q̄ vo
luntas operatur si non impediatur: impeditur autem per efficax reluctamē voluntatis. 2. intelligit philoso
phus stante rationis vsu, perturbatio homini rationem nisi viriliter renitatur adimit, ita q̄ pecuino more
in capistro abducitur: et sic sequitur operatio, quia homo ignauia succumbit non vi intellectus aut eius iu-
dicii. sed ex voluntatis malitia. 3. sic Aristoteles loquitur de maiore vt est practica, cui voluntas consonat.
Vt si in periculo maris volo seruare vitam, & iudico hoc medium solum mihi relictum: eiicere meas arcas
aut merces in mare: naturaliter volitio extrudendi cōmunicatur. Et applica id ad Aristotelicū exēplū sic,
delectatio habet rationē finis & p se appetibilis a tali in agibilibus finis est principiū: itaq; cū efficaciter vult
delectationē cū hac muliere & censet hoc mediū solum relictū, de necessitate in illud mediū fertur. Ex nul-
la harū triū solutionū sequitur aliqua diaphania cū articulis parisiensibus aut libertate volūtatis. secūda via lo-
quitur de ratione adēpta. Prima & scda ratiōe facta omne dulce est gustandū, hoc est dulce, proinde hoc est
gustandum: capiendo gustandum vt tantū valet q̄tum gustabitur, & non dignū gustari: modo volens effi
caciter aliquem finem, sciens hoc esse medium ad illum finem, de necessitate operatur si nō prępediatur, tam-
etsi voluntas suum actum elicitū libere eliceat: illa volitio naturaliter actū exteriorē obice secluso producit:
& volitio finis cum notitia medii ad illum finem, mediū ponit si obex non ponatur. Dubitatur primo quo-
modo iudicia hęc cōtraria possunt in eodem subiecto simul coexistere: vt nullū dulce est gustandū, omne dul
ce est gustandum secūdo quomodo fuit hic discursus. Tertio an opus est hoc lēgo discursu, incontinenti Dubium. 4.
vt habeat duas maiores cum duabus aliis propositionibus.

¶ Quarto an cōcupiscentia ceteras potentias moueat. ¶ Respondetur ad primū q̄ iudicia cōtraria nequeunt Ad primū.
eidē subiecto simul inesse: quinimmo iudiciū intellectus de magnitudine solis, quū primū superuenit, iudiciū
sensus de solari paruitate extrudit. In proposito nostro de eadē re diuersa iudicia nullo modo cōtraria ad cō
trarium scopum tendētia insudāt. Mulier est speciosa, hoc pacto allectiua ad sui copulā. Ratio ex cōtrario syl
logisat: nullū inhonestū est patrandū: coire cū hac est inhonestū, itaq; nō est patrādum. Ecce discursum se-
cūdū rationē. Ex altera pte. Omnis speciosa foemina est cognoscēda: hęc est huiusmodi: igitur. Nulla est cōtra-
rietas inter has maiores. De singularibus propositionibus nō est q̄stio: illę enim nec inter se nec cū aliis pu-
gnāt. Iterū dico q̄ hę duę se mutuo cōpatiunt, nullū inhonestū est faciendū, aliquod inhonestū est facien-
dum, capiendo faciendum in negatiua pro illo quod est factu dignū: & in affirmatiua pro illo quod fiet.

¶ Ad secundū dicitur q̄ in ipso incontinenti si remorsus cōscientię insurgat etsi doctus extiterit est ciui- Ad secundū.
le dissidiū: sicut in auaro mercatore, finge mercatorē a depa neustrię in scotiam hiberna tēpestate nauigan-
tem: & q̄ inter nauigandum ingens tempestas oritur: flatus atq; nymbi vndiq; carinam agitant sic q̄

vnica est remedii spes ipsam carinã exonerare,cõfestim mercib⁹ quę sunt pciosę:hinc inde negociator discurrit:rimã elabẽdi quęrẽs ne fortunas suas improbo sudore acquisitas,amittat:tandẽ vitę cõsulẽs eas per foros suis manibus extrudit.Ita est in ipso incontinẽte,signãter nõ deiecto animo:honestũ prouocat eum ne in foedũ ruat,& deũ irritet,& famã denigret,passio stimulãs facit intellectũ inuenire sophismata pro illius inclinatione.

Ad tertium. Interdũ nõ est iste discursus mẽte sed iudiciũ sine discursu,vel simplex apprehẽsio. Ita q̧ appetitus sensitiuus ad delectabile inclinatus maiorẽ & conclusionẽ supplet,quicunq̧ sit syllogism⁹ ad partem inficiatoriã.

Ad quartum ❡ Ad quartũ an concupiscẽtia hominem ad inique agendũ moueat. Respondet̃ affirmatiue,apprehensum sub ratione boni voluntatẽ mouet ad persequendũ,quando quispiã pturbatur cẽset nonnihil esse bonũ quod alioqui malũ censeret,Danielis tertiodecimo.Concupiscẽtia subuertit cor tuũ.Cõmoto vehemẽter ad irã bonũ videtur non sic meritũ pulsare:cui hoc ipsum minime extra perturbationẽ videtur.Alludit Aristoteles secũdo rhetoricę inquiẽs.Nõ eadẽ videntur amãtibus & odientibus:neq̧ iratis & mãsuete se habẽtibus.Apud nostrates est pṽerbiũ.Ostẽde mihi virũ:& legẽ tibi ostẽdero,perinde acsi dicerent pro eadẽ materia leges oppositas adducã:Modo vnus sit amic⁹ alter vero inimicus.iii.ethicorũ .Qualiscũq̧ quisq̧ est talis sibi finis videtur.Aliter enĩ febricitãs atq̧ famelicus sanus de cibo assumpto iudicat: hic recte diiudicat,ille palato infecto putribus humoribus prorsus aberrat.Sic vitiorũ sentina madẽs maligne sententiã fert.Appetitui intellectiuo insitũ est appetitui sensitiuo condescẽdere nisi ad rationẽ ex aliis principiis sumptã recurrat.Et istud est appetitũ sensitiuũ intellectũ & voluntatẽ positiue mouere.Alio modo priuatiue mouet,quãdo & ipsa ratio a desiderio appetitus sensitiui obnubilatur atq̧ distrahit̃:& id rationis est:quandoquidẽ omnes potẽtię animę in vna animę essentia radicant̃.Anima quę est appetit⁹ intellectiuus est pars appetitus sensitiui:itaq̧ quãdo vna potẽtia in suo actu intenditur,alię a suis operationibus distrãhũtur.Vetus est diuerbiũ.Pluribus intẽtus minor est ad singula sensus.Potest perturbatio appetitus sensitiui sic inualescere q̧ rationẽ prorsus alienet:Interdũ citra culpã quãdo homo enormiter in capite percutitur:ebrius tamẽ cũ culpa sed siue hoc siue illud cõtingat more bellue tũc mouet̃ est mẽtis totaliter inops.attamẽ stante ratione potest insultũ passionis reprimere atq̧ domare:& ad hoc est obnoxi⁹. Sub te erit appetitus tuus:& tu dominaberis illius.Quocirca appetitus sensitiuus cõglutinatus volũtati suadere potest vt perperã agat.Iacobi tertio.Vnuquisq̧ temptatur a concupiscẽtia sua,abstractus & illectus. Verũ ipsa eum necessitare nequit.

Obiectio. ❡ Insultas,volũtas appetitũ sensitiuũ mouet primo ethicorũ:modo mouẽs nõ mouetur ab eo quod mouet,vt sit motio reciproca octauo physicorũ.

Repulsio. Respondetur q̧ volũtas appetitũ sensitiuum motu politico & nõ despotico mouet:nõ enim principat̃ illi more heri in seruũ, sed more principis in subditũ:cui plerunq̧ recalcitrat nisi homo obsistat,etiã in viris heroicis teste deiloquo Paulo ad Rom. septimo.Nõ enĩ quod volo bonũ hoc ago:sed quod odi malũ illud facio.Nõ enim potest volũtas agere quin appetitus sensitiuus insurgat:sed potest illi non consentire:& facere ne vllum sit peccatum.

Tract.IIII. Et lib. VII. Cap.IIII.

Voluptas.



Trum autẽ sit aliquis incõtinẽs absolute,an aliqua ex parte sint omnes:& si sit,in quibusnã sit,dicendũ deinceps est.Patet igit̃ continẽtes atq̧ constantes,& incõtinẽtes ac molles circa voluptates doloresq̧ versari.Quoniã autẽ eorũ quę voluptatẽ efficiũt alia sunt necessaria,alia per se quidẽ expetibilia sunt,exuperationẽ aũt habẽt:atq̧ necessaria quidẽ dico,q̃ ad ipsum pertinẽt corp⁹:alimentũ inq̃,veneris vsum,& huiusmodi cętera:circa quę temperantiã intẽperantiãq̧ posuim⁹.Nõ necessaria vero:p se autẽ expetibilia victoriã honorẽ diuitias:& q̃ sunt similis generis:quę bona sunt,& delectãt.Eos quidẽ qui in his praeter rectã rationẽ q̃ est in ipsis,exuperãt absolute quidẽ incõtinẽtes nõ dicimus:sed hęc addẽtes,pecuniarũ incõtinentes,& lucri,& honoris,& irę dicim⁹:vt diuersos & similitudine nomẽ idem habẽtes,vt homo qui ludo in olympico vicit.Cõmunis enĩ ratio parũ ab illius ratione propria differebat.Attamẽ erat diuersa:atq̧ huius signũ est illud. Nã incontinẽtia quidẽ nõ solum vt delictũ sed etiã vt quoddã aut simpliciter,aut aliqua ex parte vitiũ vituperatur.At horũ nemo,Eorũ autẽ qui circa corporis voluptates versant̃,in quibus tẽperantem intemperantẽq̧ ponim⁹,qui nõ eligẽdo,sed pręter electionẽ ac mentẽ efficientiũ qdem voluptatẽ exuperationes persequit̃,dolorẽ autẽ inferentiũ fugit:famis,sitis,aestus,frigoris: & omniũ quę ad tactũ gustũq̧ ptinẽt:is nõ additione circa hęc inquã(vt circa irã)sed absolute solũ incõtinẽs dicit̃.

Incõtinẽs simpliciter. Cui⁹ hoc indiciũ est:circa nãq̧ has voluptates & nõ circa vllã illarũ intẽperantes dicunt̃.Et ppterea in eodẽ incõtinentẽ ponimus & intẽperantẽ:& cõtinentẽ ac tẽperantẽ.Sed illorũ neminẽ q̧ circa voluptates easdẽ quodãmodo doloresq̧ versant̃.Atq̧ sunt quidẽ hi circa hęc eadẽ sed nõ eodẽ modo:sed illi quidẽ eligũt: hi vero non eligũt:Quapropter poti⁹ eũ intẽperantẽ dixerimus qui non cupiens:aut remisse etiã exuperationes voluptatũ psequit̃:ac mediocres fugit dolores:q̃ hunc qui ob vehemẽtes cupiditates eadẽ agit.

Intemperãs. Quid enĩ faceret ille si cupiditas adueniret ingẽs,& circa rerũ necessariarum

Incõtinentes secũdũ quid.

indigentiā vehemēs dolor. Cum autē cupiditatū ac voluptatū alię genere sint honestæ studiosęq;: alię nō sint (eorū enim quę voluptatē efficiūt, quędā expetibilia sunt natura: quædam hisce cōtraria: quędā media: quēadmodū prius distinximus: vt pecunię, lucri, honor, victoria) in omnibus talib9 atq; mediis ex eo vituperantur homines, qa his afficiūtur, hæc cupiūt atq; amāt: sed ob modū, & quia exuperāt. Quapropter qui pręter rationē: aut vincuntur, aut sequūtur quippiam eorū quę natura sunt honesta & bona, non laudantur: vt ii qui circa honorē magis q̄ oporteat student: aut erga filios, & parētes. Etenim bona sunt hęc: & laudātur qui circa hęc student. Attamē est & in iis exuperatio quędā: si quispiā (vt Niobe) & aduersus deos cōtenderet: aut sic erga patrē efficeretur: vt Satyrus ille qui patris amator appellabatur. insanire nanq; nimiū videbatur. Circa igitur hęc nulla est grauitas: propterea q; vnuūquodq; per se (vt diximus) natura est expetibile. exuperationes tamē ipsorū improbę sunt ac fugiēdę. Similiter nec incontinētia. Etenim incōtinentia non solū est fugienda, sed etiā vituperāda. Ob ꝑturbationis aūt similitudinē adiungētes singula incōtinentiam circa vnūquodq; dicūt: vt malum medicū, aut malū histrionē, quē absolute nō dicerēt malū. Vtitur neq; hic absolute dicit malus, quia nō est vitiū quicq̄ ipsorū: sed rationū cōparatione simile: sic & illic solā existimādum est incōtinentiā & continentiā esse quæ in iis est circa quę temperātia intemperātiaq; versatur: circa autē iram per similitudinē dicimus. Quapropter & ipsam addentes: incōtinentem dicimus irę quēadmodū & honoris & lucri.

Vtrū autē sit aliquis incontinēs absolute & sine addito: an aliqua ex parte sint omnes incontinentes, aliqua ex parte, cum addito & appositione: vt incontinens irę, incontinēs lucri. Et si quispiā sit absolute incōtinēs circa quā materiā hoc est circa qualia sit incōtinēs: deinceps est notificandū. Manifestū autē est cōtinētes atq; cōstātes, & incōtinētes ac molles circā voluptates atq; dolores insudare. deinde delectabiliū distractionē trimembrē subdit vt per illā dignoscat circa q̄ oblectamēta sint continētia ac incōtinētia simpliciter dictę: & circa q̄ sunt cōtinētia ac incōtinētia, trāslatitię: diuisio est hęc eorū q̄ voluptatē efficiunt: quędā eñ sunt necessaria, quędā p se expetēda. Quādo sunt in cācellis medii inclusa, nō qñ excessum habēt. Necessaria sunt illa q̄ ad corp9 ptinēt, qualia sunt alimēta. Sub alimētis & ęsculēta & poculēta cōplectit. Tāetsi aūt dicit q; aqua nō est pot9 primo priorū: pleriq; tñ mera aqua vitā bene transigūt. Item veneris vsus cū cōiuge est necessari9 ꝑ generis humani cōtinuatione: & alia huiusmodi ad corpus spectātia vt vestitus, ędiū habitatio: & similia. Ecce necessaria tā ad indiuiduū q̄ ad speciē. Non necessaria p se tñ expetibilia sunt, honor, opes, & q̄ sunt similis generis. Diuitię eñ sunt materia liberalitatis, misericordię, magnificētię, & talium. Sunt eñ propter aliud pecunię: tāetsi quandā pulchritudinē habēt, & sic propter se appetunt. Quēadmodū torquis aure9 & pulcher equ9, bellus canis atq; celer, placid9 psittacus. Nosti ex primo ethicorū aliqua experi propter se & aliqua ꝓpter aliud. Istis prelibatis, subdit vnā cōclusionē, quę est hęc. Circa delectabilia non necessaria nō vocātur homines incōtinētes simpliciter, sed cū addito, vt incōtinentes irę atq; lucri: & idem nomē translatitię habētes. Nulla aūt est illatio. Aiax Thelamonius est incōtinēs irę: ergo est incontinens. A dicto secundū qd ad dictū simpliciter procedit. Vt homo qui olympico ludo vicit parū differre videtur a cōmuni ratione hominis: nā per superadditā determinationē, scilicet vicit in olympo, discrepat. Alia enim est ratio qua est homo, & qua vicit in olympo. Sicq; est alia ratio incōtinētis qua incōtinēs est simpliciter, & alia qua incōtinēs scdm qd. Olympiadis spaciū qnquēnii cōplectebat: ab olympiadib9 sua tempora Gręci supputarūt, vt vigesimę olympiadis anno primo, secūdove. Prope olympiā vrbē gymnicū illud certamē fiebat. Est ea vrbs inter Ossam & olympū mōtes sita. Probatio cōclusionis prefatę patet. Talis nō vituperat vt vitiū malitia & foeditas: & nō vt delictū & paru9 excessus e medio. Voluptates obscoenę tactus ac gustus sunt exprobabiles tertio ethicorū. Ac incōtinētia vituperat vt malitia. Ac horū incōtinentiū cū addito, nemo vituperat vt talis viciosus. Iam ponit alia cōclusio siue dictū prosequēs. Excessiuas voluptates ac oppositos dolores fingēs circa quos sunt tēperantia & intemperātia sunt incōtinētes simpliciter & citra adiectum. Ecce literam pene de se perspicuam. Eorum qui circa corporis voluptatem versantur, in quibus temperātē intēperantēq; locamus, ille qui nō eligendo, sed pręter electionē ac mentē, quia cū sensu & cōtra intellect9 dictamē & quę sequūtur. Pręter electionē atq; mentem incōtinēs oblectamentū prosequit. Mens eius resistit, & illū cōtinere instigat: verū sua socordia se a cupiditate duci permitit: voluntas pro sua virili non obsistit: ideo pręter voluntatē ac mentē incōcessum opus patrare dicitur, dolores fugit, vtpote famē, sitim, ęstū, rigorē & cetera id genus, quę ad tactū gustūq; attinēt. Talis nō fert incōtinēs cū addito vt irę: verum absolute incōtinēs dicit: cuius hoc est argumētū: quia circa hasce voluptates necessarias & nō circa vllā illarū puta cupiditatū nō necessariarū intēperantes ferūtur. Quocirca in eodē hoc est circa eandē materiā incontinentē cum intēperāte collocamus: hoc est circa idē: & similiter de cōtinēte & tēperato dicim9 talem, quia circa eosdem dolores & voluptates quodāmodo versantur. Sequit in litera. Atq; sunt quidā. Ne ob supradicta videatur intemperans ac incontinens simpliciter conspirare hinc subdit: licet circa eandem materiam desudāt differentiasq; in hoc ostendit. Illi enim inter sese discrepant, quorū alter eligēs, alter non eligens operatur. At intemperans eligens operatur, incontinens non eligens. Subdit, Quapropter potius eum intemperatū in gradu dicimus qui facile ac paruo reluctamine parū cōcupiscens excessum voluptatū sequit: q̄ qui vehementibus cupiditatibus stimulatus cū eisdē voluptatibus exuperat. Quid eñ faceret ille

alem, aut insaniam, ii sunt morbosi: fieri autem potest vt horum aliqua quispiam interdum habeat tm̄, sed non superetur: vt si Phalaris puerum percutiens comedere sese retineret, aut ab nefanda libidine abstineret. Fit etiam vt non solum habeat, verum etiam superetur. Vt igitur & prauitatum ea quidem quæ est humana absolute dicitur prauitas, alia vero cum additione (feralis inq̄ aut ex morbo) & non absolute: sic & incontinentia alia est feralis, aliā ex morbo. Absolute autem ea est sola quæ intemperantię humanæ non egreditur fines. Perspicuum igitur est incontinentiam & continentiam in iis esse duntaxat, circa quæ intemperantia, temperantiaq; versatur: & in cæteris speciem aliam incontinętię esse quę quidem non absolute, sed per translationem incontinentia dici solet.

CVM autem quędam &c. Prima conclusio huius capitis est. Circa voluptates non naturales incontinentia simpliciter minime existit: sed bene incontinentia secūdum metaphoram. Pro huius conclusionis probatione vnā diuisionē delectabiliū ponit inquiens. Quędā suapte natura voluptatē efficiūt: quorū alia omnibus animalibus conueniūt, vt panis quo etiā feles vel murilegus fame adactus vtitur: A qua etiā gliribus, felibus, auib⁹ & oib⁹ gressibilib⁹ cōuenit. Quędā vero sunt quę voluptatē afferūt secundū gn̄a animaliū: quia vnū genus animaliū vnū genus alimēti delectat, vt ordeū ipsum equū. In Iudea eīn ac Italia equi ordeo pascūtur: alibi etiā auenā, foenū & similia amāt. Carnes crudę leonē delectāt. Nonnulli hoies ranūculos & testitudines atq; boletos pratēses comedūt, vt in deliciis habēt: & tamē boletos seu fungos, ranas, testudines, Britāni abhorrēt. Talpa terrā rodit. Quidā pręter naturā voluptatem capiūt, & circa hoc triplex gen⁹ hominū ponit. Alia eīn illos ob morbos delectare possunt, quędā ob cōsuetudinem, qua teneris ab annis educanť & assuetudo in naturā conuertitiť: quędā ob flagitiosam naturā atq; puersam delectāt. Et pręfatis delectabilibus similes habitus respondēt. Ita q̧ sunt quidā habitus homini naturales: quidam vero innaturales. Exemplariter enucleat singulares differentias delectabiliū nō naturaliū: & primo de his quę sunt delectabilia ob peruersam hominū habitudinē: isti sunt quodāmodo ferales, qa bestiis peruersa habitudine conferuntur ceu de lamia muliere perhibēt, quę pręgnantiū viscera rescidit infantesq; esitauit. ab hac muliere similes lamias appellant. Simile de efferatis gentibus ponti accolis tradunt. Eśedonas humanis carnib⁹ comedētes in extremis oris habitant scythiam: anthropophagos vocāt. Alii propinquos suos in epulorū ac viscerationū celebritatibus manducāt. Cadauera laniata pecorū viscerib⁹ immixta edūt obsonādo hęc delectabiliter deuorāt. Diomedes Thraci⁹ & Busiris equos humana carne pauerūt, & de Phalaride agrigētino dicitur q̧ exquisitissimis cruciatibus non contētus æneo tauro vtebatur, quo miseri mortales inclusi boum mugitus effingerent: cuius meminit Ouidius canens. Et Phalaris tauro violenti mēbra perilli, Torruit, infelix imbuit auctor opus. Merito sane illū cruciatū crudelis artifex pertulit primusq; eiusq; dirītas egregie est repressa. Perillus fuit faber Atheniensis qui ęneū taurum fabrefecit in quo alii occiderētur quē phalaris in tauro primum occidit. At hi habitus sunt ferales quos ob morbos & insaniā incurrūt: vt is qui matrē occidit & comedit, & is qui conserui sui iecur siue hepar esitauit. Quidam hos efferatos appetitus & habitus ex morbo habēt, alii vero consimiles ex consuetudine a puero & teneris annis imbibūt, vt pilos villicare aliquorū mos est & signāter mulierū si profunde tristētur, capillos euellere conātur, alii vngues disrumpūt, aliqui carbones edūt vt impręgnatę ob detentū mestruū cuius fumi caput replent. In super venereorū habitus circa mares, scelus propemodū est infandū insana libido de Pasiphae Phedra, Semiramide & similib⁹ cōsulto tacuit. Huiusmodi.n. scelera acrē foedāt, aliis q̄ a praua natura, aliis ex praua cōsuetudine contingūt vt iis q a pueritia talibus assuescūt. His pnarratis suam conclusionē roborat. primo sic. Illi in quibus naturalis habitudo est causa pdictorum non sunt incontinētes. hoc declarat similitudine. Nemo eīn dixerit mulieres incontinētes, qa gn̄ationis opus nō agūt, sed patiunť: passiue eīn materiā ad plis gn̄ationē ministrāt. & nō actiue, vt sextodecimo de aīalibus scribit, hoc eis natura puidente cōtingit. Neq; similiter eos incōtinētes dicimus q ob cōsuetudinē & morbos talia faciūt, qa hi nō habēt rationē quę nata est cupiditates reprimere. Proinde nō veniūt dicēdi cōtinētes aut incontinētes. Scdo eandē cōclusionē sic probat. Incontinētia simpliciter est malitia humana, sicut & intēperātia: & est circa delectabilia scd̄m naturā humanā. ac delectabilia cōtra naturā nō sunt delectabilia scd̄m naturā humanā. Maiorē psup ponit notā. Minorē i litera ponit inquiens igiť singula horū habere hoc ē delectatiōes cōtra naturā ex ęgritudine aut vsu extra fines est vicii: quēdamodū & ipsa feritas. Deīde dicit q̧ qn̄ qspiā habet huiusmodi insultū cōtra naturā & ipm vincit, nō diciť cōtinēs simpliciter, aut si vincať, nō diciť incōtinēs simpliciter, sed trāslatitie: sicut superi⁹ de incōtinētia irę loquuti sum⁹: talis dicēdus est incontinēs cū affectu, vt icōtinēs irę & nō incōtinēs absolute. Deīde ponit aliā cōclusionē m q̄ mōstrat excessum extra latitudinē humanitatis inuenire posse circa vitia omnib⁹ virtutib⁹ cōtraria: & p cōsequēs circa totā materiā moralē pōt esse malitiæ exuperatio. Hāc cōclusionē elucidatiōe exēplari reserat. Primo tamē ait: oīne vitiū exuperās vt amētia & timiditas, & intēperātia & acerbitas siue crudelitas, & ita scd̄m alias malitias: aut feralis est, aut ex morbo, siue bestialis cōsuetudinis. Ponit exēpla, nā q talis est natura, vt vniuersa pertimescat, etiā si sorex obstrepuerit, is est timidus timiditate ferali: quidā erat q ob morbū, muscipulā hoc est muris tēdiculā timebat. sunt eīn qdam amentiū ratione vacātiū, qui solo sensu more brutorū degūt, tales vbilibet inueniuntur & hi qdē immanes sunt, quales sunt aliquę nationes longe habitantiū Barbarorū. sunt qui crudelia ob morbos tentant vt ob morbū comitialē aut insaniā, quē morbū epilepsiā physici dicūt. Ex his liquet q̧ feritas siue bestialitas q̄ virtuti heroicę opponiť pōt esse circa oīa vitia moralib⁹ virtutibus opposita. Pōt eīn aliq̄ timiditas esse feralis similiter audacia intemperantia, & sic de aliis, & per consequens virtus heroica potest esse in qua-

libet specie virtutis moralis vt heroica fortitudo martyrum:heroica temperantia Ioãnis Zacharię. Pauli primi anachoritę & Antonii:& sic de prudentia. Et per oppositum de imprudentia vt exemplificauit, vt parum prudentię habendo, aut nihil sit homo stolidus:& hęc feritas est sine peccato.

¶Post hæc dicit q circa alia delectabilia est continentia & incontinentia similitudinarie dicta. Patet, quilibet victus a praua cupiditate est incõtinens simpliciter vel trãslatitie & in qd secdm qd:sed circa pdicta delectabilia aliqui sunt tales igitur. Minorem explanat dicens:in vsu interdum esse nos habere fortem cupiditatem & non vinci, vt si phalaris cuperet aut puerum mandere aut eo contra naturam abuti, & tamen ab vtroq abstineret. Cõtingit etiam non solum talem habere cupiditatem sed etiam succũbere: huius est incontinentia similitudinaria, illius vero continentia metaphorica. Vt igitur prauitatum ea quę est humana, simpliciter dicitur prauitas.& sic maliciatalia vero dicitur cum addito, vt feralis aut ex morbo & non absolute:sic & incontinentia alia feralis, alia ex morbo dicitur:& ea absolute incontinentia a philosophis dicitur, quę voluptatum humanarum cancellos nõ egreditur. Ac iam perspicuũ euasit simpliciter continentiam ac incontinentiam in illis solum inueniri posse:circa quę temperãtia & intemperantia insudat: & in reliquis alium continentię modum aliamq speciem esse quę non simpliciter incontinentia sed translatitie incontinentia dicitur.

Dubiũ, Solutio. ¶Dubitatur an incontinentia per assuefactionem sit deterior incontinentia per naturam. Affirmatiue respõdetur: quia liberius acquiritur. Multo enim liberior est impulsus consuetudinis q̃ impulsus naturę.

Dub. 2. Solutio. ¶Ambigitur secundo an timens sonum murium potest effici sic animosus & viriliter vt cum hoste manum conserat. Constructiue respondemus:si sit capax rationis. Recta enim ratio vel erronea potest illi dictare cum tali esse congrediendum:quęro tunc an voluntas potest se tali iudicio conformare an non: si secundum non est libera:si primum habetur propositum:& potest se tali actu & actibus habituare, fateor, tamen q est illi difficilius q̃ illi qui est bellicosus a natura. Nihilo tamen minus licet ita meticulosus fuerit vt vmbram suam timere dicatur, potest in oppositum se habituare ac in virum fortem euadere.

Dub. 3. Solutio. ¶Dubitatur tertio quomodo amentes terram manducent aut stramina. Milites enim cęsariani in necessitate herbas insuetas manducari comederũt tempore belli ciuilis. Dico q boues fœno & straminibus aluntur, si in necessitate hæc hominibus signanter dementibus porrigantur illos alerent, furẽtes cum pecoribus in sensu conueniunt:rationis sunt immunes, sic & in alimento.

Tract. I. Cap. VI. Lib. VII. Cap. VI.

Ira.



POst hæc autem & minus esse turpem irę, q̃ cupiditatum incontinentiam ostendamus. Ira nanq aliqua ex parte & non perfecte rationem audire videtur:perinde atq veloces ministri, qui quidem antea q̃ totum id audierint quod dicitur, excurrunt:deinde in agendo aberrant. Canes etiam anteq̃ considerent, si sit amicus:si tantum pulsauerit ostium, latrant. Sic & ira propter caliditatem celeritatemq naturæ, audita quidem ratione, non pręcepto autem audito, ad ipsam properat vltionem. Ratio nanq vel imaginatio contumeliam, aut paruipensionem esse ostendit. Illa autem ac si ratiocinatione facta cõcluserit, oportet tali bellum inferre, statim insurgit. At cupiditas, si solum dixerit ratio aut sensus hoc afferre voluptatem:pergit ad fruẽdum. Quare ira quidem sequitur quodammodo rationem: cupiditas autem non sequitur: turpior igitur est. Nam incontinens quidem irę, a ratione quodammodo quidem vincitur. Cupiditatis autem non a ratione sed cupiditate. Præterea magis est ignoscendum, si quispiam naturales appetitiones sequatur. Quippe cum & cupiditates tales sequenti, quæ sunt omnibus communes, & quo ad communes sunt, venia magis detur. At ira atq acerbitas magis est naturalis, q̃ eæ cupiditates quæ exuperant, quæ non sunt necessariæ. Vt qui se excusabat q patrem pulsaret, & hic enĩ, dixit, suum patrem pulsabat & ille suum:& hic etiã (ostenso puero) cum vir fuerit, me pulsabit:est enim nobis gentile. Et qui trahebatur a filio:sistere iubebat in ostio:& se enim patrem eousq traxisse dicebat. Præterea iniusti magis sunt ii qui magis occulte procedunt

Cupiditas turpior ira.

ac insidias faciunt. Iracundus igitur non insidias facit, nec ira, sed est manifesta. Cupiditas autem contra quemadmodum venerem aiunt. Nam ipsam dolos nectere dicunt, & Homerus baltheum ipsi tribuit in quo fraudem etiam inesse dicit.

Baltheus veneris.

Fraus quoq inest:quę prudentem persæpe fefellit.

Quare si cupiditas magis sit iniusta q̃ ira:& incontinentia quę est circa ipsam, turpior erit ea quæ est circa iram:& absolute incontinentia: atq quodammodo vitium. Insuper nemo vtitur libidine dolens:sed qui facit per iram, dolens omnis facit qui vero exequitur libidinem, id facit cum voluptate. Sic igitur ea sunt magis iniusta quibus irasci magis iustum. Et incontinẽtia profecto quę fit ob cupiditatẽ, magis erit iniusta:nõ est enim in ira libido.

Incontinentiã igitur circa cupiditates, turpiorem esse incontinẽtia circa iram:& continẽtiam atq; incontinentiam circa corporis cupiditates voluptatesq; versari: ex iis quæ diximus perspicuũ iam euasit. Harũ autẽ ipsarum differentiæ sunt sumẽdę: Nam (vt ab initio diximus) alię sunt humanæ ac naturalis & genere & magnitudine, aliæ ferales, aliæ ob labefactatũ principiũ atq; morbos emergũt. Circa autẽ harũ tãtũmodo primas, temperantia intemperãtiaq; versatur. Quapropter & feras nec temperatas nec intẽperatas, nisi per translationem, dicimus, & si quod omnino aliud genus animaliũ ab alio differt petulãtia coitu voracitateq;. Non enim habent electionem nec rationem, sed dimotę sunt a natura, perinde atq; homines ii qui sunt mente capti atq; insani. Feritas autẽ minus est malum q̃ vitium sed terribilius est. Non enim corruptũ est id quod est optimũ, vt in homine: sed nõ habet. Fit igitur perinde atq; si quispiã inanimatũ cũ animo compararet verũ sit peius. Semper enim prauitas eius quod nõ habet principiũ minus nocere potest. At mens principium. Perinde est igitur atq; si quispiã in iustitiã ad iniustũ hominẽ compararet: est enim vtrũq; aliquo modo peius. Homo nãq; malus milies plura mala, q̃ fera facere potest.

Feritas.

POst hæc autẽ &c. Superius Aristoteles distinxit incontinẽtiã in incõtinentiã simpliciter & in incõtinentiã cũ cauda adiecta, obiectũq; vtriusq; posuit:& de immanitate loquutus est. Nũc vero incõtinẽtiã simpliciter dictã, incõtinẽtię secũdũ quid. s. irę cõfert. Et bifariã hoc caput distrahitur. In priore parte illas incõtinẽtias cõparat & inuestigat vtra sit altera deterior. In posteriore vitiũ humanũ immanitati cõparat. Et primo hanc cõclusionẽ ponit. Incontinẽtia irę est minus turpis q̃ incõtinẽtia cupiditatis. Hanc cõclusionẽ quadrifariã probat. Primo sic in valore. Illa incontinẽtia est magis turpis quę minus rationẽ insequitur: at sic est de libidine respectu iræ. Ira enim aliqua ex pte rationẽ audit: perturbatio libidinis cũ accẽditur opportunitate data statim in obiecti prosequotionẽ fertur, igitur. Accedo literã. Quia ira rationẽ aliquo modo audit, hoc est principiũ rationis, q̃uis imperfecte dictat q; iniuriator pro sua paruipẽsione est puniẽdus: sed in ratione nõ persistit, haud secus q̃ pręcipites famuli qui priusq̃ totũ quod illis pręcipit̃ percipiãt excurrũt, & subinde in agẽdo delirãt, sicut canes qui priusq̃ cõsiderant an inimicus, an amicus sit qui obstrepuerit & fores percusserit, allatrant. Ita quoq; & ira ob velocitatẽ & naturæ feruorẽ ratione audita ac mãdato non percepto, hoc est suasione rationis nõdũ cõpleta, ad vindictã properat. Ratio ẽm aut imaginatio irę contumeliã, maledictũ, siue cõuiciũ aut paruipẽsionẽ mõstrat:& illa statim acsi ratione cõcluserit huic iniurianti repugnãdũ esse censet, belliũq; inferẽdũ:& protinus insurgit. Adiecit cõsulto vel imaginatio. Ex sola enim imaginatiua sine rationis colore crebriter paruipẽsionẽ sibi illatã imperite capit: quocirca alios & se plerũq; vexat. Temperet ergo cholericus sese & demũ mititatis & lenitatis habitũ ex actibus genitũ cholerę occurrẽtẽ aggenerabit. Cupidus cũ per sensum nũciat̃ aliquid esse delectabile protinus sine ratione id prosequit̃. Incõtinens igit̃ iræ quodãmodo a ratione vincit̃: nã ob calorẽ & siccitatẽ celeriter procedit. Incõtinẽs cupiditatis nõ a ratione sed a cupiditate superat̃. Ex illo capit̃ hoc aliud medium. Turpius est a cupiditate q̃ a ratione vinci. Iracũdus quodãmodo a ratione vincitur, & alter a libidine superat̃, abstractus & illectus, vt Iacobus in sua canonica capite primo, ait. Secũdo, illi magis ignoscendũ est, qui naturales appetitiones sequat̃: at ira est affectus naturalior, hęreditarie procedẽs, difficiliorq; ad superãdũ q̃ cupiditates excessiuę & nõ necessarię. Cupiditas alimẽti est necessaria, alia est huiꝰ esculenti, demõstrã 'o perdices aut similia delicata, de illis enim intelligit. Ergo aliquid est naturalius in genere sumptũ, vt cupiditas q̃ ira, sed cupiditas excessiua est minꝰ naturalis q̃ ira. Igitur incõtinẽtia iræ est minus turpis q̃ incõtinẽtia cupiditatũ. Maior pater, quia cupiditatibus quãto sunt vulgatiores tanto magis ignoscimos. Illud autẽ nõ cõtingit nisi q; cõmuniores sunt naturaliores. Minorẽ duobus exẽplis referat. Prius est. Quidã patris percussor sese in hoc excusabat inquiẽs: Nã ipse, inquit patrẽ suũ pulsauit, & ille item suũ:& puerũ ostẽdẽs inquit, & hic cũ vir fuerit suũ pulsabit. Sistere mãdauit filiũ se trahentẽ p capillos ante ianuã, nã & ipse patrẽ suũ eo vsq; tractũ fuisse dicebat. Tertio, illa incõtinẽtia est turpior quæ magis occulte procedit & insidias molitur, q̃ illa quę aperte inuadit. Hinc grãde scelus est hominẽ a tergo ferire, & multo grauius ppter opportunitatẽ toxicũ in cibum propinare. Ira palam procedit, libido clanculũ, ergo magis iniuste. Quẽadmodũ venerẽ aiũt dolosam idolos enim ipsa Venus nectit. Et Homerus vates baltheum Veneri tribuit. Baltheus est zona bullis ornata qualẽ Hector Aiaci dedit. Extrinsecus redimita, intrinsecus vero mortua est caro. Exordiũ veneris blandum, progressus autẽ fœdus calamitosusq; est, extrema illius gaudij luctus occupat. Ea propter in eius baltheo Homerus fraudẽ inesse ait. inquit ẽm vt Argyropilus trãstulit. Fraus quoq; inest, adimens longe mẽtẽ sapienti. Quare si libido magis sit iniusta q̃ ira & incõtinẽtia, quæ est circa illam, fœdior erit ea quæ est circa iram. Illa est absolute incõtinẽtia. Hęc cũ addito solum, & sic quodãmodo est vitiũ. Ira autẽ nõ est sic vitiũ. Quarto, omnis peccãs cũ voluptate plus peccat q̃ peccãs cũ tristitia: at incõtinẽtia p cõcupiscentiã cũ oblectamẽto fit, incõtinẽtia irę cũ dolore: nemo ẽm vtitur procacitate & libidine dolens, nisi doleat tãq̃ de malefacto vt de scelere p pœnitudinem satisfaciat, & hoc cõuenit viro respectu cuiuslibet peccati: sed displicẽtiã capiti iracũdus de paruipẽsione sibi illata: licet ira tumidus, imprudẽs oblectet̃ in vltione. Si ergo ea magis iniusta sunt quibus. i. in quę irasci est ma-

gis iustū, voluptatis incōtinētia magis iniusta erit, quia perperā cū voluptate operat: at in ira non est voluptas vt palā est: ergo circa cupiditates incōtinētiā fœdiorē esse q̄ circa irā oportet. Et ex his quæ crebriter dicta sunt, patet incōtinentiā simpliciter circa corporis illecebras versari. Ac voluptatū differentiæ hic parumper sunt sumendæ. Ab huiusce determinationis exordio dictum est illarū quasdā esse humanas ac naturales genere quodam & magnitudine genere, vt carnes, pisces, panes, & cætera quæ pene omnia animalia comedunt: magnitudine certam mensurā ascendēdo descēdēdoq;: quasdā vero ferales: quarum quędā ob lęsum tum habitudinis tum rationis principiū euenisse: quædam ob morbos, quędā ob consuetudinē. Circa harū triū primas hoc est circa humanas, temperātia & intemperātia versantur. Hinc quoq; euenit vt neq; bellnas temperatas, neq; intemperatas esse, quia nō habent humanas & naturales voluptates, nisi metaphorice dicamus, comparādo vnū genus animalium ad aliud, vt quomodo vnū genus animaliom ab alio differt petulantia contumelia coitu ac voracitate. Nam porcus vorax salax caper & carniuorus lupus, sunt intemperati cōparatiue. Hoc est excercent venerea. Aries rarenter. Item canis & lupus sunt voraces respectu aliorum, neq; electionem neq; rationem habēt, sed a natura electione sana & ratione priuati sunt totaliter, sicut homines amētes. Nullus autē homo discedit a rationalitate secūdum actum primū, hoc est animā: homo enim non potest esse animal brutum. Nabuchodonosor nō factus est bos re ipsa, nec vxor Loth statua salis. quę tamen vere conuersa est in effigiem salis, hoc est sapientiæ: docens parere superiori mandāti sicut sacra lectio biblıaca indicat. Demens tamen a vita humana per actum secūdū exorbitat, primo Metaphysicę: Hominū genus arte & ratione viuit: ferę sensu, imaginatione memoriaq; Sępi⁹ oratores & legistę per genus speciem vel specialissimam intelligunt. Post hæc ponit vnam cōclusionem hypotheticam quę est hæc. Animalium brutorū feritas minus malum est q̄ hominū, sed terribilius quiddam. Sicut theologi de peccato carnis collatiue ad spiritualia vitia dicūt q̄ minoris sunt culpæ maioris tamen infamiæ. Quadrifariam priorem partem conclusionis probat. Primo sic. Omnis prauitas hominis intellectum extinctum habentis, est minus imputabilis q̄ intellectum habentis non penitus extinctum sed deprauatum: at feritas est malitia hominis habentis intellectum extinctum quātum ad regimen & vsum: humana autem malitia habet solum intellectū deprauatum. Nō enim corruptum est id quod est optimū puta intellectus vt in homine: sed homo bestialis non habet intellectum quoad vsum, sic autem vt cum vitijs feritas confertur, perinde fit ac si quis inanimatum cum animato comparet, vtrum sit peios. Bestialem inanimatum deputat quoad animæ vsum: ac si diceret opus inanimati est minus malum q̄ opus animati in malum tendentis, at bestialis est inanimatus: igitur. Et hic virtualiter tangitur alia ratio conclusionis probatiua. Semper enim prauitas eius quod non habet principium minus nocere potest. Per principiom intellectum intelligit: quia sine actu intellectus, actus voluntatis dimouetur. Virtualiter hic secūda ratio tangitur. Tertia ratio talis est. Malitia hominis si qua sit hominis nō habētis principiū humanorū actuū est innocētior q̄ habentis: at feritas est malitia nō habentis principiū: humana vero malitia habet principiū: igitur. Quarta ratio: dū confertur vitio feritas perinde est atq; si quispiā iniustitiam ad hominē iniustum comparet: at iniustitia est malum minus imputabile q̄ homo iniustus. Iniustitia enim per se sumpta tm̄ appetitus peruersitatē includit: sic feritas quia de intellectu nihil prorsus habet ad sensum anta dictum, attamen opus facit, appetitum tāq̄ feralem habet: iniustus intellectum & appetitum habet. Homo nāq; malus, plura damna potest facere q̄ ipsa fera de pernicioso viro si ingeniū habeat prōptū est. Recte enim dicitur, gladius est in furioso, vtrūq; tamen est aliquo modo peius, supple altero. Hic cōsuetudine scilicet intēperatus: hęc scilicet feritas natura. Licet omnes animæ pares fuerint quoad substantiam, tamen corporis dispositio non parum ad intellectus acrimoniam facit. Molles carne sunt apta mente & cholerici iræ incontinentes, sunt ad literas promptissimi. Hinc vulgo dicitur: talis furorem habet poeticum, quia talis ad sublimia est aptior.

Dubium cū tribus argumentis.

¶Circa hoc caput dubitatur. Dictū est q̄ est cōtinētia iræ q̄ cupiditatis est minus mala. Oppositum probatur tripliciter. Primo, difficilius est resistere concupiscētiæ q̄ irę, ex secūdo libro, & quāto difficilius est reluctari affectui tāto succūbere est minus vituperabile. Secūdo, illud vitiū est peius quod deprauat nobiliorem animæ partem, at ira est huiusmodi: deturpat enim appetitū irascibilem: incontinentia cupiditatis concupiscibilem, modo appetitus irascibilis est concupiscibilis prestantior. Tertio illi incontinentes sunt deteriores cum quibus homines magis timent viuere: tales autem sunt iræ incontinentes, quorum societatem prudentes diligentissime euitant.

Ad primū.

¶Ad primū dicitur, q̄ difficultate proueniente ex parte obiecti cōmuniter occurrentis, si homo in cœtu mulierū habitet cōcedo, ex parte impetus nego: si homo teneat sese in casta virorū societate temperanter viuēdo in quotidiana operis excercitatione nō est difficile cupiditati (licet sit intrinsecus) resistere. adde q̄ cupiditas a renibus & neruis procedit: virtus enim in lūbis eius est, dicit Gregorius, exponens illud Iob: q̄d de confessore in matutinis secūdū Romanū vsum legimus: sic de fœmina q̄ in vmbilico eius, a cordis calore ira emergit: in cuius argumētū cū homo irascitur sanguis circa cor ebullit, calefit homo iratus & alteratur sicut sępius in me experior: propterea in natos descendit, qa ex corde, seminia nō parua pars in vigore emergit. Hinc iracūdorū natos tales videmus: sic Aristoteles in litera ratus est, duo exempla ad hoc de vitio gentili introducens.

Ad secūdū.

¶Ad secūdū dico, q̄ argumentum præsupponit falsum in quo priscorum multi & Neotericorum nō pauci stant, idem re ipsa est appetitus concupiscibilis & irascibilis: nec discrimen vllum est reale, licet hi termini pro appetitu supponētes alia cōnotata habere possunt, cōsignificatio irascibilis est alia cōnotatione prestantior. de

hoc in sententijs sum loquutus latius. Ad tertiũ dico, q̧ prudẽs in neutrius societate gaudet: at iracũdus potest in verbera exire nõ cõtẽtus verborũ strepitu, talisq; tãq̃ fera pessima est fugiẽdus, quãdo ad manus itur. Secũdo modo, quis iracũdus est quẽ pulsare pudet, quia scholasticus est: at est cõtra eius honorẽ vel nõ audet paruifaciẽtẽ ferire, sed in verba cõtumeliosa solet irrũpere & peccata occulta vẽtilare, is non solũ ira laborat, sed est coluber ipsa nequitia nequior, vel suspecta flagitia tãq̃ explorata exprobrare: is priore haud est minus fugiẽdus, penitusq; indignus cũ quo habitetur. Tertius est iracũdus, iram intra se decoquẽs, qui ratione eã ptim occulit, sed eã totaliter nõ occultat, quin percipiat, nulli tamẽ est iniurius, vbi sedatus est illũ irę pudet. Iste autẽ nõ est prauus sed bonus, discoopertus, & fidus amicus. Quo vitio parui corpore si mẽte polleãt vulgo laborãt. Hoc inter scholasticos viros facile capies: quare inflati aliqui eorũ, nisi oppositũ alijs indicijs mõstrent putãtur. Adhuc nonnulla de ira annectam. Iratus corporis aut bonis fortunę nocet solũ, hominẽ ferit, eius libros lacerat, aut boues mactat. Incõtinẽs animã suã exorbitat, mulieres insidiose violãs: quarũ mores euertit. Ex incõtinẽtia multa mala oriũtur, Troianũ excidiũ intẽperies Helenę ac Paridis peperit, & ita fit sępius. Ex tertia ratione Aristotelis, corollaria infero. Ille grauius exorbitat qui hominem a tergo pulsans necat q̃ is q eũ occidit a fronte. Huic em̃ elabendi aut sese defendẽdi locus cõcedit: nõ autẽ illi a tergo. Idẽq; est dicere, cõuerte te & defende, & interim eũ ferire, perinde ac si nihil diceret. Amplius q toxico hominẽ e medio tollit, grauissime delinquit. Tales si inueniãtur ad Phalaridis tormẽta sunt mittendi quatenus alios doceant a talibus fraudibus abstinere. Praeterea melius tibi sit iracũdũ ac castũ tecũ habere cõmẽsalem q̃ voluptariũ, pudicitię filię aut vxoris insidiantẽ. Noli eius incõtinẽtiam ad foeminas extra tuã familiã cõferre, & irã in tua mensa. Cape cętera paria in collatione. vnus iniuria lacessitus irascitur nullũ ferit nec maledicit cuiq̃ de tali irato loquor.

Tract. I. Et Lib. VII. Cap. VII.



It autem vt circa voluptates doloresq; per tactũ gustũq; & cupiditates ac
fugas, circa quę versari temperãtiam & intemperantiã prius est definitũ,
ita sese habeat quispiam, vt aut superetur ab iisipsis quę plerique superant
homines, aut superet ea ipsa a quibus plerique vincuntur. Atq; si circa vo-
luptates ita sese habeat. Primo quidẽ modo incontinens est, secũdo autem Incõtinens.
continens. Sin circa dolores, primo quidẽ modo mollis est, secũdo autẽ constans. In horum Contines.
autẽ medio plurimorũ hominũ habitus collocantur, & si ad deteriores magis declinant: Mollis.
Quoniã autẽ quędã voluptatum sunt necessariae, quędã non necessariae, & vsq; ad quẽdam Constans.
terminũ: exuperationes vero defectionesve nõ sunt necessariae. Et simili modo res sese ha-
bet & in cupiditatibus atq; doloribus, qui voluptatũ exuperationes, aut exuperãtes volu-
ptates ob electionem atq; ob ipsas, & ob nullam rem aliã inde prouenientẽ persequitur, in-
temperans est. Hũc enim nõ poenitere necesse est: quare est incurabilis, quẽ enim nõ poe-
nitet is est incurabilis. Qui vero deficit, oppositus est. Atqui qui inter hos medius collo-
catur, temperans est. Similiter intemperans est: & qui (non quia vincitur, sed ob electionẽ) Intẽperans
dolores corporis fugit. Eorũ autẽ qui nõ eligunt, alius ob voluptatem, alius ob eius fugam incurabilis.
doloris, qui a cupiditate prouenit, ducitur. Quare inter sese differũt. Cuilibet enim dete-
rior esse videbitur, si quis nõ cupiens: aut remisse quippiã ageret turpe, q̃ vehementer cu-
piens, & si non iratus pulsaret, q̃ cõcitatus ira. Quid enim ageret, si esset in perturbatione?
Quapropter intemperans incontinente deterior est. At eorũ quos diximus alter mollitu-
dinis magis subiicitur speciei, alter est incontinens. Atq; incontinenti quidem continens:
molli vero constans opponitur. Constantia nãq; in resistendo, continẽtia vero in superãdo
consistit: suntq; diuersa resistere ac superare, sicut haud vinci & vincere. Quapopter & cõ-
tinẽtia magis q̃ constãtia est expetenda. Qui autẽ aduersus, quę plerique resistũt & possunt,
deficit: is mollis est atq; deliciis defluens (delicię nãq; sunt mollitudines quędã) quiquidẽ Delicie.
vestẽ trahit, ne subeat laborẽ tollendi: & cũ imitetur aegrotãtẽ, se ne putat miserũ esse, qui
misero similis est? Similiter res sese habet, & circa cõtinentiã & incontinentiã. Non est em̃
mirum si quis a vehemẽtibus exuperãtibus aut voluptatibus, aut doloribus vincitur: quin
ignoscendũ est si resistẽs vincitur tandẽ, vt Theodecti poetae Philoctetes a serpente morsus. Theodectus.
aut Carcino Cercyon in Alope, & vt homines ii qui detinere risum enitentes accumulatũ
illũ effundũt, vt accidit Xenophanto. Sed si quis iis quibus multitudo resistere potest, suc-
cũbit & nõ aduersatur dũ potest, nõ ob generis naturã aut ob morbũ, qualis est mollitudo Xenophãtus.
quę regibus Scytharũ inest ob genus, & vt foemella a maris distat natura. Videtur autẽ &
is quidẽ ad iocũ propensior intemperãs, est tamen mollis. Nã iocus relaxatio est: siquidem
requies est. Qui vero ad iocũ procliuis est, ex iis est qui in hac exuperãt. Atqui incõtinẽtię

alia est temeritas,alia infirmitas.Quidã enim deliberatione facta non persistũt in iis quæ statuerũt ob pturbationẽ:qdã ex eo quia nõ cõsultarũt,a perturbatione ducũtur.Sũt enim qui ante sentiẽtes & pręuidẽtes ac seipsos rationẽq; excitãtes,nõ superãtur a perturbatione siue voluptatẽ id quod mouet siue dolorẽ efficiat:perinde atq; pretitillati nõ titillãtur. Maxime autẽ celeres ac biliosi atra bili temeraria incõtinẽtia sunt incõtinẽtes. Illi eñ ob velocitatẽ,hi ob vehemẽtiã,nõ expectãt rationẽ,ex eo quia ipsi⁹ sunt imaginationis sequaces.

FIt autẽ &c.In huius septimi capitis principio nonnullas diffinitiones ponit. Et quia litera est perspicua eã paucis transcurremus.Incõtinẽs is est qui a gustus & tactus voluptatib⁹ superatur, quas multi vincũt.Cõtinẽs p oppositũ ea oblectamẽta superat.Mollis a dolorib⁹ gustus & tact⁹, quos plerīq; superãt vincit. Tales tristitias cõstans supat quẽ alij pseuerãtẽ appellãt. In hoꝝ habituũ noiatorũ medio,plurimoꝝ habitus ponunt:q nõ sunt oĩno cõtinẽtia vel cõstãtia nec icõtinẽtia vel incõstãtia vel mollitudo:& versant circa eadẽ. Porro cũ plerīq; sint grad⁹ circa vehemẽtes atq; faciles voluptates aut dolores,proinde multi sint habit⁹ necessum est. Siqdẽ incõtinẽs superat nedũ a vehemẽtib⁹ pturbationib⁹,sed interdũ ab his quas multi superãt.Cõtinẽs quoq; magnas cupiditates vincit:q; si qspiã remissas supauerit,videt min⁹ pfectus esse q̃ cõtinẽs.Nec est tñ imperfectus more incõtinẽtis.Ita etiã est aliqs qui magis doloribus obnititur q̃ mollis & minus q̃ cõstãs:quocirca inter illos quatuor habitus pręfactos dabũtur quidã alij interstites, declinãtes tamẽ magis ad imperfectionẽ & ad deteriores partes,hoc est magis ad mollitudinẽ ac incõstãtiã declinãt q̃ ad cõtumeliã & constãtiã. Et licet de vtroq; participãt,potius tñ molles atq; incõtinẽtes dicũtur q̃ cõtinẽtes & cõstantes. Post hęc ponitur cõclusio.Intẽperãtia deterior est incõtinẽtia. Ad hãc probãdã repetit diuisionẽ superius positã. voluptatũ gustus tactusq; quędam sunt necessarię,alię nõ necessarię: & necessarię sunt vsq; ad quẽdã terminũ & limitẽ,& vltra illũ excedẽdo nõ sunt necessarię:eodẽ modo est certa mẽsura in deficiendo.Et vt de voluptatibus est:ita etiã de earũ doloribus in vsu est.Qui voluptatũ excessus,hoc est exuperãtes voluptates ob electionẽ propter easipsas, neq; ob aliud quicq̃ inde prouenięs (vt lucrum vel huiusmodi) prosequitur,intẽperatus dicit,qui duas malas cõditiones habet quæ sequũtur,nõ est poeniturus.Ratio est qa quęrit delectationẽ corporalẽ ex electione tãq̃ finẽ, & nõ ob aliquẽ aliũ finẽ: & homo inhęret immobiliter fini.Si voluptates ob lucrũ quęreret esset auarus atq; moechus,vt .5. libro retulimus,quare incurabilis est, hoc est difficulter curabilis vel ab intrinseco nõ curatur, vt in capite sequẽti latius dicetur:incõtinens aut perturbatione sedata poenitet,& sic curatur: qui vero ex electione deficit & voluptates refugit est insensibilis & intẽperãti aduersus.In horũ duũ vitiorũ medio tẽperãtia collocatur.Ex his discrimen inter hos tres patet.Intẽperatus ex electione sequitur voluptates tactus,& dolores oppositos refugit. Incõtinẽs vero nõ ex electione sed ex perturbatione, & per hoc ab intẽperato differt, & a molli quia incõtinẽs agit ob delectationẽ. Mollis vero vincitur a tristitia quã intendit aufugere.Est enim delicatus miles,ad oẽm bonã palęstrã inutilis. Posthæc intẽperatũ incõtinẽti & molli cõfert secũdo, incõtinẽtẽ molli,& ponitur alia cõclusio. Nõ modo incontinẽti sed molli intẽperãs est peior.Hæc eñ cõclusio binas habet partes,quarũ priorẽ sic ostẽdit philosophus in valore.Omnis ille est deterior qui nõ cõcupiscẽs ac remisse cupiens turpe cõmittit, q̃ is q foedũ cõsimile ex vehementi affectu operat:hic autẽ est incõtinẽs,ille vero intẽperatus,maiorẽ exẽplo referat,qd est tale.Si nõ iratus quẽpiã pulsauerit,plus vituperatur q̃ cõcitatus ira pulsans:quid enim ageret si esset in perturbatione? Proinde intẽperãs est incõtinẽte deterior.Secũda pars patet. Mollis nõ agit ex electione,patet ex terminoꝝ explicatione.Ecce literã.Ac eoꝝ quos diximus,hoc est illoꝝ qui nõ ex electione agunt alter magis speciei mollitudinis subijcitur:alter vero absolute est incontinẽs.Incõtinẽti quidẽ continẽs opponitur,mollis autẽ constãti.Siquidẽ cõstãtia in resistẽdo est:continẽtia vero in superãdo.Reniti vero,& superare longo interstitio discrepãt.Cõtinẽs voluptates præsentes vincit:a pręsentibus autẽ voluptatibus incõtinẽs superat.Cõstãs & mollis circa dolores absentes insudant.Constans & perseuerãs æquanimiter fert absentiã delectabiliũ,nec ob absentiã dapũ aut vini torquetur,si taliũ memoria occurrit,non frangitur.Mollis vero ob absentiã delectabiliũ anxie angitur.Et quia voluptas pręsens valẽtius potẽtiã ferit q̃ absens,hinc cõtinẽtia perseuerãtiã in materia tẽperãtię excedit.Tullius in sua rhetorica perseuerãtiã ptẽ fortitudinis posuit.Vnde fit q; mollis assimilat ignauo militi,qui anteq̃ cũ hoste cõgrediat se dedit.Incõtinẽs vero in certamẽ descẽdit, sed in cõflictu deferuescit atq; succũbit.Cõtinẽs vero digladiat & vincit,& nõ solũ a perturbatione nõ vincit, sed eã reprimit & in nihilũ redigit,& in pacatũ sicut a belli victoria abit ¶Ex his ponit conclusio tãq̃ corollariũ terminis declaratis.Cõtinẽtia est magis q̃ cõtinẽtia expetẽdo.Vincere eñ q̃ non vinci est pręstabilius.deinde de molli loquẽs ait Mollis est qui aduersus ea quę plerīq; superãt deficit. Propterea delicijs est diffluẽs.Delicię eñ sunt mollitudines quędã,vt q vestẽ p lutũ trahit ne laborẽ subeat.Is ęgrotũ imitat qui nõ putat se miserũ:est tñ misero psimilis.Miser est flebilis & calamitosus & interdũ p ęgroto ponit.Infirmitas est quoddã genus infelicitatis,laborãs morbo est iudicio vulgi ssis miserabilis;nõ sit miser,si morbũ patiẽter ferat.Insup morbo laborãs cẽsẽs se nõ eẽ talẽ cõsiliũ medicoꝝ haud indagat,& sic in miseriã cadit:sic ipse mollis i calamitates sua mollitie incidit.Incõtinẽs & Mollis differũt.Ille eñ vehemẽti pturbatione vincit. Mollis aũt deficit & trahit ab his quos plurimi superãt.Quare mollis est deterior incõtinẽte.Et si qs ab ingẽtib⁹ pturbatiõib⁹ vincat,nõ est dicẽ-

dus propterea incontinẽs aut mollis. Per hoc dubiũ eluit ostẽdẽs nõ omnẽ a delectatione victum esse incõtinentẽ. Patet illud, & fit cõclusio. Cui est ignoscendũ nõ est incontinẽs nec mollis (quia isti non sunt venia digni) at aliqui ab ingẽtibus affectibus vincũtur, id exẽplariter explanat, vt erat Theodecti poetæ Philoctetes a vipera morsus. Philoctetes diu cõtinẽs vocẽ anguis dolore agitatus, tãdem acclamauit, scindite dolentem manũ. Aut carcini Cercyon in alope. Lego aut carcino, vt sit aut Cercyon sup. morsus carcino. i. a cancro in alope. s. fabula Theodecti: qui etiã diu patiẽter morsum tolerauit: sed tandẽ victus acerbitate doloris exclamauit. Est carcinus cancer animal aquatile: vnde carcinoma cancer morbus difficulter curabilis. Alopex est vulpes, vnde forte sumptũ nomen fabulæ. Et homines ij qui risum detinẽt accumulatius illũ effundũt, qd Xenophãto cõtigit. Vidi puellos vel in pręceptorũ pręsentia in risum prorũpere a quo se cohibere nequibãt, qui affectus mihi puero interdũ cõtigit. Sed sup. mollis dicẽdus est si quis ijs doloribus quibus plerią reluctari possunt, succũbit, sicq reluctari cupiditati negligi diem potest: nõ ob generis naturã, qualis est ea mollitudo, quę Scytharũ regibus ob genus inest: & vt fœmella delicata sup. succũbit, quę a maris distat natura. Talis itaq est incõtinẽs aue mollis. Nõ hic de virginibus & cordatis mulierib⁹ loquit, sed de mollissimis fœminis a natura: & de regibus Scytharũ qui a prędecessoribus hãc innatã molliriẽ traxere. Auiti enĩ mores in nepotes deriuantur. In tua patria discurre, & quasdã illustriũ familias bellaces atq robustas offendes, alias pacificas, alias autẽ delicatas & molles: magis curãtes culinã, q̃ arma & ephippia. ¶ Alia cõclusio. Qui ad iocũ est pronior nõ intẽperãs sed mollis est. Videtur quidẽ intẽperãs eo q delectationẽ in ludo quęrit, Iocus est quędã laboris relaxatio. Est enĩ a laboribus quędã requies. & sic ad iocũ propẽsior ex his est hominibus qui in hac requie exuperãt. Solũ loquor de excessiuo in iocis, qui totum tẽpus inaniter interit. At qui iocatur salse vt auidius postea serijs det operã prudẽter agit, arcum nõ tenẽdo continue tensum ne debilius feriat. Iocũ ad ludũ extẽdit. Hicq nõ capit quies vt motui opponatur sicut qnto Physicorũ, sed est retractio a serio. Demũ in capitis calce vnã diuisionẽ ponit dicens, Incõtinẽtię & mollitiei duę sunt species: vtpote temeritas siue pręuolatio, & infirmitas siue debilitas. Quidã homines deliberatione facta in his quę cõcludũtur ob insurgẽtẽ perturbationẽ nõ persistũt, quos debiles & infirmos dicũt. Aliqui sunt q ob hoc ipsum q nõ cõsultãt a pturbatione ducũtur cadũtq, quos nõ ab re temerarios vocamus. Et quidã sunt egregie sentiẽtes & pręuidẽtes, & seipsos rationẽq excitãtes & se pręmunientes ne a pturbatione superẽtur, siue id qd mouet, oblectamentum siue dolorẽ efficit: & illos nõ cõtinentes nisi cõstantes vocamus. Similes sunt illis qui prętitillati nõ pertitillãtur. Quãdo homines leui ictu sub axellis aut pedũ plantis ptibus insolitis leuiter tangũtur titillãtur & inhorrescũt: aliqui prius se titillant & sic horripilationẽ nõ incurrãt. Si quis causam titillationis pręsenserit nõ inhorrescit quare nemo a seipso cito titillatur, maxime acuti, hoc est cholerici & biliosi atra bili quos melancholicos vocãt, temeraria incõtinẽtia sępius agitantur. At illi ob cholerę celeritatẽ, & hi ob vehemẽtiã quia vehemẽtes imaginationes sequũtur rationẽ nõ expectãt. Atra bilis terrę cõparata, inter habitudines difficulter ardorẽ exuit sicut ęgre terra cõpacta incensa ardorem amittit. Incidunt hi maxime in temerariam incontinentiam.

Tract. I. & Lib. VII. Cap. VIII.



AT vero intemperantẽ quidẽ nõ pœnitet, vt est dictũ. In electione nãq persistit. Incõtinẽs autẽ facilis est omnis ad pœnitentiã: quocirca non ita res sese habet, vt dubitauimus. Sed ille quidẽ incurabilis, hic autẽ est curabilis. Vitiũ enim morbis est hisce persimile, aquæ intercuti inquã, & tabi. Incontinẽtia vero, morbo comitiali. Etenim illud cõtinua, hæc non cõtinua est improbitas. Atq omnino diuersum est genus incõtinẽtię atq vitii. Vitiũ enim latet, incõtinẽtia vero nõ latet. Horũ autẽ ipsorũ ii qui ante rationẽ ducũtur, meliores iis sunt qui rationẽ quidẽ habẽt: nõ autẽ persistũt in ea. A minore nãq perturbatione vincũtur: & nõ absq deliberatione, vt illi. Incõtinẽs enim similis est iis qui cito fiũt ebrii & pauco vino: & pauciore q̃ plerią. Patet igitur incõtinẽtiã vitiũ nõ esse, nisi aliqua ex parte fortasse. Nã hęc quidẽ est pręter electionẽ: illud autẽ cũ electione. In actionibus tamen est similitudo, vt Demodocus in Milesios dixit. Milesii nãq insipientes qdẽ nõ sunt, ea tamen faciũt quæ agũt insipientes, & incõtinẽtes iniusti quidẽ nõ sunt, iniuriam tamen faciũt. Cũ autẽ alter sit talis, vt nõ ex eo quia est ipsi persuasum, exuperantes corporis voluptates, pręterq rationẽ rectã sequatur, alteri sit persuasum: propterea q talis est vt ipsas sequatur. Illi quidẽ dissuaderi facile, huic autem haud facile potest. Principium enim ipsum virtus quidem conseruat: vitium vero corrumpit. Id autem gratia, cuius principiũ est in actibus, perinde vt suppositiones ipsę in mathematicis. Neq igitur ibi docendorum principiorum est ratio, neq hic, sed virtus, aut naturalis, aut assuetudine parta, causa est opinandi circa principium recte. Talis igitur homo temperans est. at contrarius est intẽperans. Est autẽ quidam alius, ob perturbationẽ a recta ratione discedẽs, quẽ perturbatio, vt non agat quidem vt recta ratio iubet, superat. Vt sit autem talis, vt ipsi sit persuasum

Intẽperãs peior incontinente.

Demodocus in Milesios.

Incõtinẽs nõ est absolute prauus.

oportere persequi voluptates libere, tales non vincit. at hic est incontinens, qui quidem intemperante melior est. Nec est absolute prauus: conseruatur enim id in ipso, quod est optimum, principium inquam ipsum. Alius autem est huic contrarius: is qui persistit: & non ob perturbationem a ratione discedit. Ex his igitur patet hunc qui dẽ studiosum, illum autem improbum habitum esse.

AT vero &c. Prima cõclusio huius capitis est. Incõtinentia est peior q̃ intemperantia. Hæc conclusio probatur. Primo sic. Insanabilis est deterior cito curabili: ac intemperãs est insanabilis: habet enim iudiciũ corruptũ, autumans id esse parrandũ quod inique patrat: secus est de incõtinente, Siquidem incõtinẽs est sanabilis. Intemperãs ex electione peccat in qua permanet, eo q͛ voluptates corporeas eligit tãq̃ finem, ac post abitionẽ perturbationis incõtinẽs pœnitet. Morbus incurabilis deterior est curabili. Dicit ergo, nõ est ita sicut dubitauim⁹, supple in scđo capite, vbi argumẽtando dictũ est intẽperatũ esse curabilem, incõtinentẽ vero incurabilem, immo oppositũ est verum. Secũdo, malum cõtinuũ deterius est malo nõ cõtinuo: at intẽperantia est cõtinua, cũ intemperãtem pœnitudo nõ subijt. A sola cupiditate incõtinẽs ducitur, qua abeunte resipiscit. Minorẽ declarat per morbos corporeos qui ex intemperãtia nascuntur in nimia edacitate atq; excessiuo potu. fœdę sane matres turpes, & calamitosas filias perenniter relinquũt, vt qui ventrẽ plus q̃ par sit coluerit ab eius ingluuie torquetur. Morbi corporales clarius q̃ morbi spirituales deprehenduntur. Vitium enim est simile in his morbis aquæ intercuti, hoc est hydropisi. & tali hoc est phthisi: est enim phthisis pulmonia vlceratio, cum sanguinis excreatione. Phthisis est in ventre superiore. Illo morbo irretitus primo sanguinem spuit, deinde saniẽ: postea detẽtio saliuæ, sequiturq; tãdẽ mors. Incõtinẽtia assimilatur ægritudinibus quę nõ cõtinuo insunt homini. Cuiusmodi est epileptia siue morbus caducus, in quo licet homo semimortuus cadit: rursus tamẽ reuiuiscit. In corporibus humidis vim habere consueuit, vnde in ipsis infantib⁹ qui humiditate abũdãt suã vim excercet. In epileptia cerebrũ opilatur vnde epilepticus in terrã decidit spumans, & interea sensu orbatur. Sicq; in incõtinẽte passio expellit rationẽ, ita vt a rectitudine iudicij cadat. Patet per plagam corporis neglectã. Tertio, malũ latens deterius est malo nõ latenti. Pręuisum enim malũ melius potest euitari. Veteri eñi adagio dicitur. Nam pręuisa minus lędere tela solent. At intẽperãtia est malũ latens, quia intẽperãs falso putat id malum qđ facit esse bonũ vel malũ. At incõtinẽs scit se perperã agere. Varijs epistolis ad Luciliũ Seneca id retexit, inquiens, Intemperatus raro ad sanitatem redit quia nescit seipsum morbo laborare, & ait. Sicut somniũ narrare vigilantis est, ita vitia sua cõfiteri, sanitatis est indiciũ. Item, ex debili passione intẽperatus in gradu mouetur, verũ ex uehementi habitu ipse iam finẽ sibi statuit in delicijs, frater Sardanapali anteq̃ famescat & sitiat, esitat & potat: dicit se nũq̃ famere neq; sitire: quia tẽpus pręuenit. Incontinens vero parum habitus adhuc habet, verum eius perturbatio est vehemens. Intemperatus, inter scorta conuersans, non tãtũ oblectamenti in venerijs capit, quãtũ continuo in caupona. Incõtinens autẽ nõ est ita frequẽs inter lupas seu meretriculas: cuius habitus est intemperato minor, sed perturbatio stringentior. Isti sunt quorum meminit Deiloquus Paulus, quorũ deus venter est, & signãter saginatus ille intẽperatus qui varijs morborũ generibus anteq̃ animam exhalet ringetur: indubie experietur, q͛ extrema gaudij luctus occupet. Quocirca scire hic inqt philosophus. Propterea est diuersum genus, hoc est modus incõtinẽtię & vitij, hoc est intẽperãtię. Deinde species incõtinẽtię cõparat adinuicẽ ibi, horũ autẽ ipsorũ. Et ponit hãc cõclusionẽ. Incõtinẽtes temerarij minus culpandi sunt incõtinẽtibus infirmis. Rationẽ enim infirmi habẽt in qua nõ persistũt, armatisq; assimulantur qui hostem prævidẽt & permittũt se captiuos abduci. Incõtinẽtes, infirmi, inermes ad cõflictũ prodeũt, ratione nõ armãtur a minore vincũtur perturbatione: & nõ sine deliberatione. Et ex hoc occulte trahitur. Tertia ratio ad cõclusionẽ pręcedẽtẽ. A minori motiuo mouetur intẽperatus q̃ incõtinẽs, quia hic magnã perturbationem habet ille vero nõ. Per meliores minus malos intelligit, improprie, sed satis vulgariter vocabulũ, vt in quintũ Ethicorum diximus, capit. Incõtinẽtes sunt his psimiles qui cito sunt temulenti & pauco vino & pauciore q̃ plerique alij. Isti peius de corpore disponũtur q̃ hi qui nõ sic inebriãtur: sic in proposito est de anima & eius dispositione: ergo incõtinẽtes temerarij sunt meliores, hoc est minus mali q̃ incõtinẽtes infirmi. At dicis ex hac probatione sequitur incõtinẽtem plus peccare q̃ intẽperatũ, cũ ille habeat iudiciũ & rationẽ, Iste vero nõ. De grauitate inter peccata istorũ in quadã dubitatiõe post hæc a nobis fortasse tãget. Deinde cõparat incõtinẽtiã & intẽperãtiã secũdũ ea in quibus cõueniũt & differũt, ibi. Patet igit̃ incõtinẽtiã. Et hãc in valore ponit cõclusionẽ. Incõtinẽtia nõ est omnino vitiũ, sed ex aliqua parte. Patet, quia incõtinẽs pręter electionẽ a perturbatione victus operat̃: habet eñ intellectũ adhuc incorruptũ, vitiũ vero fit cũ electione. Conueniũt tamen in hoc q͛ in actionibus est similitudo vt Demodocus in Milesios cauillabatur, inquiens. Milesij nãq; insipientes non sunt, ea tamen faciunt quæ insipientes operantur. Vt de quodam nobili nostrates cachinando dicere sueuere. Dominus Makerstonensis verba imprudentium non effutit, attamen opera imprudentium insequitur. Quippe ta auitas possessiones pene omnes alienauit, cuius pater ob verbalem imprudentiam derisus, vendiderat nihil. Non erat prudentia componẽdi stilum chartæ terrarum venditricis. Ac incontinentes iniusti non sunt, faciunt tamen iniuriam, sed quia ex electione non faciunt non sunt iniusti, & quia in gustu intemperati sinistræ agunt iniuriam faciunt. Iniustitia in vna acceptione est vitium commune, vt ex quinto patuit.

¶ Alia cōclusio. Facile incōtinēti ꝑsuaderi potest ne male agat, difficulter vero intēperato. Probatio: Incōtinēs nō prosequitur superabūdātes voluptates corporis: ex eo ꝙ fit ei persuasum eas esse prosequendas, cū tales illecebras relinquendas esse censeat: intēperatus vero persuasus eas sectatur. In incōtinente iudiciū est incolume: intemperati vero principiū est corruptū. Existimat enim erronee voluptates corporales esse prosequēdas. Principiū virtus conseruat. s. temperātia, quod vitiū eneruat. Loquitur de principio in agibilibus. s. de fine. Virtus ergo tale principiū cōseruat vt temperātia siue naturalis virtus, quādo non ponitur vitiū in ipsa potentia: sed malitia. hoc est grandis culpa facit hominē errare circa principia agibiliū, & postea intemperatus est incurabilis. quia errat circa principiū, sicut febricitans circa potū, acetū vino prefert: propterea nō potest reuocari a suo errore: sicut errans circa propositiones in mathematicis: & circa talia principia cōtēplatiua nō potest corrigi, quia nihil est clarius illis principijs illorū probatiuū per quod potest reuocari: sic in proposito errās circa finē est incorrigibilis. Menti cōmendes illud quod in tertio dicebatur, qualis vnusquisq; est talis sibi finis videtur: adhuc lumen incōtinentis in tenebras nō est cōuersum: propterea dicit. Est alius. s. intemperās ob perturbationē a recta ratione discedens, quē perturbatio superat, vt nō recte agat. sed incōtinentē nō vincit: vt ei persuasum sit sectari fœdas illecebras, quare est intēperato minus malus. Nec est simpliciter & sine additto dicendus prauus, cū conscientiā habeat, & sit sanabilis: sed ei partim ignoscendū est. Ecce quonā pacto iuuenū infirmitati humanę philosophus cōdescendit. Coseruatur enim in ipso quod est optimū. s. principiū in agibilibus scilicet finis. dexterę enim de fine iudicat. Alius autē. s. cōtinēs, est huic cōtrarius, qui a recta ratione nō exorbitat. Ex his liquet hūc cōtinētię habitū esse studiosum, & habitū incōtinētię esse improbū. Trepidāt multi timore vbi nō est timor nō audētes incōtinentię habitū appellare, sed dispositionē, cū quęlibet pars habitus quātūcūq; pusilla, sit habitus. Est enim qualitas cōflata ex partibus eiusdem rationis tam ex parte qualitatis q̄ habitus.

Dubium.
Responsio?

¶ Dubitatur circa dicta, quomodo intēperatus nō habeat perturbationes ita vehemētes in oblectamēta sicut incōtinēs. Ratio est appetitus sensitiuus incōtinētis virtutū expers, vehemēter habentē in oblectamēta trahit. Et quia ꝑ rectū iudiciū sępe numero abstinet obiecta plus mouent potentiā. Intēperatus in gradu appetitus sensitiui desiderium pręuenit, vt quidā cōterraneorū mihi false Parisius dixit. Magnus erat æstus ac insolitus in quadā æstate, quęrebar illi quare plus in illo feruore sitiebā: pollicebaturq; se mihi perbellam regulā me pręseruādi a siti daturū, cui plausibiliter acquieui. Tandē normā exponens ait ꝙ ipse omnē futurā sitim pręsentiebat, & anteq̄ aduentaret tabernā petebat, & vinū meracius hausit, sicq; sitis pręepedita nō oriebatur, iussitq; ridens ita facerē. Tales (vt superius in literali expositione meminimus) exiles delectationes in potu habent, recte dicitur. Nescit homo quid dulcis habet dulcedinis esca. Qui nūq̄ didicit quid fuit ipsa fames. Secundo, vnus actus incōtinentis vel actus eius cōmuniter contingentes sunt deteriores q̄ actus similes intemperati. Mōstro id, incontinens contra suā conscientiam peccat, non autem intemperatus. Seruus autem sciens voluntatem domini sui & non faciens eam, plagis vapulabit multis. Lucæ. 12.

Dub. secūdū.

¶ Secūdo dubitatur, an cōtinens plus meretur q̄ temperatus, & videtur ꝙ sic. Virtus enim est circa difficile. 2. Ethicorū. Difficilius autē est cōtinētē cōtinētię actum seruare q̄ tēperātię tēperato, ergo &c. Dicit ꝙ difficultas ex appetitu sensitiuo aut eius cupiditate ꝑueniēs nō auget meritū, sed difficultas obiecti. ¶ Alios in hoc alias carpsimus, nūc paucis prætereundo respondeo primo ad secūdā dubitationem, ꝙ continens plus meretur q̄ temperatus operando circa suā materiā: quia circa aliud obiectum alienū: impertinens est hunc plus mereri q̄ illum aut cōtra. Regulam generalem pono, quēadmodum difficultas prouenieus ex parte obiecti auget meritū & facit actum esse laudabiliorem, ita difficultas ex parte appetitus aut qualitercūq; intrinseca proueniēs actus laudem promouet. Modo sine culpa ipsius habentes habetur. Eadem est ratio sicut ex parte obiecti & hoc semper voluit Aristoteles in secūdo, & in hoc septimo: quare reges Scytharum & male nati & ab vnguiculis taliter educati nō sunt incōtinentes, & sic cōmuniter mulieres, signanter male in iuuenta institutę. Et idē est de habitu ex vitio acquisito signāter post pœnitudinem malorum actuū: quia iam taliter habituatus satisfecit pro virili de sui habitus fonte temperatus, tamen est cōtinenti melior, cum in eo omnia sint pacata & multa merita in acceptatione diuina habeat: & sit in tranquilliore statu & bono portu vicinior. Cōtinens autem inter Scyllam & Charybdim periculosum nauigat æquor: & est simile. Male educatus Scytha plus meretur q̄ Anachorita eundem diem ieiunans, quem lōge in meritorum cumulo insequitur. Forte dicis, Temperantia gradus est melior continentia: proinde intemperantia est incōtinentia deterior. Semper meliori virtuti peius vitium opponitur. ¶ Dico, id non vbiq; verum. Inimici amor est amore amici magis meritorius, & purior in deum: & tamen odium amici est odio inimici deterius. Secundo, temperantia actus non est continentia melior, quātum ad meritum sicut in dubitatione sequenti mox dicemus, quæ cum ista consuitur. ¶ Ad secundam dubitationem dico etiam incontinentem plus peccare circa eandem materiam q̄ intemperatum: attamen est in deteriori casu cum difficulter sit emendabilis, & sic est peior incontinenti: adde ꝙ sępius in demeritorum cumulo ob defectum pœnitudinis illaqueatus, & sic est incontinenti deterior. Ex his Aristotelem intelligere potes. Licet intemperatus ex sua culpa conscientiam violauit, cuius conscientia primo erat semilacera, postea prorsus conculcata: & sic ex sua culpa agendorum ignorantiam contraxit: & per consequens non est excusandus. Nihilo tamen minus incontinens crebriter grauius q̄ intemperatus peccat, etiam ante pœnitentiam, quia omnia illa solum finite aggrauāt peccatum intemperati.

Responsio ad dub.

Lib. VII. Tract. I. Cap. IX.



QVęrendum est autem, Vtrum is sit continens qui quauis in ratione, electioneve perstat, an is qui in recta persistit? Et vtrum is sit incontinens, qui non permanet in quauis electione rationeue: an is qui persistit in ratione falsa & electione non recta: quemadmodum antea dubitauimus. An per accidens quidem in quauis, per se autem in ratione vera, rectaque electione alter perstat, alter non perstat. Nam si quispiam hoc ob hoc expetit, aut sequitur: per se quidem hoc expetit atque sequitur, per accidens autē ipsum prius. At quod est per se, id simpliciter esse dicimus. quare fit, vt aliquo quidem modo quauis in opinione, absolute autem in vera, alter persistat, alter non persistat. Sunt autem quidam in opinione persistentes, quos pertinaces appellant. hi non nisi cū difficultate dimoueri a sua sententia possunt. Et simile quidem quid habent cum continente, sicut & prodigus cum liberali, & audax cum confidente. Sunt autem in multis ab illo diuersi: cōtinens enim nō mutat sententiam ob perturbationem, atque cupiditatem. Nam cum acciderit, facilem sese offeret recta persuadenti. Illi vero non a ratione mutantur. Nam cupiditates capiunt, atque a voluptatibus plerique ducūtur. Sunt autem ii pertinaces, qui suæ sunt sentētię & qui sunt indocti, ac rustici, atque suę sententię homines, ob voluptatem atque dolorē sunt pertinaces: gaudent enim vincentes si nō e sua sententia dissuasione vlla dimoueātur: & dolent, si sua sint irrita decreta. Quare potius sunt incōtinenti, q̄ cōtinenti similes. Sunt etiam qui nō ob incontinentiā in sentētia nō persistūt: vt Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete, q̄q̄ ob voluptatem non persistit, sed honestū. Erat enim honestū illi vera loqui: ab Vlysse autē fuerat illi persuasum mentiri. Etenim nō omnis qui propter voluptatē quippiā agit intemperans est, aut prauus aut incōtinēs: sed qui agit ob turpem. Cum autē sit & quidā talis, vt minus q̄ oporteat corporis gaudeat voluptatibus, non persistens in ratione inter hunc & incōtinētem, medius ipse contināes collocatur. Incontinens enim non persistit in ratione: quia magis q̄ oportet voluptatib⁹ delectatur, hic vero nō permanet, quia minus q̄ oportet eisdem gaudet. At cōtinens perstat, & ob neutrū sententiā mutat. Oportet autem si continentia sit studiosum, habitus hos vtrosque cōtrarios improbos esse, quēadmodū & videntur. Sed quia perpaucis alter hominibus inest, ratoque admodū fit vt temperantia soli contrariū intēperantiæ esse videtur, sic & cōtinentia soli incōtinentiæ aduersari putetur. At vero cū ob similitudinē multa dicātur, factū est vt temperās per similitudinē cōtinēs dicatur. Continens enim talis est, vt nihil prēter rationē ob voluptatem corporis agat, & tēperans etiam talis est, sed ille quidē habet prauas cupiditates, hic autē non habet. Et hic quidē est talis, vt nō delectetur prēter rationē: ille vero talis vt delectetur quidē, sed nō ducatur. Similes etiā sunt incōtinēs & intēperans, qui quidē diuersi sunt, vterque enim corporis sequitur voluptates, sed alter & oportere putat alter non putat.

Pertinaces.

Neoptolem⁹

Voluptas nō turpis.

Continens tēperāsque cōparatur.

QVęrēdū est autē &c. In hoc nono capite quartā dubitationē in fronte libri motam explicat. Vbi addubitatum fuit an incontinens omni opinationi sit immāsiuus, an tm̄ vere & incontinens ab omni opinione egressiuus an tm̄ a falsa & praua. Et quomodo continens habeat rationem medij. Et de similitudine continētiæ & temperātiæ. Accedo ad literam. Quęrēdum esse videtur vtrum is continens sit qui in quauis ratione aut electione manet, an is citius qui in vera tm̄ manet. Et ex opposito vtrū is sit incōtinēs, qui non in quauis ratione ac electione, an potius qui manet in falsa electione & nō recta quēadmodum superius dubitauimus. Huic dubitationi hanc conclusionem hypotheticā responsalem ponit. Continens in qualibet opinione siue vera, siue falsa per accidens perstat, at per se & simpliciter solum perstat in vera. At incōtinēs per accidens a quauis opinatione discedit, ac simpliciter egreditur a vera. Hec conclusio sic probatur. Sicut illud quod quęritur propter se primo per se quęritur, & illud quod quęritur per accidēs propter alterū quęritur, vt si quis diligit vinū ob dulcedinē, is primo & per se diligit dulce: & per accidēs diligit vinū: simile est, Socrates diligēs inimicū propter deū primo & per se diligit deū: & inimicū per accidēs diligit. & si quispiā fel loco mellis ob coloris similitudinem eligat, existimās fel esse mel, palam est q primo quęrit hoc propter quod eligit alterū. Vnde per se is quęrit & eligit mel per accidēs autē quęrit & eligit fel. Per se est pręcise & pricipaliter intētū: p accidēs pręter intētionē valet: qd interdū latēter cū per se intēto cōglutinatur. Nec oportet modos perseitatis primo posteriorum tactos hic rimari. Pone malum sacerdotē ex pposito deliberato quā ostētat ostiā nō consecrasse. tūc obiectū p orationis meę in Eucharistia est corpus Christi, obiectū p accidēs panis ille erectus. Itidē si quispiā falsam rationē, verā arbitrās

opinioni falsę immanet existimans eam esse veram. Exempli causa si enim quis crediderit bonum esse fornicari, & in hac opinatione perstat ob hoc ꝙ illam opinatur veram, per se verę rationi immanet, per accidens autem falsę. Sicq; est de continēte, qui aliquo modo in quauis opinione, absolute autem in vera persistit, alter vero vt incontinens non persistit.

¶Secunda conclusio. Pertinax & continens inter se aliquo modo conueniunt, verum longo interstitio inter sese distant. Pertinaces cum difficultate a sua sententia dimoueri possunt, de aliquibus durę ceruicis dicere soleo, Iste est intractabilis, qui nulla ratione persuasibili est in nostram sententiam trahibilis, siue sit in theorica siue in agibilibus. In materia amicos contingente de alijs dicere consueui. Hunc rationibus in meam sententiam alliciam. Generosa pectora rationum vi trahuntur, ceruicosi homines rationum sunt incapaces, ratiocinationum aculei illorum duritiam haud quaq̄ penetrant. Vulgo ceruicosi sunt alijs rudiores, multos attamen transiliunt, sibiq; placentes arbitrantur se Oedipos & prę se alios contemnūt. Verum pertinaces simile quid cum continente habent vt prodigus cum liberali, & audax cum forti. Hic expectat ille autem erogat. Verum non vt oportet. Continens vbi par est se facilem præbet recta monenti, non autem pertinaces qui nulla ratione persuadentur. Cupiditates capiunt a quibus pleriq; eorum ducuntur. Tales sunt pertinaces in his quę suę sententię sunt permanent, hoc est in his quæ ipsi dicunt, & sunt indisciplinati. Rustici, & intractabiles ęgerrime cum alijs conueniunt, dicuntur suæ sententiæ homines, & vulgo capitosi, opinatiuiq;. Ob voluptatem & dolorem sic manent pertinaces, gaudent plurimum cum vicerint, si non e sua sentētia dissuasione aliqua dimoueantur, magna de se putantes. dolent vero si suę assertiones sint irritę, quas vt publica decreta tueri contendunt. Vnde fit ꝙ pertinax est incontinenti similior q̄ continenti, quia tales voluptatem vincendo & in delirio persistendo more incontinentis nimis auide quærunt, & dolorem plus æquo aufugiunt. Isti superciliosi (vt summatim loquar) nolunt sibi contradici. Posthæc narrat philosophus, quonam pacto laudabile est a sinistra opinione discedere, per casum Pyrrhi filij Achillis in libro Sophoclis poetę, quem Philotectem nuncupant, & quem superius partim tetigimus. Non ob voluptatem a sua sententia mouebatur Pyrrhus, sed ob honestatem. Erat potius illi triste quodammodo promissum non seruare: noluit tamen mentiri & stare in mendacio quod Vlyssi instiganti primo policitus est. Censebat illud ingenuo adulescente indignum. Ob bonam & honestam voluptatem non mentiri mouebatur. Cui volupe erat dicere verum, ac propterea non fuit incontinens, intemperans aut prauus cum id non egit ob turpem voluptatem, sed ob honestam. Deinde ostendit quomodo continentia habet rationem medij, sicut temperantia, & confert temperantiam & continētiam, & incontinentiam & intemperantiam adinuicem. In primis dicit continentem tenere mediū, hoc in valore sic roborat. Vbicunq; reperiuntur excessus defectusq; vituperabiles, illic est medietas inter hæc extrema laudabilis. (Patet, hæc maxima secundo Ethicorum.) At circa corporaliū voluptatum cupiditates inueniuntur exuperationes defectionesq; vituperabiles: igitur. Consequentia cū maiore liquet. Minorem sic ponit. Aliquis plus æquo in corporalibus voluptatibus gaudet, & nō manet in ratione & talis est incontinens, alius nō gaudet hisce voluptatibus vbi par est, & is est rarus, quem insensibilem dicunt. In casu homo tenetur indulgere genio se pascendo ad quod tenetur, sequitur voluptas naturaliter approximationis talis obiecti cum sensu. Incontinens autem plus q̄ oportet voluptuosis delectatur hic, hoc est insensibilis nō persistit in ratione, sicut incontinens, minusq; q̄ oportet in voluptatibus gaudet. Cōtinens autem in ratione manet, nec ob excessum defectumq; a tramite recto dimouetur. ¶Alia conclusio. Cum continentia sit studiosa oportet hos habitus extremos esse improbos, & tales sane ab omnibus videntur. At quia perpaucis altera, scilicet insensibilitas inest, & in raro est vsu, sic vt intemperantia temperantię soli videatur aduersa, sic & continentia soli incontinentię contrariari videtur. Deinde comparat continentiam, & temperantiam, incontinentiāq; & intemperantiam adinuicem, & discrimina inter eas ponit. dicit ergo primo, Continens absolute temperans non est, ac cum multa ob metaphoram dicantur factum quoq; est vt continens translatitie dicatur temperans, quia continens nihil admittit præter rationem ob corporis delectationē, qualis est ipse temperans, ac lata dissociantur intercapedine. Continens prauas habet cupiditates quas tēperans non habet, & insuper temperans talis est vt non delectetur pręter rationem. Continens vero delectatur ac ab affectu minime ducitur. Et simili proportione inter se incontinens & intemperans respondent. Illi tamen differunt. Vterq; corporalis sectatur voluptates, at intemperans prosequi oporteret existimat, incontinēs autem prosequitur quidem, verum prosequendas esse minime arbitratur.

¶Dubitatur an pertinacia sit grande scelus. Affirmatiue respondetur. Est enim inanis glorię filia scdm Gregorium. xxxj. Moralium, interdumq; est mater hæresum atq; dissidij in republica Christiana, vt pertinacia Lutheri atq; eius discipulorum, quorum indurata capita nulli rationum mallei eorum stulta opinione contundunt. Recte dixit & sapiēter Aristoteles capite sexto in fine. Iniustus homo est iniustitia, & mille belluis deterior, & hoc signanter quando est popularis laudis auidus. Itaq; talis pertinacia est letifera atq; execrabilis. Potest esse pertinacia in rebus minutis, fidem & mores bonos non violantibus, & talis pertinacia vulgo est venialis. Conferat homo suam opinionem cum doctis, & rationes eum erroneę mouentes in medium afferat, & si eas illi diluant & pręstantiores fideiq; magis consonantes afferant, iam cedat. Summatim conclusero, duobus aut tribus dictis quorum quilibet existimatur illi par in scientia credat: alioqui inaniter gloriatur. Dubium. Responsio.

Lib.VII. Tractatus.I. Cap.X.



Tqui neq; fieri potest vt idem sit prudens atq; incontinens simul. Est enī demonstratum prudentem simul & more studiosum eundem esse. Praeterea nō solū ex eo quia scit, prudēs est, sed ex eo etiā q̄a idoneus est ad agēdū. At incōtinēs nō est idoneus ad agendū. Habilē aūt nihil prohibet esse incontinentem. Quapropter & interdum nonnulli prudentes esse videntur atq; incontinentes, quia differt habilitas a prudentia, eo modo quem suprà diximus, & sunt ratione quidem propinqua, electione vero diuersa. Nec incontinens sese habet, vt is qui scit, ac contemplatur: sed vt is qui dormit, aut est vinolentus, & sponte sua quidem agit. Scit enī quodammodo & quid, & cuius gratia facit. Malignus tamen non est, electio namq; est bona. Quare semimalignus est, & non iniustus. Non est enim insidiator. Nam ipsorum alter quidem non persistit in iis quae statuit consultando. Biliosus autem atra bili, nec ad consultandum omnino est aptus. Et similis est: igitur incontinens quidem ciuitati, quae decernat quidem omnia quae sunt agenda, & leges habeat bonas, sed non vtatur, vt Anaxandrides facete dixit.

Incontinens non est malignus. Biliosus. Anaxandrides.

Vrbs consultabat, leges quae negligat almas.

Malignus autem ciuitati, quae legibus quidem vtatur, sed prauis. Est autem continentia atq; incontinentia circa id quod multitudinis exuperat habitum. Alter enim magis alter minus persistit q̄ plurimi possunt. Facilius autem ea curari potest incontinentia, qua biliosi atra bili incontinenter agunt: q̄ eorum qui deliberant quidem, sed non persistunt. Et ii facilius curari possunt, qui per assuetudinem, q̄ ii qui natura incontinentes sunt. Est enim facilius consuetudinem, q̄ naturam mutare. Ideo enim & consuetudinem mutare difficile est, quia similis est naturae, quemadmodum Euenus poeta dixit.

Est vsus longus mos, ac meditatio crebra:
Hunc tandem assero naturam mortalibus esse.

Quid igitur continentia sit, & incontinentia: & quid constantia, mollitudoq;: & quomodo inter sese habeant habitus hi iam diximus.

Atqui neq; fieri potest &c. In hoc capitulo dubitationem antea motam, an quis potest esse prudens & incontinens, dissoluens prudentem cum incontinente confert, variasq; incontinentias comparat inter se quantum ad conuenientiam & differentiam. ¶ Prima conclusio est. Prudens & incontinens simul est nemo. Haec sic probatur. Superius monstratum est prudentem morib⁹ esse preditum, quia prudentia est habitus cum vera ratione actiuus. Prudens non solum cognoscit ea que sunt agenda, sed preter hoc est iam idoneus illa exercere, cum non solum vniuersalium sit prudentia, verum etiam singularium, stipatus est solertia, sententia, bona cōsultatione atq; ceteris virtutibus moralibus. Non est barbdo vento agitabilis ipse prudens, verum ipsis virtutibus immobiliter atq; delectabiliter inheret. Incontinens vero ante perturbationem limpide iudicat: attamen adueniēte procella perturbationis socorditer succumbit. Quocirca incontinens non est ad agendum idone⁹. Habilem autem & bene ratiocinantem nihil prohibet incontinentem esse. Hinc fit vt aliqui interdū videantur esse prudentes & incontinentes. Insita habilitas est vis naturalis & potentia que habitib⁹ illustrari potest, & etiam dedecorari prauis habitibus, vt astutia, malitia, & similibus. Prudētia semper rectum scopum ponit & conuenientia media ad illum scopum carpit. Quippe illa habilitas est indifferens ad astutiam & malum finem sicut ad bonum. Habilitas a prudētia discrepat, vti enarrauimus latius in sextum librum, & signanter. xiij. capite. Habent tamen quandam propinquitatem. At electione longo distant interuallo. Incontinens non sese habet vt is qui scit & actu contemplatur, sed se habet vti dormiens & vinolentus, sponte sua tamen operatur quodammodo & quid & cuius gratia ipse facit. Attamen incontinens non est malignus. Probatur sic, ad malitiam duo requiruntur, scilicet peruersitas appetitus & rationis corruptio, vt est in intemperato. Quicunq; habet alterum istorum & non reliquum est semimalus, quia malitie medietatem habet. Etiam eius electio est bona, licet in ea non persistat, quare non est iniustus. Insidiator atq; ex deliberatione nocens, inquātum incontinens, si aliunde sit flagitijs irretitus non est nobis cure, nam incontinentium alter quem celerem dicimus in hijs que consultando ordinauit nō manet, & biliosus atra bili prorsus ad consultandum est indoneus. Flaua bilis est cholera. Incontinens infirmus siue debilis est similis ciuitati optime decernenti in agibilibus ac male decreta exequutioni mandanti vt Anaxandrides facete inuexit dicens.

Vrba consultabat leges que negligit almas.

¶ Cauillabatur in quandam ciuitatem que leges bonas posuit quibus non vtebatur, sic incontinens

ſignanter debilis conſultat de agendo ac conſilium ipſum aſpernatur. Malignus autem ſiue intemp-
ratus aſſimilatur ciuitati, quæ legibus quidem, ſed prauis vtitur. Ac continentia ac incõtinentia cir-
ca id inſudant. Q: vincit habitum multitudinis, patet, continens magis, incontinens minus perma
net q̃ multitudo poteſt. Vult dicere ꝙ licet continens vtatur ratione quam habet, incontinens vero
non, tamen non quilibet exceſſus a recta ratione facit incontinentem. Continens perſiſtit in recta ra-
tione magis q̃ multi poſſunt. Superat enim cupiditates a quibus multi vincuntur, incontinens ve-
ro a cupiditatibus ſuperatur quas multi vincunt.

¶ Alia concluſio. Incontinentes præuolantes (qua incontinentia melancholici laborant ſunt minus
mali & curabiliores q̃ incontinentes debiles non perſiſtentes in conſultatione. Hæc concluſio in vir-
tute ante habita eſt. Probaturq; ſic. Qui habet rationem habet opem contra malum, vt debilis: præ-
uolans autem non habet, eapropter magis debili imputatur ſi ſuccumbat.

¶ Alia concluſio. Incontinentes per conſuetudinem ſunt curabiliores q̃ incõtinentes per naturam.
Incontinentes per naturam ſunt ex influentia cęli aut ex progenitoribus. Auiti enim mores in na-
tos deſcendunt, facilius autem eſt conſuetudinem q̃ naturam immutare. Aſſuetudinem mutare non
habet difficultatem niſi quia naturam æmulatur: modo propter quod vnumquodq; tale & illud ma-
gis. primo poſteriorum. Q: conſuetudo ſimilis ſit naturæ authoritate Eueni poetę ꝓbat dicẽtis.

Eſt vſus longus mos ac meditatio crebra:
Hunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.

¶ Verum quid continentia incontinentiave: quid item conſtantia & mollitudo & qua via inter ſe ſe-
cernantur hi habitus iam vbertim dictum eſt. ¶ Circa totam hanc materiam in primis dubitatur **Dubium.**
an quis poteſt eſſe continens ſine munere dei, hoc eſt ſpeciali dei ope. ¶ Relicto philoſopho, ad theolo **Reſponſio.**
gos deueniendo, dico hoſce ſuper hoc negocio diſceptare. Partem negatiuam approbatis doctoribus
eccleſięq; determinationibus conformiorem arbitror: eapropter eam æmulari par eſt. dicitur enim
Sapientię octauo. Non poſſum eſſe continens niſi deus det. Quod verbum occaſionem dubitandi no
bis in pręſentiarum præbuit: & non modo circa continentiam verumetiam circa omne bonum id
contingit. Probatur hæc pars ſiue concluſio negatiua. Illic ſapiens non loquitur de datione & patro-
cinio generali, nam ſine concurſu dei generali incontinens eſſe poteſt nemo, ſiquidem ad cuiuſlibet
rei ſubſtantiam deus concurrit vt ex ſymbolis edocemur, eſt enim viſibilium & inuiſibilium bono-
rum & malorum actor. Aliud ergo auxilium dei ad bonum requiritur q̃ ad malum. Hoc tangens
Auguſtinus in epiſtola ad Paulinum Nolanum epiſcopum ait. Quando contra tentationes concu-
piſcentiaſq; illicitas dimicamus, quamuis illic & propriam habeamus voluntatem non tamen ex il-
la, ſed ex adiutorio dei noſtram prouenire victoriam arbitror. Proinde nec conſtans nec continens
poteſt ſtare inuictus in agone ſine dei ſpeciali ope. Et Auguſtinus in de correctione & gratia capitulo
quarto. Liberum arbitrium ad malum ſufficit: ad bonum autem parum eſt niſi adiuuetur ab omni-
potenti bono. Et doctor gentium ad Romanos nono. Deus operatur in nobis velle & perficere. Et
primę ad Corinthios quarto. Quid habes quod non accepiſti. Et Ioannis ſexto. Nemo poteſt venire
ad me niſi pater traxerit illum. Ad hoc magiſter, diſtinctione vigeſima ſexta libri ſecundi ſententia
rum Patrum authoritates inducit, vt in eãdem diſtinctionem, libro ſecundo fuſius monſtrauimus.
Hæc vocatur gratia præueniens ad bonum. Hoc puerorum libelli indicant quicquid habes meriti
pręuentrix gratia donat, & Quicquid peccamus, id nobis attribuamus. Oppoſitum erat error Pela-
gii: cuius errores Gratianus allegat, ergo aliter ad bonum aliter ad malum deus cooperatur.

¶ Contra hanc concluſionem argumentor ſic. Ex ea ſequitur hominem ad impoſſibile obligari, con **Obiecta.**
ſequens eſt rationi diſſentaneum, quia omne peccatum eſt voluntarium. Conſequentia tamen patet,
quia quiſpiam tenetur elicere actum bonum quem cum influentia de generali habere nequit, pona-
tur deus ſpecialiter non concurrere tunc habetur propoſitum.

¶ Secundo Socrates non neceſſitatur concupiſcere hanc pulchram fœminam, ergo poteſt ab eius
cupiditate abſtinere: ergo ad hoc ſpeciali ope dei non eget.

¶ Tertio deus ſpecialiter inſtigat in malum, ergo non aliter bonum q̃ ad malum cooperatur. Aſ-
ſumptum patet per illud quod ſcribitur. primó Paralipomenum quinto. Suſcitauit dominus ſpiri-
tum Aſſyriorum regis contra Iſrael, & tranſtulit Ruben & Gad. At rex in hoc deliquit, Hebręorum
fortunas depilans. Simile ſecundi Paralipomenum vigeſimoprimo ſcribitur. Suſcitauit deus contra
Ioram ſpiritum Philiſtinorum & Arabum, & aſcenderunt in terram Iuda, & diſſipauerunt eam. Et
Eſaię decimo. Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt: mittam eum contra populum furoris mei.
Mandabo illi vt auferat ſpolia & diripiat prædam: & ponat eam in cõculcationem quaſi lutum. Hoc
vt commentarius exponit dictum eſt de Senacherib rege Aſſyriorum contra Iſrael ſub Ezechia. quar-
ti Regum. xviij. ¶ Ad primum reſpõdendo ſequelam, inficior. Deus enim cuilibet ſuum ſpeciale au- **Ad primũ.**
xilium dat ad bene operandum, niſi quis illo abutatur, & illi reluctetur: quare ſe indignificat ea ope.
Nemo poteſt aliquid operari ſine dei concurſu generali quod ſemper cuilibet ad bonum & malum eſt
paratum. Sic & de ſpeciali dico niſi quis ſe illo indignificet. Speciale hominem ad bonum nõ neceſ-
ſitat ſcd̃m legem, propterea homo eo vtens meretur. Poteſt tamen quempiã neceſſitate ſi voluerit ad
bene agendum. ¶ Ad ſecundũ prima fronte videtur ad perſeuerantiam ſiue conſtantiam non requi- **Ad ſecundũ.**
ri dei ſpeciale auxiliũ, quia cum generali & hominis libertate poteſt nõ agere, alioqui nõ ſit liber. Sec⁹
eſt de actu continentię difficiliore. qui actum poſitiuum moraliter bonum efflagitat. Attamen ob pa-
trum determinationes conſiderata noſtra infirmitate puto auxilium ſpeciale requiri ad hoc vt non

succibam⁹. Habita oportunitate obiecti & loci, sine hoc psidio essem⁹ i mirabili pugna, & tādē nřa; ībecillitatē sentirem⁹. ¶ Ad tertiū rñdet q̄ nō itelligat deū speciali īfluētia īfluere volūtati ad actū q̄ mal⁹ est. ¶ Ad exēpla adducta dicim⁹ q̄ qñ Hebrei diuino iussui nō paruerūt dñs deus icitauit hostes ad illorū punitionē: q̄ digni erāt. Quis dubitat dñm deū ad pœnā & actū iustitię ipellere? Verū tñ Assyrij & alij Gētiles diuino instinctu abutebāt, plus eñ ęquo Israelitas sępenūero torq̄bāt. Ad illorū culpam speciali ope dñs de⁹ nō impellebat. Culpę enim est osor atq̄ prohibitor. Hoc p ethica doctrina sat est.

Dub. secūdū. ¶ Scdo dubitat vtrū ōis cōtinētia gradus, a tēpantia i specie distinguat, & tēpantia a gradu heroico.

Responsio. ¶ Circa hāc dubitationē aliq̄ affirmatiue rñdēt, obiecta i aere sibi fabricātes i ethicorū libris inassueti. Illis aūt relictis paucis rñdet q̄ idē habitus nūero successiue est cōtinētię & tēpātię. Patet, q̄ñ habit⁹ cōtinētię in Socrate circa a materiā: ad intētionē habit⁹, affect⁹ minuit pturbatiōe. Itaq̄ ea sedata vel i nihilū redacta, inclinat ille habit⁹ habētē ad bñ se hñdū circa a materiā, & nō est affectus in hñte ergo tunc erit tēperātia gradus, licet ab actib⁹ cōtinētię emersit, & si ex hñtis ignauia cupiditas crescat ille habitus erit cōtinētia. Esse cōtinētiā & tēperātiā ab extrinseco dependet. s. affectu. Nō est de rōne cōtinentię hre affectū p obiecto sat eñ est affectū inesse. ¶ Scda ppositio. Actus cōtinētię & tēperātię sunt eiusdē speciei entitatiue. Patet p idētitatē obiecti, & oia q̄ ad idētitatē specificā sufficiūt. ¶ Tertia ppositio. Idē actus nūero successiue erit cōtinētia & tēperātia. Capio A actū cōtinētię affectu multū sopito, ita q̄ ppsrū eius restet corrūpēdū, cōtinuet A act⁹ quoad affect⁹ sit extinct⁹, & habet ppositio. ¶ Quarta ppositio. Stat eūdē actū simul esse cōtinētię & tēperātię. patet de hoc actu, nolo comedere hūc cibū ppē deū, circa mediū pōt esse pturbatio, nō aūt circa finē. Idē patet de actu hñte copulatū p obiecto, vt nolo comedere hoc & hoc, demōstrādo fungū, & pdicē. Quin aliq̄ cōtinētia a tēperātia distinguat. nemo ambigit: sicq̄ est de multis actibus cōtinētię. Potes tñ ponere affect⁹ in rōne obiecti, & fingere iamter gradus intrinsece tales.

Dub. iij. ¶ Finalr̄ dubitat quō intēperātis iudiciū corrūpit. ¶ Rñdet q̄ a principio fuit icōtinens tn gradu, & tpis lapsu prōptificat ppterā agere, & sic rectū iudiciū minuit ita q̄ illud qd̄ graue scelus ab exordio iudicauit, postea nihil ipēdit. Ostēdo id ad oculū in sacerdotiorū pluralitate a principio de duob⁹ cōsciētiā faciūt, postea cōsciētiā abijciūt, & cōsuetudo pene in naturā cōuertit. Et sic intēpatus est irrectificabilis quodāmō, dicēte Hieremia. xiij. Si mutare pōt æthiops pellē suā aut pardus varietates suas, & vos poteritis bñ facere cū didiceritis malū. Scitū est exēplū Lycurgi volētis ppřo monstrare quātū efficacię bona assuefactio haberet. Acceptis eñ duob⁹ catulis vnū in silua aluit, alterū domi in culina, cōuocatisq̄ ciuib⁹ spectaculū memorabile pbuit, pposito lepore iter canes q̄ culinę assuetus erat, repētino cursu se ad cacabū vet⁹ domiciliū pripuit, q̄ vero in nemore coaluit incredibili pedū leuitate fugitātē leporē sectabat. Caue itaq̄ a mala pelle intēperātię in gradu ab hoc eñ gñe vix illaberis, nō tñ est ipossibile rimā elabēdi inuenire. Propterea pborū cōsilio vtere, itellectū rectifica, rectū iudiciū illud qd̄ est erroneū ab eodē subiecto circa eandē materiā exsufflabit. Nec in exemplo sacri Hieremię omnimoda similitudo est expectanda, sed aliqualis.

Tractatus. II. Cap. I, quod est VII. Cap. XI.

Voluptatis consideratio.



D ipsum aūt ciuilē philosophū pertinet de voluptate cōtēplari, atq̄ dolore. Hic eñ architectus est finis, ad quē vidētes vnūquodq̄ aut malū aut bonū simpliciter dicim⁹. Insup & necessariū est de ipsis cōsiderare: & virtutē eñ morū, & vitiū circa dolores voluptatesq̄ posuim⁹. Et fœlicitatē plurimi cū voluptate asserūt esse. Quibusdā igit nulla voluptas aut p se aut p accidēs bonū esse videt. Non eñ idē bonū esse putant, ac voluptatē. Quibusdā nōnullę qdē bonę, plerę q̄ aūt prauę esse vident. Sūt & q̄ tertio cēsent, etsi oēs sunt bonę, summū tñ bonū voluptatē esse nō posse. Nō bonū igit oīno esse putat, q̄a oīs voluptas generatio est sensibilis ad naturā. Generatio vero nulla genus idē subit qd̄ fines: nulla eñ ędificatio domus est. Pręterea vir tēperās fugit ipsas voluptates. Pręterea prudēs psequit vacuitatē doloris, nō id qd̄ afficit voluptate. Pręterea voluptates ipedimēto prudētiæ sunt atq̄ quo magis hisce q̄spiā gaudet, eo magis ipedit vt in venerea fit voluptate. Nemo nāq̄ dū est in illa mēte quicq̄ pspicere pōt. Pręterea ars nulla est voluptatis, & tñ oē bonū artis, est opus. Insup & pueri, & ferę, ipsas voluptates sequunt. Non esse aūt oēs studiosas existimat, q̄a sunt & turpes atq̄ ifames. Et q̄a afferūt detrimētū, corū eñ q̄ voluptatē efficiūt, nōnulla pariūt morbos. Ex eo vero voluptas summum bonum nō esse putatur, quia non est finis, sed generatio. Hæc igitur fere sunt quę de voluptate dicuntur.

Venus hebetat.

Voluptas morbum parens.

AD ipsum aūt ciuilē &c. Pria hui⁹ capitis cōclusio est hæc. Ad ciuilē siue moralē phūm attinet de voluptate doloreq̄ cōtēplari. Hāc trifariā pbat. Prio sic Moralis phūs est architectus, hoc est pcipuus speculator finis ad quē vidētes vnūquodq̄ simplr̄ aut bonū aut malū dicim⁹. Voluptas est vt q̄dā finis, i priorib⁹ hui⁹ dicit q̄ ad vitā cognitio finis magnū habet icremētū: ceu sagittarij signū hñtes magis vtiq̄ adipiscūt qd̄ op⁹, q̄ in bonis opib⁹ delectat is bonus est, q̄ vero in malis voloptatē capit is sane est mal⁹. Insup virt⁹ moralis & malitia sunt circa voluptates & tristitias. Ex scdo hui⁹. Interdū circa eas, sed rarētur vt obiecta incidūt sed ad moralē phūm ptinet cōsiderare de virtute & ma-

litia,ergo ad ipsum attinet de voluptate & dolore speculari. ¶ Tertio,felicitas est cũ voluptate,quocirca plures beatũ a gaudẽdo noiarũt.Hinc tres de voluptate opiniones recitat.Quarũ prima erat dicentiũ nullã voluptatẽ p se aut p accidẽs esse bonũ.Voluptatẽ eñ & bonũ nõ esse idẽ arbitrant.Bonũ p se bonũ est suapte natura bonũ.Per accidẽs bonũ est bonũ alicui adiũctũ,nã potius facit vt illud bonum aliqd mali habeat ob ei⁹ cõmixtionẽ.Scda erat opinio astruẽtiũ q̃sdã voluptates eẽ bonas,sȝ earũ plurimas esse malas,hãc scdam insequit.Inter vtrũq; vola medio tutissim⁹ ibis inqt poeta ¶ Tertia supmũ bonũ,deinde horũ opinãtiũ motiua adducit,i primis rõnes prię opiniõis.Pris aũt rõ est.Nulla generatio in natura sensibili est bona,at ois delectatio est gñatio sensibilis i natura:igit nulla delectatio est bona,in scdo mõ prię.Maior ptz,qa nulla gñatio est finis.sed via p quã ad finẽ deuenit:sicut ędificatio quæ est domus generatio non est ipsa domus,sed via ad domum.Et bonum & finis secũdum sic argumentantes coincidunt proinde secundum eos nulla generatio est bonum.Et minor declarat per delectationis diffinitionem quam ipsi ponebant dicentes.Tunc solũ esse delectationẽ,quãdo aliquod sensibile nostræ naturæ additur quasi nobis cõnaturale, vt in escæ aut potus assumptione est videre. Sed quia hæc prima ratio est cæteris tędiosior, sic argumentor.nihil est bonũ qd cũ fine stare nequit, cum nihil sit bonũ nisi ob causas finales:vt inqt cõmẽtator.xij.Metaphy.at voluptas nõ stat cũ fine, quia finis est in perfecto est,voluptas nunq̃ est in pfecto esse,sed in pfectiõis generatiõe.Patet ad oculum,si frigeas calefactio erit tibi voluptati,donec ad temperamẽtũ reductus fueris,& nõ amplius. Et si repletiõis egeas,esca erit tibi voluptati,sed nõ diuti⁹ q̃ cũ stomachus & pori repleti fuerint. ¶ Scda ratio est Tales voluptates vir tẽperãs fugit:igit voluptas est quid malũ. Pręterea. ¶ Tertio prudẽs indolentiã & dolorũ vacuitatem sequit,nõ autẽ ipsas voluptates. ¶ Quarto voluptates ipedimẽto sunt prudẽti,& quo qs magis hia voluptatib⁹ afficit & gaudet,eo magis impedit, vt in venerea voluptate intueri licet.Nemo quoq; dũ est in illa,quicq̃ mẽte cõsiderare valet:proinde voluptates nõ sunt bonę ¶ Quinto delectationis nulla est ars:at omne bonum humanum est opus alicuius artis.

¶ Sexto.pueri & bellue ipsas voluptates sequuntur,sunt igitur brutales voluptates & non expetendę vt bonę His sex rationibus pro prima opinione recitatis,pro scda similiter argumentat. Primo sic. Quędam voluptates sunt turpes ac infames:ergo nõ oẽs sunt studiosę. Scdo qa aliq̃ voluptatũ detrimentũ afferũt,voluptatẽ eñ efficiẽtia q̃dã morbos aggenerant,alias aũt esse bonas nihil ipsis videtur esse absurdum. ¶ Demum vnico medio pro tertia positione argumentat. quæ dicit nullam delectationem esse optimam q̃uis omnes sint bonę.Id quod non est finis non est optimũ,at nulla voluptas est finis:igitur. Consequentia tenet cum maiore.Et minor probatur scdm loquentiũ dicta,omnis delectatio est generatio sensibilis in natura,& nulla generatio est finis,sed via ad finẽ.Hęc fere sunt quę de voluptate ab illis adducunt. ¶ Sed cõtra literã obijcit:primo.Videt aũt ꝙ hic nõ est locus de voluptate disserẽdi:immo est in decimo:in signũ cuius in illius libri primordio de voluptate loqt.Itẽ in rhetorica de voluptate determinat, ergo nõ hic. ¶ Respondet ꝙ hic principaliter de voluptate sensuali loquit,& de tristitia,circa quã cõtinẽtia incõtinẽtia,mollicies & pseuerãtia laborãt. de spũali aũt delectatione nõ determinat nisi p quãdo corporalis voluptas meli⁹ dephendit.Opposito aũt mõ determinat in decimo.Principalr eñ de spũali in decimo,vt de felicitate loquuturus, q̃ qa nõ est sine voluptate, prius de voluptate loqt.Itẽ plerique philosophi & vulgus in delectatione felicitatẽ ponebãt.hoc aũt in decimo euacuat anteq̃ puinciã loquẽdi de felicitate subeat.Et quia inter amicos maxime solet esse delectatio (nihil enim est delectabilius q̃ cum honestis amicis conuiuere,vt in octauo & nono dicit) propter post hanc materiam voluptatis in septimi calce de amicitia loquet. Et sic hoice libros connectit. ¶ Ad scdam rationẽ dicit ꝙ rhetorica solum probabiliter de voluptate tractat , moralis autẽ philosophus demonstratiue eo modo quo ethicus demonstrationes suscipit.

Obiecta. Responsio ad prius. Ad secundũ.

Tractatus.II. Cap.II.Quod est Lib.VII. Cap.XII.



On effici aũt ob ea q̃ dicta sũt,vt voluptas bonũ nõ sit,nec id qd est optimũ,ex hisce sane cõstabit.Primũ nãq; cũ bonũ sit duplex (est eñ aliud absolute,aliud alicui bonũ) & naturę ipsę & habit⁹ hæc sequent.Quare sequent & motus,& gñationes.Atq; earũ q̃ prauę vident esse,q̃dã sunt simpliciter prauę,alicui vero non sunt,sed expetibiles huic.Quędã nec huic; sed nõnũq̃ & tẽpore paruo expetibiles vero nõ sunt.Quędã neq; voluptates sunt,sed vident q̃ sunt cũ dolore & medicaminis gratia,quales sunt ægrotantiũ.Pręterea cũ bonorũ aliud sit opatio,aliud habitus,opationes q̃ ad naturã cõstituũt habitũ,p accidẽs afficiũr voluptate.Est igit opatio in cupiditatib⁹ restãtis habit⁹ atq; naturæ. nã & sine dolore cupiditateq; sunt voluptates,vt opationes cõtẽplandi,nõ deficiẽte natura.Signũ aũt est ꝙ nõ eisdẽ gaudẽt hoĩes,cũ replet,& cũ est cõstituta natura,sed cũ est cõstitura iis q̃ simpliciter afficiũr voluptate,cum repletur & cõtrariis.Nam & acribus gaudẽt & amaris,quorũ nihil prorsus aut natura,aut simpliciter afficit voluptate,quare nec voluptates. Nam vt ea quę voluptatẽ efficiunt inter sese distant,sic & voluptates eę q̃ ab illis pueniũt.Atqui nõ necesse est aliquid aliud esse pręstabilius voluptate,vt quidã inquiunt gñationes ipsius finẽ,

Non enim generationes, neq; cum generatione sunt omnes, sed operationes & finis. Nec eueniunt dum fiunt, sed cum fit vsus: nec omnium est finis aliud quicq̃, sed earum quae ducunt ad perfectionem naturae. Quapropter & non bene sese habet, voluptatem dicere generationem esse sensibilem, sed dicendum est potius operationem eius habitus qui est secundum naturam, & pro hoc sensibilem sine impedimento. Videtur autem ex eo generatio quaedam esse, quia est proprie bonum. Operationem enim generationem esse existimant. est autem diuersum. At vero si voluptates esse prauas ex eo censent, quia nonnullae rerum afferentium voluptatem morbos efficiunt, idem de salubribus rebus censebunt. Nonnullae nanq; obsunt pecuniariae rei. Hoc igitur pacto prauae sunt ambae. at non sunt ob idipsum prauae. Nam obest interdum ad sanitatem & contemplatio. impedit autem neq; prudentiam neq; habitum vllum voluptas ea quae ab vno quoq; prodit sed alienae. Nam eę voluptates quae ad contemplationem emergunt & disciplinam, conferunt potius ad contemplandum, atq; discendum. Id praeterea quod dicitur nullam vllius artis opus voluptatem esse cum ratione accidit. Nec enim vlla alia operatio artis est, sed potentiae, q̃q̃ & vnguentaria ars & coquinaria, voluptatis esse videntur. Temperantem autem fugere voluptatem, & prudentem sequi vacuitatem doloris, pueros deniq; persequi beluasq; afficientes res voluptate, eodem omnia modo soluuntur. Nam cum voluptatum (vt dictum est) aliae sint absolute bonae, aliae non bonae tales voluptates tam pueri q̃ beluae persequuntur, & harum indolentiam prudens quas cupiditates comitatur & dolor, quaeq; corporis sunt. Hae nanq; tales sunt, & harum exuperationes, quibus intemperans, intemperans est. Quapropter has temperās fugit: nam sunt voluptates, & temperantis.

NOn effici autem &c. In superiore capite aliorum opinationem recitauit, hic autem suam annectit, dicit ergo primo. Superioribus rationibus a priscis allatis non est conclusum vt voluptas bonum non sit, vt prima opinio prętendebat, neq; ostensum est ꝙ non sit optimū, hoc est summum bonum, quod secunda opinatio prętendebat, ex hisce dicendis hoc constabit. Secunda opinio absolute est vera in conclusione: ideo contra eam nihil se dicturum ostendit, q̃q̃ ad vnam eius rationem inefficacem postea respondebit. Etiam prętermittit, quia illa verum concludit, dicit ante rationum solotionem ꝙ boni communiter sumpti duo sunt genera: quoddam est bonum simpliciter qđ homini perfecto est bonum, vt speculari, & bonum alicui quod imperfecto homini conducit. Natura perfecto habitu decorata est perfecta simpliciter. Alia est imperfecta cuius cupiditas adhuc non est domita. Habitus perfectus appetitum sensitiuum iam domat: imperfectus aliquem perturbationis insultum compatitur adhuc. Ita generatio & motus distinguantur. de prauis voluptatibus vide. xiiij. capite quia alię prauę naturę sunt operationes aut ab ortu: quędam nec sunt expetibiles huic, sed nōnunq̃ paruo tempore vt manducare, bibere: expetibiles tanq̃ perfectiones non sunt, sed quia ad perfectionem tendunt. Non enim viuimus vt comedamus: verum manducamus vt viuamus. Quędam reipsa non sunt voluptates verum sunt voluptatum similes: dolorem enim annexum habent & medicinę gratia fiunt: quales sunt illorum qui morbo illaqueantur. Decimumtertium caput cum. xiiij. haec omnia affatim docebunt. Ista pro illis summatim solum prębantur. Praeterea cum bonorum aliud sit operatio & actus secūdus: aliud habitus & actus primus, verbis philosophi vtendo. Secundo de anima operationes quo ad naturalem constituunt habitum per accidens efficiunt voluptatem. Distingunt hic habitum naturalem & innaturalem multi, & multa inutilia & peregrina languida ponunt quae breuiloquij causa relinquo. Vult enim philosophus dicere ꝙ operationes habitum pręcedentes per accidens solum voluptatem generant: cuius causam statim tangit quae est: duplex est igitur operatio in cupiditatibus, restantis habitus & naturae. Vult enim dicere ꝙ ante habitum virtutis homo est pronus ad malum, & habet cupiditatem. Successiue generatur habitus ab operationibus successiue adductis. Toto generationis tempore habitus parui aut mediocris adhuc dominatur cupiditas inclinans contra bonum, quia habitus non est completus & perfectus qui cupiditatis feruorem mulceat. Habitus ipse est natura & naturaliter inclinans. Alio modo etiam & fortasse melius, naturae habitum, habitus intellige. Itaq; in praesentia per naturam hic totum hominem intellige, quae adhuc est imperfecta accidentaliter, cum non habeat habitum perfectum. Nam & sine dolore & cupiditate sunt voluptates purę. Hoc est voluptates sequentes habitum virtutis expellunt & dolorem & cupiditatem. Cupiditate vir affectus cum dolore abstinet, & a prosequutione obiecti si non iuuetur vehementi habitu virtutis. Exemplificat de hac puritate per vnum notius, quia talis debet esse probatio, vt contemplatio non deficiente natura, hoc est non morbo laborante vel male aliter se habente: operatio autem contēplandi in corpore sano est voluptuosa, quare mētem sanā in corpore sano nō ab re quidā expetebat. Probat illud a signo in corporalibus, sicut sępius facit & ea sunt nobis sensibiliora q̃ mētis abdita vti diximus, & vult dicere ꝙ esuriētes gaudēt malis cibis & potibus quo ad reficiantur, quia eorum pori sunt vacui & refocillatione egent, & est quidā lāguor stomachi ob cibi potusq; carētiam donec repleaẽ. at cum homines repleñ, optime iudicant quę sint delectabilia & quę non.

Ponam literam. Signum autem est ꝙ non eisdem gaudent homines cum replentur, hoc est cum sunt in tempore repletionis: & cum cōstituta in natura humana, hoc est refocillata. Iam homo est fortificatus per cibum qui ante debilitatus erat, sed cum natura humana est constituta & fortificata in cibo natura sufficienter alimenti poculentiq; sibi assumpsit, tunc gaudet natura his quæ simpliciter afficiunt voluptate, vt vino belnensi & perdicibus, cum homines fuerint repleti, hoc est in tempore repletionis contrarijs gaudent, vt vino acri & cibo amaro. At esuries est eis salsa, seu condimentum, facitq; hæc & illa apparere eis delectabilia, quorum nihil prorsus aut natura aut simpliciter afficit voluptate. Delectabilissimum simpliciter afficit voluptate vt optimus cibus, optimusq; potus. Patiens sitim de pot⁹ bonitate sinistre iudicat, sed cum satis potus natura sibi assumpsit si crapulę nimietate non sit absorpta optime iudicat. Sic de cibo. Perinde atq; est de voluptate, quę inest operi ante habitus generationem & eius productionem. Et ad illam analogiam Aristoteles hoc induxit. Nempe & ea quæ voluptatem efficiunt ante habitum genitum & post ipsum productum: hoc est vt ipsa delectabilia voluptatum obiecta inter sese distant, sic & voluptates quæ ab ipsis emanant. Variæ operationes specie distinctæ, varias voluptates specie distinctas producunt. Tametsi calor ignis & solis sint eiusdem speciei. In actibus animæ id verum habet. Alioqui non probabis mihi scientiam & opinionem de eodem obiecto specie distingui. ¶ Deinde soluit rationes pro opinionibus inductis, non ea ratione qua propositę erant. Primo enim eluit vnam rationem tertiæ opinationis, per quam in valore vi etiam primę opinionis eluitur, & incipit secunda illic. Atqui non necesse est aliquid aliud &c. dicit non esse necessarium ob rationem inductam, nullam delectationem esse optimam. Illa nanq; ratio hoc non concludit, ratio enim erat hæc. Finis est præstabilior his quæ sunt ad finem: igitur est omnium generatione pręstantior: quia omnis generatio est ad finem: at omnis voluptas est generatio: igitur omni voluptate est nonnihil præstantius, scilicet finis voluptatis. Hanc rationem eluendo negat hanc omnis voluptas est generatio aut cū generatiōe, vt patebit in decimo, sed solę illę voluptates quæ sunt cum tristitia & cupiditate constitutius habituum sunt generationes aut cum generatione, ac non omnis voluptas est cum tristitia vt ex proxime significatis constat, quia quædam voluptates sunt operationes vel cum operationibus, quæ sunt ab habitu iam constituto & perfecto: & nihil vetat talem voluptatem esse optimam, cum habeat rationem finis. Saltem oppositum illi non probant, etiam perficiunt operationem vt quidam finis in decimo dicetur. Solum illarum operationum quæ ducunt ad perfectum habitum est alius finis ab eis, at non operationum habitum sequentium. Illę enim ad perfectionem ducunt hę a perfecta natura habituata emergunt. Capio literam. Atqui non necesse est aliquid aliud esse præstabilius voluptate, vt quidam inquiunt dicentes generationis finem supple esse meliorem generatione. Loco generatiōis Leonardus effectionem ponit. Non enim generationes, neq; cum generatione sunt omnes voluptates, sed aliquæ sunt operationes, & etiam finis: quæ voluptates non eueniunt dum habitus fiunt & generantur, sed dū fit vsus post habitū complete genitū. Et per hoc patet ꝙ nō omniū voluptatū est alius finis ab ipsa voluptate, sed solū earū est alius finis q̄ sequunť opationes inducētes habitū ad perfectionē naturæ. Origines habituū tēpore generationis erant cū tristitia & cupiditate. Quapropter voluptatē sinistre diffiniūt dicētes, eā esse generationem ad naturā sensibilem, quia ea non competit nisi voluptatibus imperfectis. Quinimmo potius dicendū fuisset voluptatē opationē esse illius habitus qui sc̄dm naturā est. Hæc enī diffinitio omni voluptati perfectæ cōuenit. Et loco particulæ sensibilem, potius dicendum fuisset sine impedimento. ¶ An delectatio sit operatio formaliter an causaliter in decimo vbi locum habet videbitur. Et operationem hic extendit ad omnem actum secundum ab habitu, & forma procedentem. Strictius in decimo capit delectationem operationem negans. Operatio non impedita est voluptuosa, quia omnis operans voluntarie ex desiderio operatur, proinde si operatio non fuerit impedita, desiderium complebitur: quod si compleatur plurimum delectat ipsam animam: vt ait sapiens Prouerbiorum decimo tertio. In capite sequenti parum vltra medium ostenditur quonam pacto operatio potest impediri. Visum erat antiquis delectationem esse generationem, quia voluptas est quid optimum in felicitate, & idem est operatio & generatio, vt ipsi existimabant. At ita non est, quia operatio saltem perfecta est posterior generatione. Generatio enim est via ad naturam ac operatio est formæ aut ipsius habitus vsus.

¶ Sequitur in litera. At vero si voluptates &c. Iam tangit motiuum in capite præcedenti tactum, quo dicebatur. Præterea voluptates impedimento prudentię sunt, illicq; soluit rationem pro secunda positione quæ ponit aliquam voluptatem non esse bonam, quia aliqua est nociua morbos inducens.

¶ Et in valore sic argumentatur. Nullum bonum est nociuum, at quædam voluptates sunt nociuæ seu ægritudinem inducentes. Dicit ergo ꝙ non sufficienter voluptates esse prauas concludunt per hoc ꝙ nonnullę voluptatem afferentium morbos efficiant. Primo quia aliquæ delectationes quæ valitudinem restituunt rei pecuniariæ obsunt, & sic idem in salubribus rebus censerent puta eas esse prauas, quod est falsum.

¶ Secundo contemplatio crebriter sanitatem præpedit, vt pleno stomacho literis insudare, vnde negat illam: omne afferens corpori iacturam est malum: contemplatio enim magni studij spiritus consumit, & longęuitati obest. & tamen non continuo est praua. In actu fortitudinis vita confestim periclitať, & nemo inficias iuerit, qn fortitudo sit laudabilis. Et sic eorum argumento contemplatio esset mala. Cōtēplatiui enī in reb⁹ sublimib⁹ nisi ratiōe vtanť interdū ingeniū remittēdo, sūt breuis æui. In tercijs horis lr̄is est vacandū: a sumpto pastu aliquādiu fabulabere cū salsis atq; facetis, si haberi queūt;

Honesti sales a lepidis prolati animum recreant atq; refocillant. Si illi tibi non occurrant, ante meridianas horas, hoc est nonam perficito, atq; vespertinum officium consummato, digestione celebrata studio operam nauabis. Nec hoc est temporis fæces deo porrigere & meliora mundo. Literarum eñ studiũ est propter deum atq; eius cultum capessendum. Non loquor de regentibus cursus artium. Nã a pastus calce reparant Artistę, cauillos Sophisticos a suis pharetris extrahunt, vt machinis respondentem circumueniant. Hęcq; exercitatio eis minime obfuerit. Ita & nosipsi fecimus. Tenuis est collegiorum portio, vinum per se debile, aqua debilitatur, & illis materijs excercitati abundant, & viridis sunt ætatis, proinde ea palęstra eis non obest. ❡ Sequitur in litera. Impedit autem neq; prudentia &c. Hic soluit quartam rationem pro prima opinione inductam, illic: dicebatur ꝙ voluptas prudentiam impedit: dicitq; ꝙ neq; prudentiam neq; aliorum habitum vllum voluptas quæ vnicuiq; operationi propria est, impedit: vnde voluptas quæ procedit ab operatione prudentis prudentem iuuat nõ impedit. Nec alicuius habitus propria voluptas habitum a quo proficiscitur impedit: quippe voluptas contemplationi superueniens adminiculum ad contemplandum ministrat. Quando artifex in sua operatione delectatur clarius atq; sincerius animaduertit diutiusq; continuat opus. Nauses vero atq; fastidium opus cœptum interrumpunt, non delectatio: quę perficit opus vt medicus sanum, decimo Ethicorum, sed sicut sanitas & finis causę sunt sibijnuicem causę. secũdo Physicorum. Operatio est voluptatis fons & affectrix. Verum delectationes extraneę vt corporales operationem scholasticã prępediunt. Voluptates enim corporales aliquę corpus transmutant & rationem pro tempore adimunt, vt de venereis vno ore perhibent omnes. Aliquæ distrahunt, & homo distractus in priore operatione minus immoratur, itaq; delectatio illius operationis minuitur. Aliquæ excessiuę voluptates existimationem prudentię corrumpunt, nõ autem speculabilium iudicium. vj. Ethicorum. Vna voluptas alteri interdum consonat, operationemq; pristinam parum nihil ve minuit, vt lyricen musicus inter prandendum. ❡ Sequitur in litera. Id pręteres quod dicitur nullam &c. Quintam rationem primæ opinationis hoc pacto infirmat. Ratio siue captio fuit hęc. Omne bonum est opus artis: at nulla voluptas est opus artis, proinde nulla voluptas est opus bonum. In secundo modo secundę figure, scilicet Camestres. Maior ostenditur. Quia omne bonum a recta ratione emergit. quæ apod illos est ars. Philosophus maiorem inficiatur dicens ꝙ operatio non est propria artis, sed potentię, quę talem habitum habet. Potentia est artis principium, ꝙ omnis opatio primo erit ipsius potẽtię in qua postea ars fundatur. Qꝫ si voluptas more eorum sit operatio non erit bonum artis, sed potentię. Ars est recta ratio factibilium, & eorum quę efficiuntur, non eorum quæ a nobis aguntur. Deinde minorem interimit, scilicet ꝙ voluptas non sit opus artis, quia ars coquinaria est facere concoctiones & condimenta irritamenta gulę vt archimageri Parisienses in noptijs locupletum faciunt. Pariter & ars vnguentaria voluptatis esse videtur. Posthęc soluit rationem secundo loco positam per dicentes tẽperatum fugere voluptates, dicitq; vbi addunt, temperantem fugere delectationem & prudentem sequi vacuitatem doloris, hoc est non tristem vitam, etiam pueros cum belluis voluptate trahi. Eadem solutione hęc omnia, scilicet secunda tertia & sexta rationes eluuntur. Dicit enim temperatum fugere dolores, quod in secunda ratione tangebatur, & ꝙ prudens vitam sine tristitia quærit, prout in tertia dicebatur. Insuper in sexta argumentatione insinuabat pueros atq; belluas voluptates quærere, omnia hęc eandem solutionem efflagitant, quæ erit hęc. Voluptatum quædam sunt absolutę, hoc est reipsa bonę, siue sint corporales siue spirituales. Alię sunt non bonę, sed adulterinę & sophisticę. Voluptates illę sunt tristitię immunes, hę vero cum cupiditate & tristitia. Tales voluptates tam pueri q̃ bellue sequũtur. Verum harum voluptatum indolẽtiam, hoc est nõ cõtristationẽ prudẽs q̃rit. Prudẽs enim in harũ voluptatũ corporaliũ absentia nõ tristaꝛ. Vitã sine tristitia indagat. dicit ergo litera. Harum voluptatũ indolẽtiam prudẽs quęrit, quas voluptates cupiditas dolorq; comitatur, corporis eñ sunt. Hę nãq; voluptates tales existunt, & horũ excessus, quibus intemperãs euadit intẽperãs, vir tẽperat⁹ fugit. Nã aliquę sunt voluptates ipsius tẽperãtis. Sane vnusquisq; habitu redimit⁹ voluptatẽ capit in sui habit⁹ actib⁹, in cibo potuq; cõformiter ad rationẽ voluptatẽ capit. Ante esuriẽ & sitim nõ esitat bibit ve, quare palaꝫ bñ dispositũ habet, & sua tẽperãtia prudẽtiã cõseruat. Proinde in spiritualibus, vt par est, plurimũ delectaꝛ. Nec nõ tẽperatus in cõnubio in re vxoria voluptatẽ capit, qa cõiugẽ prolis gr̃a cognoscit & castitatẽ in se ac in vxore cõseruet, ne cõ aliena psona sit coitus. & hoc sine peccato (vt reor) vllo. Et si voluptates vnius formę ꝑdirẽt, illi veteres bñ cẽserẽt. modo nõ est ita. Tẽperãs in cibo potuq; eorũ q̃ ad corporis sustẽtationẽ capit, exupatiõnẽ auersaꝛ atq; abhorret. Pueri & pecora plus æquo si alimẽtũ eis ministreꝛ capiũt. Bñ dicit. Da puero dũ vult, catulo dũ cauda mouet. Sic puer indoctus, catul⁹ male pastus habeꝛ. Puer sane vltra sufficiẽtiã nutrimẽtũ applicatũ suscipiet sicut in intẽperato adulto & bellua, & erit sui homicida, nisi ꝓuida nutrix ꝓuideat. Discretiõe prudẽtis medici illustriũ liberis i puerina alimẽtũ deꝛ. Memineris ꝙ ꝓmiscue Aristoteles capit delectationẽ ꝑ opatiõe vel q̃litate cõcomitãte. Sup hoc veteres digladiabanꝛ, & nostri theologi vt in decimo patebit.

Tract.II. Cap.III. Et Lib.VII. Cap.XIII.

Dolor an sit malum.



Tqui malum & ipsum dolorem esse ac fugiẽdum conceditur. Alius enim est simpliciter malum, alius aliqua ex parte, ex eo quia infert impedimentum. At contrarium fugiendo quo fugiẽdum quid est atq; malum, est bonum. Igitur voluptatem bonum quid esse necesse est. Eo nãq; modo quod Speusippus soluebat non conuenit solutio, vt minori maius est æquali vo

luptatem contrariũ esse.Non enim sub malo voluptatem ipsam vt speciem dixerit sub ge-nere collocari.At vero nihil prohibet,voluptatem aliquam optimum esse,si nonnullę voluptates sunt prauę quemadmodũ & scientiam aliquam si sunt nonnullę sciẽtię praue.Quin potius forsitan & necessarium est,expetibilem esse aliquam summe,si sunt vniuscuiusq̧ habitus operationes sine impedimento,siue omnis operatio sit fœlicitas,siue vnius cuiuspiã ipsorum,vacans impedimento.Hoc autẽ est voluptas.Quare fit vt aliqua voluptas,ipsum sit summum bonum etiam si forte pleręq̧ voluptatũ sint simpliciter praue.Atq̧ ob id ipsum fœlicem vitã iucundam esse omnes arbitrantur,nectuntq̧ ipsam voluptatem cum fœlicitate non absq̧ ratione.Nulla nãq̧ operatio perfecta est,si impediet.At fœlicitas operatio est perfecta.Quapropter fœlix indiget bonis,& corporis & externis,ipsaq̧ fortuna,quo nõ impediatur.Qui autem aiunt eum qui rota torquetur & magnis in calamitatibus est constitutus,fœlicem esse si modo sit bonus:nihil profecto dicunt aut sua sponte aut inuiti.Quia vero fœlix indiget & fortuna,ideo quibusdam fortunę prosperitas & fœlicitas idem esse videtur:quod non est ita.Nam & ipsa si exuperet,impedimẽtum affert,atq̧ fortasse iure tum non est prosperitas appellanda,diffinitio enim ipsius est ad ipsam fœlicitatem,illud etiam beluas hominesq̧ persequi voluptatem,indicat ipsam esse quodammodo summum bonũ.

Sciẽtię bonę & prauę.

Fœlicitas ex igit bonum.

Prosperitas minima non est fœlicitas.

Quam populi celebrant omnino fama perire,

Nulla potest.Sed quoniam eadem natura habitusq̧ optimus neq̧ est neq̧ videtur, nec voluptatem eandem omnes sequuntur.Voluptatem tamen omnes sequuntur:fortasse autem & persequuntur,non eã quam putant,neq̧ quã dicerent,sed eandem.Omnia namq̧ diuinũ quid habent natura.Sed corporis voluptates ex eo sibi nomen hoc vendicarunt,quia sępissime occurrunt,& omnes sunt ipsarum participes.Solas igitur has esse putant,quia solę sunt notę.Patet etiã nisi voluptas & operatio sit bonum,fœlicem viuere cũ voluptate non posse.Cuius nanq̧ gratia ipsa est opus,si non bonũ est?At simul & cũ dolore ipsum viuere contingit.Dolor enim neq̧ malum est neq̧ bonum,si neq̧ voluptas,cur nam itaq̧ fugeret? Neq̧ igitur studiosi ipsius vita iucunda erit,si non sint & operationes ipsius iucundę.

Atqui malum & ipsum dolorem esse.&c.Nunc probat q̧ aliqua voluptas est bona,hocq̧ sic. Omne contrarium malo & fugiendo est bonũ:at voluptas dolori malo quem fugiẽdum dicit,aduersatur: igitur.In contrariis inter quę est medium non sequitur:hoc est coloratum & non nigrum ergo est album:dantur enim colores medii.Verum vbiq̧ in contrariis immediatis si vnũ est malum alterũ est bonum.Vbi vero inter contraria est mediũ vtrũq̧ est malum.Patet de prodigalitate & illiberalitate.Intelligit philosophus,q̧ illud quod contrariatur malo tanq̃ mediũ extremo,semper est bonũ sic autem est in proposito Verum tamẽ aliquis dolor est simpliciter malus vt dolor de bono fratris:vt inuidi dolor,ac dolor de inordinatorum venereorum absentia.Ille dolor a toto genere est malus.Alius est dolor nõ simpliciter malus,sed ex parte solum est malus quia boni impeditiuus:nihil de nostra virtute aufert si sit cũ moderamine:vt dolor qui est de amici morte:ac contrarium fugiendo,quo hoc est siue quatenus hoc est,fugiẽdum est atq̧ malum:Est bonũ,voluptas ergo hac via dolori aduersatur,est igitur voluptas, ergo aliquod bonum.neq̧ solutio Speusippi est conueniens:dicentis voluptatem sic aduersari dolori,vt malus minori; hoc est vt extremum extremo & aequali hoc est medio.Erat autem Speusippus platonis discipulus & ex sorore nepos:pręceptori in academia succedens qui dicebat voluptatem vt contrarium maius,aduersari dolori tanq̃ minori extremo,& etiam aequali hoc est medio:dicebatq̧ indolentiã siue carentiam doloris esse medium:sicut illiberalitas magis est fugiẽda q̃ prodigalitas.Proinde non sequitur voluptatem esse bonũ: sed potius sequitur eam esse quoddam malum.Hanc responsionem philosophus confutat ad hominẽ argumentans,qui platonicus erat,& eius sentẽtię addictus.Ex hoc dicit q̧ voluptas esset quoddã per se & secundũ genus malũ:& sic quęlibet species voluptatis esse mala:qđ ipsi dicere nolunt. Conclusio hypothetica talis sequitur.Œuis aliquę voluptates sint praue:ex hoc nõ concluditur quin aliqua voluptas optimũ sit.Patet per locum a simili:non enim inconuenit aliquam scientiã esse optimam vt metaphysicam,licet aliquę essent prauis,quarum vsus ad malum ducit, vt nefaria depratatorum volumina in quibus pestilentissima reliquerunt posteritati dogmata:vtpote de venereis quę ad illam explendam abundantius cõducunt:& quod pharmacũ assumptum pręsentanee aut stato tempore hominem enecat. Pari modo Albumasar & reliqui superstitiosi astronomi perniciosissimos libros cuderunt quibus diuinam potentiã ac eius maiestatem corrodere studuerunt.Liberum arbitriũ & cęteraid genus quibus bene beateq̧ viuitur,subtraxerunt.Omnia hęc monimẽta indubie sunt vulcano cum Vuicleffi & Lutheri ac oecolampadii operibus tradenda.Pręterea quomodo Necromantię & similium artium vsus est malus,illas quoq̧ perniciosas esse oportet.Artis nomen ad impietatem homines late extendunt.Philosophus hic expletiue & conditionaliter procedit:in decimo ostensurus est felicitatem non cõsistere in voluptate:hic autem hypothetice loquitur:& vtitur aliorum more communi.Nondum enim est veritas illius negocii discussa.Forsan necessariũ est aliquam voluptatem esse summe expetibilem.Probatur sic,aliqua operatio alicuius boni habitus vo-

luntaria & nõ impedita est bonum optimũ: at omnis talis operatio est voluptas, siue omnis operatio sit fœlicitas siue vnius cuiuspiam ipsorũ sit fœlicitas: quare aliqua voluptas erit summum bonũ. Licet etiam multę voluptatum sint prauę. Hoc solidat per vulgarem famam: Beatam enim vitam iucundam arbitrãtur omnes: nectuntq; cum beatitudine voluptatem. Et non sine ratione: quia nulla operatio si præpediatur perfecta est: at fœlicitas est operatio perfecta: & si ea non assit operatio impedit̃. Quocirca fœlix bonis indiget cum corporis tum externis, quibus fretus in sua actione minime impeditur. Stoici qui dicunt illum qui in rota, aut phalaridis tauro graui supplicio torquetur, & qui ingẽtibus calamitatibus premitur, fœlicem esse, modo sit bonus, siue velint siue nolint, mihi ignoscant: nihil enim dicunt: quia illud est inopinabile. Vel siue velint. i. siue scienter hoc dicunt, tunc mentiuntur: aut si inuiti & sic decepti per rationes quas soluere nequeunt. Generose stoicus philosophatur illic, & a theosophorum vestigiis minime discedit: in contemplatione supremę causę & studiosa vita beatitudinem collocans Iob enim calamitatibus pressus erat fœlicitate clarus: loquor perinde ac si calamitas probos contingere possit. Dubio procul Socrates bibẽdo succum cicutę frigiditate illi letiferum & martyres in Mosaica lege & lege gratię a fœlicitate in tormentis non cecidere. Eleganter sane stoici philosophabantur: eorumq; rationes erant insolubiles. Probo viro nulla calamitas aut vera miseria accidere potest. Hanc sententiam Aristoteles in decimo exosculatur, nunc autem de mundana fœlicitate & politica, sicut in primo, loquitur. Fœlicitas actiua quæ est ad alios, vtpote ad familiam & ciuitatem fortunis indiget: verum fœlicitas speculatiua. Vt in decimo inquit, perpaucis bonis aut nullis indiget: puta sic vt sint necessarii, nihilo tamen minus conducunt. Decimo libro propriam opinionem sincerę fœlicitatis insequitur: & cum sibi non aduersetur: ita eum exponere vrgemur. Latius illam materiam deus cœpta secundet in decimo examinabimus. Accedo literam quę facilis est. Fœlix indiget fortunis, ea propter aliquibus fortunę prosperitas & fœlicitas idẽ esse falso apparet. Sane opes si exuperanter assunt fœlicitati impedimentum pręstant. Opes enim sunt instrumentum fœlicis sed quãdo sunt excessiuę sunt ineptum instrumentum: & tunc prosperitas non est appellanda: quia opum diffinitio & terminus ad fœlicitatem requiritur. Insuper & bellue & homines summo studio persequuntur voluptates, hoc est argumentum voluptatem quoddam optimum esse. Hoc ipsum omnes vno ore prędicant. Et quod cõmunis fama tradit, omnino non deperit quod authoritate Hesiodi fulcit carmine: Quam populi celebrãt omnino fama perire Nulla potest. Sequitur in litera. Sed quoniã eadẽ natura habitusq; optimus &c. Quia iam probauit experimento omnes homines voluptatem obuiis vlnis prosequi & authoritate hesiodi non esse leuis momenti quod omnes populi prędicant: diceret quispiam ꝙ tametsi pueri & bellue voluptates sectantur tamen per hoc minime probatur voluptas esse summum bonum, quia pueri & pecora ineptas voluptates sequuntur: non enim omnium eadem est optima natura neq; optimus habitus: eandemq; voluptatem non omnes sequuntur sed aliam & aliam. Logice loquendo omnes voluptatem sequuntur, verum nullam voluptatem omnes sequuntur senum & iuuenum differens est delectatio: & boues & equi diuersis gaudent. Hoc refellit inquiens. Quinimmo & voluptatem omnes sequuntur, fortasse autẽ & persequuntur hoc est ad finem vsq; & ita bene sequuntur. Vbi fortasse non est aduerbium dubitandi, plusq̃ forte vt alias latius explanauim⁹: & si sit aduerbium ambigendi ad eam partem Aristoteles descendit inquiẽs. Non persequuntur eam voluptatem quam suspicantur, nec illam quam interrogati dicerent: sed quãdam occultam voluptatem eis insitam quam explanare nequeunt. Omnia nanq; diuinum quod habent natura. omnes mortales vestigium quoddam innatum habent ad deum, a quo producti sunt, & suo modulo ad id tendunt, nam ad dei cognitionem possibilem omnes homines suapte natura tendũt quatenus dei maiestatem ornent. Similia in decimo ethicorum omnino tangit. Nec Aristoteles primus hanc viam detexit: sed philosophantum generosa cohors: quorum sententiam ipsa in exordio primi libri mutuatus corolarium subortum infert sic scribens. Quapropter bene veteres bonum ipsum id esse dixerunt, quod omnia appetunt. Vbi bonum ipsum stat determinate. Memor sis q̃d superius commemoraui ꝙ in præsentia Aristoteles voluptatem ab operatione illa summa aut illius obiecto non segregat. Sequitur in litera. Sed corporis voluptates grande sibi nomen vsurparunt. Et id rationis est ꝙ sępenumero occurrunt. Quotidie enim manducamus & bibimus: & in refocillatione naturę illę voluptates irrepunt: & quia sensibiles sunt vulgo sunt notiores. Quocirca eas solas esse voluptates falso abitrantur. Sequitur in litera. Patet etiam. Vnam rationem pręter illata affert, vallaturus voluptatem esse bonum. Circa quam hoc pacto in valore procedit. Si voluptas non sit bonum: fœlix cum iucunditate vitam non aget. Consequens illatum est falsum: ergo & antecedens. Assumptum probatur: quia felix in summa iucunditate vitam degit: & peculiares voluptates habet: ex decimo atq; primo libro id lucet. Consequutio ostenditur: quia ipse felix omnia bona consequitur: at si delectatio non sit bona, eam protinus a se exterminaret tanq̃ non bonum: sed voluptas a felice minime extruditur: igitur. Secunda ratio ad impossibile vel ad falsum ducens est: Si voluptas non sit bonum, felix cum dolore viuet: consequens est respuendum: ergo & eius antecedens. Assumptum liquet: quia felicis non est cum dolore vitam transigere. Consequentia autem ostenditur: quia si voluptas non sit bonum non etiam erit malum: & si nec erit bonum neq; malum, idem erit iudicium de contrario: ac id quod neq; est bonum neq; malum potest felici adesse quia non cum ipso pugnat: proinde felix potest cum dolore vitam anxie transigere: quod rationi dissentaneum est. Itaq; ponenda est nonnulla voluptas & cum fœlicitate indiuisibiliter conglutinata. Repetam literam ob rudiores. Patet etiam nisi voluptas & operatio sit bonum felicem cum voluptate viuere non posse, quia voluptas cum esset non bona nõ proderit illi: & eam exsufflaret. Cuius nanq; gratia cum sit non bona, opus esset felici, voluptate? Perinde ac si diceret voluptas, non est quid bonum, quid quæso ipsi felici confert? Pręterea si cum dolore vitam ageret, dolor neq; malum esset neq; bonum secundum illos: neq; pari modo voluptas: si hoc cõcedis

precor cur felix ita dolorẽ fugit? ¶ Dubitatur an tristitia sit mala. Responsio per cõclusionẽ hypotheticã. Dolor secundũ se sine respectu circũstantiarũ cõsideratus est malus. Si vero in ordine ad circũstãtias occurrentes ipsum metiamur sic potest esse bonus. Prior pars cõclusionis patet: quia vir probus qui recte circa omnia cẽset, nolet talem sibi inesse sed ab eo aufugit. Vir bonus nõ quęrit illud, sed fugit qd est ei nõ demerenti incõmodo. Talis autẽ est ipse dolor. Nã spiritus tristis, autore Salamone, ossa exsiccat & extenuat, cor cõstringit, spiritus obtenebrat & inspissat: & ex cõsequẽti intellectũ hebetat, memoriãq; obtũdit. Secũda pars multifariã patet in multis hominũ generib⁹. Primo in pueris, dolor etiã arcet eos a malo cõmittẽdo, hinc parẽtes piẽtissimi ꝑceptoresq; diligẽtissimi eos puniũt secũdũ sapiẽtis cõsiliũ. qui parcit virgę odit puerũ. de malis voluptatib⁹ iã patet: qa eñ cõtraria cõtrariis curanẽ, q voluptatib⁹ iniqs absorbenẽ. Iustũ est vt puniant: ita faciũt legislatores respectu voluptatũ, quę rẽpublicã perturbãt, homicidas, grassatores & fures incorrigibiles extremo supplicio afficiẽdo, iustitia punitiua: cui lex naturę & diuina quadrat.

Tract. II. Cap. IIII. Et Lib. VII. Cap. XIIII.



DE corporis autem voluptatibus considerandum est eis qui dicunt nonnullas voluptates expetibiles esse valde, & honestas, sed non corporis & in quibus temperãs ipse versatur, cur igitur contrarii dolores sunt praui? Malo nãq; bonum contrarium est. An necessarię voluptates sic sunt bonę, quia & id quod est non malũ est bonum, an vsq; ad aliquem terminum bonę sunt? Habituũ enim eorum ac motuum, quorũ non est melioris exuperatio, neq; voluptatis est. Eorũ autẽ quorum est, est & voluptatis exuperatio. At bonorum corporis est exuperatio & prauus in persequendo exuperationẽ, sed non necessarias voluptates cõsistit. Omnes enim gaudent quodãmodo & epulis, & vino, & venere, sed non vt oportet. Contra autem in ipso dolore facit. Nõ enim exuperationẽ, sed omnino fugit dolorem. Non est exuperationi dolor contrarius, nisi ipsi persequẽti exuperationem. At enim cum non solum ipsum verũ, sed etiam falsi causam oporteat dicere (hoc enim ad faciendã fidem conducit, nam cum id rationi consentaneum fuerit visum, ob quod verum esse videtur quod non est verũ, facit vt ipsi vero magis assentiamur) dicendum est cur corporis voluptates expetibiliores videntur. Primũ igitur ex eo quia pellũt dolorẽ, atq; ob exuperationes doloris, voluptatẽ exuperantem vti medelã, & omnino voluptatem corporis persequũtur, ipsę autem medelę vehementes fiunt. Quapropter & ipsas sequũtur, quia tales vidẽtur cum cõtrariũ adest. Et propter hęc igitur duo (sicut dictũ est) voluptas nõ studiosum esse videtur, quia alię prauę naturę sunt operationes, aut ab ortu, quẽadmodũ ferę: aut ob cõsuetudinẽ, quales prauorũ sunt hominũ. Alię sunt medicamẽta, quia sunt indigẽtis, & melius habere q̃ fieri. Alię accidũt dũ perficiũtur, per accidẽs igitur sunt studiosę. Pręterea ipsas qa sunt vehemẽtes, ii persequũtur qui aliis nequeũt gaudere. Ipsi itaq; sitim quãdã sibi comparant: quod dũ sine nocumẽto fit, nõ est increpandũ, cũ vero cũ detrimẽto, perprauũ est. Neq; enim habẽt alia quibus gaudent, nec aliud habere plerisq; permolestũ est ob naturã. Nã animal semper laborat (vt naturales etiã sermones testantur) videre ac audire dolorẽ inferre dicentes, sed cõsueti iã sumus, vt aiunt. Similiter in iuuẽtute quidam ob incremẽta, perinde disponũt ac vinolẽti. Et iuuẽt⁹ ad voluptates propẽsior est. Biliosi aũt atra bili natura semper egent medicamento. Cõtinue nãq; corpus ob cõplexionem mordetur: & semper in appetitione sunt vehemẽti. Voluptas autẽ contraria, & quouis etiã modo sit vehemẽs, pellit dolorem, & propterea intẽperantes homines prauiq; fiunt. Voluptates autẽ eę quę sine dolore sunt, exuperationẽ non habẽt. Atq; hę proficiscũtur ex iis quę natura, & nõ per accidẽs afficiũt voluptate. Ea vero dico per accidẽs afficere voluptate, quę medẽtur: etenim quia fit vt homini medeatur, eo qd sanum permanet aliquid agẽte, ideo talia afficere voluptate vidẽtur, at ea natura voluptate afficiũt, quę faciũt operationẽ talis naturę. Nulla autẽ res eadem ex eo nos semp delectat, quia nõ est simplex nostra natura, sed inest & aliqd aliud, quo corruptibiles sum⁹. Quare si quippiã agat alterũ, id est alteri naturę ꝑter naturã, at cũ ęquatur, neq; molestũ, neq; iucũdũ videtur quod agitur. Q; si alicuius natura sit simplex, semper eadẽ operatio iucũdissima erit. Iccirco de⁹ vna semp simpliciq; gaudet voluptate, nõ eñ solũ motiõis est opatio sed & immobilitatis. Et voluptas in quiete potius q̃ in motu cõsistit. Mutatio vero omniũ dulcissimũ est secũdũ poetã: ob prauitatẽ quãdã. Vt eñ hõ prauus, facile est mutabilis, sic & natura praua est ea q̃ indiget mutatione: nõ eñ est simplex nec bona. Sed de cõtinẽtia quidẽ atq; incõtinẽtia, & de voluptate doloreq;, & qd vnũ qdq; ipsorũ est, & quonã mõ alia ipsarũ sunt bona alia mala, dixim⁹. Deinceps aũt de amicitia dicem⁹.

Voluptates corporis.

Falsi causam dicens fidem facit.

Biliosi sempi egent medicamento.

Voluptas sine dolo.

Voluptas dei vna voluptas in quiete.

De corporis autem voluptatibus &c. Dictum est quasdam voluptates esse simpliciter voluptates & doloris prorsus expertes, quæ non sunt corporis, postq̃ corporales semper sunt cũ dolore quoquomodo permixtæ: quare vt sequitur videntur q̃ sunt malæ, itaq; dolores corporis eis oppositi boni erunt: qua de re speculandum est ab his qui ita loquuntur. Quippe ipsi etiã peripatetici ita opinari videntur: sunt ne dolores oppositi voluptatibus corporis mali. Porro si voluptates corporis sunt malæ apparet dolores contrarios esse bonos, postq̃ malo bonum est contrarium. Quonam pacto igitur dolores sese habebunt. Bifariam hoc dissoluit illic: an necessariæ, voluptates &c. Necessariæ voluptates sunt bonæ ex eo q̃ non sunt malæ: quando de illis dicitur: sunt non bonæ proinde malę: loquendo de necessariis, illatio est vana, illic enim inter bonum malumq; medium cadere videtur: sic dolores his contrarii non sunt boni aut mali simpliciter. Secunda solutio est, ad aliquem terminum vsq; sunt bonæ donec medium seruetur: postea vnam distinctionem affert motus necnon operationes quæ excessum suscipiunt. habent etiam voluptatis excessum: vt in cibo & potu sic in illis voluptas excessum suscipit. Et quia non est exuperatio in virtute & in speculatione, hinc in illis non est excessus voluptatis. Quædam sunt quorum est excessus melioris hoc est de meliore. Itaq; quanto maior est egressus tanto illud est peius quia magis a bono receditur & mandere & bibere vltra saturitatem est malum: & quanto magis exceditur tanto est peius. Et aliquorum habituum & motuum non est superabundantia melioris, immo quanto est maius crementum tanto est laudabilius, vt in speculatione veritatis. Crebra veritatis speculatio veritatem elucidat. Eodem modo in dilectione dei aut proximi, ac in omnibus probis operationibus. At corporalium voluptatum est exuperatio melioris, ergo corporalium bonorum est exuperatio voluptatis, Minorem probat: quia prauus non dicitur eo prauus q̃ voluptates necessarias prosequatur, sed quia earum excessus prosequitur. Omnes enim gaudent epulis, vino, & venere: sed non vt par est. Proinde voluptates corporis ad certum limitem vsq; solum sunt bonæ. Dubitationem quandam mox euacuat, dicebat enim q̃ solum ille vituperatur qui excessum voluptatum persequitur, & non ille qui moderatas quærit. iam dubitatio esse potest an solum ille est vituperandus qui auersatur excessiuas tristitias; dicit q̃ contrario modo se habent in doloribus quia incontinens ac intemperatus non solum fugit excessum dolorum, sed prorsus omnem dolorem execratur: si intemperans parum per se a delectatione deflectat confestim tristatur. An contrarietas sit a tota specie vtpote an omnis calor frigori aduersetur cuilibet, vel solum intensum intenso, alibi in libros physicorum locupletius edisseruimus, hoc q; in præsentia minime est agitandum. dicit litera philosophi. E diuerso est in doloribus. Non modo enim doloris excessum fugiunt, sed omnem omnino dolorem. Neq; enim dolor excessui est contrarius nisi cum quispiam voluptatis excessum indagat. Nec super solum abundanti voluptati dolor immodicus est contrarius, sed etiam parua tristitia est contraria quærenti voluptatis exuperationem. Si enim incontinens intemperatusve parum a voluptate declinet, confestim dolet. proinde paruus dolor est contrarius magnæ voluptati. Post hæc monstrat qui corporis illecebræ magis expetibiles q̃ par sit videantur. Non solum ipsum verum, sed etiam falsi causam enodare operæpretium est. Hoc ad faciendum fidem confert, cum enim ratio conspicitur propter quam quod credebatur verum non est verum, facit vt firmius vero assentiamur. Dicendum est itaq; cur corporis voluptates expetibiliores videntur. duas huius rei rationes dat, quarum prior est. Illa voluptas quæ expellit dolorem est desiderabilior q̃ quæ talem non pellit, corporalia oblectamenta dolorem extrudunt & per excessum doloris quasi medelam quandam excessiuam voluptatem sequuntur quæ excessiuum dolorem famis atq; sitis extrudit: at voluptates ex operibus virtutum intellectualium atq; moralium prudentes non habent contrarium: igitur. Postea assignat rationem cur voluptates corporales non sunt expetendæ vniuersaliter: illic, & propter hæc igitur duo: quia non sunt studiosæ & bonę: & id bifariam contingit. quippe corporis voluptates quædam sunt prauæ suapte natura, vtpote illæ quæ prauas operationes consequuntur: quæ prauæ operationes a quibusdam sunt appetibiles a cunabilis, veluti operationes ferales sunt brutis hominibus & degenerantibus delectabiles quibusdam vero sunt voluptuosæ ob consuetudinem: sicut oblectamenta prauorum ad improbitatem assuetorum. Quædam enim voluptatum corporalium sunt medicinæ ob aliquem defectum, qui non vsu venit nisi indigentibus. Nemo sane cibo delectatur qui eo non eget: cui delectatio cibatus est medicina contra dolorem qui a fame proficiscitur. Cum igitur huiusmodi oblectamenta accidant his qui perficiuntur & non his qui iam sunt perfecti: & quia satius est habere nonnihil iam perfectum q̃ ipsum in fieri: perspicuum est q̃ huiusmodi delectationes corporales non sunt bonæ secundum se, sed solum secundum exigentiam naturæ. Itaq; propter hæc duo, quia quædam voluptates corporales sunt prauæ, vtputa illæ quæ prauas operationes sequuntur, quæ a peruersa natura vel consuetudine emergunt, & quia alię voluptates quæ sunt propter indigentiam naturæ non sunt secundum se bonæ, sed solummodo per accidens: nonnullis visum est voluptates corporales non esse bonas. Sequitur in litera. Præterea ipsas quia sunt vehementes. Nunc aliam rationem affert cur voluptates corporales cum earum excessibus putantur esse bonæ cum reuera non sint: Nam cum homines inquit continuis laboribus & doloribus exagitentur, quos extrudere optant, nec vllam medicinam offendunt, ad voluptates confugiunt: & quando veras voluptates atq; decoras habere nequeunt, ad voluptates corporis quæ in promptu habent sese vertunt. quia non facile opera virtutum sequuntur quæ synceras voluptates relinquunt: & quia synceris vo-

luptatibus ipsis gaudere non conceditur, ipsi nanq; quandam sitim sibi comparant, vt salsamenta ad potandum, vt nonnulli bibuli factitant: quae voluptas dum non facit nocumentum sibi aliis non est magnopere execranda, sed dum est cum detrimento habētis aut aliorū est praua. Neq; eñ alia spiritualia bona quibus gaudeāt habent. Et quia in hac ratione videtur supponere omnes mortales, recreatione indigere & quia illud est illiquidum, hoc ipsum sic ostendit. Omnes quibus corporales dolores contingunt: interdum aliqua corporali recreatione indigent: at omnibus mortalibus fatigatio & labores contingunt: vigilādo laborant, quia sentiunt auditu visu atq; aliis tribus exterioribus sensoriis ac etiam interioribus: & sentire fit cum labore atq; fatigatione propterea oñe animal indiget quiete in somno vt testatur Aristoteles in libro de somno & vigilia. Sopor est sensuum quies, sicut vigilia est eorumdem labor: corporales autem voluptates sunt medelae contra hosce labores. Post ea hanc conclusionem speciatim per nonnulla hominum genera manifestat. Iuuenes nanq; delectatione indigent: multę enim sunt motiones in eis humorum. Vinolētis assimulantur, & atra bili percitis. Biliosi autem habent corpus corrosum propter siccitatē habitudinis: suntq; suapte natura tristes. Hinc voluptates indagant: illorumq; corpus continuo mordetur, quare semper sunt in vehementi appetitione. Voluptas autem contraris, & quaeuis alia modo sit vehemens, dolorem pellit, delectatio vehemens vnius sensus non modo dolorem illius sensus expellit, verum etiam dolorem alterius: alios enim sensus ab illorum operationibus distrahit: quia omnium sensuum anima est potissima pars. In nephresi aut cholica paruum ictum aut alium paruum dolorem quem aliquis multifaceret paruifacio. Propterea damnati in inferno nullam voluptatem suscipiūt ob acerbitatem doloris: sunt enim voluptatis incapaces. Dolor contra tristitiam minime distinguitur: aliquis est dolor sensus, aliquis vero animę, vt in cacodęmonibus & animabus damnatis. Et pari iure indicibilis beatorum voluptas nullum dolorem cuiuscunq; obiecti admittit. Sequitur in litera. Voluptates autem hae quę sine dolore sunt exuperationem non habent. Hic enucleat quę voluptates sint praestantiores & ait q; voluptates mentis voluptati corporis sunt praestabiliores. Hanc conclusionem sic stipat delectationes hę quę non habent excessum vituperabilem sunt praestantiores his quae talem excessum habent: at voluptates mentis sunt spirituales, contrarietatis immunes. Regula philosophi secundo topicorum hic locum nanciscitur. Si simpliciter ad simpliciter: & magis ad magis: & maximum ad maximum. Sicut intelligere est bonum: & ad magis intelligere est magis bonum: sic maxime intelligere est maximum bonum: quia hic scandendo irreperibilis est superfluitas: quod in aliis est superuacaneum. Hic maiorem in modum pulcrum inuenitur: & quia in bonitate in abyssum conscendatur consequens est q; contrarietatis sint exortes: ac hę voluptates emanant ab his quę suapte natura & non per accidens, hoc est gratia indigentiae, voluptate afficiunt. ea vero quae per accidens voluptate quempiam afficiunt sunt medicinae, aliae dolorum propulsiuę. Nec cibus & potus sunt in potentia propinqua medicinę ac salubres, nisi quando homo esurit atq; sitit. Etenim quia fit, vt homini per alimentum medeatur in eo q; sanum permanet, a nutritiua agente in homine plura sana produntur, vt totus homo mens sana nutritiua ac digestiua, dum oritur voluptas dolore mixta tunc est ad repletionem instabilis naturae, sumus enim profecto caduci plasmatis, nostrum caducum corpus pluries tabescens reperare operaepretium est. A repletione ad famē postea recurritur: & rursus ab esuritione restaurationem percupimus. At ea quae suapte natura voluptate afficiunt vt speculationes mentis, & contemplatio vitae laudabilis retroactae pręsentis ac futurę in spe sunt periucunda, & faciunt operationem talis naturae perfectae, hoc est in suo statu constitutae. Nam quando natura est perfecta & perfectus habitus, faciles operationes virtutum promptissime emergunt, & cum oblectamento: & illud est simpliciter voluptas. Itaq; mentis voluptates sunt praestabilissimae & longissimo interuallo corporalia oblectamenta anteeunt. Ecce quomodo philosophus generose philosophatur. mahometicas voluptates in paradiso natura duce prosternens. Etenim mancae, steriles, vanęq; corporis sunt oblectationes. Ad christianam philosophiam proxime conscendit. Per fidem illustrati credimus corpus nostrum mancum atq; mortale in extremo iudicio immortale resurrecturū, qđ deinde nūq̃ tabescet: propterea mētis officia interea splendescant: nulla est laetitia, mentis laetitiae comparanda, canente psalmographo: Q; dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Actus intellectus & appetitus intellectiui sensationes longissimo interstitio transcendunt. Nemo sanus est qui non careret potius oculo corporis q̃ oculo mentis. Ipsa mens est nata deum immediate intueri, hoc sensui non conceditur. Illud obiectum infinitum caetera obiecta infinite exuperat: intellectus magis reflectit se super suos actus q̃ sensus, etiam quicunq; interior. Proinde sicut operationes animae sunt nobiles, ita voluptates has comitantes. Sequitur in Aristotelis litera. Nulla autem res eadem, propterea nos semper delectat, quia nostra natura non est simplex: verum inest nonnihil aliud quo corruptibiles sumus. Materia appetit formam & illi cōglutinatur: ex cuius contagione mortales sumus. Ipsa est causa maleficii atq; interitus. Anima autem perennis: ex perenni igitur & mortali conflamur, quare si quippiam egat alterum alteri est praeter naturam. Nunc vertimus nos ad vnam voluptatem animae, accommodam: vt ad speculandum dei maiestatem, eius opificium in caelis, atq; regimen in terrenis. Nunc ad aliam voluptatem corpori accommodam aciem mentis erigimus de nutrimento ac cultu corporis syllogisamus. Aquila quantūcumq; sublimiter volitat, eam ad escam opportuno tempore descendere necessum est. Vna harum voluptatum est praeter naturam alterius. Abstinere ab illecebris & corpus rationi subigere est animae pabulum: cui appetitus sensitiuus ex diametro recalcitrat. Caro delectationes transitorias nisi regatur, bruto more expiscatur. Si sit aequalitas, gaudiosum animae corpori plurimum molestum, neq; molestum neq; iucūdum est qđ agitur. Voluptas illic obfuscat. vnius naturę voluptas per alterius dolorē atq; reluctamē mitigatur, in obiecti dissona saepenumero tędit,

Exemplum legimus nonnullos libidine tentatos aut ſuperatos in algidam aquã mento tenus ſaliiſſe, in ſceleris aut committendi cautelam, aut commiſſi punitionem: quo anima paſcebatur, corpore renitente. Ex ea pugna appetitus ſenſitiui atq; rationis, bellum animę ſedabatur. Per locum ab oppoſitis bellum terrenum ſubortum infertur. Si alicuius natura ſimplex extiterit, ſemper eadem operatio iucundiſſima erit, & ſignãter quando eſt accidentis incapax: vt de deo. xii. primę philoſophię elegãtiſſime enodat. De angelis & anima ſeparata in pręſentia minime digladiabor. Idcirco ait, deus vna ſemper ſimplicią; gaudet voluptate, beatitudo dei eſt in eius eſſentia non vt eſt eſſentia, ſed vt intelligens, deus enim eſt ſua notitia: & hæc eſt eius immenſa beatitudo, ſit eius dilectio atq; delectatio. Hic non eſt quęrenda ſeparatio delectationis ab operatione: ſecus eſt in creaturis. ¶ Fortaſſe inſultas hoc pacto. Voluptas eſt in motu: & motus imperfectionẽ dicit: deus autem eſt immobilis & perfectiſſimus: proinde deus voluptate nõ gaudet. Hoc telũ philoſophus retundit inquiens. Voluptas illa ſuprema eſt in quiete, immo etiã creata operatio & voluptas proficiſcens a natura perfecta & habitu perfecto in quiete conſiſtit: vt ſpeculatio dei & mirabilium eius. Et ita de illius operationis voluptate quę operationem ſequitur, vti vmbra corpus opacum, vt primum operatio exiſtit. Verum voluptates a repletione naturę ebullientes ſucceſſiue fiunt: ſicut exinanitio famis ſucceſſiue extruditur. Verum mutatio in nobis ob prauitatem oritur. Eccleſia. xxvii. Stultus vt luna mutatur. Sane nihil homine prauo & verſipelle eſt inſtabilius. Nunc eſt tibi amicus nunc tibi modico negocio inſidias ſtruit. Mulieris inconſtantiam luculenti ſcriptores nobis indicant: quę in conſtantia viris non pręſtant. Natura noſtra inſtabilis non eſt bona. Vidẽt philoſophum aureis dictis de voluptate dei & eius ſtabilitate hunc librum concludere. Hactenus, inquit, de continentia cum ipſius oppoſito incontinentia: de voluptate atq; dolore: & quę res exiſtant, & quo pacto quædam eorum bona ſunt, quædam mala, ſufficienter literarũ monimentis tradidimus. Reliquum eſt octauum librum de amicitia auſpicemur.

OCTAVI LIBRI

TRACTATVS PRIMI CAPVT PRIMVM.

Amicitia eſt virtus ſumme neceſſaria in vita.



Oſt hæc conſequens eſt de amicitia pertractare. Eſt enim quædã virtus, aut eſt cum virtute. Res eſt pręterea ſumme neceſſaria in vita. Nemo enim habens cætera omnia bona, ſine amicis expeteret viuere. Nam & locupletes & in principatu poteſtateq; conſtituti, plurimum amicis indigere videntur. Quid enim prodeſt talis proſperitas beneficio ſublato? Quid quidẽ maxime fit in amicos: ac maxime commendatur? Aut quonam pacto ſine amicis cuſtodiri, conſeruariq; poteſt? Quo nanq; magis abundat, eo magis periculis ſubiacet. In paupertate quoq; cæteriſq; calamitatibus vnicum eſſe confugium amici putantur. Iuuenibus etiam conferunt ad compeſcenda peccata. Et ſenibus ad obſequium, atq; ad eos actus perficiẽdos quos ob imbecillitatem ipſi peragere nequeũt. Et iis item qui ſunt in ſtatu, ad actiones honeſtas. Etenim ſi duo ſimul eant: intelligere magis atq; agere poſſunt. Ineſſe etiam amicitia videtur natura ei quod genuit, ad id quod eſt ortum ab eo: Non in hominibus ſolũ, ſed in plurimis etiam animalibus: & iis inter ſeſe quæ ſunt eiuſdem gentis: & hominibus maxime: quapropter amatores hominum laudamus. Cernere etiam quiſpiam poteſt & in ipſis erroribus, familiarem omnem hominem homini, atq; amicum eſſe. Ciuitates etiam amicitia cõtinere videtur, & legiſlatores circa hanc magis q̃ circa iuſtitiam ſtudent. Concordia nanq; ſimile quid amicitię eſſe videtur, hanc autem maxime affectant, ſeditionem autem vt inimicam maxime expellunt. Et ſi ſint quidem amici, iuſtitia non eſt opus: ſin vero ſint iuſti, indigent amicitia & id quod maxime iuſtum eſt, ad amicitiam attinere videtur. Non ſolum autem neceſſarium eſt, ſed & honeſtum. Laudamus enim eos, qui amãt amicos, copiaq; amicorum, honeſtum eſſe putatur: & quidem eoſdem viros bonos eſſe atq; amicos putant.

Amicitię pręſtantia.



Oſt hęc conſequens eſt &c. Iſte eſt octauus Ethicorũ liber, in quo philoſophus de amicitia loquitur in ſuperioribus voluminibus propoſuit finẽ tanq̃ incendiũ ad virtutem, ſcilicet ipſam felicitatem, promiſcue de actiua atq; cõtemplatiua loquẽs, q̃uis pleriq; ſermonis eius potius felicitati actiuę q̃ contemplatiuę accomodentur felicitatem per virtutem deſcripſit, & mox paulo emunctã doctrinã virtutũ tradidit, tãq; de virtutibus moralibus q̃ intellectuis affatim docuit: & cũ pręter hęc dicat quędã proſequenda, fugiẽdaq;, quę ſtricte loquẽdo nõ ſunt virtutes & vitia vt cõtinẽtia incõtinẽtiaq; & ſimilia: de quibus luculente in ſexto diſputauit. Reſtabat amicitia quæ eſt virtus aut virtuti affinis enucleanda; quę ad felicem actum maxime conducit, de ea in hoc libro atq; ſequenti edocet. Hunc au

tem librum in tres partes separat. In prima de amicitia personarum equalium docet. In secunda de ami-
citia que est inter personas inequales. In tertia loquitur de querimontis & accusationibus que circa amici-
tias contingunt. Primũ caput in duas partes diuiditur, scilicet in procemiũ & in tractatum. secunda ibi est
autem controuersia. In procemio probat ad moralem philosophum spectare de amicitia pertractare: quae
est huius octaui prima conclusio. Et hoc facit ne in impertinente more multorũ procedere videretur. Hãc
conclusionẽ sex rationibus probat. Prima ratio est hec. De omni specie virtutis moralis: & ei necessario an
nexis ad moralẽ philosophum considerare spectat: sed amicitia est virtus moralis aut aliquid ei annexum:
igitur. Maior est nota cum consequentie bonitate. Propterea circa minoris probationem laborat: non mo-
re eorum qui fusius circa nota q̃ ignota laborant. Secunda ratio est hec. Moralis philosophus habet doce-
re de omnibus laudabilibus, que ad vitam humanam sunt necessaria: sed amicitia est quoddã laudabile ne-
cessarium ad vitam humanã: igitur. Maior patet, quia moralis philosophus determinat de his que spectãt
ad bene viuere: & minor patet, per hoc ꝙ amici sunt necessarii, in omni fortuna & in omni etate. Hoc sic
ostendit. Sunt enim necessarii locupletibus & inopibus: iuuenibus & senibus. Q: locupletibus pernecessa-
rii sunt bifariam declarat. Primo ob vsum bonorũ fortune. Nulla enim est bonorũ fortune vtilitas si ex
ipsis nulli bene fiat: modo laudabilissimũ est beneficium in amicos collatum: igitur. Secũdo opulentis ami-
ci sunt necessarii, quoniam qui locuples est & in potestate constitutus sine amicis custodiri nequit: quando-
quidem quo quis magis bonis exterius abundat, eo magis discriminibus est subiectus. Et contra, vt Iuue-
nalis cecinit. Cantabit vacuus coram latrone viator: non autem locuples. Et Alexander puerorũ, pauper
ego ludo dum tu diues meditaris. Et nos tuti loquimur dum vos timidi taceatis. Cęterũ in paupertate
& ceteris erumnis vnicus refugii portus amici putãtur. preterea in omni etate amici sunt hominibꝰ gra
ti. Si iuuenes sint, illis summopere amici conducũt, vt eorũ vitia arceant, & cohibeant. Si senes: vt illis obse
quium prestent vt ea perficiãt que senes ob etatis imbecillitatẽ peragere nequeunt. Et si ætate sint floren
tes ad clara obeunda amici conducunt. Nam Diomedes & Vlysses, Nisus & Eurialus plus amicitia iuncti
agere possunt q̃ separati: & sic in literario ocio: duo post studiũ mutuo conferentes multoplus proficiunt
q̃ separatim cõtinuo studentes, idẽ dicẽdis horis inuenies duo simul castigatius dicũt & attẽtius q̃ duo sepa-
ratim, hoc etiã cernere est in parua materia collecta q̃ bonũ ignẽ reddit: & si spargeretur etiã ignita parum
calefaceret. Vnde fit ꝙ cuiuscũq; fortune hominibus & cuiuscũq; etatis amicitia est perutilis. Sequit. Inesse
etiã amicitia. Tertia ratio ad probandã conclusionẽ est hec. Illa que sunt naturaliter bona homini in adiu-
toriũ vite humane, sunt a philosopho morali cõsiderãda: sed amicitia est huiusmodi: igitur. Minor patet,
amicitia eñ inest secundũ naturã generati ad generatũ: nõ solũ in hominibus sed etiã in aliis animalibꝰ, q̃
magnã diligẽtiã adhibẽt ad suorũ foetuũ educationẽ: nõ ꝙ fit in eis amicitia laudabilis: qa nec virtus nec
eius actus inest eis: sed quia cũ amicitia affinitatẽ habẽt: & amicitia in eis laxato vocabulo dici potest. Qua-
ꝓpter amatores hominũ laudamꝰ. Dũ homo i via pedũ errat aut morũ hoc cernere licet. Dũ etiã ignotũ a
recto tramite dilirare vides, eũ ad rectũ protinus reuocas: ergo indiciũ est ꝙ quilibet homo est alteri amicꝰ.
¶ Ciuitates etiã &c. Hic ponit quarta ratio ad cõclusionẽ, que est hec. Illud pertinet ad moralẽ philosophũ
per qd ciuitates in esse cõseruantur: sed amicitia est huiusmodi: igitur. Consequẽtia tenet cum maiore. Pro-
batur minor per legislatores qui magis circa amicitiam q̃ circa iustitiam student. Cõcordia nanq; simile
quid amicitie est. Cui illud Sallustianum applaudit. Concordia parue res crescunt, discordia vero magne
dilabuntur. Et illud euangelicum, omne regnum in se diuisum desolabitur. Et si sint omnes inter se ami-
ci, iustitia non est opus: si vero sint iusti, indigẽt adhuc amicitia. Illa est quinta ratio que talis est. Illud per
quod magis ciuitates conseruẽtur q̃ per iustitiam, pertinet ad considerationem moralis philosophi: sed per
amicitiam magis q̃ per iustitiã conseruãtur ciuitates: igitur. Minorẽ in litera probat philosophus: & dicit
Id quod maxime iustum est ad amicitiam attinere videtur, quod sic intelligo: omnium iustorum ma-
xime iustum est ad amicos Non solum autem est necessarium. Hec est sexta ratio, que talis est. Philosophus
moralis non solũ habet considerare de his quae ad vitã sunt necessaria, sed habet etiã pertractare de bono
honesto: sed sic est de amicitia: igitur. Minorẽ in litera deducit. ¶ Hesitaret quispiã de huius propositionis Dubium.
veritate. Nemo enim habẽs cetera omnia bona sine amicis viuere expeteret. Eius falsitas sic suadetur. Igi-
tur tyranno metu mortis solus habitare cupit. Dicis ꝙ talis nõ potest aliter viuere. Tunc sic argumẽtor:
de multis eremicolis in principio nascẽtis ecclesie vt de Zacharie insigni filio: Paulo primo eremita, Anto
nio & aliis patribus in thebaide Ægypti celo dignis: qui hominũ consortia fugiebant: ergo sine amicis vi
uere optime poterant. Secundo argumẽtor sic. Vir felix (politice loquẽdo) paucis eget: igitur. Nec ab amicis
depẽdet: quia sic ab extrinseco depẽderet, quod est inconueniens. Primo enim libro dicit felicitas per se est
sufficiens. In oppositum est Aristoteles in litera: & commentator quinto metaphysice: virum eremitã cen-
set neq; bonum neq; malum. Respondetur ꝙ Aristoteles intellexit vt in pluribus. Aliqui tamen sunt ita Responsio.
proterui qui in hominum societatibus ex malignitate viuere nequeunt. Quemadmodum erat Timon
Atheniensis qui nullum preter vnum Peantum ad colloquium admisit. Et Antonius triumvir actia-
ca clade fractus Timonem imitatus fuisset si non Cleopatre illecebris ad tumultum aulicum fuisset reuo-
catus, verũ alta fuit Antonio talis solitudinis causa. verecundia enim hominũ conspectum pertesus est. In
clyti sane vt vitiis vacarent in solitudinem concessere. Heliam in solitudine deus coruino ministerio ciba-
uit. Paulum thebeum simili pastu aluit. Hic Paulus nomenclaturam eremicolis reliquisse fertur. Septem
& nonaginta annos eremum incoluit, quantum aliorũ nemo, nunq̃ post primum a secularibus discessum
hominem preter solum Antonium vidit. Isti viro similes minime sunt vituperabiles, procul dubio erant
heroes angelico cibatu celitus cibati, de his autem non loquitur Aristoteles, sed depretacto Timone & si-
milibus. Tales sunt malignantis nature quos Aristoteles primo politicorũ bestiis cõparat. Nam primo po-

liticorum ait ꝙ homo natura ciuile est animal. Et qui absq; ciuitate est per malitiam non per fortunam, aut neq̄ est aut potior q̄ homo:si em̄ ob prauitatem cum alijs habitare nequit nequam est. Eremicole dicti, qui sibi solis sufficiunt, sunt maiores q̄ homines hoc est q̄ communiter homines sunt. Sicut Ioannes bapt'sta, a Chrysostomo in homilia decollationis eius dicitur maior homine. Commētator loquitur de eis qui non bene agūt alijs:qui seruant se:quos nec pessimos nec optimos vocat. hoc est solū mediocres & sic nec fiunt boni neq; mali. De cuiusmodi viro etiam Horatius:nec vixit male qui viuens moriēsq; fefellit. i. latuit:non dicit ꝙ bene vixit:sed ꝙ nō male. Vlterius adhuc arguitur, Socrates potest viuere vita communi sine his amicis demonstrādo duos, & sine illis quoscūq; alios duos monstrādo. & sic de singulis:ergo potest viuere sine amicis. ¶ Quarto amicitia est erga paucos, ergo potest viuere, cum vno. Ad tertium dico ꝙ ratio est nulla:vt ex logica notum est. Ad quartum dicitur ꝙ egre homo potest viuere cum solo vno

Dub. secundū amico. Secundo plurale sępius capitur, promiscue, vt singulare & plurale simul includat. ¶ Dubitatur itē an amicitia sit pręferēda iustitię. Respondetur affirmatiue. Patet ex philosopho in litera:& ratione sic probatur. Nam si aliqui sint inter se amici in nullo iustitia egent. At non contra. Prius patet: si sint inter se amici habent omnia quasi inter se communia quātū ad vsum:sicut secūdo politicorū inquit philosophus: & per consequens inter eos nō erūt lites. Iustitia itaq;. i. legalis sanctio nō iusta vita, quę est amicitię mater, eis inanis erit. Secūda pars patet, dato ꝙ in politia iustitia fuerit:adhuc amicitia requiritur patet, quia nemo est sibi sufficiens, vt dicitur primo politicorū:nec potest per seipsum omnia necessaria habere etiam via iustitię. Patet de vsu rerum commutabiliū:quare homo indiget rebus aliorum per viā amicabilis gratiæ sępius, & vt sibi mutuo inseruiant, vtq; locupletes in opibus succurrant & ediuerso : iuuenibus vt senes opitulentur, & contra:vt in expositione literę meminimus. Et Aristoteles ait, ꝙ quidam existimant eosdem & eandem rem esse viros bonos & amicos:acsi diceret est vir bonus ergo amicus & ediuerso. In nostro vulgari sermone britannico dicimus. Si non est amicus ergo est perfidus. Et Tullius in libro de amicitia, amicitiam omnibus humanis bonis prępfert inquiens:Ego vos tm̄ hortari possum vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Et paulo post dicit. Nihil a dijs immortalibus datū hominibus est melioris amicitia:excepta sapientia. Idē habet Seneca in epistola quadā ad Luciliū. In hocq; Scipionem Affricanum maximopere extollunt ꝙ hominum amicitiam more mercium preciosarum emere satagebant. Insuper charitas acquisita ad amicitiam spectat:sed nulla virtus acquisita est ea praestantior (hęc enim inclinat ad deum super omnia diligendum & ad omnem proximum propter deum amādum. Suadetq; superioribus parere:miseris succurrere:& ita de alijs eius proprietatibus) igitur. Finaliter dicitur si amicitia sine iustitia inesset ciuibus inclinaret mediate hoc est mediante suo actu elicito in actus iustitiæ & aliarū virtutum:quia inclinat immediate ad liberaliter & magnifice dandum:honeste conuiuendum, & sic propinque se haberet ad iustitiam procreandam.

Est autem controuersia de ipsa non mediocris. Quidam enim similitudinem quandam

Amicitia qd & inter q̄ sit. ipsam esse posuerunt:& similes esse amicos. Vnde & similem ad similem inquiunt, & monedulam ad monedulam, & similia. Quidam contra, singulos inter sese omnes tales inquiunt esse:& de ijs ipsis altius, naturaliusve perquirunt Euripedes quidem inquiens.

Cum est sic catellus:ipsa certe tum hymbrem amat
Cum turget æther hymbre, cum cælum tumet:
Affectat vt telluris in sinus cadat.

Heraclitus autem, cōtrarium dicens esse cōducens:& ex differentibus pulcherrimum concentum oriri:& per contrarietatem omnia fieri. Sed de his cōtraria complures alii sentiūt, & Empedocles, qui quidē simile appetere simile dicebat. Naturales igitur dubitatiōes omittamus. non enim ad hāc sunt accommodatę considerationem. Quæ vero sunt humanæ, &

Amicitia an specie vna. ad mores affectusq; pertinēt, eas consideremus. Vt sit ne inter omnes homines amicitia, an impossibile est prauos esse amicos, & vtrum vna species amicitię sit, an plures. Qui nāq; vnā esse putant, quia magis est atq; minus, non sufficienti argumento ducuntur. Nam & quæ sunt diuersa specie magis sunt atq; minus. Sed de his ante diximus.

Est autē cōtrouersia &c. Post Procemiū tractatū inchoat:in quo primo aliorū sententias de amicitia recitat, vt in septimo fecit:illudq; est ei peculiare. Postea ꝓpriā inserit:more ortulani vrticas, cicutas & alias herbas orto inutiles primo euellētis, vt postea saluiam lactucā boraginē & cęteras salutares herbas inserat. Dicit itaq; primo sic. Est aūt controuersia de ipsa nō mediocris, hoc est circa amicitiam opiniones oppsitę pullulant. Quidā enim dixerunt amicitiā esse similitudinē quandam, hoc est inter similia esse amicitiam: vt monedula gaudet societate monedulæ & cum ea amicitia vtitur, monedula est auis nigra dicta monedula quia monetam diligit:aurum & argentū clanculum capit, vt de pica & talibus videre est. Alij cōtra, hoc est contrarium inquiūt. Nam dicunt omnes figulos inter sese odium habere & omnes tales. i. qui sunt vnius professionis:& perquirunt naturalius & altius hoc est per rationes naturales. Euripides enim poeta dicit. Cum autem sicca tellus, ipsa certe tum hymbrem amat &c. Hoc est suum cōtrarium:& cum ether materia pluuię turget & cælum tumet & inflatur hymbrem auet vt cadat in sinus telluris hoc est in gremiū terrę & eius viscera tanq̄ in terram siccam suum contrarium, quod diligit. Sinus nonnunq̄ est littus curuum

vt sinus adriaticus. Tertia est opinio Heraclii philosophi dicentis, contrarium esse conducens & accommodum suo contrario: & ex differentibus pulcherrimum concentum oriri. Et coloratur istud tam in picturis q̃ in harmonia, ita q͛ contrarietas est omnium rerũ amoris causa, dixitq; omnia fieri per litẽ, quę ex cõtrarietate est. Empedocles aliter ab his sentit dicens, simile appetere simile. Naturales dubitationes philosophus hic relinquit: quia huic materiæ morali non sunt accommodatæ. In scientiis eñ debemus ex propriis procedere, primo posteriorũ. Consideremus nos hic inquit ea quę humana sunt hoc est ad hominum mores & affectus eorum spectant: vt an amicitia sit inter omnes mortales, & an nõ sit possibilis inter prauos. Vel an sit ponenda vna amicitiæ species an plures. Et dicit q͛ quidam naturaliter loquentium vnam solum amicitiæ speciem ponebant: leui motiuo moti, vtpote hoc: Quęcunq; recipiũt magis & minus, hoc est operatur secundum magis & minus, quia Socrates plus fratrem q̃ distantiorem in gradu consanguinitatis diligit. Verum isti non sufficienti argumento ducuntur. Dicimus enim q͛ homo est nobilissimum animalium & charitas nobilissima qualitas: & tamẽ inter hęc multa sunt quę specie discrepãt. Sed de istis antea hoc est in septimo physicorũ diximus. Nam ethica & politica in fine vitæ cum esset annosior scripsit.

Dubium.
Responsio.

¶ Dubitatur hic vtrum inter similia an dissimilia sit amicitia. Respondetur q͛ inter similia de per se est amicitia. Probatur per sapientem: omne animal diligit sibi simile. Et eccle. 13. omnis caro ad similem sibi coniungetur: & omnis homo simili sui sociabitur. Et patet inductiue: Oues gregatim inter se viuunt non cum porcis: sic porci inter se, monedulæ, grues, & sic de aliis animantibus. Secundum adagiũ vulgare semper id est & erit, similis similem sibi quęrit.

Obiecta.

¶ Contra hoc argumentor. Viri eiusdẽ professionis de paritate certantes odio se prosequuntur, aut non magna charitate, vt videmus quotidie: cui astipulatur illud Hesiodi. Inuidet & figulus figulo vel egenus egeno. Sicq; faber fabro dulcisq; poeta poetæ. Insuper contraria contrariis curantur: ergo vnum contrarium conducit habenti aliud, vt laboranti tertiana quotidiana aut continua febre, frigida applicantur. Non autem in quartana.

Ad primum.

Respondetur q͛ prudentes eiusdem artis sese fraternaliter diligunt. Sed quia hi sunt rari: q͛ se nõ charitate magna prosequũtur per accidẽs: faber enim nõ est fabro inimicus p se. i. quia faber est, sed quia vnus alterius lucrũ impedit aut exaltationẽ famę veleam denigrare videtur: quãdo ista nõ contingũt mutua beneuolentia sese persequũtur: vt dum alter cessit fato superstes cum laruis non luctatur. Vel dũ vnus parisiis alter vero Oxonię in eadẽ professione legit esto q͛ vterq; in illius professionis apice sublimatus fuerit. Nisi a casu contra se scribant: quia in fama sunt pręsentes acsi in eodẽ loco residerẽt.

Ad secundum.

Secundũ argumentũ nõ mouet: cum vnũ cõtrariũ aliud a sua sede appellat, nõ est inter materiã apparẽs amicitia: extẽdẽdo etiã amicitiã ad inanimata qualitas alteri⁹ expultrix societatem cum subiecto expellendæ qualitatis cõtrahit: & est ei similis cũ eius incolumitati abũde cõducat.

Tract. I. Lib. III. Cap. VII.



Amabile.

Atebunt autem hæc fortasse si ipsum amabile fuerit notum. Non enim omne quoduis amari videtur, sed ipsum amabile. Hoc autem aut bonũ aut iucundũ, aut vtile esse videtur. Atq; id vtile videbitur esse, per quod efficitur aliquod bonum aut voluptas. Quare fit, vt amabilia sint ipsum bonum & iucundum, vt fines. Vtrum igitur ipsum bonũ ament homines: an id quod ipsis est bonum. Discrepant enim nonnunq̃ hæc: similiter & circa ipsum iucundum. Videtur autem id quisq; amare, quod bonum est sibi: & esse simpliciter quidem amabile ipsum bonum: vnicuiq; autem id quod est vnicuiq; bonum. Amat autem quisq; non id quod est sibi bonum, sed quod apparet: neq; quicq̃ id refert: erit ipsum amabile apparens. Cum itaq; tria sint ea propter quę homines amant: in amatione quidem inanimatarum rerum, non dicitur amicitia: quippe cum non sit reciprocus amor, neq; voluntas boni illati. Est enim ridiculum fortitan, vino bonum quempiam velle. Q͛ si vult, saluum illud vult esse: vt habeat ipse. At oportere aiũt amico bona illius gratia velle. Eos autem qui hoc modo volunt bona: beneuolos dicunt, si non idem & ab illo fiat. Mutuam nanq; beneuolentiam, amicitiam esse dicunt: an adiungendum est, non latentem. Sunt enim cõplures iis beneuoli, quos non viderunt. Putant autem studiosos esse vel frugi. Atq; fieri potest, vt illorũ etiam quispiam eodem ad hos modo afficiatur. Igitur hi mutuo quidem sibi beneuoli esse videntur: Amicos autem ipsos quodammodo quispiam dixerit latentes, vt erga sese mutuo sunt affecti. Oportet ergo amicos mutuam habere beneuolentiam: & velle sibi mutuo bona non latentes, ob vnum quid eorum quæ dicta sunt.

Vino bonum velle.

Amicitia.

PAtebunt autẽ &c. In hoc secũdo capite philosophus amicitię diffinitionem inuestigat: sub aliq̃bus cõclusionibus quarũ prima est. Considerãs de amicitia habet cõsiderare de ipso amabili, hoc est amicitię obiecto. Nam illud est obiectũ adęquatũ alicuius habit⁹ aut potẽtię quãdo habitus & potẽtia potest in illud precise & in quodlibet sub illo cõtentũ: sicut intelligibile est obiectũ intellect⁹ & gustabile ipsius gust⁹: sed sic est hic q͛ amabile est obiectũ amicitię. Hoc dupliciter probant: primo quia forte pręd:cta dubia in capitis pręcedẽtis calce tacta ex hoc soluẽtur, scilicet an amicitia sit tantũ ad bonos. Et an amicitię plures possunt esse species. Dicit ergo sic, patebũt autẽ hęc forte si ipsum amabile fuerit notũ. Hoc est hę dubitatio-

¶ Ad secundũ, transeat maior: amicitia in potestate habẽtis est sita, nec desinit esse virtus ob alterius exemplum, interitũ aut malã vitã occultã: attamẽ denominationis partẽ amittat. Nõ enim amplius est completa amicitia. ¶ Ad tertiũ. Respuo cõclusionẽ illic illatã: certitudinẽ em̃ moralẽ habere queo, q͂ me amas mutuiter minime certitudo mathematica aut euidẽtia exigitur. Et si te sincere amẽ & erronee iudico me abs te diligi actus meus relatiuus est virtus, sereno enim a fonte scatet: attamẽ non est cõpleta amicitia ob alterius fucũ & sophisticũ amorem. Sophista amicus bellę virtutis splendorẽ in tali esse obtenebrat. Nec requirit̃ reciproc⁹ amor actualis eodẽ tẽporis curriculo: sat est me te dilexisse nec posuisse oppositũ te me nũc diligente, & clancularium odiũ si quod erat imbibitũ sepeliente. ¶ Ad quartum dico q͂ non sufficit ad cõpletam amicitiã q͂ nos inuicẽ sciam⁹ nos diligere. Vltra id requiritur q͂ id de te sciã & ediuerso: hoc amicitiam fouet vt cinis ignẽ nocturnũ ne euanescat. ¶ Ad quintũ: assumptũ inficior. Ad syllogismũ expositorũ dico cõclusionẽ esse adimẽdã: attamẽ minor est solidę veritatis, verũ maior est reiciẽda. Hãc abiicio tã͂q͂ falsam, hęc amicitia desinit esse. attñnõ eo inficias quin hæc amicitia permaneat amor ac beneuolentia, quo fit & amicitia desinat esse amicitia, quãdo multa amicitia disinit esse amor aut virt⁹, citius denoĩatio amicitię extinguitur q͂ denominatio virtutis aut amoris. Insultas. hęc qualitas desinit esse amicitia, ꝑinde desinit esse amor: ab inferiori ad superius. In logica sane peccas: si in hoc arũdineo baculo cõfidas. Nõ est inferioritas totalis extremi ad extremũ: & cũ hoc cũ dictione negationẽ nõ exercitã implicãte ꝓcedit̃. Et q͂a ita cito amicitia a cõpleta finitiõe ruit, ꝓpterea Aristoteles dixit eã vix mereri locum virtutis: attamen ipsa citra virtutẽ minime habetur.

Tract. I. Lib. VIII. Cap. III.



Ifferũt aũt hęc specie: & amationes ergo & amicitię. Tres igitur sunt amicitię species ęquales numero amabilib⁹ ipsis. Ob vnũquodq͂ em̃ est amatio mutua, nõ latẽs. Atq͂ qui sese mutuo amãt: hoc bona sibi inuicẽ volũt quo amãt. Qui igit̃ ob vtilitatẽ se mutuo amãt, nõ ꝑ se amãt, sed quo aliquod ex se se mutuo capiũt bonũ. Similiter & qui amãt ob voluptatẽ: non em̃ facetos amãt, q͂a sunt tales: sed q͂a ipsis afferũt voluptatẽ. Qui igitur ob vtilitatẽ amãt: ob suũ diligũt bonũ, & qui ob voluptatẽ, ob id quod est ipsis iucundũ: & non quo talis est qui amat̃: sed quo est vtilis aut iucũdus. Per accidẽs igit̃ hę amicitiæ. Nõ em̃ amatur quo talis est is qui amat̃, sed quo vel bonũ aliquod affert, vel voluptatẽ. Tales autẽ amicitię facile dissolui possunt, non permanẽtibus ipsis similibus. Nã si nõ vlterius iucũdi sint, aut vtiles: amare desistũt. Vtilitas autẽ nõ ꝑmanet: sed alias alia fit. Dimoto eo propter quod erãt amici, dissoluit̃ & amicitia: vtpote quę ob illud erat. Maxime autẽ amicitia talis in senibus fieri videt̃. Huius em̃ ętatis homines, non voluptatẽ, sed vtilitatẽ sequunt̃: & in iis iuuenibus atq͂ viris, qui suę studẽt vtilitati. Tales autẽ nec multũ simul viuũt. Interdum enim nec sunt iucũdi: nec indigẽt igit̃ tali cõgressione si nõ sint vtiles. Nam eousq͂ iucũdi sunt, quousq͂ boni cõsequẽdi spẽ habẽt. Cũ his amicitiis & hospitalitiã ponũt. Iuuenũ autẽ amicitia ob voluptatẽ cõstare videt̃. Viuũt em̃ cũ affectu, & id maxime sequũtur, quod sibi ipsis est iucundũ & pręsens. At cũ mutatur ętas, alia fiunt & ipsa iucũda: quocirca cito fiunt amici: citoq͂ desistũt. Nã simul cũ eo quod ipsos afficit voluptate, & amicitia ipsa mutatur: talis vero voluptatis celeris fit mutatio. Proni sunt etiam ipsi iuuenes ad amores. Plurimum enim amatorię amicitię perturbatione fit: & ob voluptatẽ. Quaproter amant: & cito desistunt: eadẽ die propositũ sæpe mutãtes. Hi volũt totos dies vna versari, simulq͂ viuere. Sic enim fit ipsis id quod per amicitiã suam affectant. Bonorum autem amicitia, similiumq͂ virtute: perfecta est amicitia. Hi nãq͂ mutuo sibi bona, similiter volũt, quo boni sunt. Boni vero sunt per seipsos. Atq͂ ii maxime sunt amici qui bona amicis, illorũ gratia volũt. Propter seipsos enim ita sese habẽt, & nõ per accidẽs. Permanet igitur horũ amicitia quandiu sunt boni. At virtus res permanẽs est. Atq͂ horũ vterq͂ bonus est, simpliciter & amico. Boni em̃ ipsi & absolute & sibi mutuo boni sunt: & vtiles & iucũdi simili modo. Nã boni, & absolute, & sibi mutuo sunt iucũdi. Singulis em̃ proprię actiones sunt voluptati, & quæ sunt tales: bonorũ aũt actiones tales sunt, aut similes. Talis aũt amicitia, nõ sine ratione ꝑmanens est. Coniungũtur enim in ipsa omnia quę in amicis esse oportet. Nã omnis amicitia aut ob bonũ, aut ob voluptatem: vel simpliciter, vel amãti, & ob similitudinẽ quandã. Hæc autem omnia bonorũ per seipsos amicitię insunt, huic em̃ similes sunt & cęterę. Et id quod est absolute bonũ, est & iucundũ simpliciter. Maxime igitur hęc sunt amabilia: & amare ac amicitia in his est maxime, & optima amicitia. Sunt autẽ merito tales amicitię raræ, pauci enim sunt tales. Tempore insuper & cõsuetudine opus est. Secundũ em̃ prouerbiũ, nõ fit vt mutuo sese cognoscant, antea q͂ simul consumant dictam salis mensuram. Nec igitur fit, vt

Amicitiæ species.

Amicitię senum.

Amicitia iuuenum.

Puerorum amor.

Amicitia perfecta.

acceptentur antea fintq; amici, q̃ amabilis vtriq; videatur esse, atq; credatur vterq;. Qui vero ea celeriter inter sese mutuo faciũt, quę ad amicitiã attinent: volunt quidẽ esse amici: sed non sunt, nisi sint & amabiles: & idipsum sciant, Amicitię nanq; voluntas, non amicitia, celeriter fit. Hæc igitur & tempore, & cęteris perfecta est amicitia: & per hæc omnia fit. & vtriq; similis est ab vtroq;, quod quidem amicis inesse oportet.

Differũt aũt hę specie &c. In hoc tertio capite philosoph⁹ species amicitię distiguit scd̃m distinctionẽ amabiliũ: & caput nouẽ cõclusionib⁹ absoluit. Prima cõclusio est. Tres sunt amicitię species abinuicẽ distictę. Hãc pbat, qa tria sunt amabilia inter se disticta: scilicet honestũ, vtile & delectabile. Itaq; tres amationes. Nã ex distinctione obiectorũ specifica arguit distinctio actuũ secũdo de anima. Et licet idẽ sit amabile honestũ & delectabile, est tamẽ distinctio rationũ: quod sufficit. Et licet amicitia ob honestũ sit precise amicitia absolute & pprie dicta, & diuisio sit analogi in sua analogata, & nõ generis in species nõ magnopere ad moralẽ interest. Verũ rationẽ generis atq; speciei logici mun⁹ est exacte rimari. Amatio est gen⁹ amicitię: non requiritur ad amationem. Amatio reciproca vel patens vtrunq; ad amicitiam requiritur, vt ex capite pręcedenti patet. Ob vnumquodq; enim est amatio mutua non latens: igitur. Atq; qui sese mutuo amant hoc bona sibiinuicẽ volũt quo amãt: hoc est si amẽt se ppter bonũ honestũ volũt sibi bonũ honestũ: si ppter bonũ vtile, sibiinuicẽ volunt vtile: & ita de bono delectabili. Qui igit ob vtilitatẽ &c.

¶ Hęc est secũda conclusio huius capitis in qua habet, q amicitię ob vtilitatẽ atq; voluptatẽ non per se sed per accidẽs sunt amicitię. Quę cõclusio sic probat. Omnis amicitia qua amatur quis nõ propter seipsum absolute, sed propter alterũ, est amicitia per accidens: sed tã amicitia propter vtile q̃ amicitia ob delectabile est huiusmodi: igitur. Minor patet. Quia qui amat propter bonũ vtile ob suum emolumentũ diligit, & non propter bonũ alterius: sic qui alium diligit propter bonũ delectabile, diligit illũ quia affert sibi oblectamentum, & non propter ipsum aut eius virtutem: Nõ enim facetos amãt quia tales, hoc est quia habẽt virtutem eutrapeliam sed quia ipsis afferunt voluptatẽ. Qui amat aliquem quia talis est, puta studiosus & probus per se amat. non autẽ sic in aliis duabus speciebus amicitiæ. Sequitur in litera. Tales autem amicitiæ facile dissolui possunt, hæc est tertia conclusio huius capitis, quę sic probatur. Illę amicitię quarũ causę nõ diu permanent, sed de facili labuntur, cito pereunt: sed causæ amicitię ob vtile & delectabile sunt huiusmodi: igitur. Consequentia tenet cum minore. Maior etiam elucidatur, quia cessante causa per se, a qua effect⁹ dependet, vt radius a luminoso, cessat effectus. De effectu a causa dependente in esse & conseruari loquor, quẽadmodum est huiusmodi. Minor patet. Non enim semper est idem homini vtile. Dum enim homo est inopia pressus, locuples est ei admodum vtilis: & dum morbo laborat medicus est ei propinus: & dum est sospes medicus non est ei amplius vtilis. Et sic de delectabili: quia vno tempore aliquid est delectabile, quod alio tẽpore minime delectat. Quia fallax & fugax est voluptas. Maxime autem &c. Hic ponitur quarta conclusio in qua loquitur de subiecto amicitię ob vtile. Quę est amicitia ob vtilitatem maxime videtur esse in senibus: Senes enim ob corporis imbecillitatem habent insultus perturbationum mitigatos a natura: quoniã frigidi & sicci sunt licet accidentaliter videãtur humidi ob crudos humores: modo talium sanguis est diminutus qui eos succidos fecerat: ideoq; nõ quęrũt delectabile sed vtile: quatenus eorum naturę collabenti succurratur, vnde sibi vtiles amicos putant. Et non modo hoc in senibus fit, sed etiam in adolescẽtibus & quibusdam viris: qui suę vtilitati student. Non loquitur de senibus aut iuuenibus probis: quia sic repugnaret dicendis infertus. Loquendo itaq; de senibus & iuuenibus improbis. dicit tales nõ sunt vere amici, nec quęrunt adinuicem conuiuere. Et quoniam non sunt adinuicem delectabiles, neq; vnus indiget societate alterius, nisi ob emolumentum, eousq; iocundi sunt quousq; boni consequendi spem habent. Hoc est eatenus sunt delectabiles, quatenus spem boni habẽt & non vltra cum his hospitalitiam amicitiam ponunt. Hoc est peregrini seinuicem ob commodum quod mutuo consequuntur amant. Puta si hospes pecuniam fusius exponat ab hospita diligitur, & porrecta fronte illi seruietur: sin parce, caperata fronte illi cibum ministrant & pro eius egressu anxie laborabunt. Quinta conclusio. Iuuenum amicitia maxime ob voluptatem fit. Iuuenes enim lasciuiusculi, calidiq; suapte natura cum affectu viuunt, & id maxime sequuntur quod ipsis iucundum est: atq; pręsens incommodum nondum sunt experti: de futuris autem parũ prospiciunt. Hęc amicitia est momentanea atq; transitoria. Probatio: mutatur ętas quia sunt labentis æuis & tunc materia iucunditatis in eis mutatur, secundum illud Apostoli primę ad Corinht. xiii. Cum essem paruulus, sapiebam vt paruulus: cum autem factus sum vir, euacuaui quę sunt paruuli. Tũc pila, throcus, arcus, equitatio super harũdinem, crepitacula & cetera id genus in quibus oblectamentum mutuo ceperunt perit. Et sicut iuuenum caro alteratur incremento, sic eorum mens est instabilis. Nunc sunt inter se amici & colludunt: & protinus inimici, & rursus in eodem die amici. Talis ergo voluptatis celeris fit mutatio: proni enim sunt iuuenes ad amores. Plurimum enim amatoria amicitia perturbatione fit. hoc est passione iuuenili atq; ob voluptatem amant. Volunt enim totos dies versari vna simulq; viuere: sic enim fit ipsis quod per amicitiam suam affectãt: hoc est sic voluptate fruũtur quam per amicitiam quęrunt. In effectu sic ducitur ratio. Cuius causa facile labitur, illius effectus cito euanescit: sed causa amoris iuuenilis mox euanescit: igitur. Et idem est de amore qui fit inter personas impudicas, loquendo de actibus voluptatis & sensualitatis, deductis aliis spurcitiis quę inter tales personas contingunt. Bonorum autem amicitia qui sunt macti virtute. Hęc est sexta huius capitis conclusio quæ dicit. Amicitia studiosorum & virtute similium, perfecta est amicitia. Et sex conditiones quæ tali amicitię inhęrens tangit. Prima est q talis amicitia est per se amicitia. Secũda q talis amicitia est maxime amicitia. Tertia q est pmãsiua. Quarta q talis amicitia in genere amicitiæ est perfecta. Quinta q talis amicitia est optima. Sexta conditio q huiusmodi

amicitia est rara inuentu. Hi volunt amicis probis bona, amicorum gratia & non per accidens. Quod sic probat. Amicitia quae est secundum se: non secundum accidens, amicitia: quę est diuturne permansiua, quę est amantibus simpliciter bona, quae est integerrima, quę est maxima & optima, quae est difficilis & inuetu rara, ista inquã est perfecta: sed pręfata amicitia cum sex cõditionibus praefatis est huiusmodi: igitur. Huius rationis minorem in litera prosequitur. Literam ergo ingredior quam particulatim explico. Hi nunq̃ mutuo sibi bona similiter volunt puto. Dauid vult Ionathę bonum, & eum esse probum virum: & contra idem vult Ionathas de Dauide: ꝙ boni sunt hoc est sunt ambo boni, ergo bene volunt: & bonitatem sibiinuicem inesse volunt. Sicut enim malus male vult in eo ꝙ malus est, sic bonus bene vult in eo ꝙ bonus: & signanter amico, sicut castus caste loquitur in eo ꝙ castus est: boni vero sunt per seipsos hoc est propter suas virtutes & se ob tales amant & non gratia lucri aut voluptatis. Atq; ii maxime sunt amici qui bona amicis illorum gratia volunt. Per seipsos enim ita se habent & non per accidens. Hoc est dictu Adam episcopus scotus Osualdum northumbrum regem diligit, & ediuerso propter virtutes quae erant in sancto antistite & rege: & non ob aliud. Pari modo Hieremias propheta Iosiam regem ob vitae candorem amauit & contra. hoc est non amauit eum propter bonum vtile aut delectabile quod a rege recipere intendit: quia dato ꝙ nunq̃ speraret aliquid ab ipso accipere adhuc ob eius virtutem ipsum amaret. Ex hoc sic arguitur. Illud ꝙ est per se tale est magis tale q̃ id quod est per accidens tale: quia per accidens pręsupponit per se, secundo physicorum: at amicitia quae est ob bonum virtutis est p se talis, & aliae amicitiae sunt per accidens tales: igitur. Hoc enim in litera nouissime exposita innuebat. Sequitur in litera. Permanet igitur horum amicitia q̃diu sunt boni: at virtus permanens est. hoc est dictu amicitia q̃ est ob virtutem est permansiua: quia cuius causa inesse & conseruari est permansiua, illud est permansiuum: at amicitia ob virtutem est huiusmodi: igitur. Minor patet. Virtus illius amicitiae est causa quae est permansiua, cum sit habitus, & per consequens difficulter dimobilis. Licet enim & actui virtus conueniat, tamen ob diuturnitatem communius habitui attribuitur. Vides ꝙ studiosi & macti virtute sincere se amant in domino. Sequitur in litera. Atq; horum vterq; bonus est simpliciter & amicus. boni enim ipsi & absolute & sibi mutuo boni sunt & vtiles & iucundi. Simili modo declarat ꝙ amicitia ob virtutem est perfecta. Et sic argumentatur. Illa amicitia cui nihil deest quod pertinet ad rationem amicitiae est perfecta in genere amicitię (proculdubio perfectum est cui nihil deest, quinto metaphysicae.) at amicitiae quae est propter bonum virtutis nihil deest, quod ad rationem amicitiae attinet: sape haec amicitia omnia complectitur per quę aliae amicitiae fiunt. Porro in hac amicitiae specie vterq; amicus est bonus non solum simpliciter secundum seipsum sed etiam est bonus comparatiue ad suum amicum. Nempe probus est. & amico vtilis & delectabilis. Quod sic colligitur. Siquidẽ studiosę operationes a virtute emanantes sunt delectabiles ex secundo huius. Et hoc in nobis experimur: quia post laudabiles operationes oblectamentum & suauitatem capim⁹. sicut post mala nostra, tristitia tanq̃ spina pũgimur. Et sic in studioso operationes alterius studiosi sunt delectabiles, cum sint operationibus propriis similes, & eum ad virtutem alliciãt cõtinuandã: ergo amicus est amico vtilis & delectabilis. Sequitur in litera. Talis autem amicitia non sine ratione permanens est &c. Hoc est. Amicitia quę est ob bonum virtutis est optima. Quę conclusio sic probatur. Illa amicitia quae omnia copulat. quę ad amicos requiruntur, est optima: at amicitia quae est ob bonum uirtutis est huiusmodi: igitur. Minor patet, quia amicitia ob bonum virtutis, bonum vtile & delectabile coniungit & implicat. Sequitur octaua conclusio. Quod est absolute bonum est bonum simpliciter atq; absolute iucundũ: sunt igĩ absolute bona maxime amabilia, hoc est virtutes: amicitia ergo erit in hiis maxima atq; optima. Sunt autem merito tales amicitiae rarae. Sequitur nona conclusio & nouissima huius capitis. Pauci enim sunt tales. Hanc conclusionem in litera bifariam probat. primo sic. Amicitia quę est ob bonum virtutis, est solum studiosorum: sed pauci sunt studiosi ob difficultatem medii attingendi. ex secundo huius, & stultorum infinitus est numerus secundum ecclesiastem, & homines vt in pluribus sunt mali primo topicorum. & poeta. Rari quippe boni, numero vix sunt totidem quot Thebarum portae vel diuitis ostia nili. Non tamen est intelligendum ꝙ non plures q̃ satyricus ponit, sint boni. Helias existimabat se solum in cultu diuino permansisse. Audiuit tamen a domino septem milia in Israele relicta quę nõ curuauerunt genua ante Baal.

¶ Secundo probat eandem conclusionem sic. Sane virtus illa quę magno tempore & consuetudine eget adhoc vt cognoscatur est rara: sed amicitia haec est huiusmodi: igitur. Consequentia tenet cum maiore. Minorem per vetus deuerbium declarat quod dicit, Ante dictam salis mensuram comestam. i. simul estã ab eis qui volunt esse amici, non cognoscitur amicus: sic dicit Argyropilus. Leonardus vero sic dicit. Prius sal illud de quo dicitur comedendum est q̃ se cognoscere possint. Illa maior etiam patet ecclesiast. ix. Ne derelinquas amicũ antiquũ: nouus enĩ nõ erit similis illi. Vinũ nouũ amicus nouus. Hoc est nõ cõfidas illi a principio donec probatus fueris: sicut nescitur quale vinum nouum sit futurum. ¶ Qui vero celeriter &c. Obiectionẽ excludit de his q cito videtur fieri amici. Dicit enĩ philosophus tales velle esse amicos & amicitiã inter se coire, nõ tñ esse amicos. Voluntas amicitię hoc est volitio amicitię in vsitatiore mõ loquendi apud theologos, cito fit, nõ aũt amicitia: & patet p dicta. Amicitia enĩ tẽpore & cęteris ad verã amicitiã requisitis de qbus ante meminim⁹ coalescit. Fit enĩ similis amicitia vtriq; ab vtroq;, quod qdẽ amicis insit oportet vt insit amicis vtriusq; aliqd vt opinio virtutis & fidei & amoris gratia cu⁹ vterq; alterũ amat & colit.

¶ Circa hoc caput quęritur primo: an sit dabile quartum membrum amicitię, quod amare possum aliquẽ ob bonum vtile & virtutis, aut propter bonum delectabile & bonum virtutis. & videtur ꝙ non autorita Questio. te philosophi in litera solum tres species ponentis, in hoc capite & in precedenti.

¶ In oppositum argumentor primo sic. Possum amare Socratem ob tria bona, scilicet honestum delecta- Arg. tria.

bile & vtile: vel propter duo istorum bonorum: & Socrates me ob tria ista aut duo me amabit recipro-
ce, & isti amores non fugient: ergo dabilia sunt plura membra q̃ quatuor. Insuper possum licite ama-
re Socratē q mihi voluptatē honestā aut lucrū affert, & nō gratia ipsius Socratis. Licitū est enī mihi cape-
pecuniā, & licitū est huic mihi pecuniā dare: quare ego nō possū illud licite velle gratiā ei: ergo erit amicitia.
¶ Tertio possum amare Socratem gratia ipsius ponendo omnia requisita ad amicitiam, & cum hoc
Ad primū. eum amare vt det mihi vtile. Respondeo ad primum concedendo q̄ dari possunt plura membra ista co-
pulando, & sic plura erunt obiecta amabilia. Secundum argumentum non mouet: concedo enim q̄ pos-
Ad secundū. sum licite amare Socratem ob bonum meum vtile aut delectabile: sed talis amor ad perfectam amicitiam
non sufficit. Est enim amor concupiscentiæ & non amicitiæ.
Ad tertium. ¶ Ad tertium dicitur q̄ talis est amicus ob bonum honestum & bonum vtile simul, respectu eiusdē ami-
ci, sed respectu diuersorū actuū: & potest etiā id fieri respectu eiusdem actus posito q̄ vtrūq; eodē actu velit,
sed ille est virtualiter duo act⁹. Insup ita grat⁹ est ver⁹ amic⁹ locuples sicut indigus quia inopi amico non ro-
Dubium. ganti succurrit alioqui, non est verus amicus. ¶ Dubitatur vlterius an requirat̄ longū tempus ad amicitiā
Responsio. cognoscendam. Respondetur affirmatiue. Patet autoritate philosophi & rationibus eius. In oppositum
Arg. duo. tamē argumētor Socrates est mihi amic⁹ ob bonū honestū: ego illi sicut mihiipsi fidē adhibeo: amicus enī
est alter ego. Plato est amic⁹ Socratis, inter quos est vera amicitia Socrates dicit Platonē illibatę vitę. tunc
sic: si Socrati fidē adhibeo, necesse est assertis ab illo fidē habere: sed ipse dicit Platonē virū probū: ergo mox
possum ipm in verā amicitiā assumere. Si dicas ei⁹ pbitatē nondū exptus sum, hoc nō soluit. Exptus sum
Socratis integritatē, cui in oībus credo: ergo et firmiter assentio Platonē esse talē qualē ipse refert. Secūdo
sic. Cicero est clarissimę famę apud omnes eiusq; bonitas est mihi nota: ideo possum illū repēte in amicitiā
assumere. Si dicas q̄ adhuc dubitare possum an sit hypocrita aut occulte malus. Cōtra si talis esset ab inti-
Ad prius. mis amicis cognosceret̄. ¶ Respondēs ad prius limito dictū Aristotelis secundū exigentiā prioris argumē-
ti, & dico q̄ possum talē recipere statim in amicitiā, & mei cordis secreta illi reseruare: experiētia enī vel per
Ad secundū. alterius indubitati experiētiā Platonis integritatē deprehēdo. ¶ In secūdo casu si vis cum priore coincide-
re q̄ id cognosco per veros amicos illi famato familiares & cū eo plurimū cōuersantes: & tunc est prius ar-
gumentū. Vel loqueris de bene famato per vulgus incertū de quo nō est suspitio mali: dico q̄ talē in amici-
tiam capiam multo celerius q̃ aliū non sic famatū: sed illa fama nuda non sufficit ad veram amicitiam ha-
bendam. Ecce tres amicitię species quarum due sunt labiles, fluxę atq; momentaneę a futilibus dependen-
tes fontibus. Hic est solum amicitiæ vmbra, atq; fictum amicitiæ simulacrū. si vnus in reciproca datione al-
teri nō respondeat: alius queritur. Macti virtute amicitię nexu copulati sunt perpetui. Nullius loci interca-
pedo, nulla tēporis malignitas. nec ventorū reflatio illud indissolubile vinculū dissoluit: stātibus virtutibus
in extremis, nexus in eis persistit. Hęc amicitia altissimis infixa radicibus nulla vi dimoueri aut diuelli po-
test: susurrātibus & dissidiū inter eos temere molientibus haudquaq̃ credunt. Opposito dato nō essent ma-
cti virtute. Probitas inter eos necessitudinē cōciliauit: qua stante nexus est indissolubilis. Nō cōtinget inter
eos, quod qbusdā cōciliatis cū Alcibiade. Fuit enī Alcibiades astutus artifex amicitiarū cōciliādarū, elo-
quentię clypeo sua vitia celans. At cognitis eius sceleribus, amoris vinculū in odiū conuertebat̄. Quis etenī
scelerosum diligit: qui ignauię socordięq; deditus inter oscitātes degit. A nullo probo mediusfidi⁹ diligetur.
Nō inficior theologorū more loquēdo illius naturā diligendā: improbos tamē mores insectandos. Et si qui
in ganeis, popinis, lustrisq; interdiu inter lupas viuāt, crapulā exhalātes & vinū euomētes, & noctu in tene-
bris vagent̄, aliorū vestes rapiētes, inter tales nullū est verę amicitię vinculū. Tales asotos si dubitas pcōta-
re & ita esse tibi plane respōdebunt. Sed res iam postulat vt tandē finem huic imponamus capiti.

Lib. VIII. Tract. I. Cap. IIII.



A vero quę ob voluptatē, & ea quę ob vtilitatem est, similitudinem huius habent. Boni nanq; & iucūdi, & vtiles sibi mutuo sunt. maxime autē & tales amicitię permanēt cum ęquale fit ab vtrisq;, vt voluptas. & non solum hoc modo sed etiā ab eodē vt inter facetos fit: & nō inter amatorē ac adamatū. Hi nāq; nō delectātur eisdē: sed ille qdē aspectu gaudet adamati, hic aūt obsequio amatoris. Definēte vero pulchritudine amicitia quoq; nōnunq̃ definit. Illi nanq; aspectus nō est iucundus: huic autem obsequiū nō pręstatur. Plerīq; autē in amicitia pmanēt, si ex cōsuetudine mores dilexerint, eosdē mores habētes: sed q nō ob voluptatē in amorib⁹ sed ob vtilitatē communicant: ii & min⁹ sunt amici, & min⁹ pmanent. Qui vero sunt ob vtilitatem amici: ii simul cum vtilitate dissoluuntur. Non enim hi sese mutuo, sed vtilitatem amabant. Fit igitur vt & praui prauis, & boni prauis, & neutri quibusuis amici sint ob voluptatem atq; vtilitatem: sed boni sunt propter seipsos amici. Mali nanq; seipsis non gaudent: nisi vtilitas proueniat aliqua. In sola etiam bonorum amicitia nullum calumnia locum habet. Non enim facile cuiq̃ quisq̃ de eo credere potest, quem ipse diuturno tempore comprobauit. In hisipsis est, & sibi mutuo credere, & nunq̃ iniuriam facere: cæteraq; omnia quæ amicitię verę censentur inesse. In cæteris autem amicitiis nihil prohibet ea quæ sunt hisce contraria fieri. Nam quandoquidem homines eos etiam dicere con

fuerunt amicos:qui ob vtilitatem amant: vt ciuitates(societates enim a ciuitatibus,conducentis gratia fieri videntur)& item eos qui se propter voluptatem mutuo diligunt, vt pueri:nos etiam fortasse tales quidem amicos dicere oportet. Asserere autem species amicitię plures esse:atq; primo quidem & proprie amicitiam eam esse, quæ bonorum est hominum ratione sane qua boni sunt:cæteras autem per similitudinem:quo nanq; bonum quoddam in ipsis est & simile,hoc sunt amici. Id enim quod afficit voluptate,bonum quoddam iis est qui voluptatem ament. Non autem multum hæc copulantur, nec iidem ob vtilitatem voluptatemq; fiunt amici. Nam ea quæ per accidens sunt non nimium coniunguntur. In has autem species amicitia distributa:praui quidem erunt ob voluptatem aut vtilitatem amici,hac ratione similitudinem subeuntes:boni autem sunt propter seipsos amici, ea nanq; ratione qua boni sunt. Hi igitur sunt absolute amici, illi vero per accidens & quia sunt similes his.

EX vtroq; &c. In hoc quarto capite amicitia ob vtile & delectabile,ad amicitiam ob honestum comparatur. Septemq; conclusionibus,& recapitulatione quorundam dictorum hoc caput partitum est. Dicit autem pro prima cōclusione sic. Ea vero supple amicitia quę ob voluptatē & quæ ob vtilitatem est,similitudinem huius (scilicet amicitię ob honestum bonum)habent. Nam studiosi sibi mutuo & iucundi & vtiles sunt. Est tamen discrimen,quoniam amicitia ob bonum delectabile habet delectationem pro causa:amicitia vero ob honestum habet delectationem pro sequela & effectu.

¶ Secunda cōclusio. Maxime aūt &c. Dicit vlterius q̄ illæ duę amicitiæ cōparāt amicitię ob honestū penes pmanentiam. Nam sicut amicitia ob honestum est permanens,sic amicitia ob vtile & delectabile dummodo quod primo requiritur illa duo concurrant, non est fluxa, scilicet seruato vt æquale vicissim rependatur,vt delectatio pro delectatione:& non solum hoc modo,sed etiam ab eodem hoc est ab eadem causa. Secundo requiritur,vt non solum fiat delectatio vtrisq;,sed etiam fiat ab eodem delectabili secūdum speciem,sicut accidit duobus facetis. vt in colludentibus similitudo,vt mutuo disputando,sagittando, ludendo pila,aut huiusmodi recreatione,in qua vterq; gaudet in alterius ludo. Si illud secundum omittatur nō erunt amicitię permanentes,sicut accidit amatori & amatæ. Pone amatorem turpem sed obsequiosum & blandientem amatrici:& amatricem pone venustam, tum illa turpis obsequio gaudet: ipse vero aspectu speciosę delectatur. Verum defluente horaria formositate amicitia illa soluitur. Non enim amplius in melioris aspectu gaudet nec amplius se illi familiarem præstat,vnus a visu,altera a sensu auditus & a famulatu delectationem accipit & non ab eodem. Sequitur in litera. Pleriq; autem &c.

¶ Tertia conclusio qua cōparat amicitias easdem & earum permanentiam quantum ad mores:dicit ergo. Alia est causa permanentiæ ob amicitiæ vtile & delectabile:si ex consuetudine mores dilexerint eosdem similesq; mores habentes. Isti licet non fuerint homines frugi tamen ob morum similitudinem in amicitia durant. Sic venationē diligentes aut aliam exercitationem:sic auarus auarum, & lubricus lubricum diligit:per hoc enim minus eius vitium apparebit. Sicut enim prope virtutem conspicuam, vitium fœdum sordescit,quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt,sic scelestus criminoso iunctus minus apparebit talis. Diximus enim superius in primi capitis expositione:q̄ similitudo per se est causa amicitię:sed qui non ob voluptatem,sed vtilitatem amicitiam contraxerunt,ii & minus sunt amici & minus permanent: puta Socrates locuples & meretrix auara diligunt se inuicem:hic ob voluptatem, illa vero ob vtile. Talis amicitia non est permansiua:& in hoc non comparatur amicitię studiosorum,quę est diu permanens, non autem hęc. Sequitur in litera qui vero sunt. Comparat amicitiam ob vtile pręcise ad amicitiam honesti penes permanentiam & non permanentiam. Prior cum vtilitate dissoluitur. hi enim non sese sed vtilitatem amabant,qua neglecta illa dissoluitur & pessumit. Sequitur in litera corollarium. Fit igitur vt praui prauis. Hęc est secunda pars huius capitis. Nuperrime explanauit similitudinem quā habent amicitiæ vtiles atq; iucundæ cum vera amicitia:nunc discrimē earum ad veram amicitiam explicat asserens,pleraq; a quibus a sincera amicitia dispescuntur. Et primum asserit q̄ amicitia ob bonum vtile & delectabile inter quoscunq; homines promiscue inuenitur. Amicitia autem ob bonū honestū,solum inter frugi viros. Hoc probatur sic. Omnes homines quibus vtile vel delectabile est amabile,cōtingit esse amicos ob voluptatem aut emolumentū:sed hoc cuilibet hominū generi cōuenit:igitur. Cōsequentia tenet cū maiore. Et minor patet. Reuera praui possunt esse & vtiles & delectabiles prauis & etiā studiosis:& viri probi possunt esse vtiles & delectabiles:& sic neutri,hoc est mediocriter boni,possunt esse amici q̄buscūq; talibus,igitur. Sed boni soli sunt propter seipsos amici,mali nanq; seipsis nō gaudent,nisi vtilitas proueniat aliqua. Sequit̄ in litera. In sola eñ bonorū. Hic amicitiā perfectā ad alias per dissimilitudinē cōparat,& hanc conclusionē intendit. Amicitię ob honestū magnā dissimilitudinē habēt ab amicitia ob vtile & delectabile:& hoc duabus rationibus probat per quas duas earum differentias tangit. Primo boni sunt amici ob honestū,non aūt aliæ amicitię. Secūda ratio. Sola amicitia proborū & intrāsmutabilis, igit̄ ipsa ab aliis differt. Antecedēs patet. In sola eñ bonorū amicitia nulla calumnia aut criminatio locū habet. Nō eñ facile cuiq̄ &c. Ponit vnā exclusiuā dicēs. Sola proborū amicitia est intrāsmutabilis.& probat vtranq; exponentē.primo affirmatiuā q̄ illa est itrāsmutabilis:& ꝓbat̄ sic vno p̄supposito. Amicitia nōnūq̄ a bilinguib⁹ & versipellib⁹ soluit̄:q seditionem inter amicos ponere solēt.& sic communius frangitur amicitia. Alio modo frangitur ob peccata & displicētias inter amicos cōtingētes. His suppositis argumētator sic. Ois amicitia frāgibilis aut frāgit̄ per schismaticos:& pacis ꝑturbatores,aut p peccata nota inter amicos.neutrum istorū inter probos contingit.

Quomodo enim esse posset vt Socrates aliquid mali de Platone credat, cuius probitatem integritatemq; iam longo tempore expertus est:& per consequens nec in ipsum deliquit. Veri amici munus est secundum philosophum de alio bene credere,& ei nunq̄ iniuriam facere:& habere denique omnia quę ad verā amicitiā spectant. Oppositum contingit in aliis amicitiis. Indubie facillime mali mala de aliis credunt: quia eos vafros iam sępius intellexerūt, ergo calumnia illic facile aditum habet. In omni regno videmus principū pactiones ob vtile initas:ire sæpenumero in interitū:& mutuo non semel se fallunt siue iureiurando illud astrinxerunt siue non. Et sequitur in litera. Nam homines eos etiam dicere consueuerunt amicos qui ob vtilitatem amant. Vult dicere q̄ proprie loquendo amicitia ob vtile & delectabile non est amicitia, vel non est amicitia philosophice loquendo, sicut decet sapientem loqui: licet dici queat actus laudabilis: sed vulgus ita loquitur: modo loquendū est vt plures. Secundo de cælo & mundo,& primo topicorum, sentiendum vero vt sentiunt pauci. Si enim Lacedæmonii contra Thebanos pugnantes,& a Megarensibus opem petentes impetrant, dicimus Lacedæmonios & Megarenses amicos. Patet de pueris quos quia simul frequenter degunt amicos appellitamus. Sequitur in litera. Asserere autem species amicitiæ plures esse. Sequitur epilogus. Dicit q̄ possumus asserere plures esse amicitiæ species, sed præcipue & proprie est ea quæ est studiosorum, ea ratione qua boni sunt. Cæteras autem species amicitiæ per metaphoram dictas esse constat, vt quatinus bonum quoddam & simile in ipsis est, eatenus ipsi sunt amici. Hoc est boni sunt amici propter bonum quod est in eorū vtroq;. Similiter delectabile est amabile amatoribus delectationum, sicut bonum vtile amatoribus vtilitatum:& in hoc quandam similitudinem habent cum amicitia ad bonū honestum: non tamen multum hæc copulantur, hoc est cohęrent amicitia ob vtile aut delectabile: quippe quandoq; idem est bonum vtile & delectabile interdum vero non vnde istæ duæ sunt amicitię per accidens, quia per accidens coniunguntur & non vsquequaq;. Et sequitur in litera. In has autem species. Dicit q̄ cum amicitia sit in has tres species partita, praui possunt esse amici ob vtile & delectabile, in hoc similes existentes his hac ratione qua similitudinem subeunt, hoc est sunt similes his, hoc est studiosis. Litera est perspicua demptis quibusdam difficultatibus obiter emergentibus. ¶Primo dubitatur an dentur viri neutri, qui

Dubia duo.
nec sunt boni nec mali. Secūdo quomodo fiat partitio amicitiæ bonum vtile & delectabile, cum omne bonum sit honestum. nunq̄ enim est bonum vtile aut delectabile a bono honesto segregatum. videtur

Ad prius.
igitur q̄ hac via nulla erit amicitia nisi ob honestatē ¶Ad priorem dubitationē respōdetur, q̄ vnusquisq; est in mortali aut in gratia. Charitas enim diuidit inter filios regni & perditionis. xv. de trinitate capite. xviii. Et hoc post primi hominis peccatum. Non enim est improbabile q̄ prius homo nec erat in gratia nec in peccato productus: de secundo certum est. Modo quilibet existens in mortali est malus,& existens in gratia, esto q̄ venialia habeat est bonus. Nā veniale vocat̄ eo q̄ est venia dignū, hoc modo capiendo, non datur homo neuter inter bonum & malum.& hic loquimur de lege dei ordinata & non absoluta. Potest enim deus alicui mortali non imputare nullam gratiam illi conferendo: sed loquendo more gentilium philosophorum vel more vulgariter loquentium, adhuc datur homo neuter:& est ille qui non est excellenter bonus & paucis est criminibus irretitus. De plerisq; enim quorū malitiam non percipimus, quia nulli nocent dicimus talis est homo neuter: aut vnus dicit eum malum, alius vero bonum: tertius & quartus qui eum nouerunt dicunt eum nec bonum nec malum, sed tenere limitem inter bonum & malum, ac tepidum & virum rotundū esse. Et ita tales qui mediocriter boni siue mali denominant̄ neutri dici possunt.

¶Contra illud argumentor. Augustinus dicit in enchiridio q̄ aliqui sunt valde boni, aliqui mali, aliqui

Obiectio.
mediocriter boni, aliqui mediocriter mali:& recitatur de celebra. missa c. cum Marthæ: ergo est discrimen inter mediocriter bonos & malos. Respondetur q̄ pauca habens peccata est mediocriter malus, & pauca

Responsio.
habens merita mediocriter bonus: sed ad illam distinctionem diui augustini quomodo intelligenda venit iam diximus in distinctionem. xlv. quarti sententiarum. ¶Et si adhuc obicies: quia qui in vno

Replica.
offendit factus est omnium reus. Iacobi secundo. Respondetur q̄ non intelligitur q̄ in vno peccans sit

Resolutio.
omnibus vitiis irretitus: sed q̄ sic puniet̄ cū vno peccato mortali decedens æternaliter, sicut decedēs cum multis: non autem tantum intensiue punietur.

¶Ad secundum respondeo q̄ nunq̄ bonum vtile aut delectabile a bono honesto segregatur: tamen bo-

Ad posterius dubium.
num quod aliqui delire existimant vtile aut delectabile est sine honestate:& ad tale bonum nonnunq̄ vtile aut delectabile extenditur: loquendo priori modo de bono vtili & delectabili vtrumq; horum est honestum quia rationi rectæ consentaneum, sed quia non ita purum & syncęrum, cum sit vtraq; amicitia pro-

Dub. tertiū.
pter amantis lucrum non dicitur amicitia ob honestum. Dubitatur tertio q̄ miser sit ille qui amore speciosæ fœminæ est innodatus. Respōdetur q̄ est in valde misero statu. Paris enim Helenam ardens incendium troiæ peperit, paternas opes & fraternas deleuit. Aristides ac Themistocles Athenienses clarissimi riuales eiusdem fœminæ plurimum patriæ nocuerunt. Semiramidis inexplebilis libido perpetuo probro proscindetur. Catilina ita ardebat Aureliam vt illius amore filium ex priore coniuge procreatum necarit: Catilinæ enim illas nuptias superstite filio recusauit. Cāpana luxuria inuictum Annibalis exercitum eneruauit. Exercitus enim Veneris illecebris pellectus militiam dedidicit. Æstum amoris adolescens apud Platum eiulat inquiens. Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amatoria rota miser examinor, feror, distrahor vbi sum ibi non sum: vbi non sum ibi est animus. Alexander Thaidis meretriculæ blanditiis delinitus Persepolum vrbem opulentissimam incendit. Melius respondit laidi Demostenes, Dum enim Lais meretrix corinthia lentum pro nocturno concubitu ab eo peteret, ille scite respōdit. Poenitere tanti non emo. Qui se in literario ludo ac bono opere exercet, amoris pręstigiis nō est delinitus. Hic inebrians amor vitam denigrat famamq; ac rem omnem pessundat.

Lib.VIII. Tractatus.I. Cap.V.



T autem in virtutibus alii habitu, alii actu boni dicuntur, sic & in amici- Amicit. Habitu.
tia. Amicorum enim alii simul viuentes gaudent se mutuo, bonaq; conferunt, alii dormientes aut locis seiuncti non operantur quidem, sed ita se se habent, vt operentur amice, loca nanq; non dissoluunt amicitiam absolute, sed operationem. Q; si diuturna absentia fuerit, amicitię quoq; videtur obliuionem efficere. vnde dictum est, taciturnitas amicitias complures dissoluit. At qui neq; senes neq; seueri, videntur esse ad amicitiam apti. Exigua enim afficiunt voluptate, nemo autem conseruari cum eo potest qui dolorem afferat, aut non sit iucundus. Maxime nanq; natura videtur molestiam quidem fugere, oblectamenta autem affectare. Qui vero se quidem mutuo acceptant, non simul autem viuunt ii beneuolis magis sunt similes q̃ amicis. Nihil enim tam proprium est amicorum q̃ viuere simul. Nam egentes quidem vtilitatem affectant, simul autem viuere, & ipsi beati. etenim solitarios quidem hos esse minime conuenit. Vt simul autem degant, fieri non potest nisi sint iucundi eisdemq; gaudeant: quod quidem amicitia sodalitia videtur habere. Bonorum igitur amicitia, maxime est (vt sępe diximus) amicitia. Nam amabile quidem id & expetibile esse videtur, quod est absolute bonum aut iucundum. vnicuiq; vero, quod ipsi est tale, bono autem propter hęc vtraq; bonus. At uero amatio quidē similis est affectui, amicitia vero habitui. Amatio nanq; Sodalitiā amicitia.
non minus est ad inanimata. Amici autem amant sese mutuo cum electione. Electio vero ab habitu proficiscitur. Et volunt iis bona quos amant illorum gratia: non per affectum sed habitum, & amantes amicum, id amant quod sibiipsis est bonum. Vir enim bonus factus amicus, bonum fit ei cui iam est amicus. Vterq; igitur, & id quod sibi bonum est amat. & par reddit voluntate atq; iucunditate. Dicitur enim amicitia æqualitas. Maxime autem Amicitia dicitur equaliter.
hæc bonorum amicitiæ insunt.

VT autem in virtutibus &c. Superius philosophus amicitiam diffiniuit, eamq; in suas species diuidens proborum amicitiam ostendit esse amicitiam absolute, alias tres solum translatitias. Nunc vero amicitiam cum suo actu comparat. Primoq; hoc pacto ait. Sicut in virtutibus alijs aliqui sunt actualiter boni, alij habitualiter boni, ita & in amicitia. Amicorū enim alij simul viuentes gaudent mutuo bonaq; conferunt sibi mutuo. Litera est clara. Quippe locorum intercapedo amicitiam non dissoluit, sed amicitię operationē & actum. Nam multę sunt ipsius amicitię operationes vtpote cōuiuere, obsequi mutuo, benefacere. Aliquam operationem absentia priuat, diuturna tamē absentia videtur amicitię obliuionem efficere, quod sic expono per solum talem habitum homo non est propensus in aliquos actus amicitię exire erga talem amicum, quare autem sic exponam in vna dubitatione clarebit. Vnde dictum est ꝙ taciturnitas amicitias complures dissoluit. Non dicit silentium quod colloquium non præsupponit, taciturnitas supponit. Dictum est, hoc est deuerbium in omnium ore. Et sequitur. Atqui neq; senes neq; seueri videntur esse ad amicitiam apti. Hæc est secunda conclusio huius capitis. Quæ sic probatur. Nam modica voluptate afficiunt & ex consequenti tristitiam afferunt, at nemo amicitiam quęrit cum eo habere qui tristitiam affert, nobis enim a natura insitum est molestiam fugere oblectamentaq; appetere, mutuo autem conuersari amicorū est. Hæc conclusio non intelligitur de omnibus senibus vel in prima senectute, quoniam multi tales hilares sunt & expetūt in hilaritate ducere dies suos. Intelligit ergo senes in vltima senectute quasi iam decrepitos. Per seueros itelligit rigidos, qui cuilibet bono aut festiuo dicto amici in tabula vel extra eā occurrere student. Noui enim quosdam huius conditionis, si probi omnes quempiam laudassent vel in aliqua honesta materia conuenissent, ipsi futili argumento ducti omnibus cōtradixissent, breuiter tales sūt reliquis inuisi. Cum his ergo nemo amicitiam inire potest. Et sequitur. Qui vero siquidem simul acceptant &c. Hæc est tertia conclusio huius capitis, in qua philosophus vult dicere, ꝙ si Socrates & Plato se mutuo acceptant, hoc est habent mores similes & conuenientes, sed ob impedimētum non mutuo conuiuunt, hi non sunt amici, sed potius beneuoli. Probat hoc sic. Nihil est tam propriū amicorum q̃ viuere simul. Immo est proprium tertio modo. Et conuiuere non est solū morando sub eodem tecto vel eadem mensa, sed mutuo colloquendo & suarum mentium arcana mutuo detegendo. Cū enī sint cogniti ad amicitiam idonei, nō est timendum de secreti reseratione. Vnde Tullius in de amicitia sic dicit. Quid dulcius q̃ habere qui cum oīa audes sic loqui vt tecū? Et prouerbiorū. xxv. Tracta cū amico tuo &c. Probatur ꝙ mutuo conuenire est proprijssimus actus amicitię sic. Ille actus quem amici omnes appetunt in quacunq; fortuna positi fuerint videtur esse proprijssimus amicitię actus, sed omnes amici in quocunq; statu fuerint appetunt simul conuiuere: igitur. Minor patet, q̄a duo actus ad amicum pertinent vnus est mutuo conuiuere, secundus est facere amico vtilitatem, hoc est largiri amico de suis. Secundum actum non oēs quęrunt. Beati enim quęrūt simul viuere, hoc est locupletes qui apud vulgus beati putantur, minime tamen beati sunt. Aristoteles in Topicorum. iij. exemplificans de inopinabili dicit vt dicere reges infelices, secundū vulgariter loquentes, at si dicerēt,

secundũ sapiẽtes nõ sunt sane felices. Dicitq̃; dedecet beatos esse solitarios, vt simul sĩt degãt fieri nõ potest nisi sint iucundi eisdẽq; gaudeãt qđ quidẽ amicitia sodalitia hoc est conuictiua videt̃ habere. Et sequit̃ in litera. Bonorũ igit̃ amicitia maxime est (vt sepe diximus) amicitia. ¶ Hæc est quarta cõclusio, quę sic probat̃. Quod est eligibile simpliciter & etiã eligenti illud est maxime eligibile: qa oẽs causas eligibilitatis habet, sed ꝓborũ amicitia est huiusmodi: igit̃. Minorẽ probat inquiens. Nã amabile q̃dẽ id & expetibile esse videt̃ quod est absolute bonũ aut iucundũ, hoc est qđ reipsa est tale. ¶ Et sequtur. Vnicuiq; vero quod ipsi est tale, puta qđ est ei apparẽs bonũ, licet nõ sit bonũ. Hic bonũ appatens nõ est dictio alienãs a bono, sed quoddã supius. Et sequit̃ in litera. At vero amatio &c. Hic inter amationẽ & amicitiã discrimẽ ponit & sane istam literã difficilẽ inuenio. Vno modo sic exponit̃. Amatio quidẽ est similis affectui, hoc est perturbatiõi siue passioni, & hoc potest bifariã intelligi, vno mõ reipsa est passio, alio mõ nõ est passio, sed passioni similis, quẽadmodum cõcedere possumus, ego sum similis Scoto Britãno, & similis Frãco. Amicitia vero est similis habitui realiter, immo est habitus sicut plereq; virtutes sunt habitus. Amatio est etiam ad inanimata, amamus eñ vinũ, & hoc patuit capite. ij. huius. viij. Amici aũt amãt sese mutuo cũ electione, electio vero ab habitu ꝓficiscit̃. Electio ꝓprie est eorũ q̃ sunt ad finẽ, ex tertio huius. Electio ergo p̄supponit discursum intellectus circa hoc vel illud acceptandũ. & tũc volũtas p electionẽ altero relicto vnũ acceptat. Electio ꝓ actu volũtatis supponit & discursum illũ in ambiguis p̄supponit, sed tũc dũ dicit q̃ electio ab habitu ꝓficiscit̃, ꝓprie capit electionẽ ꝓ actu ab habitu emanãte, sicut est de actu virtutis, nã virt⁹ est habit⁹ electiuus in mediocritate cõsistẽs ꝓut determinat ipse sapiẽs scđo Ethicorũ: sic est de amicitia. Primus actus habit⁹ gñatiuus dispositionis vel habit⁹ amicitię nõ est ꝓprie amicitia. Tẽporis magna intercapedo ad amicitiã exigit̃, ergo amicitia ꝓprie loquẽdo ab habitu emergit. ¶ Et seq̃t̃ in litera. Et volũt iis bona quos amãt, illorũ grã nõ p affectũ, sed habitũ, hoc est sunt ad hoc ꝓni iã ab habitu parto. Amor põt dirigi ab affectu & sic ẽ et suis, aut amor est affectus: nõ sic aũt amicitia. ¶ Seq̃t̃ in lr̃a. Et amãtes amicõ, id amãt qđ sibiipsis est bonũ. Vir eñ bon⁹ factus amic⁹ bonũ fit ei cui iam est amicus. Hic dubiũ remouet. Dictũ est eñ supius in hoc. viij. Hoc vnicuiq; est amabile qđ est ei bonũ: igit̃ videt̃ q̃ hoc mõ amet amicũ nõ grã amici, s; gratia sui cõmodi. ¶ Respõdẽdo dicit q̃ amãtes amicũ amici grã volũt sibiipsis bonũ, & amãt seipsos p hoc effectualiter, nã qñ ille q̃ est bonus in se, factus est amicus alicui, fit bonõ amico suo. Amic⁹ enim bonus, est suo amico bonus, & iste amor est reciprocus. Aliter sic & plus fortasse tibi placebit. Si diligã amicũ gratia amici. Hoc est virtutis eius nõ curãdo an amic⁹ sit mihi vtilis aut delectabilis nec ne habeo bonũ virtutis actũ & sic appeto mihi, bonũ vel bonũ mihi appeto, & sic me diligo. ¶ Et postea sequtur, vterq; igit̃ & id qđ est sibi bonũ amat & par reddit volũtate atq; iucũditate. Prior portio iã patuit. Et scđa ex litera leonardi patet. Vterq; repẽdet equale. s. par voluptati & iucũditati alteri⁹. Dicit̃ eñ amicitia æqualitas, maxime aũt hęc bonorũ amicitię sunt. Hoc est in amicitia reddit̃ æquale: & potissimũ hęc verũ hñt i amicitia studiosorũ.

Dub. primũ. ¶ Hic dubitat̃ an habit⁹ amicitiæ remittat̃ p cessationẽ lõgã ab actibus. Ad partẽ affirmatiuã argumẽtor authoritate phi̇ in litera. Dũmodo notabilr̃ amici distãt & lõgo tẽpore, & hoc etiã expiẽtia cõprobare videt̃, & in ꝓuerbio dicim⁹ Amicitiã absentia dissoluit. In oppositũ argumẽtor oẽ qđ corrũpit̃ aliquo illorũ triũ modorũ corrũpit̃. s. p suũ cõtrariũ, vel cõtrarium suę causę productiuę, vel ad corruptionẽ subiecti vel ad desitionẽ causę cõseruãtis effectũ. Exẽplom primi vt tẽperantia habit⁹ p intẽperantiã actualẽ oppositã actib⁹ a q̃bus tẽpãtia emanauit. Exẽplũ secundi, vt notitię brutorum. Exemplom tertij. vt lumen in luna tempore deliquij. Modo nullo horũ modorũ habitus corrũpitur. Non primo, quia loq̃mur solũ de cessatiõe ab actibus. Nec secundo modo, quia voluntas est incorruptibilis naturaliter, sicut ipsa essentia animę ei eadem reipsa. Nec tertio mõ, quia habitus non requirit concursum sui subiecti ad hoc vt sit, cum etiam in dormiẽnte maneat. Itẽ habitus manet non remissus ad breuẽ morulam, ergo cõtinuo si nõ ponat̃ aliud positiuũ eius corruptiuũ.

Responsio. ¶ Dico de facto q̃ non cessat, sed bene verũ est quando duo mutuo viuunt vterq; est pronior exire in amicitię actus, quia actus refricant̃ & habitus intendit̃. Potest tamen inter absentes amicos amicitia cõtinuari, dũmodo sunt pręsentes per literas & tabelliones & per crebros actus memorandi.

Dubi. ij. ¶ Secundo heres quas ob res inter annosos non contrahit̃ amicitia. Hoc Aristoteles p̄tendere videt̃, postq̃ sexagesimũ annõ ptrãsijt nõnihil hic dicã. Inter iuuenes rara est vera amicitia. Nãq; iuuẽt⁹ lasciua pna est ad carnis titillãtis illecebras: ante trigesimũ vel quadragesimõ annõ rarẽtius hoies in virtutibus splendẽt. Proinde inter illos nõ est vera amicitia, siquidẽ inter solos studiosos illa existit. Loquutus sum de his q̃ vulgo eueniũt: nõnulli eñ in viridi ætate sunt morib⁹ cani: vt magnus Zacharię fili⁹, Timotheus, Titus & siles. Verũ in tãta turba hoim hi ꝓfecto sunt petrari dicẽdi. ¶ Scđa ꝓpositio. Capulares senes amicitiã prius partẽ obseruãt. Nõ enim video qđ obstet. ¶ Tertia ꝓpositio. Plerisq; in frigida senecta amicitiã haud q̃q̃ inter se auspicant̃. Nã grãdis natu sunt seueri atq; tetrici, aliosq; oẽs a se sugillãt. Vñ ait Horati⁹ de sene. Difficilis, q̃rul⁹, laudator tẽporis acti se puero. Alius cũ nausea hęc audit ꝓinde illibẽter cũ illo cõuiuit. Et rursus alius grãdis æui est morosus. Duo aũt morosi cõuiuere neq̃unt. Nõ ignoro quosdã iuuenes ficte cũ senib⁹ cõuenire vt ab illis opes expiscẽt. Verũ illa nõ est porta verę amicitię & syncerę. ¶ Quarta ꝓpositio. Aliq exactę ętatis amicitiã iciũt, & radices amicitię indelebiles iaciũt. Probatio. Vbicũq; fontes amicitię inueniunt̃, illic amicitia scatet abũde: at i altissimo senio scaturigo amicitię dat̃. s. virę ꝓbitas, mutuus lepos atq; cõfabulatio i reb⁹ serijs scitu dignis, iocũditas, bñuolẽtia reciproca & cętera id gen⁹. Postrema enũciatio. Grauis ãnis cũ iuuenibus iucunde viuit. Iuuenes eñ sunt suopte ingenio alacres, iocũda sua spõte adducũt, mõ senib⁹ sint familiares, modo emolumẽtũ a senib⁹ recipiãt in pecunia, doctrina, & huiusmodi, cum senibus conueniunt.

Lib. VIII. Tractatus. I. Cap. VI.



N feueris autem atq; fenibus,tanto minus fit amicitia, quanto difficilio- res funt,& minus congregationibus gaudent. Hæc enim ad amicitiam ma- xime fpectare & ipfam efficere videntur. (Congreſſiones.) Quocirca iuuenes quidem cito,fe- nes aút non cito fiút amici. (Iuuenes.) Non enim fiunt iis amici,quibus non delectá- tur,fimiliter nec feueri. (Senes.) Sed tales beneuoli quidem mutuo fibi funt, etenim & bona volunt, & prompti funt ad neceſſitates,amici vero non valde funt, propterea q̃ non fimul degunt,neq; fe mutuo delectantur,quę quidem ad ipfam amicitiam maxime pertinere videntur. Non fit autem vt amicitia perfecta multis quifpiam fit amicus, quemadmodum nec vt complures fimul adamet. Eft enim exuperationi fimilis, tale autem ad vnum aptum fieri. Multos vero eidem vehementer placere non facile eft, fortaſſe autem nec bonos eſſe. Oportet autem & experientiam accipere, & in confuetudine fieri, quod qui- dem eft perdifficile. Ob vtilitatem autem ac voluptatem multis placere quis poteft. Com- plures enim funt tales,& fubminiftrationes manifefte breui in tempore fiunt. Harum au- tem ea magis eft fimilis amicitiæ quæ eft ob voluptatem, dum eadem ab vtriſq; proueni- unt,& fefe mutuo gaudent aut eifdem,quales funt iuuenum amicitiæ,ineft enim magis in his liberalitas. At ea quæ ob vtilitatem conftat eorum eft hominú,qui quæftui vacant. Bea- ti etiam vtilibus non indigent,fed iucundis. (Beati.) Cum quibufdam enim fimul viuere volunt,& moleftum paruo quidem tempore ferunt. Continue vero nemo,nec ipfum bonum toleraret, fi dolore ipfum afficeret. Quare iucundos quærunt amicos. Sed forfitan & bonos oportet, cum fint tales, & etiam ipfis:fic enim ipfis inerunt, quæ amicis ineſſe oportet. Qui autem funt in poteftatibus conftituti,diuifis vti videntur amicis. Alii enim funt ipfis vtiles, alii iucundi,vt autem ambo fint iidem non nimium fit. Neq; enim cum virtute iucundos quę- runt,neq; vtiles ad honefta,fed facetos quidem quærunt voluptatem appetentes:habiles au tem vt agant ipfũm præceptum. Atq; hæc homine in eodem non nimium fiunt, ftudiofus autem homo iucundus eft fimul (vt diximus) atq; vtilis,fed talis amicus non fit exceden ti,fi non & virtute excedatur,fin minus non æquatur,cum rata fit inferior ratione,non ni- mium autem tales fieri folent. Hæ igitur amicitiæ dictæ, in æqualitate confiftunt. Eadem (Epilogus.) enim ab vtriſq; fiunt,& fibi mutuo volunt,aut aliud pro alio (vt voluptatem pro vtilita- te) commutant. Dictum eft etiam has minus amicitias eſſe,minuſq; permanere. Videntur autem & ob fimilitudinem diſſimilitudinem eiufdem,& eſſe amicitiæ,& non eſſe. Nam fimi litudine amicitiæ quæ eft ob virtutem, videntur amicitiæ eſſe. Altera namq; voluptatem, altera habet vtilitatem,quæ quidem infunt & illi. Sed quia illa quidem omni calumnia ca- ret, & ftabilis eft, hæ vero cito diſſoluuntur, aliiſq; compluribus differunt, non videntur ob illius diſſimilitudinem amicitię eſſe.

IN feueris autem &c. In quinto amicitiam ad fuum actum comparauit,in hoc fexto ipfam ad eius fubiectum in quo eft,confert, in quo explanat quæ hominũ genera funt amicitię receptacula ido- nea & quæ non. Et hanc conclufionem negatiuam pręmittit. Senes atq; morofi nõ funt ad ami- citiam propenſi. Oſtẽditur fic. Qui funt difficiles & minus conuictu gaudent, funt ad amicitiam in- epti. Seueri annis confecti funt huiufmodi,igitur. ¶ Ex hac probatione infert aliam quæ ex oppofi- to fequitur,puta Iuuenes funt prompti amicitiam contrahere, conuictu enim & conuerfatione mu- tua gaudent. ex qua fcaturigine amicitia proficifcitur. Eiufdem ætatis & iuueniles erant qui amorem arctiſſime inter fe feruarũt vt Oreftes,& Pylades,de q̃bus Cicero in Lęlio meminit. Damon & Pythi as pythagorici de quibus idem in officijs loquitur. Lęlius & Scipio, Diomedes & Vlyſſes. Hercules & Thefeus. Alexãder magnus & Epheftion. Nifus & Euryalus. Poft hęc tacitam obiectionem mouet. di- ceret quifpiam. Seueri & tetrici fibi bñ volunt,proinde amicitiam contrahũt. Hanc euacuans ait. Alii qui funt parum difficiles,aliqui magis,aliqui vero difficillimi, de actualibus loquor & negatiue expo- nendo. Affirmatiue dubium eft,de poſſibilibus non eft ftatus. Profecto in abyſſum fecũdũ Pythagori cos proceditur,& fic de congreſſionibus. Nempe aliqui congrediuntur cum parua difficultate, aliqui cum maiore,aliqui cum maxima. Iſti tamen funt beneuoli & proni funt aliis fuccurrere,fed quia non fimul degunt nec mutuo delectantur amici non funt valde,hoc eft raro perfecti funt amici. Aliqua- lis enim confocietas ad amicitiam perfectam non fufficit. Non fit autem vt perfecta amicitia fit mul tis,quẽadmodum neq; fit vt complures quis amet vehementer. Hæc eft fecunda huius capitis conclu fio,quam probat. Primo quia perfecta amicitia cuiufdam vehementiæ & fuperabundantiæ amoris fi- milis eft,talis autem amor abundans ad vnum fieri aptus eft. Secundo, non eft facile inuenire mul- tos ftudiofos & frugi viros,cum etiam opus fit in amicitia longa experientia,fcdm quod dixim⁹. Nõ

vult Aristoteles dicere q nemo potest habere nisi precise vnum amicu, sed q paucos habere pot, dicit vnus pot pauciores alter vero plures habere. Aliqui enim comiter & humane se hnt ad multos, & ad amicitiā alijs proniores sunt, ergo tales plures pnt amicos habere, sicut de Scipione africano legimus. Quando dicit q amicitia est similis exuperationi aut excessui aut supabūdātię, scdm antiquā trāslationē, nō illic est abūdātia q̄ suplatiuis cōuenire dicit. Nā quod p supabūdātiā dicim⁹ vni soli cōuenit, quēadmodū solet esse de dictione suplatiui gradus positiue & affirmatiue exponendo.

❡ Sequit. Ob vtilitatē aut voluptatē quis multis placere pot, in tali autē amicitia nec requirit illibatę vitę nitor inter amicos, sicut in amicitia ob honestū: nec longa illa expiētia exigit, sed vicaria obsequia & subministratio, hoc est munera scdm exigentiā psonarū sint. Amicitia ob delectabile est nobilior amicitia ob vtile. Probatio, est similior amicitię ob honestū q̄ illa, proinde est nobilior. ❡ Consequentia tenet p simile. Animal quod est homini simillimū in nobilitate quodlibet aliud in nobilitate excedit. In hac amicitia mutuo redduntur oblectamina. Etiā hęc amicitia est amicitia ob vtile, liberalior ergo & melior. Nā ea q̄ ob vtilitatē est eorū est hoim q q̄stui vacāt. Scdo beati nō solū amicis vtilibus, sed & iucūdis egent. Nōnunq̄ etiā scurras parasitos & assentatores q̄rūt. Nā cū qbusdā simul viuere volūt & molestū modico tpe ferūt, cōtinuo vero nemo, nec ipm bonū toleraret si dolore ipsum afficeret. Hoc est dicere. illa amicitia est alia nobilior q̄ maioribus & pluribus cōuenit q̄ alia, sed sic est de amicitia ob iucundū ingitur. Postea dicit, quare beati hoc est locupletes iucūdos q̄runt amicos & etiam oportet habere bonos cum tales sint beatia iucundi, sic enim & beatia inerunt quę & veris amicia inesse oportet. ❡ Sequitur sexta conclusio. Qui in potestatibus sunt constituti, diuersis vtunt amicis. Alij enim sunt ipsis vtiles, alij vero iucundi, vt vero illis idē sit vtilis & iucūdus simul, nō vsu venit. Nam huiusmodi potētes nō virtute iucūdos q̄rūt neq vtiles ad honesta, sed iucundos qdē ac facetos ad voluptatū oblectamina quęrunt, insuper habiles & pronus vt mandata celeriter exequantur expiscantur. Verum raro tamen fit vt in eodem hoie hęc cōnexa inueniant, nisi studiosus extiterit. Nā studiosus homo, quēadmodū iā dictum est, est & iucūdus & vtilis verū talis studiosus viro existēti in potestate nō fit amicus nisi virtute multū pluceat, vtpote in simili proportiōe vitę integritas in studioso opes exuperāt, in qua diuitię eminentiā locupleti dant, hoc est. Tales se habēt sicut excedēs & excessum, sed si illi duo excessus sunt pares possunt manere amici, signanter si beat⁹ sit circūspect⁹, aliogn ex insolētia se studioso pfert, & sic nō erūt familiares. Sic literā ordinabis. Sed talis amic⁹ puta studiosus nō fit excedēti puta beato si nō & virtute excedat, puta locuples a studioso, vt Alexāder ab Aristotele vel Platōe, sin min⁹, hoc est si nō equat, nō est analogatio cū rata sit iferior rōne, hoc est cū rata. f. portio & ps studiosi sit iferior rōne, hoc est scdm pportionē & dignitatē. ❡ Seqt epilogus. Hę igit amicitię dictę. hoc ē. Oēs tres amicitię i equalitate cōsistūt qd pticulariter explicat, eadē eni ab vtrisq fiūt & sibi mutuo volūt aut aliud p alio cōmutāt, vt voluptatē p cōmodo, in qb⁹ quādā equalitatē seruare oportet dictū est has etiā amicitias minus minusq pmanere. Logt de amicitia ob vtile & delectabile.

❡ Post hęc seqt. Vident autē ob siītudinē & dissimilitudinem eiusdē & esse amicitię & nō esse. Hoc est amicitię ob honestū, quia aliqualē cōuenientiā aliqualem vero diaphoniam cum perfecta amicitia habent, vt mediocriter bonus ob similitudinē cum bonis absolute, bonus censet. Et quia prauos nōnūq̄ imitatur, improbus iudicat, haud secus ob similitudinem studiosę amicitię quę quidē ob virtutē est, amicitię vident esse. Vna ob voluptatē, altera vero ob vtilitatē quę & verę amicitię assunt. Ac amicitia ob bonū honestū prorsus oi calūnia carēs stabilis & solida pmanet, hę vero cito fugaces atq solutę sunt & multis alijs discriminibus dissentiētes, ob eiusdē dissimilitudinem nōnūq̄ nō vident esse amicitię. Amicitia delectabilis magno iterstitio abolet. Vtilis pari modo antiquatur decrescēte emolumēto. Voluptates quoq vetitę omni virtute ex diametro obsistunt, proinde ad amicitiā de qua impientia loquimur minime attinent. Amicitia vero studiosa est constans atq firma cuius basis est virtus quę est clara atq ęterna, vt ait Salustius, est amicitia per se, hoc est ratiōe celsi habitus animā illustrātis, & est bonum intrinsecum habentia. Alię quoq duę amicitię ab extrario depēdent, qd est currax atq mobile, & amicitia solū per acidēs, cū nō fundent in bono intrinseco potioris partis hominis.

Tractatus. II. Cap. I. Et Lib. VIII. Cap. VII.

Amicitia in excellentia.



St autem & alia species amicitię, quę in excellentia consistit, vt amicitia patris ad filium, & omnino senioris ad iuniorem, viriq ad vxorem, & principis omnis ad eos qui ipsi subiiciūtur. Atq hę inter sese etiam differūt. Nō est enim eadem amicitia parētibus ad liberos, & principibus ad subditos: nec patri ad filium, & filio ad patrem, nec viro ad vxorem. & vxori ad virum: diuersa enim est vniuscuiusq horum virtus ac opus. Diuersa etiam sunt & ea propter quę amant. diuersę igitur & amationes & amicitię. Atq eadem quidem vtriq ab altero nec fiunt, nec sunt quęrenda. Sed dum liberi quidem ea parentibus tribuunt quę tribuenda sunt genitoribus, parentes autem filiis quę natis tribui debent, stabilis talium & bona est amicitia. Oportet autem & amationem omnibus in amicitiis quę in excellentia consistunt, comparatione fieri rationum. Magis enim amari prestabiliorem,

Amationē fieri per comparationem oportet.

vtiliorem ve, q̃ amare oportet, & cęterorum vnumquemq; similiter. Nam quū amatio fit pro dignitate, tunc fit aliquo modo æqualitas, quod quidem amicitiæ esse videtur. Æquale autē in iustis & in amicitia, non similiter sese habere videtur. Est enim iustis quidem æquale: primo quod est pro dignitate, secundo quod est in quantitate. In amicitia autem id quidem q̃d est in quantitate primo, id autem quod est pro dignitate, secundo. Constat autem si in virtute vel vitio, vel diuitiis, vel in aliqua alia re magna distantia, fiat non vlterius sunt amici: nec dignum putant se esse amicos. Maxime autem hoc est manifestum, in ipsis diis immortalibus, hi namq; plurimum bonis omnibus antecellunt. Constat autem & in regibus. Nec enim his se esse amicos dignum ii putant, qui sunt longe inferiores, nec item optimis viris, aut sapientissimis ii qui nullius sunt precii. Exacta igitur in talibus non est definitio, quousq; sint amici, multis enim ablatis adhuc amicitia manet, q̄ si nimis fuerint separati (vt a deo) non permanet. Vnde & dubitatur vtrum amici velint amicis ea bonorum quæ maxima sunt, vt deos esse. Non enim vlterius erunt ipsis amici, quare nec bona, amici namq; bona sunt suis amicis. Quod si bene sit dictum amicum amico bona illius gratia velle, manere oportet qualiscunq; sit ille. Homini autem volet maxima bona inesse, & fortasse non omnia sibi enim ipsi maxime quisq; vult ipsa bona.

Amicitia nō cum longe p̄cedentibus.

Est autē & alia species amicitię. Ecce secūdū tractatū hui⁹ octaui libri. Supius cōtēplabaṫ in sex capitibus amicitiā inter pares, nūc aūt amicitiā inter psonas inæquales agitat, sexq; capitibus hic tractat⁹ scd̄s absoluiṫ vt in literę pceſſu liq̄scet. Hoc caput trifariā distrahit. Primo eius intētionē apit, mōstrās alias esse amicitias p̄ter enumeratas in p̄cedēti pte hui⁹ toti⁹ voluminis, in scd̄a pte denudat quanā via istę amicitię nūc ptractādę cōseruari & manuteneri q̄ant, demū quādā dubitationē citat quā nō multis eluit. A n̄ oia igiṫ hoc pacto ait. Est & alia amicitię species q̄ in excellētia cōsistit, nō q̄ vtrūq; extremū sit excellēs, s; alter termin⁹ collatiōe alteri⁹ est excellēs, vt genitoris ad natū viri ad vxorē, principis ad ei subditos, siue sit priceps, rex, dux, siue alia dignitate exími⁹ haud magnopere interest. ¶ Et seqṫ in lr̄a. Atq; hę iter sese etiā differūt. Hoc pbat, nō eñ est eadē amicitia parētibus ad liberos & pricipib⁹ ad subditos, illę eñ amicitię specie differūt, cū alia officia habeāt q̄ cōiter pobiectū respiciūt. insup nec est eadē amicitia specię p̄ris ad liberos & liberorū ad patrē, & ita de alijs añ enumeratis, cui⁹ pbationē prio in lr̄a ponit inquiēs. Diuersa eñ est vniusq; horū virt⁹ ac opus. Patris est liberos in morib⁹ & vita educari, filiorū parētes reuereri. Ergo diuersa h̄nt officia. Sic est de officijs dn̄orū quę sunt diuersa a famulis, vult dicere, quorū virtutes & opera specie secernunṫ, illorū amicitię specie dispescuntur, at illorum qui sunt superiores excellētia & illorū q̄ sunt inferiores, opera & officia specie distinguntur, proinde & amicitię. Secundo, diuersa etiam sunt & ea propter quæ amant, diuersæ igitur amationes & amicitię. Tertio quia nec eadem vtriq; ab altero fiunt, nec fieri q̄renda sunt. Indecens enim esset si talem reuerentiam dominus famulo exhiberet qualem hero seruus exhibet. Vult ergo dicere q̄ extrema excedentia in ordine ad sua correlatiua specie differunt, & sic de excessis ad excedentia, & de excessis inter se. ¶ Sequitur. Sed cum liberi quidem ea parentibus quæ parentibus tribuenda sunt tribuunt, parentes autem filijs quę filijs tribui debēt, stabilis talium & bona est amicitia. Hic ostendit quomodo amicitia inter excedentem & excessum seruanda est. Et dicit q̄ in hoc seruatur q̄ amicorū vterq; exhibet alteri quod est ei debitū scd̄m pportionē dignitatis. ¶ Seqṫ. Oportet aūt & amationē, hoc est in oīb⁹ amicitijs q̄ in excellētia cōsistūt amatio cōparatiōe rationū fieri debet. Nam pręstabilior, magis diligi debet q̄ ipse diligere, sic vtiliorem magis amari q̄ amari, & ita de quolibet excedente ad excessum. Hoc in affectu sic probatur. Omnis enim amicitia per æqualitatem conseruatur, per hoc scilicet q̄ vnusquisq; æqualiter amatur ab altero, & hoc secundum quantitatem vel proportionem, æqualitas enim videtur maxime amicitiæ amatiua. In amicitijs personarum æqualium amicitia conseruatur per æqualitatem quantitatis. Si enim Patroclus & Achilles in dignitate pares sint, eorum amicitia per hoc conseruatur q̄ vnus bonum delectabile pro ęquali bono delectabili præbet, sed in amicitijs personarum inæqualium cōseruatur amicitia per hoc q̄ vterq; amat reliquum secundum dignitatem, vt si Agamemnon sit in duplo excellentior Vlysse, tunc seruatur æqualitas proportionis si Vlyses in duplo plus amet Agamemnonem, vt qualis est proportio amātis ad amatum, talis sit proportio amicitię ad amicitiam. Verum ob modicum defectum æqualitatis siue secundum quantitatem siue secundum proportionem, non oportet amicitiam dissolui.

¶ Sequitur quarta conclusio. Æquale autē in iustis & in amicitia non similiter sese habere videtur, est enim iustis æquale primo quod est pro dignitate, secundo quod est in quantitate.

¶ Contra autem in amicitia, hoc est in iustitia, primo consideranda est æqualitas dignitatum personarum, in quibus debet fieri iustitia. Et secundum hoc partienda sunt premia. Verbi causa si Achilles plus vtilitatis ac honoris in duplo Græcorum phalangi q̄ Vlyses attulerit, oportet de bonis cōmunibus duplicem portionem habeat. Vnde in iustitia distributiua de qua loquitur philosophus primo debēt cōsiderari opa seu pportio operū eorū qb⁹ fieri debet distributio, & scd̄o debet eis fieri distributio rerū scd̄m æqualitatē & pportionē opū. Verū in amicitia prio cōsiderāda est pportio iter psonas sese amātes, & secundo debent exhiberi opera amicitię secūdum proportionē dignitatis personarum.

Q in amicitia primum quantitas consideranda venit, liquidum est. Nam si in virtute, vitio, vel diui-
tijs aut alijs rebus permagna fiat distantia non amplius fiunt amici, nec dignũ quidem id existimãt.
Maxime autem hoc manifestum est in ipsis dijs immortalibus. Hi nanq; plurimum omnibus bonis
antecellunt, quorum amicitija nemo se dignum putat. Hoc idẽ in regibus optimis & sapiẽtissimis di-
cit. ¶ Sequitur cuiusdam questionis responsio. Exacta determinatio & limes præfixus in his non est
quando primum desinunt esse amici, scio enim q magna distantia amicitiã impedit, sed de exigua,
& vbi est limes pręcisus nescitur. quẽadmodum scio q ad talem distantiam videre nequeo vel sagit-
tam iacere, sed vbi est pręcisus limes virtutis meę ignoro, sic de consecratiõe eucharistię per aliquam
distantiam cõsecrare queo, sed de termino dubitatur. ¶ Sequitur dubitatio quędam quę dicit. Vnde
& dubitatur vtrum amici volunt amicis ea bona quæ maxima sunt, vtpote an volunt amicos suos
esse deos immortales. Argumentatur ad partem negatiuam sicq; quia tunc non essent vlterius amici,
& sic optando bona perderent vtpote ipsos amicos. Sunt enim amici amicis bona. ¶ Respondendo
tenebrose obiectionem soluit dicens, q si bene sit dictum amici bona illius gratia belle, manere opor-
tet qualiscũq; sit ille. hoc est vt maneat homo & talis naturę qualis prius fuerit, & etiam maneat pro
dignitate amicus, homini amico maxima bona volet inesse, & fortasse non oĩa vt esse deũ immorta-
lem, sibi enim ipsi maxime quisq; vult ipsa bona.

Dubi. iiij. ¶ Circa hãc literam dubitatur primo. Dicit q inferior debet magis diligere superiorem q̃ contra.
an hoc intelligatur de maioritate intensiua in actu elicito, an in signis reuerentię exterioris ab amo-
re intrinseco prouenientibus. ¶ Secundo dubitatur de veritate illius propositiõis. Non est amicitia
dei ad hominem. ¶ Ad partem affirmatiuam argumẽtor, Abraham erat Dei amicus vt diuus Iaco-
bus in sua canonica capite secundo dicit. Similiter apostoli fuerũt amici Christi. ¶ Tertio, an ego ra-
tionabiliter debeam velle amico maxima bona. ¶ Quarto quomodo vocat philosophus deos imor-
tales cum duodecimo Metaphysicæ vnum primum motorem ponat quem deum intellexit.

Ad primũ. ¶ Ad primum dicitur q potissimum intelligitur in signis reuerentię & in obsequio, siquidem si se-
cundum dignitatem inferior superiori obsequetur superior indigne feret, existimabit enim q infe-
rior se æqualem ei censet, & per consequens cogitabit q nimia familiaritas pariet contemptum. Er-
go amicum inferiorem decet similem reuerentiam sępius superiori facere, qualem ipse facere consue-
uerat ab amicitię exordio, dignum est etiam q plus intensiue superior ametur, cum ipse inferiorem
Ad secũdũ. in amicitiam vocet, & ex tali intensiore actu amoris inferior integrius nitidiusq; amorẽ seruabit.
¶ Ad secundam dubitationem respondetur, q Abrahã & apostoli proprie non erant amici dei neq;
Christi, propter infinitam intercapedinem inter illos. Hic ea tenus est interuallum quatenus est per-
sona superior: sicut distantia inter Socratem Philosophum & Brunellum asinum penes perfectio-
nem Socratis mensuranda venit, erant tamen amici laxato vocabulo.

Ad tertium. ¶ Ad tertiam dubitationem respondeo per proposiriões, quarum prima est. Nõ debeo velle de ami-
co meo q ipse sit deus, hoc possum ei velle. Volũtas quoq; est impossibilium tertio Ethicorum, licet
debeam velle ei bona ipsius gratia, volo tamen vt talis naturę qualis est, maneat. Et hanc propositio-
nem innuit Aristoteles in litera in solutione ad vltimam dubitationem inquiẽs, q si bene sit dictũ,
cum amico bona illius gratia velle, maneret oportet qualiscunq; sit ille, quia si in aliam speciem mu-
tetur nõ manet eius natura. ¶ Secũda propositio. Socrates debet velle amico suo maxima bona gra-
tia ipsius amici, etiãsi illa bona statum eius mutauerint, vtpote potest velle eum esse regem aut maxi-
mum pontificem. Patet, potest ipsi velle bona & citius potiora bona, alioqui nõ esset verus eius ami-
cus. ¶ Tertia propositio homo volet maxima bona sibi. Patet in calce huius capitis, & patet etiã se-
cundum ordinem charitatis. Dilige proximum tuum sicut teipsum, ergo hõ est in se limes dilectiõis
Obiecta duo. aliorum. Et istud etiam nono Ethicorũ patebit, homo debet sibi eligere maiora bona virtutũ & vel-
le citius se non peccare q̃ aliũ. ¶ Contra secũdã ꝓpositionẽ argumẽtor. Per hoc Socrates ꝑdet amicũ
& sic suũ bonũ vt eius familiaritatẽ. Secũdo stat q maximus pontificatus erit ei in ruinã. Nam si nõ
fuissem de numero episcoporum fuissem de numero saluandorum dixit quidam.

Ad primum ¶ Ad primum nego sequelam. Nõ perdet amicum licet minus familiaritatis cum eo habeat, estq; ei
honestius interdum cum Romano pontifice amice loqui & communicare & officium amicitiæ an-
tiquę pignus habere q̃ manere perpetuo cũ eo in maiore familiaritate, & in statu inferiori.
¶ Ad secundum dico q in illo casu non debeo ei velle summũ pontificatum, solũ debeo ei bene vel-
le & illa quę eius statui sunt accommoda, cum quibus probe viuere potest.

Ad. iiij. dubi. ¶ Ad quartã dubitationẽ respõdet q Arist. loquit de intelligẽtijs q̃s imortales putat. Scdo eñ de cę-
lo dicit. Extra cęlos sunt entia optimã vitã ducẽtia quã toto æuo cõsumũt. scdo loqt etiã vt plures &
sentit vt pauci. Vt faciendũ censet, scdo de cęlo. Modus ille est modus eius, & cuiuslibet sapiẽtis loq cũ
vulgo, & cũ exacte de illa materia loquuturus est ꝓpriã opinionẽ dicere. mõ. xij. Metaphysicę dicit q
pluralitas principũ mala: mũdus nõ vult male disponi: vnus est ergo mũdi princeps. Illic expsise suã
mentẽ de primo motore primo siue de ipso deo posuit. Itẽ in Psalmo, Ego dixi dij estis & filij excelsi
omnes. Magnos sic viros deos appellamus sicut Aaron erat propheta Moysi, & Moyses eius deus. In-
super Christiani. Vtuntur nominibus deorum & in carmine & in oratione soluta. Vnde Baptista mã-
tuanus hoc sepius facit & in quodam libello super hoc edito ostendit illud esse licitum. Quis enim
est qui nesciat Iouem illum fuisse virum perditissimum, nihilominus vtimur modo loquendi de Io-
ue summo hoc est de vero deo. Ethnici enim vulgares putabant q idem esset iupiter qui & summus
deus, & nos vnum loco alterius capimus, & concinne quandoq; in oratione soluta ponitur.

Tractatus.II. Cap.II. Et Lib.VIII.Cap.VIII.



PLeriq̃ autem ob ambitionẽ,magis amari q̃ amare velle videnẽ. Quapropter
pleriq̃ amant ipsos adulatores.adulator enim inferior est amicus,aut fingit
se talẽ,& magis amare q̃ amari. Amari autẽ ppinquum huic esse videtur, af
fici inquã honore,quod quidẽ pleriq̃ affectant. Non per se autẽ sed per acci
dens videnẽ honorẽ expetere. Nam pleriq̃ gaudẽt,cũ honoranẽ ab iis q sunt
in potestatibus propter spem.putãt enim se si quo indigeãt,id ab illis ĩpetra
turos. Gaudẽt igiẽ ipso honore,vt signo beneficii suscipiẽdi. Qui autẽ appetũt a bonis viris
atq̃ sciẽtibus honorari,cõfirmare opinionẽ eam quã ipsi habent de se affectant,gaudẽt igiẽ,
quia sunt boni,credentes eorum iudicio qui id dicũt. Amari autẽ per se gaudẽt,quapropter
prestabilius ipsum esse q̃ honorari videbitur,& amicitia expetẽda per seipsam esse. Videtur
autẽ magis in exhibendo amorem,q̃ in suscipiendo consistere. Argumẽto sunt matres,amã
do gaudentes. Nonnullę nanq̃ suos tollendos filios dant.& amant quidem scientes,vt amẽ
tur autem ab illis non quęrunt,si vtrumq̃ fieri nequeat,sed satis ipsis esse videtur si in pro
speritate vident illos esse constitutos. Amantq̃ illos,& si illi non possunt ob ignorationem
ea quæ sunt exhibenda retribuere matri. Cum igitur amicitia magis in amando consistat,&
laudentur qui amant amicos,virtus amicorum videtur esse amare. Quare in quibus hoc fit
pro dignitate,ii stabiles sunt amici:& amicitia talium est stabilita. Hoc autem modo & qui
sunt inæquales, maxime fuerint amici,æquales enim fieri possunt. Æqualitas autem & simi
litudo est amicitia. Et maxime quidem eorum similitudo qui similes sunt virtute. Nam cũ
stabiles per seipsos sint,& tales inter se sunt.& neq̃ indigent prauis neq̃ talia subministrãt:
quin potius etiam prohibent. Est enim bonorum hominum neq̃ ipsos delinquere, neq̃ ami
cos permittere praua subministrare. Praui autem stabilitatem quidem non habent,quippe
cum neq̃ sibiipsis similes perseuerent. Breui vero tempore fiunt amici: sua gaudentes mu-
tuo prauitate. Vtiles autem & iucundi permanent magis,permanent enim quousq̃ volupta
tes aut commoda sibi mutuo præstant. Ex contrariis autem maxime videtur ea fieri amici-
tia quæ ob vtilitatem efficitur. Nam fit amicus pauper diuiti,ac indoctus scienti. Cuius eñ
quis indiget,id affectans aliud affert pro ipso. Huc trahere quispiam & amatorẽ ac adama
tum,& pulchrum ac turpem potest. Quapropter & amatores ridiculi videntur interdũ,di-
gnum esse censentes perinde amari vt amant. At si similiter quidẽ amabiles sint amãdi sunt
fortasse vt censeẽ. Si vero nihil amabilis habeãt,ridiculũ est pfecto sese vt amãt amari opor-
tere censere. Fortasse autẽ neq̃ cõtrariũ per se cõtrariũ appetit,sed p accidẽs: appetitio vero,
ipsius est medii. Hoc eñ est bonũ,veluti sicco,nõ vt humidũ fiat,sed vt accedat ad mediũ,&
calido,& cęteris simili modo. Sed hęc qdẽ missa faciamus,nõ eñ ad hũc locũ accõmodãtur.

Amari q̃ amare poti⁹ volentes.

Amor matrum.

Amare Amicitia stabilis.

Ridiculi sũt amari volentes nisi sint amabiles.

PLeriq̃ autem ob ambitionem &c. Hoc est secundum caput huius secundi tractatus & octauum
huius octaui libri,in quo enodat quomodo amare & amari se habeant adinuicem, & in primis
dicit q̃ Pleriq̃ magis amari q̃ amare expetũt:& causa est quia honorari appetunt,& hoc expel
lentibus conuenit quibus honos debetur. Nam complures sunt ambitiosi qui magis amari q̃ amare
cupiunt. Hinc pleriq̃ assentatores amant. Est enim adulator inferior amicus,aut se talem pręseferẽs.
Insuper amari est vicinum honori,at homines maxime honore afficiuntur. ℂ Secũda conclusio. Nõ
per se,sed per accidens videntur honorem expetere,hoc est amari q̃ honorari est quid pręstabili⁹. Nã
non per se,sed per accidens pleriq̃ honorem affectant. Omne quod homines cupiũt propter seipsum
melius est eo quod desiderant secundũ accidens,sed honorari desiderant secundum accidens,& amari
secundum se,quare melius est amari q̃ honorari. Minorem probat in litera, ex duobus profecto ho-
mines singulariter desiderant honorari a potentibus & sapiẽtibus. Hoc duobus exemplis probat pri
mo.gaudent enim pleriq̃ cum ab his qui in potestatibus constituti sunt honorantur ob spem,arbi-
trantur enim si aliquorum indiguerint se facile ab his impetraturos,itaq̃ gaudent hi honore per ac
cidens,vt signo beneficij si forte egeant. Sunt & alij qui a probis & scientibus viris honorari ament,
desiderantes per hoc opinionem de propria excellentia confirmari. Tales igitur de per se gaudent eo
q̃ sint boni credentes eorum iudicio qui id dicant, quoniam viri scientes si probi fuerint minime
adulantur. ℂ Sequitur. Videtur autem q̃ hoc id est amicitia magis consistit in amare q̃ amari. Id ma
trum iudicio cognoscitur,qui filios amando multum gaudent,& si filios alendos nutrici committãt
amant tamen suos liberos,neq̃ ab eis amari quærunt,vbi vtrunq̃ fieri non potest, sed matribus sa-
tis est filios in prosperitate videre, & amant filios quãuis ipsi ob ignorantiam ea quæ matri sunt ex-
hibenda retribuere nequeant,indicium est igitur amicitiam potius in amare q̃ in amari cõsistere,sed
matrum ad filios non redamantes non est amicitia. Ex hoc duo corollaria infert, quorum prius est,

Amicorum virtus atq; perfectio videtur esse amare, quippe amicitia magis in hoc q amentur cõsistit, magisq; laudantur amantes amicos. Amicorum igitur quatenus ipsi amici sunt, virtus & perfectio in amare est. ¶ Sequitur in litera. Quare in quibus &c. Secundum corollariũ. Vnde fit vt qui pro dignitate faciunt stabiles sint amici: talium nanq; amicitia est stabilita. Profecto illo modo qui sunt inaequales maxime solent fieri amici, inferior tunc plus amabit & sic erunt aequales, at amicitia aequalitas & similitudo quędam est, hoc est in aequalitate consistit, secundum q superius est expositum. ¶ Sequitur. Et maxime quidem &c. Dicit q amicitia maxime eorum est similitudo qui virtute sunt similes, nam in seipsis in virtute permansiui sunt, & in virtute similes permanent, neq; indigent prauis hoc est non egent illo vt alter eorum praue operetur: neq; talia subministrant quin etiã phibent tam inter se q̃ inter alios. Sane bonos hoies dicit litera, neq; ipos delinq̃re neq; amicos pmittere praua agere. Et in hoc Ionathas erat amicus ipsi Saulo patri suo phibẽdo quãtũ poterat necẽ inuocantis dauidis. ¶ Seqt. Praui stabilitatẽ in amicitis nõ hñt. Nã neq; sibijpsis similes pseuerãt, sed breui momento manẽt amici, sua gaudẽtes mutuo prauitate. Praui enĩ nihil stabile, fixum, & amabile in se habent, sed prauitatem, quae ab omni sapiẽte est odibilis. Et demũ immo sepius poenitudine ducuntur. Et licet ad vomitũ redeãt sunt instabiles, quia nihil inueniunt in quo ipsorum volũtas quiescere potest. Operationes autem probi ei suauitatem ministrant, & sic perseuerat: oppositumq; in prauo contingit. ¶ Sequitur. Vtiles & delectabiles diutius in amicitia pmanẽt q̃ praui, siqdẽ eousq; durant quousq; emolumenta aut oblectamina sibi mutuo pręstant. Ex contrarijs amicitia ob vtile coalescit. Ob vtilitatem locupleti inops, & scienti ignorans fit amicus, cuius enim quisq; indiget id affectat, pro quo aliud affert & rependit. Ad hanc enim vtilitatem quis trahere potest amatorem & amatum in venereis. Si formosum mulier turpis diligat, quapropter & amatores ridiculi videntur, dignum esse censentes perinde amari vti ipsi amant. Nulla ratio est vt formosa mulier virum foedum sic diligat sicut ab illo diligitur, nisi aequipollentia & recompensatio suae formę fiat, cum nõ sint similiter amabiles. Et forte in hac amicitia contrarium non per se contrarium appetit, sed per accidens. Contrarium enim non appetit contrarium secundũ se, sed est appetitus medij secundum se, quod quidem medium est bonum subiecto quod afficitur per vnum contrarium in excessu. Vt si corpus Socratis sit siccum, non est appetibile Socrati vt suum corpus sit humidum, sed appetibile est venire ad medium ad quem perueniret superueniente humido, quoniam appetitus est medij secundum se & contrarij per accidens, & ita in calido & similibus. Sed haec missa faciamus, non enim ad hunc locum accommodantur.

Dubium. ¶ Dubitatur an melius sit amare q̃ amari. Et argumentor ad partem negatiuam. Amans melius facit amato q̃ amatus amanti. Proinde melius est amari q̃ amare. Nam amari a deo est praestabilius q̃ deum amare. Insuper illud est nobilius quod superioribus damus, sed eos plus amamus q̃ contra igitur.

Responsio. ¶ Respondetur q vtilius saltem temporaliter est amari praesertim a locuplete q̃ amare, actus tamen non est melior. Amare enim est bonum intrinsecum amantis; amari ab extrinseco dependet, satius est tamen habere causam quare ametur & quare sit dignus amatu. Deus enim & virtutibus pręditi sunt amatu digni.

Dub. scdm. ¶ Dubitatur secundo an amicitia inter prauos duret. Respondetur q proprie loquendo inter prauos non est amicitia, sed latius capiendo vocabulum. Et dico q amicitia inter tales giros minimę est durationis, vt perbelle Aristoteles in litera docet. Et patet alia ratione. Nunq̃ enim durat amicitia inter aliquos nisi habeant inter se oblectamina, quae inter flagitiosos non contingunt, immo peccata tristitia sequitur vt corpus opacum vmbra, secundum illud Augustinum. Iussisti domine, & ita est, vt poena sit sibi omnis inordinatus animus. Conscientiam mordentem in morem draconis habent praui, Esaiae tertio. Erit cubila draconum, scilicet conscientia peccatrix.

Responsio.

Tractatus. II. Cap. III. Et Lib. VIII. Cap. IX.

Videtur autem amicitia & iustum (vt in pricipio diximus) circa eadem & in eisdem esse. In omni nanq; societate iustum aliquod, & amicitia esse videtur. Itaq; vt amicos appellant, simul nauigantes, & commilitones, & caeteros similiter socios: atq; quatenus communicant, eatenus est amicitia & iustum enim eodem modo. Et prouerbium recte, ea quae sunt amicorũ communia dicit esse. Amicitia nanq; in communicatione, societateq; consistit, Atq; fratribus quidem sodalibusq; cuncta communia sunt, caeteris autem definita: & aliis plura, aliis pauciora. Amicitiarum enim aliae magis, aliae minus amicitiae sunt. Differunt autem & iusta. Non enim eadem sunt parentibus ad filios & fratribus inter se: neq; sodalibus, atq; ciuibus, & in caeteris similiter amicitiis. Diuersa igitur sunt & iusta ad horum singulos. Et incrementa suscipiunt q sunt ad magis amicos. Est enim grauius sodali, q̃ ciui pecuniam auferre, & fratri q̃ extraneo opem non ferre: & patrem q̃ quemuis alium pulsare. Crescit autem & iustum cum amicitia simul, quippe cum sint in eisdẽ, & ęque sese extẽdant. At vero societates omnes, similes sunt partibus societatis ciuilis. Nam ob vtilitatẽ aliquam

Amicorum communia.

Sodali auferre.

conueniũt homines: & aliquid eorum consequitur, quæ ad vitam conferũt. Ciuilis quoq; societas, conducentis ab initio constitui gratia, permanereq; videtur. Hoc enim & latores legum coniectant & iustum id inquiunt esse, quod publice prodest. Cæteræ igitur societates, per partes vtilitatem appetunt. Nautæ quidem eam quæ ex nauigatione prouenit, acquisitionẽ inquã pecuniarum aut aliquid tale. Milites autẽ eam quæ fit ex bello, siue pecuniam, siue victoriam, siue ciuitatem affectant, eodem modo cõtribulesq; & populares. Nõnullæ autem societates gratia voluptatis constare videntur, vt eorum qui simul choros excercent, aliaq; similia: & eorum qui pecunias conferunt ad cõuiuia sibi paranda: hę nãq; sacrificii, conuictusq; causa fiunt. Omnes autem hæ sub ciuili societate esse vidẽtur. Non enim præsens commodum ciuilis affectat: sed ad omnem vitam. Atq; sacrificia & cœtus circa hæc faciunt, honorem diis tribuentes, & sibiipsis requiem pręstantes cum voluptate. Vetusta nãq; sacrificia, conuentusq; post frugum fieri perceptionem (vt primitiæ) vidẽtur: hoc enim tempore maxime ocio indulgebant. Societates igitur vniuersę, partes ciuilis esse videntur: tales autem amicitiæ, tales societates sequuntur. Sacrificia ob fruges.

VIdetur autem amicitia &c. Soperius enodauit terminos amicitiæ qui in excellentia cõsistunt, & qoomodo amare & amari se habẽt ad amicitiam, & nõnullas obiectiones obiter occurrẽtes soluit, nũc vero in hoc tertio capite secundi tractatus explanat quonã pacto amicitia in societate permaneat, & hoc in capitis anteriori parte facit. In posteriori declarat omnes societates esse similes societati ciuili, & ad illam redigi tãq̃ partes ad totum. Et primũ dicit sic. Omnis amicitia in quadam cõmunicatione consistit. Hoc trifariam probat: Primo sic. Circa eadẽ est iustitia & amicitia: sed omnis iustitia cõsistit in quadã cõmunicatione, igitur. Maior ex superius annotatis in principio hoius octaui patuit, & minor patet ex quinto huius cum omnis iustitia sit ad alterum. Secundo, probat hoc idem ex vsu loquendi inductioe. Qui simul nauigãt appellant amicos & cõmilitones & cæteros simul socios. Atq; quatenus cõmunicant eatenus est amicitia, & pariter iustũ. Eodẽ modo cõmilitones qui simul militiam excercẽt. Miles proprie est ille qui pedes pugnat. Scholastici tyrociniũ in literario ludo simul excercẽtes cõmilitones siue contyrones appellantur, vnde fit vt late differant milites & equites aurati. Et sic nos in hoc plurimũ hallucinamur vnos pro alteris ponentes. Tertio, hoc per deuerbium vulgare probat Amicorũ omnia sunt cõmunia: ergo amicitia in cõmunicatione & societate existit. ¶ Atq; fratribus &c. Hic ponitur secũda cõclusio in qua pretendit philosophus q; cõmunicatũ amicitię variãtur quemadmodũ & iusta. Hocq; exemplariter detegit in litera inquiens. Atq; fratribus quidem sodalibusq; cũcta sunt cõmunia. Sodales dicti sunt quasi simul edales. Cæteris autẽ sunt definita, hoc est bona determinata. Et sic sunt aliquæ amicitiæ maiores, alię vero minores. ¶ Sequitur tertia conclusio. Differũt autẽ & iusta. Vult dicere q; sicut amicitiæ differũt secũdũ diuersas cõmunicationes, ita iostitia secũdũ diuersas cõmunicationes diuersificatur. Hanc conclusionẽ exẽplariter demõstrat. Litera autem est clara. ¶ Sequitur quarta conclusio. Et incrementa suscipiũt. Dicit q; iustitia & iniustitia augmentãtur & attenuãtur per comparationẽ ad magis & minus amicos, & ita diuersificãtur secũdũ diuersitatem amicitiæ. Est enim grauius sodali q̃ ciui pecuniam auferre: & ita de similibus, ascendẽdo ad magis cõiunctas. Et hoc intellige cæteris paribus. Crescit itaq; iustum cum amicitia simul, quippe cũ sint in eisdẽ & æqualiter ad eadem sese porrigant. ¶ Sequitur quinta cõclusio. At vero societates omnes. Hęc est secũda pars principalis huius capitis in qua philosophus cõparat omnes alias cõmunicationes a cõmunicatione politica, ad cõmunicationem politicam, quia omnia alia cõmunicatio est ob vtile particulare: cõmunicatio vero politica ob cõmodũ cõmune. Dicit ergo litera. At vero societates omnes similes sunt partibus societatis ciuilis, hoc est politicę. Nam ob vtilitatem aliquã homines societatis ineunt, quibusq; aliqua consequitur quę ad vitam cõducũt. Propter enim aliquã vtilitatem cõmunẽ videntur aues a principio simul cõuenisse: & propter vtilitatem perseuerare in cõmunicatione. Et hoc legũlatores coniectãt, & iustũ id esse inquiũt qd publicũ affert cõmodũ. Sunt igitur cęteræ cõmunitates suis partibos similes. Cæteræ enĩ societates per partes vtilitatem quęrunt vt de nautis & cõmilitonibus exemplificat. Et eodẽ modo se habent cõtribules & populares. Contribules sunt eiusdẽ tribus, & populares eiusdẽ populi. ¶ Sequitur sexta conclusio siue solutio dubij. Nõnullæ autẽ societatis gratia voluptatis constare videntur, vt eorũ qui simul choros ducunt siue choreas: & sic cũ saltu secũdũ illud Maronianũ. Para pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt. litera est intellectu facilis. Extendit vtile ad vtile proprie dictum & ad delectabile. ¶ Sequitur vltima conclusio. Omnes autẽ hæ sub ciuili societate esse vidẽtur. Quæ sic probatur. Omnis cõmunicatio quæ est ob conferens particulare est sub illa cõmunicatione quæ est ob cõferẽs cõmune: sicut enim particulare est sub communi, ita cõmunicatio ob bonũ particulare est sub cõmunicatione quæ est propter bonũ cõmune: sed omnis cõmunicatio alia a cõmunicatione politica est propter aliquod particulare bonũ. & patet ex cõmunicatione cõnauigantũ, cõmilitonũ, & cæterorum: & cõmunicatio politica est propter bonũ cõmune. igitur. Maior huius rationis cũ priore parte minoris lucent. Propterea philosophus circa secũdã partẽ minorũ insistit, quæ est q; cõmunicatio politica est ob bonũ cõmune. Vnde dicit q; cõmunicatio politica non intendit aliquod bonũ particulare & præsens, sed

negociatur circa id quod est vtile per totam vitã. Et hoc ex industria ostendit circa cõmunicationes delectabiliũ & maxime in sacrificijs, hoc est in libaminibus superũ, de quib⁹ minus videtur: & si illud, quod minos videtur inesse insit, & illud qđ magis videtur inesse inerit: cũ de sacrificijs loquut⁹ dicit. Vetusta nãq; sacrificia cõuẽtusq; post frugũ fieri perceptionẽ, vt primitię vidẽtur. Primitię sunt primi fructus ex agro collecti. Fruges enĩ dicũtur omnia quę ex fructu terrę in alimoniã cõuerti possunt. Hoc enĩ tẽpore maxime ocio indulgebãt: quia post autumni graues labores, vt collectos fructus par erat animos & corpora recreare & gratias agere superis. Nõ Cereri & Baccho, qui circa fruges & vinũ fuerãt industrii, sed omnipotẽti deo. Cõcludẽdo dicit. Societates igit̃ vniuersę partes societatis ciuilis esse vidẽtur. Hoc est omnes alię cõmunicationes pticulares sub politica cõtinẽtur, sicut quędã partes eius, quia oẽs alię cõmunicationes ad particularia cõmoda, politica autem ad cõmodũ cõmune ordinatur. Et quia amicitia est in cõmunicatione oportet qđ distinctio amicitiæ seu amicorũ attẽdat̃ secũdũ cõmunicationẽ politicã, & ex qualitatibus cõmunicationũ qualificent̃ amicitię cõmunicantũ.

Dubium. ¶ Dubitatur, an verũ sit illud deuerbiũ, qđ Aristoteles in litera approbare videtur. Amicoꝝ omnia bona sunt cõmunia. **Responsio.** Respondetur, ꝙ est verũ. ¶ Contra, hoc est cõtra eius doctrinã secũdo Politicoꝝ, vbi politiã Socratis & Platonis in hoc reprehẽdit. Respõdetur, illud est reprehẽdẽdũ in cõmunitate tota aut in magna: non autẽ inter paucos, vtpote inter amicos qui pauci solent esse. Et sicut in religionibus, in quibus omnia in cõmuni habẽtur. Vt in principio nascẽtis ecclesiæ Actuũ .4. Abstinẽtia a carnibus perennis potest fieri in parua cõmunitate, vt in Carthusiensibus, Benedictinis, aut in Prędicatoribus: non autem expediret in toto hominũ cõmunitate.

Tract. II. Cap. IIII. & Lib. VIII. Cap. X.

Reipublicæ species. REi autem publicę tres sunt species, & totidẽ etiã transgressiones & quasi labes illarũ. Et illę quidẽ sunt regnũ, & optimorũ potestas, & tertia est ea, quę e censibus fit, quã censupotestatẽ dicere accõmodatũ videtur: plurimi autẽ rẽpublicã appellare consueuerũt. Atq; harũ optima quidẽ est regnũ. **Censu potestas.** Deterrima vero censupotestas. Transgressio autẽ regni quidẽ tyrãnis est. In vtraq; enim, vnus est princeps, sed inter sese plurimũ differũt. Nam tyrannus quidẽ suũ, rex autẽ eorũ qui ab ipso regũtur considerat cõmodũ. Non est enim rex nisi sit ex sese sufficiens, & bonis omnibus antecellat. Talis autẽ nullius indiget rei. Non ergo suas ipse, sed eorũ qui regũtur vtilitates considerat. Qui nãq; talis non est, forte potius quidã est princeps ꝙ̃ rex. Tyrannis autẽ est contraria regno: suũ nãq; bonũ sequitur ipse tyrãnus. Quo magis paret ipsam esse pessimam. Pessimum enim id est quod est contrarium optimo. Fit autẽ in tyrannidẽ ex regno transgressio. Tyrannis enim principatus est prauitas eius, in quo vnus est princeps. Prauus autẽ rex, fit tyrannus. **Optimatum potestas & ei⁹ deprauatio.** Ex optimatũ vero potestate ad paucorum potentiã fit transgressio, vitio principũ qui res ciuitatis præter dignitatem distribuũt, & cũcta bona sibi vel plurima tribuũt & magistratus semper eisdẽ, plurimi diuitias facientes: pauci igitur & praui pro optimis dominãtur. **Censo potestas & eius vitium.** Sed ex censupotestate ad popularẽ fit transgressio potestatem. Sunt enim hę finitimæ. Nã & censupotestas, multitudinis esse solet: & pares sunt omnes qui sunt in censu. Minime vero prauũ est popularis potestas: parum enim reipublicę transgreditur speciem. Res igitur publicę hoc maxime modo mutãtur. Minima enim sic atq; facillima fit ipsarum migratio. Similitudines autem ipsarum & quasi exempla quispiam & in domibus accipere potest. **Iuppiter pater.** Societas enim patris ad filios, regni prę se fert effigiem, nati nãq; patri sunt curę, hinc & Homerus Iouem patrẽ appellat. Ipsum nãq; regnũ, imperium est suapte natura paternũ. Patris autem apud Persas imperium tyrãnicum est: suis enim filiis vtũtur vt seruis. Heri etiam ad seruos, tyrãnicum est. Nam in ipso vtilitas agitur heri: atq; hoc quidem rectum esse videtur: sed Persarum aberrat, diuersorum enim diuersa sunt imperia. Viri autem & vxoris societas similis optimatum potestati videtur, pro dignitate nãq; vir pręsidet & in iis quæ virum decent: quæ vero vxori accõmodantur, hæc illi tribuit. Q̃ si in omnibus vir dominetur, in paucorũ potestatem mutatur. pręter dignitatem enim hoc facit: & nõ ea ratione qua pręstabilior est. **Vxores dominantur.** Interdum autẽ dominantur vxores, ob amplitudinẽ patrimonii: non igitur fiũt imperia ob virtutẽ sed ob diuitias & potentiã: perinde atq; in paucorum fit potestate. **Fratrum societas.** Fratrum vero societas, similis est censupotestati. sunt enim pares, pręter differẽtiam ætatis. Quocirca si multum ætatibus differant, non fraterna inter ipsos fit amicitia. Popularis autem potestas, in iis maxime habitationibus est, quæ domino carẽt: hic enim omnes sunt æquales. Et in quibus princeps est imbecillis, & vnicuiq; inest potestas.

Rei autē publicę &c. Hoc est quartū caput huius secūdi tractatus, in quo Aristoteles dictis dicēda assuit atq; annectit. Nuperrime dixit q amicitia in societate cōsistit. Insuper enodauit iustitiā atq; amicitiā circa eādē versari materiā. Preterea mōstrauit singulas societates ad ciuilem attinere, tāq̄ partes ad totū, nūc vero societatē ciuilem in suos ramos distrahit, & similitudinē ipsarū enucleat ad societatē rei familiaris. Et hoc quia ad illas nō solū iustitia extendit, verūetiā amicitia. In geminas partes caput secat. In priore species rei ciuilis aperit. In posteriore vero societates rei familiaris. Dicit ergo primo. Rei autē publicę tres sunt species, & totidē trāsgressiones & quasi labes, hoc est corruptiones. Et illę quidē sunt, Regū, Optimorū potestas, hoc est Aristocratia, & tertia est ea quae & censibus fit, quā censupotestatē dicere accōmodatū videt, plurimi autē rēpublicā appellare consueuere. Alijs vero Timocratia. Hodierno die in his extera subnectemus duo; secūdo; quia regia potestas est perspicua Aristocratia est. In Venetijs vbi patritij soli reipublicę habenas moderant. Metis in confinio Lotharingię, Florentię, Senis, Lubecc; in Germania. Exēplū tertij est apud Heluetios qui homines in illa politia sunt aequales, nec inter nobiles & ignobiles est discrimen: sed ciuiū aequalitatē quęrūt. Sequitur. Atq; harū politiarū optima est regnum, deiectissima censupotestas, & media optimo; potestas. Regnū est optima politia quia illic vnus prudēs pręest. Ex hoc duodecimo Metaphysicę Aristoteles vnū rectorē vniuersi cōcludit. Et quia politia Timocratica ambitiosorū maxime ab vnitate recedit, illa est deterrima. Et quia paucorū potestas nō ita late a politia regali distat illa est media. Transgressio regni tyrānis vocat, hoc est ea labes quę politię regali opponit tyrannis appellat. In vtraq; eñ politia vnus est monarcha, sed inter se late differūt. Tyrannus eñ suū, rex vero eo; qui regūtur quęrit emolumētū. Non eñ quispiā meretur dici rex nisi ad regendū ex se sufficiēs fuerit & omnibus bonis antecellat. Non ergo suas ipse sed eo; quos regit vtilitates quęrit: qui autē talis non est forte potius est quidē princeps q̄ rex. Tyrānis est labes inter has tres trāsgressiones abiectissima. Probatio, quia opponit optimę: quāobrē ipsa est pessima. Propterea eñ odiū dei est flagitiū immane, quia virtuti optimę i. dilectioni dei aduersatur. Ex optimatū vero potestate ad paucorū potentiā fit transgressio, & hęc labes in antiqua translatione vocatur oligarchia, hoc est quoniā probi & pauci a principio habenas reipublicę bene moderātur, qui res ciuitatis pręter dignitatē distribuūt, & magistratus nō aequa lance partiūtur, sed eosdē magistratus opulentis conferūt. Ex censupotestate ad popularem potestatē fit transgressio, hoc est ad Democratiā. Hae enim duę sunt finitimae. At minima transgressionū reipublicae est popularis potestas: quādoquidem parū reipublicę trāsgreditur speciem & patet ratione. Timocratica est politiarum infima, itaq; lues ei opposita est infima. Item in politia Timocratica, est aequalis obtuitus ad locupletes & inopes: in Democratica inopibus plus fauoris dat q̄ locupletibus. Et licet id pręter dignitatem fiat, labes tamē nō est maxima. Inopibus enim quia nō est iniuria, sed locupletibus, parua est transgressio, qui illā melius q̄ pauperes sustinere possunt: & hoc est totū peccatū quod in hac politia fit. De Democratica ad Timocraticā quia sunt multū finitimae facilis est transitus: quia in symbolizantibus facilior est transmutatio, secūdo de generatione. Harum trium specierum reipublicae effigiem in oeconomicis & in re familiari accipere potes. Societas enim patris ad filium prę se fert specimen ipsius politiae regalis. Patri nāq; liberi sunt curae. Hinc & Homerus Iouem patrē appellat. Ipsum enim regnū imperiū vult esse paternū. Patris tamē apud Persas imperium tyrannicū est: suis enim filijs vtūtur vt seruis. Non est hic sermo de seruis mercenarijs sed legalibus. Heri dominiū ad seruos tyrānicum est. Herus est dominos, Heros aūt quasi diuinus & semideus: sicut aeneas a poeta maximus heros appellat: & hinc heroica virtus, de qua in septimo Ethico; dictū est. Et licet seruitus recta sit: tamē per se errant in hoc q filijs tāq̄ seruis vtūtur. Nam diuerso; diuersa debent esse imperia. At viri & vxoris societas similis optimatum potestati videtur. Pro dignitate vir praesidet & in his quae virū decent: quae vero vxori accōmodātur hęc illi tribuit vir. Hoc est de exterioribus & de his quae sunt magnae molis vir prouidet, de minutioribus & his quae domi sunt, mulier prouidet. Q; si in omnibus vir dominetur in paucorū potestatē mutatur. Nonnunq̄ tamē vxores ob patrimonij amplitudinē dominātur, sed tunc nō sunt imperia ob virtutem sed ob opes: perinde atq; in paucorum fit potestate, fratrum vero societas similis est censupotestati: sunt eñ pares praeter differentias aetatis, & si in aetate multum distent aegre inter eos seruatur fraterna amicitia. Popularis autē potestas in his maxime habitationibus est quę domino carent. Hic autē omnes sunt aequales, & in quibus princeps est imbecillis & vnicuiq; inest potestas, debilis est princeps inter eos. Vt Heluetij quando ad bellum proficiscūtur, ductores ordinant qui & magistratus in republica, sed parū authoritatis habent. Certe si in paruis labantur vltimo supplicio feriūtur, sic est de priore Sorbonico annuo & in collegijs in quibus est sociorum aequalitas, hoc dempto q quidam cum parua authoritate aliquando magistratum gerit.

❡Quęritur, quae politiarum est praestantissima. Respondetur, monarchia inter omnes politias est prima caeterisq; anteponenda. In apibus est rex, cuius auspicijs bella cum hoste gerunt, defessum subleuant: egredientem turmatim circumuolant. & cum apes rationis expertes id doceant, omnibus non est praetereundum. Et prima quia ante alias fluxit. Assyrij enim reges tempore Tharae patris Abrahae floruere, Abraham cum regibus bellabat, vt ex. 14. capite Geneseos edocemur. Ad haec vsq; tempora perdurat vbiuis gentiū diffusa. In Asia, Affrica, ac pene in tota Europa reges imperant. Secundo, pluralitas principum mala est. 12. Metaphysicę, vnusq; est mundi rector scilicet deus. itaq; vnus habenas regni moderabitur, in cuius argumentum Romulus & Remus simul regnare nequibant. Parricidium monarcham peperit, cōuenienti similitudine, nec in omnibus similitudinem

Quęstio. Responsio.

quęrimus,in vniuerso pręest deus in varijs regnis princeps. Ad hoc est Aristoteles in literā.

¶Contra istud argumētor. Optimorum potestas siue politia Aristocratica est pepetua,quādo centū vel ducenti patricij reipublicę praesunt,vno moriente alius in illius locum sufficitur,extincto autē rege tenellus puer futurus rex relinquitur : sub interrege respublica nutat, vt nauis in procelloso mari sine nauarcha. Secūdo,a politia regali tāq̄ labe in Aristocraticam correctricem regiae audaciae ascenditur quamobrem Aristocratica politia est praeferenda. Assumptum patet in Romana politia, vbi Tarquinio Superbo deiecto consules eligebantur. Pari modo Athenienses expulsis regibus a senatoribus regebantur,& illorum respublica creuit atq; floruit. Tempore etiam Senatus Romanorū respublica in sua celsitudine extitit, quae postq̄ ad imperatores deuenit parum in suo robore stetit. Et patet hodierna tēpestate in Italia in qua Veneti late imperant ab erroribus quibus Romana politia pessundabatur cauentes Romani duces excercituū,vt Sylla,Marius,Caesar,Pompeius,Crassus & similes dissidia excitarunt & funesta bella populo. Insuper Aristoteles duodecimo capite tertij Politicorum Aristocraticam regali politiae praefert,librum autē Politicorum post Ethica edidit vt in calce Ethicorū constat.

Ad primū. ¶Ad primum concedo politiam Aristocraticam aliqua proprietate nobili ornari, qua regia celsitudo vacat. ex opposito multa litigia & occulta odia in multorum regimine contingunt. Romanorum respublicę,Atheniensium atq; Lacedaemoniorum hoc ipsum docuerunt & nouissime apud Genuenses idpatuit. Aristocraticam Veneti illustrant quibus Creta, Cyprus & quaedam alia regna obediunt. A lapsibus enim Romanorum maximopere cauent. Florentini paucis imperāt. Senensiū fama regnandi vix Alpes transilit.

Ad secūdū. ¶Ad secundum argumentum inficior assumptum. illic enim erat tyrannis. Tarquinius Superbus regium sceptrum in tyrānidem conuerterat. Regia prouincia est subditorum commodo studere:hoc illum aeternabit. Extolluntur reges ad astra qui proprijs cōmodis neglectis populi salutem quaesiuere.

Ad tertiū. ¶Ad Aristotelem tertio politicorum dicimus,q̄ illic disputatiue solum procedit, nec sibi in Ethica doctrina reluctatur:verum ponit aliqua pręconia quibus Aristocratia monarchiam antecellit, & hoc ingenue fatemur. Reges pleriq; adulatorum melle deliniti intumescunt,& saepenumero exorbitant,tali lue optimates reipublicę rectores minime corrumpuntur.

Dubia duo. ¶Dubitatiunculas duas incidentes carptim mouemus. Primo quod est regium munus. Secundo,an
Ad prius. cōducibilius est habere regem successione q̄ electione. ¶Priorem dubitationem octo aut nouem documentis strictim absoluetimus. Primū documentum est. Rex deum timere (sub alijs verbis idem dicam) incontaminate viuere satagat vt non solum legibus subiectis imperet, verū etiā vitę exēplo. Nam qui sibi nequam est,cui alij bonus erit? Eccle.14. Sedet in specula velut exemplar alijs. Ad motū primi mobilis sphaerae inferiores,perenni vertigine irrequiete circūtorquētur. Rex virtuti incumbat & studiosos honoribus praeficiat. omnesq; summopere virtutibus innitentur, sin vitijs insudet hiatū singulis ad malum aperiet. Homines ad malitiam proni velamine superioris licentiosius peccant. Quicquid monarchae cum sulicis factitant ignobile vulgus protinus insequitur. Hoc experimēto pluries didicimus. Deum timere est illibate vitā transigere. Propterea haec duo (vt retulimus) cōspirant. Tametsi autem haec praeceptio vitium extrudat,nihilo tamen minus gratia maioris explanationis speciatim quaedā alia subdemus quae ad laudabilem eius vitam ancillantur : quorū primū secūdum tamen in ordine est. Rex sit verax. Mendacium enim quarto Ethicorum est per se vituperabile,ac in rege fordissimū. In verbo regio (dicere solent) consulendum est. Quicquid promittat si cancellos honestatis haud transiliat obseruetur: alioqui fidefragus atq; contemptibilis censebitur. Fides est hosti inuiolate seruanda, proinde valentiore ratione inter suos. Tertium. Carnis illecebras domet : alienas mulieres non sollicitet,nullam a sua coniuge carnaliter cognoscat,si secus fecerit hiatum illecebrosis voluptatibus patefaciet. Alij enim ad inconcessas libidines proni, illius vestigia sequentur,Venerem illicitam etiam alia crimina comitantur. Dauidis adulterium cū Bersabea, Vriae mariti eius homicidium attraxit, Salomonis infrenis libido ipsum iam annosum pene praecipitauit ita vt a nonnullis ambigatur,an sit damnatus. Talia scelera deus non finit esse inulta. Secundus & tertius regum de praefatis regibus haec docent. Libidinosi sunt Martis nothi, quia ineptissime ad excercitum rite ductandum. Compti capilli,tripudia,atq; escarum luxuria neruum bellicum attenuant,frangunt,potentatusq; exterminant. Sardanapali exitus id edocet, qui inter greges meretricum pensa diuisit,ludibundisq; oculis illas intuebatur, indignusq; erat cui armipotentes parerent. Hānibal poenus ducum vix vlli secundus, campana luxuria corruptus, florentissimas acies secum pessundedit. Quas paruo negocio Scipio Africanus attriuit. Nec mirum congressus fuit imper. Scipio militari disciplina inter milites proficiens seipso robustior quotidie euasit. Annibalis iam delicatus miles scortorum illecebras redolebat. In Cannarum exitu cum Alexandro Macedone bello tonitruante ambiguo Marte cōflixisset. Nec Alexandrum sua laude fraudabo: qui Darium regem pugna superauit:in qua eius coniugem cum duabus filiabus viro maturis cepit. Erat regina incredibilis formae pariter & filiae, & Alexander in viridi aetate, eas tamen inuiolatas vt sorores custodiuit, strictissime vetās ne quispiam captiuarum corporibus illuderet,in qua castitate mirifice a scriptoribus laudatur. Quarto sit grassatorum & parricidarum seuerus (secundum iustitiam) vltor. Alicubi gentium homicidas magni faciunt ipsosq; animosos praedicant. Qui secundum iustitiam legalem extremo supplicio sunt reprimendi vt caeteri a tanta audacia cohibeātur. Interuētu magnae

tum reges plerunq; illis ignoscunt, a cuiusmodi remissione peccatoribus cornua apeciuntur. Istud nullo modo ad clementiam, sed principis ignauiam referendum est. Si quispiam duos aut tres occiderit regem aut iudicem omnium homicidam preter primum nostrates prodant, eo q impunitas audaciam parricidæ contulit. Quando multæ particulares cædes in eius regno fiunt, eius culpabilis omissio conuincitur. Quinto sit princeps iustitiæ seruantissimus: neminem ipse lædat, cum enim patriæ pater merito dicendus sit, absonum est illi quempiam iniuria afficere. Nulliusq; nūmosi pecuniam sub sophistico velamine capiat. Dionysium Syracusanum merito culpant omnes q opulentorum opes sub vmbra læsæ maiestatis, aut proditionis diripuit. Adq; eum metum improbua tyrannus deuenit, vt tonsorum nouaculas timens, filias tondendi artem doceret: quas tandem suspectas habens viuo carbone barbam exussisse traditur. Ecce quid ex tyrannide lucrefecerit. Plurimum peccauit propterea dignus vt vigorem & animi fortitudinem dominus ei tolleret. Meminerit rex q rex est ob bonum cōmune multitudinis. Et ideo male meritos condigno supplicio mulctet: benemeritos laude & pręmio prosequat vt reliqui vitia execrentur atq; ad virtutū nitorem anhelent. Regna enim citra iustitiam in sua integritate stare nequeunt, nam sine ea non sunt nisi latrocinia. Sexto pacem inter suos nutriat, pacemq; initam cum hoste inuiolate seruet. Fidefragi Pœni suis dolosis machinamentis Carthaginem euerterunt. Pace diuinus cultus floret. Pace artes incrementa capiunt: mercator tuto mare sulcat, patrias merces in exteras defert oras: ac peregrinas affatim domum aduehit. Pace agricola sua munia nauiter obit. Agricolæ autem mortalibus vitam suppeditant. Belli horror mortem ominatur. At agricolæ diutino labore sub Ioue. i. nudo cęlo assueti tempore prælij durissimi militia repente euadunt. Pondus rei bellicę in agricolis post nobiles in vtroq; Britanniæ regno consistit: proinde sunt humane tractandi, quia tempore belli atq; pacis sunt reipublicæ maiorem in modum vtiles. Septimo, nihil ardui citra maturum consilium definiat. Multitudo enim sapientum sanitas est orbis terrarum, Sapientiæ sexto. Sint consiliarij eius longa rerum experientia & immaculatæ vitæ splendore conspicui. Ne innitatur prudentiæ suæ: & ne sit sapiens apud semetipsum Prouerbiorum tertio. Rex etiam hebes prudentium consilio fretus, regi ingenioso & suopte ingenio confidenti anteponendus est. Octauo sit rex humanus, & sit ad illum accessus facilis. Non loquatur cum honestis viris per interpositos cubicularios more Sardanapali regis Assyriorum vel Annibalis, qui post victoriam Cannensem ita victoria intumuit vt nullum Carthaginensium suo colloquio dignaretur. Serena fronte superuenientes rex ipse suscipiat. Iusta postulanti si ab alio non sit preuentus hilariter concedat, vel spem concedendi porrecta fronte monstret. Nullum a se tristem abire permittat. In re dubia dilationem super hoc deliberandi petat. Interim consultando cum a secretis competitorum desiderio faciet, satis cauendo ne mendacio appropinquet. Demum sit verborum parcus, grauitatem gestu verboq; teneat decentem, fastum euitet. In vulgus bene cultus ac clientibus secūdum exigentiam dignitatis, comitatus prodeat. Meminerit se hominem cōmunem cuius maiestas in omnes subditos deriuatur & cuius ignominiæ illi omnes sint ab extraneis participes.

¶ Pro secundo dubio respondemus, q succesio hæreditaria, electioni in regno est præferenda ob armatorum strepitum & dissidium pro futuro rege cōtingente. Rarissime enim in maxime idoneum coirent. Et nouus homo in regem electus, se & contribules in aliorum iacturam eueheret. Et patet istud a signo. Proximi hæredes in regnū solium collocantur. Vetustus Taprobanensium mos est peruersus. Elegerant enim illi in Regem, virum probum, senem, liberisq; orbum, cui pauci erant sanguinis nexu conglutinati. Ad secūdū dubium.

Tract. II. Cap. V. Et Lib. VIII. Cap. XI.



N vnaquaq; autem republica tantum amicitię esse, quantum & iusti videtur. Atq; regis quidem amicitia ad eos qui reguntur, in excellentia beneficii consistit. Confert enim in eos beneficia, qui ab ipso aguntur. siquidem cum sit bonus, curam ipsorum habet, quo bene sese habeant, vt ouiū pastor. vnde & Homerus Agamemnonem populorum nuncupauit pastorem. Talis autem est & amicitia paterna: beneficiorū vero magnitudine differt. Est enim essendi causa pater: quod maximum esse videtur: & enutritionis ac eruditionis. Hæc eadem & cæteris maioribus tribuūtur. Natura nāq; pater filiorum, & aui nepotum, & rex eorum quibus præsidet imperium obtinet. Hæ autem amicitię in excellentia consistunt quapropter & honorantur ipsi parentes. Et iustum igitur in his non idem est: sed quod efflagitat dignitas. Sic enim sese habet & amicitia. Et viri etiam ad vxorem eadē est amicitia, & in optimatum potestate, est enim vt virtus postulat. Et pręstabiliori plus tribuitur boni & quod vnicuiq; accommodatur: sic autem sese habet & ipsum iustum. At amicitia fratrum, similis est sodalitię: sunt enim pares atq; æquales ætate: tales autem eiusdem plerūq; disciplinæ, & eorundem sunt morum. Similis est huic, & quæ est in censupo- Regis amicitia. Pastor populorum. Fratrū amicitiæ.

testate.Ciues enim pares esse solent,ac boni:& quisq nunc dominatur,nũc paret, & æques
sic igitur est in ipsis & amicitia.In transgressionibus autem quemadmodum & iustum sic
& amicitia exigua est,& minime est in ea, quæ est pessima.In tyrãnide nãq nihil aut per-
parum est amicitia. In quibus enim nihil est commune imperanti atq parenti,nec amici-
tia est:nam neq iustum.Sed tale quidem est,quale est artifici ad instrumentum, & animæ
ad corpus,& hero ad seruum. Hæc enim omnia,vtilitatem quidem ab iis suscipiunt, qui
ipsis vtuntur:sed amicitia nõ est ad inanimata,nec iustũ.Quin neq ad bouem vel equum,
neq ad seruum ea ratione qua seruus est.non est enim quicq̃ commune.Seruus enim ani-
matũ est instrumentum: instrumentum autem inanimatus est seruus. Ad seruum igitur
hoc ipso, quo seruus est non est amicitia,sed quo est homo. Nam omni homini iustum
quiddam esse videtur ad omnem hominem,qui communicare secũdum legem,pactionéq
potest.quare & amicitiam,ratione qua homo est. Perparum igitur & in tyrannide est
amicitiæ atq iusti.In popularibus autem potestatibus plurimum.Cõplura enim his sunt
communia,cum sint pares.

In tyrãnide non est amicitia.

Seruus instrumentũ.

IN vnaquaq autem republica &c. Postq̃ philosophus distinxit species politiæ hic secũdum illarũ
partitionem amicitiæ species diuidit. Primo ergo intentum proponit dicens.In vnaquaq autem
republica tãtum amicitiæ videtur,quãtum & iusti,quod adæquate se habet ad iustitiã. Posthæc in
toto capite aliquot ponit conclusiones,quarum Prima est,Regis ad eos qui ab ipso regũtur amicitia
in excellentia est.Confert enim in eos beneficia qui ab ipso regũtur:alit inter eos pacem & etiam cũ
exteris,si expediat: insontes souet,sontes vero vt par est plectit:siquidem cũ sit bonus,curam ipsorũ
habet.Nõ modo est bonus vir sed & bonus rex:quod splendidius est, more pastores ouiũ gregem gu-
bernãtis:sic rex ipsi subiectos cõseruat.Vnde Homerus Agamemnonẽ populorũ nũcupauit pastorẽ.
¶ Secũda cõclusio. Talis autem (hoc est amicitia paterna) est similis regię, sed ab ea beneficiorũ am-
plitudine differt.Porro amicitia paterna vt & regia in excellentia consistit,sed in beneficiorum ma-
gnitudine amicitiam regiam transcendit.Est enim pater filijs essendi causa,quod maximũ esse vide-
tur:enutritionis & eruditionis.Enutrit filios & eos erudiri facit,tam in literis q̃ in moribus.Primũ
istorum bonorũ quãtum ad esse simpliciter attinet: secũdum pro corporis sustentatione & manute-
nentia: tertium pro animæ ornamento in virtutibus.Si nimis laboret pro illorum doctrina, in te-
neris annis,paternũ munus violet.Rudiores ad artes mechanicas plebei mittant,quarum admini-
culo inopem tueri vitam postea queant.Pręstantes ingenio liberalibus artibus imbuere faciant.Lo-
cupletum omniũ interest tam rudes q̃ celsa Minerua prędito literis applicare donec literarũ peritia
& boni mores hausti sufficiant eis suppetias ferre cum adoleuerint.¶ Sequitur in litera. Hæc eadem
& cæteris maioribus tribuũtur:hoc est auo.proauo,abauo,tritauo,& deinceps, quia primi erant causæ
essendi respectu posteriorũ omniũ ppinque vel remote:& q supstites sunt superiores nepotes & pnepo
tes alunt & erudire faciũt more patrũ.¶ Sequit in litera.Natura nãq pater:filiorũ,& aui nepotũ,& rex
eorum quibus præsidet imperiũ obtinet,hoc est naturaliter pater habet imperiũ filiorũ:& rex natura
imperiũ debet eorũ quibus præest. Sic est aui respectu & patris & nepotum & aliorum inferiorum.
¶ Sequitur tertia conclusio. Amicitiæ paternæ atq regiæ non est idem iustum:nam in vtraq id est
iustum quod efflagitat:sic enim se habet amicitia. ¶ Quarta cõclusio.Viri ad vxorem eadem est ami-
citia quæ est in optimatum potestate. Pręstabiliori plus tribuitur boni. Non omnes primores sunt
æqualiter boni,sic nec vxor æqualiter bona cum viro.Amicitia fratrum similis est sodalitiæ. Sunt
enim pares ætate:tales autem eiusdem disciplinæ & eorũdem morum frequenter sunt,quia simul cõ-
uersant,eodẽ modo imbuũtur,& inclinationes naturales parens habent.Similiter amicitia fratrum
similis est censu potestati.Ciues enim pares esse solent ac boni: plurium bonitas alios ad bonitatem
accẽdit:& quisq nũc dominatur.nũc patit:nã vicissim magistratus gerũt:sicut igitur in ipsis,sic & in
fraterna amicitia est.In trãsgressionibus quẽadmodũ & iustũ sic amicitia exigua est.Et minima ami-
citia est in tyrãnide,quia illa est labes teterrima.quia nihil est in hac trãsgressione cõmune imperãti
& parẽti.Tyrãnus lucrũ subdito debitũ colligit,& sic nihil est cõmune inter eos,sed tale est hic iustũ
quale est artifici ad instrumentum,animę ad corpus,hero ad seruũ. Modo anima vtitur corpore pro
lucro animæ,quia in eo meretur & operationes bonas exercet, sed incudem faber & seruũ herus ob
seipsum diligit.Verũ amicitia non est ad inanimata,ex principio huius octaui,sicut nec iustum.Et si
iniustitiam facio bouem vicini ei subtrahendo & actum iustitiæ ei bouem restituendo,hoc est in or-
dine ad bouis dominũ,& nõ ad ipsum bouem. Non etiam est amicitia ad seruum ea ratione qua ser-
uus est.Non est enim quicq̃ cõmune,seruo cum domino,dominus totum lucrum ad se trahit,tenuẽ
victũ seruo relinquendo cum sordido vestitu: & adhuc non pro bono serui,sed pro bono proprio,vt
seruus ei continuo famuletur.Nam si ista ei non fierent seruus pessum iret. Seruus enim animatum
est instrumẽtũ.Instrumentũ autẽ est inanimatus seruus.Prior pars patet:Seruus enim animã ratio-
nalẽ habet. Secũda pars verificatur de dolabro,ascia,& similibus instrumẽtis artis.Vel sic altius expo-
nẽdo. Seruus est animatũ instrumentũ sicut dictũ est,sed illud idem instrumentũ est inanimatus ser-
uus, hoc est vtitur seruitute ac si seruus ipse esset pecus.Et quia vtroq vtitur pro bono proprio,hoc

ipso quo est seruus, nõ vtiq̃ amicitia ad ipsum sed quo est homo. Cuiuslibet enĩ hominis ad quẽlibet hominẽ ei occurrẽtẽ est iustũ & amicitia. Hoc in primo capite huius octaui annotauit. In popularib⁹ potestatibus plurimũ intertrãsgressiones amicitię est: certe cum sunt pares plura sunt eis cõmunia.

¶ Dubitatur, an regẽ pater magnitudine beneficiorũ excedit. Et argumẽtor q̃ nõ. Officiũ regis est magis arduũ in tota republica & magis necessariũ. Insup Socrates tenetur regi succurrere patre neglecto, quãdo vni soli succurrere potest casu quo ad regis internetiũ res publica labaret. ¶ Respõdet, q̃ rex est vtilior toti reipublicę, sed pater suis natis vtilior. Obiectũ regis est sublimius, quia tota res publica, quã cõseruare pro virili debet. Pater autẽ ad solũ suã familiã obtuitũ flectit. Ad argumentũ cõcedo antecedẽs, & nego cõsequẽtiã cũ cõsequẽte. ¶ Contra aliud dictũ in fine capitis argumẽtor sic. Ad hũc hominẽ ea ratione qua hic homo est amicitia est: & hic homo est hic seruus: ergo ad hũc seruũ ea ratione qua seruus est amicitia est, expositorie. ¶ Respondet, cõsequẽtia nihil valet. Appellatio rationis id manifestat. Ingenue tñ fatebor vbi herus fidelẽ seruũ inuenerit, eius est officij illũ vnice diligere. Cõsidera seruũ illũ Hispanũ qui Hasdrubalẽ Poenorum ducẽ intrepidus interemit, eo q̃ ipsi⁹ dominũ truciter mactauit. Et cũ ad suppliciũ raperetur exultauit q̃ in tãta honestate supremũ ageret diem. Quando heros a famulis diligitur firmissima est illorum custodia.

Dubium. / Responsio. / Obiectio. / Responsio.

Tract. II. Cap. VI. quod est Lib. VIII. Cap. XII.



Mnis igitur amicitia (vt dictũ est) in societate consistit. Consanguineã autẽ quispiã seiunxit ac sodalitiam. Ciuiũ autẽ amicitiæ & contribuliũ, & simul nauigantiũ, & quotquot sunt tales, magis in societate cõsistũt. Nam stipulatione quasi quadã constare videntur. Inter has quispiam & hospitalitiã collocauerit. Consanguinea vero multiplex esse videtur: põdet autẽ omnis ex paterna. Parentes enim diligũt natos, vt aliquid sui: nati vero parentes vt qd ex illis. Atq̃ magis sciũt parẽtes eos qui sunt ex ipsis, q̃ nati, se esse ex illis. Magisq̃ coniunctũ est id ex quo natũ est ipsi nato, q̃ factũ ei quod fecit. Est enim ei ex quo est ortũ propriũ id quod ex ipso est ortũ, vt dens, crinis, & quiduis habẽti. Nullum autẽ illorũ id ex quo orta sunt, aut minus. Accedit eodẽ & temporis longitudo. Parentes enim natos continuo diligũt. Illi vero parentes, incremẽtis tẽpore susceptis, & mẽtis cõprehensione vel sensus. Ex his autẽ patet & cur magis diligãt matres. Parẽtes igitur natos vt seipsos amãt, qui nãq̃ ex ipsis sunt orti: sunt quasi ipsi, alii separatione. Nati vero parẽtes vt orti ex illis. ¶ Fratres autẽ sese mutuo diligunt, q̃ ex eisdem sunt orti. Identitas enim quę est ad illa, idẽ inter ipsos facit. Quapropter eũdẽ sanguinẽ dicũt, & stirpẽ, & talia: sunt igitur quodãmodo idẽ & in diuisis. Magnũ autẽ ad amicitiã est & enutritos simul esse, & ætatis æqualis. Æqualis enim æqualẽ delectat: & ipsi familiares sodales sunt, & idcirco fraterna amicitia sodalitię similis est: patrueles vero, & cęteri propinqui ex his sunt coniũcti: propterea q̃ sunt ex eisdẽ. Atq̃ alii magis, alii minus fiunt ex eo coniũcti, quia prope est aut distat origo. Amicitia autẽ quæ filiorum est ad parentes, & hominũ ad deos, vt ad bonũ est atq̃ excellens. Nam maxima beneficia cõtulerũt: fuerũt enim essendi causa, & alimenti, ac educationis. Habet autẽ & voluptatẽ & vtilitatem talis amicitia magis q̃ extraneorũ quãto & vita cõmunior ipsis est. Sunt autẽ & in fraterna amicitia ea quæ & in sodalitia sunt, & magis in bonis, & omnino in similibus quãto coniũcti sunt magis: itaq̃ ab ortu sese mutuo diligũt. Et quãto sunt magis similiũ morũ qui ex eisdẽ sunt orti, & simul nutriti, & similiter educati, ac eruditi. Probatio enim quæ quidẽ fit tẽpore, plurima est atq̃ firmissima. Sunt etiã & cæteris in consanguineis ea quæ ad amicitiã attinẽt, vt rationum cõparatio flagitat. Viro autẽ & vxori secũdũ naturã amicitia videtur inesse. Homo nãq̃ natura coniugale †magis est, q̃ ciuile: quãto prius & necessariũ magis est domus q̃ ciuitas: & procreatio cõmunior animalibus. At cęterorũ quidẽ animalũ, hic societatis est terminus. Homines autẽ coniugiũ subeunt nõ solũ procreationis: sed eorũ etiã gratia quæ ad ipsam cõferũt vitã: officia nãq̃ cõtinuo sunt diuisa. Atq̃ alia viri, alia sunt vxoris. Opem itaq̃ sibi mutuo ferũt: res proprias in cõmune ponẽtes. Quapropter hac in amicitia vtilitas inesse videtur, atq̃ voluptas. Fuerit autẽ & ob virtutẽ, etiã amicitia si boni sint. Est enĩ vtriusq̃ virtus, atq̃ hoc ipso esse gaudebũt. Filii autẽ eorũ coniũctio esse videtur. Iccirco & citius ii qui carent liberis dissoluũtur. Filii nãq̃ bonũ est vtrisq̃ cõmune, ipsum autẽ cõmune continet. Quęrere vero quonãmodo viro viuendũ est cũ vxore, & omnino amico cũ amico: nil aliud esse videtur q̃ quęrere quomodo iustũ est. Non enim idem iustũ videtur amico amicum nec ad extraneum & sodalem ac condiscipulum esse.

Varię societates. / Cõsanguinea societas. / Parentum amor. / Filiorũ amor. / Matres plus diligũtur. / Æqualitas. / †.s. animal. / Amicitia coniugiũ. / Filij in matrimonio.

OMnis igitur amicitia &c. Iam præmittit philosophus idquod sæpenumero dixit, scilicet omnis amicitia in quadam societate consistit: & non ab re aliquis distingueret amicitiam cõsanguineã & sodalitiã a reliquis amicitijs. Porro ciues contribules & similes vt sunt hospites, societates pactionibus constãtes habere videntur: quocirca istę amicitiæ sunt distinguendę. Amicitia consanguinea a societate naturali profluit: & amicitia sodalitia a mutua conuersatione a primis incunabulis proficiscitur. Et rursus consanguinea est multiplex, verũm omnis ex paterna stirpe pẽdet. Sane parentes filios vt aliquid illorũ suapte natura diligunt. E diuerso nati parẽtes vt aliquid ex illis emanãs. Verũtamen parentes vehementius natos amant q̃ contra. Istius amoris glutinum ex varijs proficiscitur. Primo quo quispiam magis causam dignoscit ob quã amat, eo feruentius amatat genitores magis causam cognoscunt quare filios ament q̃ filij: quare genitores feruẽtius liberos q̃ e diuerso liberi parentes amant. Certe parentes liberos amãt quis sunt ipsorũ aliquid, filij enim ab ipsis fluũt. Secũdo, quo aliquid est magis coniũctũ alicui, eo magis illud amore prosequetur: sed filius est patri coniũctus vt pars eius, quia semen patris compositione filij ingreditur. pars autẽ genita a toto dependet velut dens, pilus, & manus. Tertio, qui prolixiore temporis curriculo amãt plus amãt q̃ illi qui minore tempestate amant: at parentes productiore tempore natos amant q̃ e diuerso. Amicitiæ enim temporis successu incrementa suscipiũt. Modo literam quæ tenebrosa est, vt poterimus aperire curabimus, quæ est hæc, Magisq; coniũctũ est id ex quo natum ipsi nato, q̃ factũ ei quod fecit. Est enĩ ei ex quo ortum est vt dens, & crinis, & quiduis habenti Nullum autẽ illorũ id ex quo orta sunt. Ecce valor rationis in hoc iacet, quo aliquis est cuipiam coniũctior eo magis illũ diligit, at pater est liberis coniũctior q̃ e diuerso: pater se habet vt totum cuius filius in prima productione est pars, pater autẽ non est aliquid filij. ¶ Sequitur in litera. Ex his autẽ insinuat matres magis diligere natos q̃ patres: quia matribus est maior certitudo filiorũ q̃ patribus, atq; cõtractiore temporis tractu natos diligũt: & magis continue filios in sinu & super genu fouentes dulcia oscula genis paruulorũ infigũt: fratres autem sese diligunt quia ex eadem stirpe immediata profluxerunt, nõnũq̃ ex patre tãtũ: nonnũq̃ ex materno latere tñ: interdũ ex vtroq; parente. Q uæcũq; autẽ sunt idem vni tertio eadem identitate sunt idem inter se: at fratres sunt idem parentibus: igitur. Non sunt omnino idem, sed pro modulo pro quanto ad tertium referuntur. Frater enim dicitur quasi fere alter. Mutua sodalitate aluntur & ætate fere pares solent esse, mutuo colludunt: atq; magno amore sese complectuntur: nam æqualem æqualis delectat. Patrueles siue fratrueles magna charitate sese prosequũtur, & alij in omnibus consanguinitatis gradibus conglutinati: propterea ex eadẽ stirpe mediate descenderũt. A cõmuni stipite sollicite suos nexus calculant secũdũ accessum ad truncum propinquũ magis atq; minus sese diligunt: semper paritate data intellige. Cognomines quoq; incredibili glutino in Britannia annectũtur. Ibi loci vnus cognominẽ sibi nullo sanguinis vinculo iũctum nepoti ex sorore præponit. Auaritia autẽ filiorũ ad parentes, & hominũ ad deos est excellens: loquendo vt plures, per deos vnitatẽ dei intelligit. Porro deus & genitores potissimũ bona pueris tribuerũt: esse, alimẽtum pariter & educationem. Animam creat deus citra cuius influentiam creatura omnis protinus tabescat. Talis amicitia iucũditatem cũ vtilitate magis q̃ extraneorum amplectitur. Mutuo conniuẽt, & seniores iunioribus prouident: & quãdo senescant & sunt decrepiti liberi illis prouident vt in pullis ciconiæ cõtingit vbi pulli effœtas matres pascunt. ¶ Post hæc luculente declarat quare fraterna amicitia magna arctitudine est connexa. Sunt enim sodales, moribus similes, colludũt & sua secreta mutuo communicant. ¶ Sequitur. Viro autem & vxori &c. Hæc amicitia non ob sanguinis nexum cõtrahitur: in gradibus propinquis a coniugio arcentur. Hoc Aristoteles in litera subindicat. Hæc autem societas natura cõstat. Hoc monstrãs ait homo est animal magis coniugale q̃ ciuile: at est natura ciuilis homo. primo Politicorũ: proinde magis natura coniugale. Q; sit magis natura coniugalis q̃ ciuilis, duplici ratione fulcit: quarum prior est. Id est magis naturale homini quod est magis necessariũ & prius natura: at esse coniugale est prius natura & magis necessarium q̃ esse ciuile: quamobrẽ est homini naturalius, quia domus prius est natura q̃ ciuitas atq; magis necessaria. Secũdo. Id quod totum animaliũ genus comitatur & est cõmunius, est naturalius: at filiorũ procreatio ad quam cõiugalis societas ordinatur, est huiusmodi, igitur. Atq; belluarum hic est societas scopus. Genita & alita prole alites & cætera animalia segregantur: homines autem cõnubium subeunt, non solum prolis gratia generãdę, sed etiam causa illorum quæ ad vitam conducunt. Officiaq; diuersa habent. viri munus est curare illa quę foris sunt, & opes procurare: mulieris tractare illa quæ domi sunt, sibiq; mutuo suppetias ferũt parta in cõmuni ponentes vt in œconomicis atq; politicis abunde dicitur. Q uocirca in hac amicitia est vtilitas atq; iucũditas. Vtilitas quidẽ, quia cõmuni vtilitati consulunt: voluptas autem ob generationẽ & in bonis liberis, & se mutuo vir & vxor diligunt. Nec virtus illis defuerit modo probi sint, & (vt de cæteris taceam) castitatem coniugalem seruabunt. Et huius amicitiæ filij sunt nodus & firmamẽtũ. In cuius argumẽtum cũ infœcunda muliere citius matrimoniũ dissoluitur. Filij sunt parentibus cõmune bonũ, non possunt illos separare vt mater filias capiat & pater masculos: ipsum autẽ cõmune bonũ hanc amicitiam conglutinat. ¶ Sequitur. Q uęrere autẽ &c. Tacitę quęstioni obiter occurrenti respondet. Diceret enim quispiam, domine, multa de amicitia ciuili, coniugali atq; consanguineorũ dixisti: attamen non tradidisti normã viuendi in eis. Respondẽs, inquit, hoc nihil aliud est percõtari ac quonam pacto, hoc est iustum. Procul dubio quale est iustum: talis est viuendi modus. Considerandus est personarum sexus, discretio, & cætera id genus quæ iustũ contingũt: & omnia sunt aperta. Non enim idem videtur iustũ amico ad animũ & ad extraneũ nec ad sodalẽ ac condiscipulum esse.

¶Circa hoc duodecimũ caput in quo philosophus loquitur de amicitia vxoris,parentum,filiorũ,fratrũ, hospitum & sodalium.quęritur de modo diligendi inter se.Respondetur ꝙ parentes naturalius liberos diligunt q̃ ab eis diligantur.Siquidem filii ab eis fluxerunt tanq̃ partes a toto,vt circa literã commẽti sumus,& genitores in genitis viuũt in fama qa in propagine stirps cõtinuatur.Filios autẽ plura bona a parẽtibus accepisse q̃ eis cõtulisse,nil de amore naturali cõcludit.Et quia origo paterna est pręstãtior materna,filii patrẽ matri in casu incõpossibili anteponẽt.Ratio seminalis patris secũdum Aristotelem in.xv.de animalibus & secundũ medicos est actiua,& matris passiua.Multos angores fateor mater pro filio tulit,quẽ forte intẽsius diligit q̃ pater:verum hoc nõ obstat.Matrem enim & totã familiam pater sua industria alit atq; in moribus regit:atq; plura pro natis q̃ mater faciet dum ratio efflagitat. ¶Dicis pater est vinosus, bonorũ dilapidator,puerorum in moribus neglector:mater autẽ casta,oculata,familiã sollicitudine pascit, filios anxie erudire facit:nõne sub ea hypothesi ea est patri preferẽda:dico ꝙ hoc nõ est inquãtũ pater aut mater est,& de his quę vulgo eueniũt:Potes etiã tot circunstãtias in mediũ afferre,de extranei amore,q cũ periculo suę vitę meam vitam a sęuo carnifice protexit,me postea aluit:at pater me nihil male merentem domo abdicauit:vnde plus sum obnoxius barbarum quempiam patri anteponere:verum hoc non est inquantum pater est & in his quę cõmuniter visu eueniunt:quocirca si non possum releuare simul indigentiam patris & matris,sed alterutrius tñ,vel grassatores illos inuadunt vel ignis comburendo domum illos vero similiter cõburet,patrem matre relicta e mediis flãmis eripiam:vt Æneas Anchisen,sed matrem ea hypothesi vxori & liberis pręferã.Cęterũ quando seminariũ dissidii inter fratres enascitur capitale odium inter illos pullulat:hinc prouerbialiter aiũt(inquit Aristoteles)in politicis.Nõ est ira sicut ira fratrũ.Verũ tamẽ regulariter se tenerrime cũ sorore diligũt.De his oĩbus nõnulla exẽpla memoratu digna strictim subdemus.De beati Andreę & Petri fratrũ amore in euãgelistas locuti sumus.Israel pio dolo fraternã hęreditatem emit aut potius vexationẽ redemit:ob infensum eũ fratrẽ paternũ solũ reliquit: postliminio reuersum Esau comiter suscepit,ingenitę pietatis nõ putatę iniurię memor.Ioseph Israelis filius a fratribꝰ venditus hospitaliter eos suscepit eisq; in omnibus fraterne succurrit.Maria soror Moysi,Moysen probrosis verbis procidit icirco deus lepra eã infecit:nõ destitit tamẽ Moyses deũ suppliciter deprecari quoad leprę contagio prorsus esset extincta.Pollux & castor arctissime inter se dilexerũt.Pollux imortalis castorẽ mortalẽ semiimmortalẽ vt fabulantur effecit:quod ideo fingiť quia illorũ stellę sitũ talẽ in stellifera sphera habent vt vna occidẽte oriatur altera.Drusum fratrẽ in germania extinctũ Tyberius Cęsar incredibiliter defleuit:squaloreq; obsitus pedibus cadauer romam vsq; prosequebatur.Hęc de fraterno amore strictim delibasse sufficiat.Cęterũ incredibilis est indulgẽtia parẽtũ in filios:atq; cõiugũ inter se amor reciprocus de quo deinceps commentabimur.Nauiganti in cretam theseo cum ægeus pater iussisset vt si perempto minotauro incolumis rediret albis vteretur velis:at filius paterni moniti immemor linteũ nigrum tetendit pater per errorem Theseum confectum putans ex alta specula in subiectum sese mare præcipitauit.de Niobes amore in filios in septimo huius locuti sumus:quę propterea in scopulum,vt poetæ fingunt,diriguit.Simile de Hecuba produnt quæ ob filios in Troiana clade interẽptos versa fingitur in canẽ.Carthaginẽses matres tertio bello punico filios ad pelagus sequentes & a filiorũ cõplexibus auulsę partim stimulante dolore in fluctus desiliere Romani ex omni nobilitate lectissimos adolescentes obsides a pœnis petiere quos matres ad naues vsq; sunt comitatæ Olympias Alexandri magni mater refossa ossa Iolæ dissipauit,quia in viuum sęuire non est illi concessum in mortuum sęuiebat.Iolas.n.ferebatur venenum Alexandro propinasse.Cum in cannensi strage plurimi Romanorum occubuissent aliquorum vita erat iam temere deplorata,quibus repente superuenientibus matres lætitia confectę sunt.Lętitiæ enim ingens moles insperate post mœrorem superueniens illas extinxit.Ad atrocẽ nunciũ mortis filii Solon consternatus animo,statim se humo afflixit:pilos cum barba manibus vellicans,iniectu quoq; pulueris capillos fœdauit:vestes muliebriter laniauit.Erat iam Mileti cum Thalete in foro deambulans, Thales autem ex composito fictum nuncium introduxit qui interitum filii Solonis denunciaret:iccirco autẽ id fecit Thales vt Soloni persuaderet,non oportere sapientem rei vxoriæ vacare, vt quæ ex stulto insanum faciat. Trita est dauidica historia ex secundo regum.Dauid ab absolone regio solio est deiectus,hoc non obstãte filium afflictum lamentabatur.Atys filius Crœsi natura mutus vbi vidit hostilem gladium paterno iugulo imminentem,solutis dentium claustris prorupit in verba coercens hostem ne patrem feriret. Æneas inuersam Troiam populantibus seni patri humeros incuruauit & posthabitis opibus patrem ab incendio eripuit. Leo Iunior cũ vnicum annum Constantinopoli imperio præfuisset Zenoni patri imperium contulit. ¶Super est iam paucis vt promisimus,de amore coniugali scribere.Celebris est Penelopes amor in Vlyssem maritum.quæ absente illo annos.xx castitatem impollutam seruauit,multisq; procorum blãdimentis succubuit non.Iulia vxor põpeii & filia Iulii Cæsaris cum mariti sui vestem cruentam cerneret subito pauore est consternata & exanimis collapsa.Portia Catonis filia cum accepisset Brutum coniugem apud Philippos interfectum haustis carbonibus se suffocauit.primam harum trium laudamus,nec secundam vituperamus.ingens enim doloris moles citra mulieris culpam poterat eam extinguere, tertiã carpimus.Orpheus multis lachrymis Euridicem cõiugem defleuit,amissaq; coniuge omnem mulierũ congressum obhorruit,& solluagus flebili cantu luctũ solabatur,ita vt poetis ansa aperiretur orpheũ ad tartara descendisse vt vxorem a plutonis antro auocaret.Arthemisię reginę amorem in Mausoleum maritũ & sumptuosum illi sepulchrum ab ea constructum literæ collaudant omnes & hominum memoria excidere non patiuntur.Hæc paucula annotasse sufficiat.

Tract.III. Cap.I. Et Lib.VIII. Cap.XIII.

Quęstio.
Responsio.

Pares amici in pares.

Querelę an sunt in amicitia.



Vm autē tres sint amicitię (vt ab initio dictū est) & in vnaquaq; alii sint pares amici, alii impares (nā similiter boni fiunt amici, & pręstabilior deteriori, similiter & iucūdi, & ob vtilitatem etiā in cōmodis pares, & differētes) pares quidē tam amādo q̄ cęteris ęquales esse oportet: impares autem id reddere quod excellētię ratio flagitat. Fiunt autē in amicitia quae vtilitatis est gratia, vel sola, vel maxime, incusationes nō sine ratione, atq; querelę. Qui nāq; sunt ob virtutē amici, prompti sunt ad beneficia sibi mutuo cōferenda, hoc enim est & virtutis, & amicitię. Atq; cū ad hoc certatim properēt nullę prorsus inter ipsos accusationes, nec rixę fiunt. Nemo enim amāti & beneficia conferēti succenset, sed si sit gratus, beneficiis respōdet. Atq; qui in beneficiis conferendis exuperat, cū id assequatur quod cupit nō incusabit amicū. Vterq; enim bonū affectat. Nec in iis quę ob voluptatē cōstant, querelę nimiū fiunt. Nā si simul degere gaudēt, fit id simul vtrisq; quod appetūt. Ridiculus autē videtur qui nō delectantem incusat, cum liceat non conuersari. At in ea quae vtilitatis gratia cōstat, locum incusationes habēt atq; querelę. Nā cū sese mutuo pro vtilitate vtātur, semper indigēt pluris, & minus q̄ oportet sese habere putāt, atq; queritur ex eo

Iustū duplex.

quia nō tot assequuntur quot indigent, cū sint digni. Qui vero cōferūt beneficia, nequeūt tot conferre, quot indigent ii in quos beneficia conferūtur. Videtur autē vt duplex est iustum, aliud sine scripto, aliud lege, sic & eius amicitia quę vtilitatis est gratia, alia moralis, alia legitima esse. Fiunt igitur incusationes tum maxime, cū non per eandē commutant, & dissoluuntur. Atq; legitima quidē est ea, quę in definitis cōsistit, & quędā est omnino sordi

Quid pro quo.

da de manu in manū, quędā liberalior, ad tēpus, sed per pactionē quid pro quo. Est id quod debetur in hac manifestū, & nō ambigitur. habet autē dilationē ad amicitiā attinētē. Quapropter apud nōnullos horum nō sunt iudicia, sed arbitrātur eos oportere contentos esse, qui fide cōmutarunt. Moralis autem nō in definitis consistit, sed vt amico quidē largitur, aut vt alii (quisquis is tandem sit) accipere autem dignum esse cēset, ęquale aut plus, quasi nō dederit, sed mutuauerit. Atq; si nō vt cōmutauit, dissolutio fit, incusabit. Hoc autem accidit quia omnes vel plurimi, volunt quidem honesta, anteponunt autem ea quę prosunt.

Honesta volunt omnes sed vtilia plerique pręferūt.

Atq; honestum quidē est beneficia conferre, nō vt vicissim suscipiātur, vtile vero suscipere. Si potest igitur, dignum reddere oportet beneficiū iis quę accepit, & sponte quidē, inuitus enim nō est faciendus amicus. Errore igitur in principio facto, & beneficio a quo accipere non oportebat, suscepto (Non enī ab amico, nec ob ipsum id faciēte) dissoluęre ipsum oportet, vt beneficio pro definitis suscepto, atq; polliceri quū posset reddere. Nā si non posset, nec dignum his qui dedit, ipsum suo munere censuisset: quare reddendū est, si habeat facultatem. In principio autē considerandū est, a quonam beneficiū, & pro quo cōfertur, vt pro iis suscipiat, aut non suscipiat illud. Existit autē dubitatio, vtrum eius qui suscepit, vtilitate metiri oporteat id quod reddi debet, an eius qui cōtulit beneficio? Qui nāq; beneficiū acceperunt extenuātes idipsum, ea dicunt sese cepisse, quę parua erant illis, quęq; ab aliis licebat accipere: illi vero cōtra ea quę maxima rerum erant suarū, quęq; ab aliis assequi nō poterant, & in periculis, aut necessitatibus talibus. An quia amicitia est ob vtilitatem, vtilitas eius qui beneficiū suscepit, mēsura est statuēda? Hic est enim qui indiget, & huic fert opem vt accepturus aequalem: tantū igitur auxiliū fuit, quantū vtilitatis habuit hic. & reddendū igitur tantum, quātū ipse cōsecutus est, vel etiā plus. Est enim magis honestū. In amicitiis autem quę sunt ob virtutē, accusationes quidē nō sunt. Mēsurę autē similis est electio eius, qui beneficiū contulit. Id enim quod est virtutis, ac moris pręcipuū, in electione consistit.

CVm autē tres sint amicitię &c. Superius philosophus de amicitia in generali & de eius speciebus in speciali loquutus est. Nunc autē de amicitię conseruatione & dissolutione agit Et caput istud sex cōclusionibus & vnius quęstionis solutione absoluitur. Dicit ergo primo. Cū autē tres sint amicitię, vt ab initio scilicet huius opusculi, dictū est, vna ob virtutis bonū, secunda ob voluptatem, tertia ob vtile: Et in vnaquaq; alii sint pares alii, impares: hoc est iterū diuisis amicitiis illis secundū duas differentias, puta quae sint inter aequales & inter inaequales: Nā & boni inter se fiunt amici, hoc est aequaliter boni & sic pares tangit: & pręstabilior fit amicus deteriori hoc est inferiori, qui cōparatiue est deterior: & ita in voluptate & vtilitate &c. sic sex amicitię species habemus, primā ob bonū honestū inter pares: secundā ob bonū honestum inter impares: & sic de aliis duobus mēbris quadripartiēdo. Post hęc ponit duas leges: vnā inter pares alteram inter impares: diciteq; primo sic. Pares quidē tā in amādo q̄ in cęteris ęquales esse debent: hoc est tā in amore q̄ in aliis beneficiis eos aequalitatē seruare oportet, secūdū illud dictamē legis naturę Matthęi septi-

mo: Omnia quęcũq; vultis vt faciãt vobis homines, hęc eadẽ & vos facite illis. Secũda lex est. Impares autem id reddent quod excellẽtię ratio flagitat. Secũdum illud Roma. xiii. Reddite omnibus debita. cui tributum tributũ, cui vectigal vectigal: cui timorem timorẽ, cui honorẽ honorem. In epilogo hęc omnia dicta sunt. Post sequitur prima huius capitis conclusio. Fiunt in amicitia quę vtilitatis est gratia, non sine ratione incusatiões & querimonię. Quã probat per duas cõclusiões pręuias, quarũ prior est. Qui nãq; sunt ob virtutẽ amici proni sunt ad beneficia sibi conferẽda. Beneficiũ est munus & benefactũ: nõ vt vulgo capitur dignitas presbytero addicta quẽadmodũ est sacerdotium. Hãc sic probat. In illa amicitia in qua vterq; amicus habet illud quod exoptat, nõ fiunt incusationes & querelę, sed talis est amicitia ob virtutẽ: igitur. Consequentia tenet cũ maiore. Minorẽ in litera probat. Nã illi qui sunt amici ob virtutem, propensi sunt ad sibi mutuo benefaciendũ. Ad hoc enim certatim properant & contẽdunt. Amãti enim & benefaciẽti quis succẽset vnq̃? certe nullus, pręsertim si gratus beneficiis respondit secundũ vires suas: alioqui nõ est amicus, de quo sermo habitus est. Quod si nonnunq̃ contingat vt in beneficiis quis exuperet, cũ assequatur quod cupit nõ incusabit amicũ. Vterq; enĩ alteri bonũ optat. Secunda cõclusio. In amicitiis quę ob voluptatẽ consistunt, nõ multũ incusationes & querelę fiunt. Nã si simul degere gaudent. fit simul vtrisq; quod vtriq; appetunt. Non igitur tunc fiũt incusationes & querimonię. Q: si alterius cõsuetudo iucũda nõ extiterit, ridiculus videbitur qui tunc aliũ accusabit: cũ illi liceat cũ illo nõ cõuiuere. Ecce ergo exponẽtẽ negatiuã illius exclusiuę per duas cõclusiones probatã: quia per contradictoriã secundę exponẽtis illius exclusiuę sequeretur q; in amicitia ob honestũ aut ob vtile fierent incusationes, cũ nõ ponantur alię purę amicitię. Postea exponentẽ affirmatiuã probat quę est tertia conclusio inquiẽs. At in ea quę vtilitatis gratia constat locũ habent incusationes & querimonię, cũ se mutuo pro emolumẽto vtãtur, semper pluris indigẽt & sese minus q̃ par sit, habere putãt, suntq; queruli ob idipsum q; non tãta reportẽt quãtis ipsi egent, quibus vidẽtur iudicio suo digni: & qui beneficia conferunt tot cõferre nequeũt quot ii egent in quos beneficia conferuntur, quare nõ ab re in hac amicitia incusationes fiunt & querimonię. Tota causa ergo huius querelę est quia alter censet se minus a reliquo accepisse q̃ ipse dignus sit: cõtra alter nõ potest illi ad votũ satisfacere. Et gratia illius plenius intelligẽdi distinguit amicitiã vtilẽ secundũ distinctionẽ iusti. Sicut enĩ duplex est iustum, vt patet quinti ethicorũ septimo: scilicet iustũ naturale quod hic morale dicitur: & ius legale siue legitimũ hoc est ius positiuũ de quo nõ ambigitur, & cõmuni cõscripto redigitur: dicit q; ita in amicitia est ob vtile. Nã quędã est amicitia ob vtile morale, & quędã est amicitia ob vtile legale. Amicitia propter vtile morale est quãdo vnus exhibet alteri vtilitatẽ secũdũ q; a lege statutũ est, vt decẽ aureos pro modio tritici quãdo tanti in foro vẽditur. Fiunt igitur incusationes tũ maxime cũ nõ per easdẽ amicitiã cõmutãt & dissoluũtur tales amicitię. Verbi causa, vnus dat ęquũ amico suo tanti quanti in foro vẽditur: alter eũ accipit secundum conuenientiã moralem, dicẽdo sum tibi amicus, ergo minus a me accipere debes q̃ ęquus, valet secundũ legẽ statutam fori. Hic autẽ ex vna parte exigitur cõmutatio secundũ legẽ, & ex altera parte cõnotatio secundũ mores & gratitudinẽ: & quia nõ concordant, fiunt quęstus & rixę. Et legitima quidem amicitia ea est quę in definitis consistit, hoc est quãdo valor rei secundũ legẽ positus est: & quędã est sordida vt quę est de manu in manũ & nihil gratificationis est in ea: vt quãdo duo agricolę cõpares in foro vẽdunt post euacuationem poculi & largã potationem dicunt sese amicos, sed omnia ad manũ commutant. Quędã autẽ amicitia est liberalior vt quę ad temporis vtilitatẽ pręstat, sed per stipulationẽ quid pro quo. Et exemplo notũ est quid in hac amicitia debetur, & in cõtrouersiam nõ venit. Habet tamẽ dilationẽ gratiosam: vt vendo tibi. A mẽsuram nunc, in foro valentẽ decẽ, pro decem: solutionẽ expectando. Nec terminum determinatũ ponimus, nec illud scripto aut testimonio roboramus, quapropter apud nõnullos in tali contractu nõ sunt iudicia, sed arbitrantur eos cõtentos esse oportere qui fide commutauerũt. Et moralis non in definitis determinatisq; cõsistit: hoc est non fit in stipulatione expressa: sed ille qui dat recõpensationem cupit, de qua tamẽ nõ fit mẽtio in traditione rei. Verbis vtitur ac si esset donatio libera: mẽtaliter tamẽ solũ cõmutat. Tunc si dans nõ recipiat ęquale aut maius, incusationes & rixę ab eo mouẽtur. Litera sic habet. Sed vt amico quidẽ largitur, aut vt alii cuicũq; quisquis is tãdem sit: hoc est qui largitur vt amico aut vt alteri cuipiã: iste fidit: & hoc ideo accidit quia omnes volũt bona, hoc est apparere boni & honesti & grati: ideo bona sua tradunt quia gratis absq; stipulatione verbali solũ: anteponũt aũt ea quę prosunt. Sicut primo elenchorũ philosophus dicit. Nõ enim eadẽ volũt homines & dicũt: dicunt enim decoratissimas orationes, volunt autẽ ea quę vidẽtur prodesse. Atq; honestũ est beneficia cõferre, nõ vt vicissim suscipiant, vtile vero suscipere. Sequitur quarta conclusio. Si potest igitur &c. Si potest amicus amico paris rependere sua sponte id efficere debet, quia nõ debet amicus cogere amicũ facere inuite: sic vt velit gratis recipere ab eo qui nõ vult gratis elargiri. Si enim recipiẽs beneficiũ simile nõ rependit quia dantẽ eum supponit qui talis nõ est in rei veritate, tunc amicũ vult inuitũ habere, errore in principio facto. Hoc est errat in principio beneficii accepti accipiẽs beneficiũ ab illo a quo nõ debuit. Nam ille qui beneficiũ contulit, nõ cõtulit illud ob illũ cui datũ est, sed ob lucrũ inde speratũ. Dissoluere ergo beneficiũ operęprecium est: vt beneficio pro defunctis suscepto. Eo modo solutio est in cõuẽtionibus quę in stipulatione fiũt. Atq; polliceri scilicet oportet, cũ posset reddere. Nã si reddere nõ posset nec dignũ is qui dedit ipsum suo munere cẽsuisset: hoc est ille qui dedit nõ putabat dignũ aliquid ab eo exigere, vt si darẽ vestẽ valẽtẽ viginti Socrati nõ habenti. iiii. indiciũ est q; nolo aliqd ab illo accipere. Vel sic, Oportet polliceri reddere cũ posset: posse enĩ eũ q accepit putat is qui dedit: quia alioqui nõ dedisset. Sequitur in litera. A principio ergo considerandũ est a quonã beneficiũ & pro quo cõfertur, vt pro his suscipiat an vt nõ suscipiat illud. Cũ ergo tibi pręsentatur beneficiũ, vide an gratis opinione tua bene ponderata qui illud offert det an nõ vtroq; istorũ dato tãtum aut maius retribuat: si enim gratis, gratũ ipse ostẽdat, quia manus manũ fricat, si det vt habeat vide vtrũ

simile aut maius repẽdere potes an nõ:si potes repẽde libẽter,ne vincaris in beneficio:si repẽdere nequeas hoc illi significa:& sic incusationes & questus euitabis. Sequit̃ in litera dubitatio. Existit dubitatio hoc est in dubiũ vertitur vtrũ beneficiũ suscipiẽtis vtilitate metiri oportet,q̃d repẽdẽdũ est,aut potiꝰ merito eius qui beneficiũ contulit. Et id quidẽ nõ ab re dubitationẽ habet. Et vtrinq; argumẽtatur,a parte ingrati receptoris & collatoris inflati. Primo sic. Nã qui beneficiũ acceperũt idipsum attenuãtes dicũt ea se accepisse, q̃ exigua erãt his qui contulerũt:& quę sibi ab aliis licet accipere. Cõtra qui contulerũt dicũt se ea cõtulisse q̃ maxima suarũ rerũ erãt,quęq; ab aliis assequi nõ poterãt recipiẽtes,aut in periculis aut necessitatibus talibus. Sicut vir quispiã plebeius recipiẽs mille ab Alexãdro Macedone,dicit se parũ a tali rege accipere,& q̃ licite tñ poterat a tã locuplete viro recipere. Contra autẽ collator suũ beneficiũ auget,dicẽs se cõtulisse maxima,& qualia nõ decet recipientẽ ab ipso recipere:aut qualia ipse nõ potest sibi inuenire:& q̃ ea contulerit in magnis periculis,& in magnis necessitatibus,eorũ qui beneficia receperũt. ❡ Dubitationẽ soluit quintã conclusionẽ ponẽdo & dicẽdo An quia amicitia est ob vtilitatẽ &c. Hoc est vtilitas accipiẽtis potius mẽsura esse debet vt quãtũ vtilitatis cõsequutꝰ est tantũ aut plus repẽdat. Nã hęc amicitia ob vtilitatẽ est: vtilitas autẽ est eius qui beneficiũ suscipit. Indigus eñ est beneficiũ suscipiẽs,cuius indigẽtię collator succurrit,parẽ gratiã accepturus. Tantũ ergo auxiliũ fuit,quãtũ ipse vtilitatis accepit:tantũq; debet,si potest beneficium repẽdere vel maius. Id eñ honestius est. Sequitur in litera. Sexta conclusio. In amicitiis q̃ sunt ob virtutẽ incusationes nõ sunt. In his autẽ amicitiis mẽsura referẽdę gratię ex parte electionis ponderãda est:hoc est ponderãdus est affectus & nõ effectus. Quare mulier euãgelica quę duo minuta in gazophylacium posuit plus omnibus aliis posuit,q̃a a sinceriori actu & difficiliori:hoc est pręcipuũ in virtute. Nã mẽsura in vnoquoq; genere est illud quod est maximũ in illo,decimo metaphysicę. ❡ Cõtra secundã conclusionẽ pręambulã obiicitur:Vir nõ potest vxorẽ derelinquere,ergo potest licite nõ delectationẽ incusare cũ non liceat viro cũ coniuge nõ conuersari. Respõdetur primo q̃ in lumine naturali difficile est ostẽdere diuortiũ esse cõtra legẽ naturę. Sed quia cõformius est ad legẽ naturę q̃ vinculũ matrimonii est indissolubile. Respondet̃ q̃ Aristoteles intelligit in pluribꝰ:& hoc in cõclusiõe innuit dicẽs. Nec in his q̃ ob voluptatẽ cõstãt,querelę nimiũ sunt:acsi diceret nõnũq̃ sunt. Tertio dicit̃ q̃ licet vinculũ matrimonii nõ dissoluat̃, parũ tñ põt q̃s cũ coniuge rixosa cõuersari:& hoc nõ nisi tpe necessitatis vt fecit Socrates cũ rixosa & morosa Zantippe.

Obiectio.

Responsio.

Tract.III. Cap.II. Et Lib.VIII. Cap.XIIII.



AT vero dissentiũt & in amicitiis quę in excellẽtia consistunt. Nã vterq; dignum existimat plus se habere.atq; cũ hoc nõ fit,dissoluitur amicitia. Qui nãq; pręstabilior est,plus habere oportere se putat,plus enim tribuendum est bono. Eadem censet,& qui magis vtilis est. Si nanq; quispiã inutilis sit, non æquale inquiunt ipsum habere oportere,subministrationẽ enim & nõ amicitiã fieri dicunt,si nõ pro dignitate operũ ea fuerint quę ab amicitia fiunt. Nã vt in pecuniarũ societate plus ii capiunt qui plures pecunias contulerunt,sic arbitrantur & in amicitia fieri oportere. Qui vero eget & qui est inferior contra. Ad amici nãq; boni spectare cẽset:egentibus opẽ ferre. Quid enim prodest inquiunt amicũ esse quẽpiam studioso viro,aut potenti:si nihil cõsecututus sit inde? Videtur autẽ vterq; recte cẽsere. Atq; plus quidẽ vtriq; est ex amicitia tribuendũ,non tamẽ eiusdẽ, sed excellenti quidẽ honoris:egenti autẽ lucri. Virtutis enim & beneficẽtię premium,honos est,indigẽtię vero auxilium,lucrũ. Hoc ita se habere & in rebus publicis constat. Nõ enim is honoratur, qui nihil boni reipublicę pręstat,id enim quod est publicũ ei tribuitur qui beneficia in rempublicam confert. At honor publicum est. Non enim fit,vt simul quispiam pecunias a republica atq; honorem accipiat. Nemo nãq; fert in omnibus minus habere. Qui igitur in pecuniis imminuitur,ei honorẽ tribuunt:qui vero munera suscipit:ei pecunias dant. Quod enim fit pro dignitate,id æquat & conseruat amicitiã vt est dictũ. Sic igitur & iis est agẽdum atq; congrediendũ,qui impares sunt. Et is qui in pecuniis aut virtute vtilitatem accipit reddat honorem oportet,id reddendo quod potest. Amicitia nanq; id exposcit q̃d fieri potest:non id quod est pro dignitate. Neq; enim in omnibꝰ est:vt in honoribus erga deos, atq; parentes. Nemo enim vnq̃ dignum reddere potest. Sed qui quoad potest obsequitur, bonus & æquus esse videtur. Quapropter videbitur patrem quidem non licere filio abdicare, filium autem patri licere. Debentem enim reddere oportet,at quicquid egerit : nihil vnq̃ iis dignum fecerit quæ a patre suscepit,quare semper debet. Quibus autem debetur, potestas est dimittendi,igitur & patri,simul autem nemo forsitan vnq̃ sese mouere videtur, nisi ille exuperet prauitate. Nam absq; amicitia naturali,humanum est,auxilium non negare. Illi autem fugiendum est aut non studendum, opem afferre, cum sit prauus,plerįq; enim suscipere quidem beneficia volunt,conferre autem nolunt, aut fugiunt vt inutile. Sed de his quidem eousq; sit dictum.

Amicitia q̃d exigat.


Deo & parentibus non redditur condignum.

Filio nõ licet abdicare patrem.

AT vero dissentiunt &c. hic philosophus determinat, quō sunt incusationes & murmura in amicitiis personarum inęqualium. Et tres partes pręcipuas hoc caput continet. In prima medium citat controuersię rationē assignando. In secūda controuersiā soluit. Et in tertia corollariū infert. Secūda pars ibi, videtur autē: tertia pars ibi, quapropter videbitur. Duabus cōclusionibus principalibus, & vno corollario caput est consummatum. Prior conclusio est. In amicitiis quę in excellētia consistunt, dissensiones & questus sunt. Nam vterq; amicorum se dignum existimat plus habere debere: at hoc nō fit dispari amicitia. Primo rationes ꝑ pręstabiliori inducit. Si enim probo bonū tribui debet, probiori plus boni conferendum est. Itidem in amicitia quę est ob bonum vtile: non enim videtur rationi consentaneum ꝙ minus vtilis æqualia recipiat cum illum qui est magis vtilis, accidit quędam subministratio, hoc est seruitus, & non amicitia si commoda quæ ex amicitia proueniunt non distribuantur secundum dignitatē & secundū ꝙ ratio efflagitat. Hoc explicat per eos qui inæqualiter in societatem pecuniam ponunt. Nempe qui plura erogarunt plura recipiunt, sicq; in amicitia fieri debere arbitrantur. Qui vero eget &c. Ponit motiua inopum literaq; est clara. sic enim inquit, Qui vero eget & qui est inferior cōtra dicit. Nam ad amicum bonū spectare censet egentibus opem ferre: quid enim conducit quempiam viro studioso aut potenti esse amicū, si nihil emolumenti inde consequuturus sit? Sequitur. Videtur autem vterq; recte censere. Hæc est secunda pars principalis & conclusio huius capitis qua dicit ꝙ vtraq; opinio recte sentit: vtriq; enim parti plus tribuendum est non autem de eadem re. Pręstabiliori enim plus honoris, inferiori vero plus emolumenti dandum est. Virtutis enim & beneficientię primum honor est: indigentię vero auxilium, hoc est lucrum. Hoc probat exemplariter. Nam id ita sese habet in rebus publicis. Non enim is qui reipublicę nihil attulit honoratur, sed qui in rempublicam beneficia contulerit ei nōnihil tribuitur, quod publicum est, id autem honos est. Neq; fit vnq̄ vt quispiam simul & lucrum & honorem a republica accipiat. Nemo enim fert in omnibus minus habere. Patet exemplariter in Londinensi apud Anglos pręfecto quem maiorem vocant quotannis electo viro locupletissimo, honorē is in illo officio habet, pecuniarum vero nihil: cum multum de suo gratia honoris seruandi exponat. Idē patet in rectore vniuersitatis Pariensis: & in multis aliis magistratibus, quod enim pro dignitate fit id adæquat & amicitiam conseruat. Sic igitur & his est agendum atq; congrediendum qui impares sunt: & iis qui in pecuniis aut in re alia vtilitatem accipit reddat honorē operępręcium est, reddendo id quod potest: amicitia nāq; id efflagitat quod fieri potest: nō vsquequaq; illud qđ est pro dignitate. Neq; eñ in oībus id fieri pōt: vt in honorib⁹ ergā superos atq; parētes. Nemo enim deo atq; parētib⁹ vnq̄ dignū retribuere pōt ꝙ pro virili & quātū potest id facit bonus & æquus esse videt. Sequitur tertia pars pręcipua capitis, in qua ex prędictis philosophus corollarium infert dicens. Quapropter videbitur patrem &c. Hoc est hinc fit vt videatur non licere filio patrem abdicare, patri autē abdicare filium: quia semper reddere oportet & filius semper debet & quicquid erga patrem egerit nihil vnq̄ dignū facere potest iis quę a patre suscepit: non igitur ei patrē abdicare licebit quia semper ei debet. Posthęc probat ꝙ patri licet filium abdicare. Nam quibus debetur potestas est dimittendi beneficiumq; negādi: patri autem semper debetur: igitur patri potestas est filii dimittendi. Sic virtualiter ratiocinatur. Ille qui semper remanet debitor ad benefaciendum alicui non licet ipsum abdicare ei nō benefaciendo, sed filius semper remanet debitor patri, igitur non licet filio patrem abdicare. Maior est manifesta: quoniam nō licet debitorem nunq̄ reddere debitum. Minorē in litera probat, quia filius patri æquiualens rependere nequit. Secunda pars corollarii scilicet ꝙ filium pater abnegare potest. Patet sic. Ille cui debetur habet potestatem dimittendi eis qui ei debent patri autem debetur a filio & non contra: & ita habet potestatem abnegandi filium. Patrem creditori perpetuo: & filium debitori perhenni accommodabis. Et sequitur in litera. Simul autem nemo forsitan. Hoc est tametsi ita est ꝙ pater possit filium abnegare: tamen abnegando & abdicando, nullus videtur conferre filio beneficium sed totaliter subtraxisse, nec humane egisse nisi ille exuperet prauitate. Aliqui dicunt ille scilicet pater, satius est tamen dicere nisi ille, scilicet filius flagitiosus fuerit. Et sequitur in litera. Nam absq; amicitia naturali, humanum est auxilium non negare, hoc sic intelligo, seclusa etiam amicitia naturali, id est licet inter patrem & filium non esset amicitia naturalis tamen humanū est ei non negare auxilium, humanū adhuc est non desistere a beneficio sed succurrere. illi etiam in quem multa beneficia contulimus. Hoc est etiā prauo filio cuius prauitas a principio erat ignota vel saltem minus patēs. Patri tamen fugiendū est aut non studēdū, opem filio offerre. Dū prauus nam factus est, Fortasse eñ ꝓpter bonorū amplitudinē in ipsum collatorū & patris familiaritatē deterior efficietur. Sequit̄ in litera. Pleriq; eñ suscipere quidā beneficia volūt: cōferre autē nolūt, ac fugiūt, vt inutile. Vt malus filius vult suscipere beneficia a patre: iāq; ea recepit nec simile pro virili repēdit. Fugiūt inq̄t cōferre vt inutile, dicunt enim conferre est inutile. Sequitur. Sed de his quidem eousq; sit dictum. antiqua translatio habet, de his autē intantum sit dictū. Cōtra solutionē corollarii philosophi argumētor probādo ꝙ aliquis potest patri satisfacere. Potest eñ cōseruare vitā paternā in casu etiā difficillimo, cū periculo vitę suę: modo nō minor est virtus q̄ quærere parta tueri. Pater autē in actu voluptuoso fuit causa essendi filio. Prǽterea filius potest patrem alere in senectute tā in alimentis ꝙ in moribus, ergo tunc patri æquiualens reddit: ergo etiam iste filius potest patrem abdicare, sicut pater eñ nō ei satisfecit. Respōdetur admisso illo casu qui rarus est inuētu, nē nūq̄ tñ cōtigit, vt de quodā Scipione legit̄: iste filius tātā opē patri quātā ab eo accepit cōfert tñ inhumanū esset illi patrē abdicare: & a gratitudinis lege multū discedere. Nec eo beneficio tātū iuris in patrē quātū pater in ipsum habet acquisiuerit. Quinimmo nefarius est filius atq; furca dignus qui patrē nil male merentē e domo extrudit, cū ciconiarum mos sit defectos progenitores fouere ac alere. Bellua est abiectior quę parentum non miseretur, & viis in necessitudine, suppetias non fert. Vltra etiam legē naturę diuino iussu sunt filii ad hoc ipsum obnoxii, nulla rima aut ansa ab illo modo nexuq; solubiles.

LIBER NONVS

TRACTATVS PRIMI CAPVT PRIMVM.



N omnibus autem amicitiis, quæ sunt dissimiles specie, comparatio rationum æquat atq; conseruat amicitiam, vt est dictum, vt & in ciuili societate sutori pro calceamentis, & textori, & cęteris pro dignitate permutatio fit. Atq; hic quidem communis habetur mensura, nummus ipse ad quem omnia referuntur, & quo mensurantur. *Numus.* In amatoria autem amicitia, interdum amator queritur ꝙ supra modum amans, non vicissim amatur, nihil habens forte amabile, interdum is qui adamatur ꝙ cũ prius cuncta polliceretur nunc nihil facit. Fiunt autem talia, cum ille quidem ob voluptatem adamatum, hinc autem ob vtilitatem diligit amatorem, & hæc non assunt vtrisq;. Nam cum propter hæc sit amicitia, fit dissolutio cum ea non fiunt gratia quorum amabant. Non enim se mutuo amabant, sed ea quæ inerant, quæ non permanent. Quapropter tales & amicitiæ sunt. Morum vero amicitia, cum per se sit, permanet vt est dictum. Differunt autem, & cum alia fiunt ipsis & non ea quæ appetit. Est enim simile ac si nihil fieret, cum id assequitur, quod affectat. *Citharœdi merces.* Quale fecit & qui citharœdo pollicebatur, quanto melius cantaret tanto se plura daturum. Postridie vero reposcenti promissa, voluptatem reddidisse dixit pro voluptate. Si igitur vterq; hoc affectaret, satis vtisq; haberet. Sin vero ille voluptatem, hic lucrum affectabat, & alter habet, alter non habet, non bene sese habet ipsa societas. Quorum enim indiget vnusquisq; hæc & assequi vult, & horum gratia dabit ea quæ habet. Vtrius autem est æstimationem facere, eius ne qui dat, an eius qui primo accepit? *Æstimatio ab vtero fiet.* Nam qui dat videtur illi permittere, quod quidem & Protagoram fecisse aiunt, cum enim docuisset: ea quæ profitebatur discipulum existimare iubebat: & quanti ipsi viderentur ea quæ didicisset: & tantum accipiebat. Nonnullis autem talibus satis est illud.

Sufficiens socio merces sane est statuenda.

Sophistę. Qui vero prius acceperunt argentum, deinde nihil eorum quę promiserũt ob exuperationem promissionum efficiunt, merito incusantur, non enim perficiunt ea quę pepigerunt, hoc fortasse sophistę facere compelluntur, quia nemo daret pro iis quę sciunt argentum, hi igitur (ea pro quibus acceperunt mercedem non efficientes) merito accusantur. Eorum autem in quibus subministrationis non fit pactio, qui propter seipsos exhibent, incusationibus carent, vt diximus. Talis est enim ea amicitia quæ ob virtutem conflatur. Remuneratioq; facienda est electione: hæc enim est amici atq; virtutis. Sic est faciendum & in societate quæ fit ob philosophiam. *Pecunię non sunt dignę philosophia.* Non enim tantæ dignitati rei, pecuniæ æquari possunt, nec honos paris vnq̃ fiet momenti, sed satis est forsitan, vt ad deos atq; parentes, id quod fieri potest. Q; si datio nõ fit talis, sed pro aliquo: maxime quidẽ oportet forsitã retributionẽ fieri vt vtriusq; videt esse pro dignitate, si vero hoc nõ accidit, nõ solũ necessariũ, virũ etiam iustũ esse videbitur, ipsum præhabentẽ hãc ipsam statuere. Nam si quantum hic vtilitatis habuit aut pro quãto voluptatẽ expetit, tantũ ille receperit, dignã de hoc remunerationem habebit. Etenim in rebus venalibus ita fieri videtur, & quibusdam in locis sunt leges quæ vetant, sponte actarum contractionum iudicia esse, propterea ꝙ oportet vnumquemq; ad eum qui credidit sic dissolutionem facere, vt societatem contraxit. Putant enim eũ iustius esse eum statuere cui permissum est q̃ eum qui permisit. Etenim plerunq; non æque æstimant qui habent & qui accipere volunt. *Quanti æstimandum.* Sua enim cuiq;, & ea quæ dat, multo videntur precio digna, attamen retributio fit ea (quam statuunt ii qui capiunt) quantitate. Oportet autem fortasse, non tanti æstimare, quanti videtur dignum habenti, sed quanti æstimabat antea q̃ haberet.



N omnibus autẽ amicitiis &c. In octauo huius philosophus de amicitia in communi & speciebus eius loquutus, nunc autem de amicitię proprietatibus & difficultatibus in amicitia emergentibus loquitur. Et quedam in octauo dicta vt tenacius menti hæreant resumit. Ac primum caput quinq; conclusionibus absoluit: quarum prima est. In omnibus & inæqualium

& æqualiũ amicitias vicissim rependere beneficiũ conseruat amicitiã. Et in inæqualibus hoc probat. Primo: q̃a proportio & analogia hoc est cõparatio rationũ cõmunicationẽ politicã cõseruãt, ergo & amicitiã. Antecedens probat. Nã ad conseruandam communicationem politicam oportet vt coriario pro calciamentis & textori reliquisq; artificibus pro suis operibus fiat retributio secundũ dignitatẽ & operum valorem: Assumptum probat, quia ad hoc mensura communis inuenta est, scilicet nummus: vt ipso omnia mẽsurẽtur. Si calcei mei. xvi. denarios valent & totidem agricolę parua mensura frumenti, nummo tanq̃ per mensuram cõmunem hoc metimur. Sequitur secunda ratio. In amatoria aũt amicitia si alteri desit quod ipse rependit, querelę fiunt & amicitia persumit. Amator querulatur q̃ ipse impatiẽter amans nõ redametur autem, tamẽ ipse nihil habeat quo dignus sit amari. Nonnũq̃ vero qui amatur querulus est. q̃ cũ prius cuncta amans pollicitus sit, nunc opere ipso exequatur nihil. Et hoc tũc pręcipue fieri solet cum amator ob voluptatem diligit amatum: amatus autem ob vtilitatem ipsum amatorem, & hęc non assunt vtrisq;. Porro cum propter hęc fit amicitia cito rumpitur, cum ea non fiunt gratia quorum amabant. Quocirca tales amicitię merito sunt momentaneę atq; fugaces. Virtutum autem amicitię cum per se sint, & semper assit repensione dignum, durant, vt dictum est. Vicissim igitur beneficium repensum amicitiam incolumẽ obseruat. Sequitur in litera. Differunt autem &c. Ponitur hic alia ratio ad conclusionem. Contendũt amici cum quicq̃ ipsis rependitur & aliqua fiunt ipsis sed non illa quę appetunt. Siquidem tum simile ipsis est ac si nihil eis fieret si non assequãtur illud quod auẽt. Quale fecit is qui citharœdo pollicebat quanto dulcius caneret tãto se plura daturum: postridie vero cum citharœdus primum exposceret voluptatẽ se reddidisse, pro voluptate asserebat. Si vterq; id affectaret satis vtiq; habebat: sin ille voluptatem hic lucrum cupiebat & alter habet alter non habet, non bene sese habet ipsa societas. Quorum enim vnusquisq; indiget hæc & assequi cupit, & horum gratia quæ ipse habet largitur. ¶ Sequitur secunda conclusio. Vtriusq; autem hoc est sufficienter retributio fiet, si citius recipientis æstimatione id fiat q̃ retribuentis. Hoc probat, primo q̃a qui primo dat videtur permittere & concedere recipienti facultatem æstimandę retributionis: q̃d & protagoram fecisse aiunt qui cum mercede docuisset ea quæ profitebatur: discipulum æstimare iubebat quãti sibi viderentur illa quæ ab ipso percepisset: & tantum ab illo mercedis accipiebat & in aliquibus talibus satis illud est, insuper merces viro datur, & non ei, quod a viro pręstatur: ergo illa merces est sufficiens quæ viro beneficiato sufficiens esse videtur. Qui vero prius acceperunt argentum, deinde nihil eorumq; promiserunt ob exuperationem promissionum efficiunt, merito incusantur. Non enim perficiunt ea quę pepigerunt. Et hoc fortasse sophistę facere compelluntur: quoniam nemo daret eis pecunias pro his quæ sciunt. Sophista hic est qui sapiens videri cupit & non est sed iners. Qui artem sophisticam nouit, & scit ducere rete argumenti ante permultorum oculos is plurimum peritus est. Qui circa quintam essentiam & mutationem inferioris metalli in aurum laborant: & ignari medici incolumitatem laboranti promittentes vere sophistæ sunt. ¶ Sequitur tertia conclusio. Eorum autem in quibus subministrationis non fit pactio (Subministrationis, hoc est ministrationis aut retributionis vt in iis qui propter seipsos beneficiũ exhibent) Locum non habent, accusationes. Talis enim amicitia quę ob virtutem conflatur: vbi remuneratio electione facienda est, hoc est affectu animi. Electio enim & amici & virtutis est (De electione superius meminimus) Et ita faciendum est in congressione quæ ob philosophiam fit. Non enim numismate tanta rei dignitas æstimari potest: nec honos paris vnq̃ fiet momenti, sed satis forte fuerit vt ad superos atq; parentes id quod fieri potest reddatur. Quomodo de diis & superis pluraliter loqui intelligatur in octauo diximus. ¶ Quarta conclusio est. Q: si datio non sit talis hoc est ob virtutem, sed pro aliquo, hoc est bono velli aut voluptuario: retributio forte frigida videbitur, vt vtrisq; pro dignitate esse videtur: & hoc si datio non sit moralis sed ad certum & definitum inde recipiendum, tunc frigida est retributio secundum dantis & accipientis existimationem, acsi datio sit moralis & non legalis. Retributio enim frigida est secundũ ęstimationem recipientis & beneficiati. Priorem partem philosophus notam relinquit, quia stipulatio contrahentium consensu firmatur, secundam vero partem in litera prosequitur inquiens. Si vero hoc non accidit non solum necessarium, verum etiam iustum esse videbitur ipsum pręhabentem hanc ipsam statuerit: hoc est ad recipientem attinet facere æstimationem quantum sit vtilitatis ex beneficio cõsequutus, vel quantum appretietur delectationem sibi exhibitam. Hoc duplici argumentatione corroborat. Primo inquiens. Sicut in emptionibus ad ementem æstimationem facere pertinet, quante vtilitatis res empta esse ei potest, & secundum hoc tantum emere debet. Et hoc est quod litera dicit. Nam si quantum hic vtilitatis habuit aut pro quanto voluptatem experit tantum ille receperit, dignam de hoc remunerationem habebit. Etenim in rebus venalibus ita fieri videtur. Et sequitur secunda probatio. Et quibusdam in locis sunt leges quę vetant sponte actarum contractionum iudicia esse, quasi vnamquamq; eiusmodi contractionum dissolui oporteat, illi qui alteri æstimationis fidem credidit, quemadmodum & societatem contraxit. Existimat enim iustius esse eum statuere atq; æstimare cui permissum est, q̃ eum qui permisit. Siquidem plerunq; non æque æstimant qui habent & qui accipere volunt. Sua enim qui dat multi æstimat, verum compensatio ea fiet quam statuunt ii qui acceperunt valorisq; quantitatem agnouerunt ¶ Sequitur quinta conclusio illic, oportet autem fortasse. Vult dicere philosophus q̃ sanum est non tanti donum æstimari quanti videbitur possidenti, hoc est illi qui iam rem aliquandiu tenuit quia talis donum attenuare solet, sed oportet donum tanti æstimare quanti ipsum faciebat priusq̃ ipsum possideret. Et hic ponit philosophus temperamentum forte, nam pleriq; soleant rem (qua plurimum egent) notabiliter plus æstimare q̃ valeat, tunc secundum illud non erit recompensatio. sed secundum verum rei tunc valorem quem postea plenius cognoscet. ¶ Dubitabitur an retributio mensuranda venit secundum æstimationem dantis prius beneficium an accipientis. Pro dubitationis solutione Dubiu

ponentur propoſitiones quarum prima eſt. In amicitia ob bonum honeſtum non eſt vis ſiue maius ſiue minus ſiue æquale retribuatur. Ratio eſt quia illic donans nullã retributionẽ intendit. Secũda cõcluſio. In amicitia quę eſt preciſe ob bonum vtile dationes ſolũ verbaliter a venditione diſtinguũtur. Intẽtio enim dantis eſt æquale rehabere: alioqui non daret: ſed honeſtius eſt vocabulum dandi q̃ vendendi aut mutuandi. Propterea illo modo loquendi vtitur. In venditione enim quid pro quo dare oportet & oportet vtrũq; illorum ſecundum ſuas opinationes lucrari. Siquidem vendens gradarium mediocrem decem ſcutis, lucrari exiſtimat, cum pecuniam ęquo ei gratiorem acquirit: contra vero gradarium molliter ingredientem acquirens, lucrari ſe opinatur, cum pecunia qua non eget gradarius eſt ei gratior. Sic amicitia ob vtile inter aliquos contrahitur vbi vterq; lucrari credit: & ſi ita non contingat, amicitia talis diſſoluitur. Variæ enim circunſtantiæ donatoris conſiderandę ſunt. Si enim det rem qua multum eget, vtpote quia iacturam in rebus ſuis incurrit gratia illius doni, vel lucrum eius ceſſat, tunc plus q̃ ei collatum eſt retribuendum eſt. Oppoſitum in vſu erit ſi talis rei non indigeat. ¶ Tertia concluſio dubitationi partim reſpondẽs eſt hæc. Tam dans q̃ recipiens debet quantitatem doni æſtimare. Primo quidam dans vt ſciat quantum retributionis recipere oportebit, ſecundo recipiens vt ſciat in quanto ad retributionem deuinctus eſt.
¶ Quarta & vltima concluſio reſponſionem cum priore concluſione dans eſt hęc. Ad retribuentem pertinet inuenire proportionem retributionis priori donô reſpondentem. Hęc enim eſt Ariſtotelis in litera. Et patet quodammodo ratione, eius quia benefactor ei contulit authoritatem hoc faciendi cum præmiũ retributionis non expreſſit, ſed ſuo arbitrio reliquit. Et non ſolum dandum eſt pręmium priori dono reſpondens, ſed amplius ſicut Ariſtoteles ſemper in octauo innuere videtur, & ratio poteſt eſſe quia quãtum fieri poteſt pariſicandæ ſunt gratię in tali amicitia ne materia quæſtus interueniat. Gratię enim non pariſicantur niſi plus q̃ acceptum fuerit detur: qui enim primo dedit gratiam fecit, vt dedit arcum valentem decem: qui baltheum valentem pręciſe decem reddidit, nullam gratiam fecit. Reddidit enim ſolum quod obnoxius eſt dare: ex parte rei datę ad extra & nihil ex parte gratiæ præuenientis. Oportet ergo tanto plus dare, quanto gratia prius dãtis gratiã recipiẽtis exceſſit. Nolo dicere ꝙ plus a quolibet & ſemper in bonis fortunę detur, ſed æquale vel plus detur vel polliceatur aliter ſe pro beneficio accepto ſatiſfacturum.

Lib. IX. Tract. I. Cap. II.

Patri quatenus dandum.



Habent autem & talia dubitationem: vtrum oporteat omnia patri tribuere, in omnibuſq; obtẽperare, an ęgrotanti quidem parendũ ſit medico, deligenti vero ducem exercitus, deligendus ſit rei militaris peritiſſimus homo? Simili modo, vtrum amico ſit potius, an ſtudioſo ſubminiſtrandum. Et benefactori reddenda ſit gratia, an ſodali potius dandũ, ſi vtrunq; fieri neque at. Omnia igitur talia, exacte determinare, nõ eſt facile. multas enĩ ac varias habent differẽtias, & magnitudine, & prauitate, & honeſtate, atq; neceſſitate.

Debita reddẽda.

Verum nõ omnia eidem eſſe tribuẽda, non eſt obſcurũ. Atq; beneficia plerũq; reddẽda ſunt potius q̃ eſt largiendũ amicis, ſicut & mutuũ reddendũ: eſt potius cui debeas, q̃ dandũ ſodali. Fortaſſe autẽ neq; hoc agendũ eſt ſemper, vt redemptũ a prędonibus verũ eum qui ipſe redemit, redimere viciſſim oporteat quicũq; is ſit, aut nõ capto quidẽ repetẽti vero mutuum, reddere, an redimere patrẽ? Videbitur enim patrẽ potius q̃ ſe etiã redimere illum oportere.

Vbi pater beneficio pręferendus.

Vbi mutuanti non mutuabitur.

Debitum igitur (vt diximus) ſimpliciter eſt reddendũ ſi vero datio honeſtate, aut neceſſitate excedat, ad hęc ipſa eſt declinandũ. Interdũ enim neq; eſt ęquũ beneficiũ retribuere, cũ alter quidem in ſtudioſum ſciens ſtudioſum eſſe, cõtulit beneficiũ, alter autem illũ flagitioſum eſſe exiſtimat. Nonnunq̃ enim nec ei qui mutuauit, viciſſim eſt mutuandũ. Nam ille quidẽ putans ſe recepturum bono mutuauit viro, hic autẽ non ſperat a prauo recipere. Siue igitur reuera hoc ſic ſe habeat, nõ ęqualis eſt dignitas. ſiue nõ ita quidem ſe habeat, putet autem ſic ſe habere, non videbitur abſurde facere. Quod igitur ſępe eſt dictũ. ſermones qui de affectibus actibuſve fiũt perinde habẽt definitionẽ, vt ea circa quę ſunt. Nõ eadẽ igitur vniuerſis eſſe reddẽda, nec patri cũcta (quẽadmodũ neq; Ioui ſacra omnia dãtur) nõ eſt obſcurum.

Sua cuiq; dãda.

Nuptię viſendę.

Parentes alẽdi.

ꝙ ſi diuerſa tribuẽda ſunt parẽtibus, & fratribus, & ſodalibus, & beneficiis tribuenda ſunt ſingulis ſua, quęq; ad quęq; accommodantur. Sic autẽ & facere vidẽtur, nam ad nuptias vocant cognatos, genus enim iis eſt cõmune, quare & actus qui circa hoc ſunt. & ad ſponſalia etiã maxime cognatos propter idẽ putant accedere oportere. Videbitur autẽ parẽtibus maxime alimentis filios vt debentes, opitulari oportere, & honeſtius eſſe iis qui cauſa ſunt eſſendi, q̃ ſibiipſis ſubuenire. Honorem etiã vt diis tribuere oportet, non omnẽ autẽ parentibus, neq; eundem patri matriq;, neq; ſapienti, aut imperatori. ſed patri paternum, & ſimiliter matri maternũ.

Seniori debetur honor.

Sociis comitas.

Omni quoq; ſeniori honor eſt tribuẽdus qui ad ætatẽ accõmodatur, aſſurgendo, locumve cedendo & talibus ſodalibus autem atq; fratribus praſtanda eſt libertas, omniumq; communitas, atq; cognatis, & iis qui ſunt eiuſdem tribus, & ciuibus ac

ceteris vniuersis semper est enitēdum, id quod accommodatur tribuere, & comparare, quę
insunt singulis ratione familiaritatis, & virtutis, aut vtilitatis. eorū igitur qui generis sunt
eiusdem, facile est iudicium, differentium autem est difficilius. non tamen ob hoc desisten-
dum est, sed vt fieri potest, est ita distinguendum.

HAbēt autē & talia dubitationē & c. Secundū hoc caput tribus siue quatuor quęstionibus & quatu-
or cōclusionibus partitū est. Quęstionū prima est. Vtrū oporteat omnia patri tribuere & in omni-
bus ei parere: & vtrū ęgrotanti, potius patri parendū est an physico Et vtrū diligēti ducem exer-
citus, pater diligendus sit an homo rei militaris peritissimus. Illic potest esse secūda questio. Sequitur ter-
tia siue secunda aliorum more. Vtrum amico potius an studioso subministrandum sit. Tertia. An benefa-
ctori potius referenda sit gratia an amico tribuendum, vbi vtrunq; fieri nequit. Omnia hęc exacte deter-
minare non est facile. Hic excusat se a determinatione omnium in speciali: & id rationis est, nam multas ha
bēt differētias nūc in magnitudine & paruitate: nūc in honestate & necessitate hoc est differētias habent in
quāto in quali: quātitatiuas qdē in magnitudie & puitate qa differūt secundū magis & minus. Puta bene
factor scdm magis & minus. Et magis amicus & minus amicus. Et studiosus magis & minus studiosus. Et
consanguineus magis propinquus & minus propinquus. Pari iure qualitatiuas differentias habēt: quia re-
tributionum quędam magis de bonitate, quędam vero minus habent. Quia dare viro studioso indigenti
magis bonum est & minus necessarium, q̄ reddere debitum creditori abundanti. Et sequitur in litera re-
sponsio ad has quęstiones in speciali, ibi. Verum non omnia. Et est prima conclusio capitis & solutio ad
quartam quęstionem qua dicit. Non omnia eidem sunt retribuenda: nam beneficia potius reddenda sunt
q̄ largiendum amico: vt mutuum reddendum potius cui debeas q̄ dandum sodali. Sed non forte illud est
vsquequaq; obseruandum vt verum redemptum a latronibus eum qui ipsum rédemit redimere oporte-
at quicunq; is sit. In his & consimilibus videtur patrem potius q̄ seipsum etiam redimere oportere. Debi-
tum ergo simpliciter nulla maiore honestate, aut necessitate interueniente, reddendum est: sed aut si hone
statis, aut necessitatis excessus intercedat, ab ipso dando declinandum est. Vult ergo philosophus dicere. Li-
cet pluribus magis sit retribuendum, benefactori, & mutuum reddendum q̄ amico dandum, non tamen
semper. Debeo eñ potius patrem e carceribus liberare q̄ eū qui me a carcere aut ergastulo liberauit, quādo
solum vni opem ferre queo. Similiter potius patrem liberabo q̄ mutuum reddam benefactori nō capto,
& mutuum repetenti. Primo citius debeo patrem a carceribus q̄ meipsum liberare. Vbiq; quando datio ho
nestę & necessarię retributioni praestat magis ad dationem q̄ ad retributionem declinandum est: & non
alias. Sequitur secunda conclusio, quę est. Interdum neq; est ęquum beneficium retribuere: cum alter qui-
dem in studiosum sciens studiosum esse, contulit beneficium: alter autem illum flagitiosum existimat. Sic
effectualiter dicit quodam modo probando q; non oportet rependere vices benefactori, & sic ait. Nonnun
q̄ non est iustum retribuere benefactori beneficium: igitur non semper est maius retribuēdum benefacto-
ri. Antecedens patet: quia ei quem quis existimat malum in certo casu non est retributio facienda. For-
tassis eñ flagitiosus ille pecuniā in reipublicę perniciē effundet, vt Catilina aut Sylla. Pręterea nōnūq̄ nec
ei qui mutuauit vicissim mutuandum est. Siquidem flagitiosus mutuat interdum probo viro spe lucri al
lectus: a prauo autem studiosus nihil lucri expectat: tali ergo non est iterato dandū mutuo. Vbi homo non
potest dare amico & digno non tenetur iterato mutuum dare, vt cum Socrates non contulit Platoni mu
tuum gratię Platonis vllo modo sed spe tantum lucri non debet Plato saltem eadem spe illi mutuo dare.
Nec refert siue talis sit in rei veritate flagitiosus, vel talis putatus, non enim ęqualis est dignitas: nec studi
osus videbitur absurde facere, quia mutua tarius non fieret mutuo accepto melior. Sequitur tertia cōclusio.
Quod igitur sępe est dictū. Sermones qui de affectibus, hoc est perturbationibus siue passionibus actibusve
fiunt, perinde habent definitionem, hoc est determinationē, vt ea circa quę sunt. Et primam quęstionem
soluit dicēs. Nō oīa sunt tribuenda patri: sed quę vnicuiq; pro dignitate accommodātur. Probat hoc sic. Nō
omnia sacra Ioui dantur, aliqua enim Iunoni, Mineruę, Apollini, & aliis dantur. Item non solus pater ad
nuptias vocatur, sed etiam alii cognati & consanguinei (genus enim est eis commune) quare & actus, qui cir
ca hoc sunt. hoc est pręparationes vt sponsalia quę generis causa sunt, quocirca ad sponsalia etiam maxime
cognatos propter idem putant accedere oportere, & ita non omnia sunt soli patri tribuenda. Sequit̄ quar-
ta conclusio. Videbitur autem opitulari patri oportere: ne ei alimentum desit: cum sit filius essendi causa: &
videtur oportere eum more superum, hoc est proportionabiliter ad superos honorare. Honestiusq; est patri
q̄ sibi succurrere. Sequitur quinta conclusio. Non omnē honorem parentibus tribuere oportet neq; eun-
dem patri & matri: neq; sapienti ac imperatori sed patri paternū, matri maternū, & cęteris quibusq; suum.
Omni quoq; seniori honos tribuendus est, qui ad ętatem accōmodatur, vt assurgēdo, locumve ceden
do, secundū illud Iuuenalis satyra. xiii. Improbitas illo fuit admirabilis ęuo, Credebāt hoc grande nephas, &
morte piandum, Si iuuenis vetulo non assurrexerat & quę sequuntur. Fratribus autem & sodalibus pre-
standa ęqua libertas & bonorū cōmunitas. Hoc est bona nostra libere eis prout ratio efflagitat cōmunicabū
tur. Sēper eñ enitendū est tribuere qd̄ vnicuiq; accōmodatur, & cōparare quę insunt singulis ratione fami
liaritatis & virtutis aut vtilitatis & eorū q eiusdē gn̄is sunt, facilis est dephēsio gn̄is: hoc est eiusdē parētelę,
qa illic facile scit̄ qs est nobis cōsanguinitate cōiūctior & per cōsequēs cęteris parib9 plus illi dandū est. Diffe Dub. quinq.
rentiū aūt est difficilius: vt vtrū magis subueniēdū est studioso an tali cōsanguineo. Et licet in talibus iudica
re sit difficile, non tamen ob hoc desistendum est, sed vt fieri potest, hoc pacto inter eos est determinandum.
¶ Circa hoc caput nonnullę difficultates emergunt: quarum prima est. Verum homo magis debet parere
medico q̄ patri: Et an citius patri q̄ regi, aut principi milite. Secūdo an citius succurrendū est amico ob bo

f v

num virtutis q̃ amico ob bonum generis. Tertio vtrum quis citius patrem a latronibus liberare habeat an eum qui ipsum in tali necessitate liberauit. Quarto an illud est verū quod philosophus dicit: homo debet potius patrem q̃ seipsum ab ergastulo liberare. Quinto qñ est vnus solus deus, etiam secundū philosophum, vt in octauū huius diximus, quomodo est hoc verum ꝙ non omnis honos Ioui tribuitur: cum per Iouem summum deum intelligat.

Ad primum. ¶ Ad primum respondetur per conclusiones: quarum prima est. In omnibus obediēdum est secūdū subiectionem superioritatis & non aliter. Hęc conclusio duas sortitur partes, quarū prior est: vt obtutus ad subiectionem habeatur, quia par in parem non habet imperium, & hoc probat secundam partem conclusionis. Ex isto primo sequitur ꝙ medico infirmus & non patri obtemperare habet, vtpote si interdicat medicus ipsi febricitanti vino, pater autem filio ęgrotanti pręcipiat bibere vinū, iam patri filius parere nō tenetur. Primo tenetur non parere: quia in hoc patri non est subiectus. Secundo sequitur ꝙ si pater pręcipiat filio colere agros & operi oeconomico intendere tēpore quo illi intēdendū est: & rex pro libito suo illud vetat: filius patri & nō regi parere debet. Probatio pater pręcipit in his quę patris sunt non autē rex, sed (per iam positum fundamentum) parendum est superiori in iis quę superioritatis eius sunt. Tertio sequitur ꝙ si cōfessionis auditor filio poenitentiam iniūgat quam pater vetat, filius non habet patri parere sed suo confessario qui in hoc est ei superior. Quarto sequitur ꝙ si alicui domino filius famuletur & pater prohibeat seruitium quod dominus eius pręcipit, domino & non patri parendum est.

¶ Secunda conclusio principalis est hęc. Quando & pater & rex rationabiliter petunt vt quando seorsum vtriusq; pręceptum esset licitum reliquo secluso: tunc regi & nō patri parēdū est. Declaro exemplariter vt si Rex pręcipit filio adire bellum pro salute patrię necessarium: pater vero pręcipit colere agros. Probatur hęc conclusio sic. domino superiori potius est obediendum q̃ inferiori vbi incompossibilia pręcipiūt: at rex est dominus superior: igitur. Insuper bonum quanto communius tanto est diuinius: at rex cōmune bonum magis intuetur q̃ pater: igitur. Domus enim est pars ciuitatis, propterea imperfectior, sicut pars respectu totius primo politicorum. Tertio licet ab inferiori domino ad superiorem prouocare, non autem contra: ergo homo tenetur superiori in casu isto parere, inferiori neglecto. Quarto opposito dato, omnes filios a iusto bello excusares, quod est inconueniens. ¶ Contra secundū corollarium primę cōclusionis, ponendo ꝙ pater iuste pręcipiat filio retinere frumentū, quod rex iniuste pręcipit exponere venditioni, argumentor sic. In hoc casu nō tenetur parere patri, & tamē casus huiusmodi est de iurisdictione paterna: igit̃. Cōsequētia tenet cū minore. Et probaret̃ maior: quia tūc a rege occidet̃. Ioānes Buridanus hic dicit ꝙ pręceptū regis est iniquū & propterea nō est ei parendū. Et quia imponere manus in bona alterius inuito dño est iniuste agere, si metu cadēte in constantem virū principi obediat tunc peccat, sed solū venialiter. Insuper argumētor aliter ponēdo casum ꝙ pater filio p̄cipiat frumentū in horreū deferre. & princeps sub poena capitis id vetet: tūc filius nō parebit patri. Dicit idē Ioannes ꝙ in isto casu filius nō debet obedire patri, quia patris pręceptū esset irrationabile. Hic dico Buridanū multifariā labi, tum primo quia erronee primo argumento respondet: tum secūdo quia falsum est, ꝙ venialiter peccat. Secundū est ꝙ tertia respōsio cū prima pugnat. Probatur. Primū pręceptū patris erit rationabile in hoc casu si velit filiū pręceptū suū exequi, stāte sua nece magis suā mortē fili⁹ euitare habet q̃ patris imperiū non exaudire: primo nō est iustū imperiū. Filius ergo impune frumentū vendet sine peccato vllo: & cum sit timor cadēs in constātem virum sicut suppono, ex dicto Buridani a toto excusatur. Ille enim timor secundū omnes recte loquentes a toto excusat. In secūdo etiam casu regi parebit patre neglecto. Irrationabile enī esset ꝙ filius vitā suam exponeret periculo pro sacco frumēti: & pater debet ita censere. Qꝫ si pater constāter clamet fili mihi obedias non autē regi: dicat filius, pater mi pro te hoc in casu faciam nihil, quia iniuste pręcipis. ¶ At forte dicis, rex peccat in sic pręcipiendo, ergo & filius hoc exequens. Cōsequentia est nulla: quemadmodū sicario petēti iniuste de-

Obiecta tria.

cem, decem porrigo sine peccato, quę tamē iniuste ipse capit. ¶ Contra secūdam conclusionē principalem & quodāmodo cōtra solutiones argumentorum pręcedētium argumētor sic. Filius est magis obnoxius patri q̃ regi, & plura bona ab illo accepit, vt patet ex octauo & nono huius: ergo citi⁹ patri parere debet. Secundo fortior est obligatio quę est secundum naturam q̃ quę est ab hominū institutione: prior autē est patris ad filium, secūda regis ad subditos. ¶ Tertio prius est homo patri obligatus q̃ regi: cū domus sit prior ciuitate primo oeconomicorū & primo politicorum: sed posterius nō deobligat a priore: igitur.

¶ Ad primum cōcedo totum antecedēs, & nego consequētiā. Plus enim oportet hūc filium respicere ad bo-

Ad primum.
Ad secundū & tertium.

num totius reipublicę, cuius est pars, q̃ ad patris imperium. ¶ Ad secūdum, negō maiorem, si intelligatur in omni casu: dato ꝙ hęc superioritas regalis sit ab hominū institutione conformius est legi naturali, huic regi in casu parere q̃ patri. Insuper si in hoc regno ortus sit pater non prius est filius patri subiectus q̃ regi: immo & pater & filius vt primum sunt, regi subiiciūtur. Solent autem aliqui dicere ꝙ prius homo est regi q̃ deo subiectus: quia ante baptismū non est deo subiectus, bene autem regi. Istud tamen non placet,

Ad secundū dubium.

quia vt primum est ipse & etiam rex: deo est vterq; subiectus. domini enī est terra & plenitudo eius. Per hoc ad tertium respōsio patet. Ad tertiam dubitationē affirmatiue respōdetur. Magis enim subueniendum est amico ob bonum virtutis, q̃ amico ob generis identitatē. Probatur tam ex parte amicitię q̃ ex parte amicorum. Prius patet, satius enī est operandū secundū amicitiā integerrimā & optimā q̃ secūdum aliam minus bonam: sed sic est de amicitia ob honestū ex octauo huius igitur. Insuper magis operandū est secūdum amicitiā quę bonitatā & vtilitatē cum oblectamēto syncere & permanenter cōglutināt, q̃ secundū illā quę hęc non annectit: sed sic est de amicitia ob honestū respectu aliarum amicitiarū: igitur. Ex parte amicorū sic argumentor. Illi magis subueniendū est qui simpliciter est melior, & subuenienti melior: q̃ illi qui non est talis: sed amicitia studiosorū est huiusmodi, igit̃. Cōsequētia tenet cū maiore. Probat̃ minor. Ipse est studiosus

ergo probus,& amico est bonus.Patuit hoc octauo huius.Contra hanc responsionem argumētor. Fortior est amicitia ex natura veniens q̄ amicitia consuetudine parta:facili⁹ enim est consuetudinem q̄ naturam permutare:& si quam difficultatem permutandi consuetudo habeat,hoc est quia naturam imitatur, ex septimo huius:sed amicitia eiusdem generis est a natura:amicitia ob virtutem ex assuefactione parta:igitur. Obiectio.

Respondetur negādo maiorem ꝙ fortior sit permanentior,syncerior & solidior:bene tamē est naturalior. Et intelligo de amicitia consanguineorum inquantum huiusmodi.Nam si inter consanguineos sit amicitia ob honestum nihil contra nos. Responsio.

¶Ad tertiam dubitationem Gerardus odo,quem Buridanus insequitur tenet partem affirmatiuam:sed hęc responsio est manifeste contra literam philosophi, vt ex ea colligitur.Insuper indistincte est omnino falsum vt in respondendo ad dubitationem liquebit.Pro qua eluenda ponentur propositiones. Prima est. Patrē in casu dubitationis liberare oportet alio, de quo dubitat relicto.Probatur conclusio: Quia sicut iste alius vitam istius conseruauit eum liberando a carcere in quo(si redemptus non fuisset) mortem obiisset prout supponitur:sic pater huic vitam dedit.Vlterius pater filium diu aluit & eum in moribus erudire fecit:modo hoc totum est maius q̄ filium e carcere liberare:ergo citius patri propterea succurrendum est.Et quia communiter patres haec omnia liberis faciunt,sane dicit Aristoteles patrem(hoc relicto)e carcere liberandum.Et illa est secunda conclusio in valore.Adde etiam ꝙ multa apud liberos parētum amor immobilis meretur.Adde item parētum singularem amorem in filios.Dum enim Agrippina Neronem filium imperaturum a Caldeis intellexisset, se ab eo occidēdam,interficiat inquit modo imperet. Immēsus est parentum in filios amor qui apud liberos plurimum meretur.Tertia conclusio.Dato.A.patre qui Platonem genuit,& nihil amplius boni ei fecit:puta nec illum aluit nec erudire fecit:quem Cicero cum suæ vitę discrimine seruat in vita(puta ne occidatur submergaturve viriliter resistit)citius Plato debet succurrere Ciceroni q̄.A.patri.Probatio.Sicut enim.A.Platoni vitam contulit sic Cicero illam inesse cōseruauit. Modo vetus est sententia.Non minor est virtus q̄ quęrere parta tueri.Et cum hoc,casus A non erat difficilis:casus vero Ciceronis est difficillimus,ergo plus laudādus est Cicero Platoni q̄ proprius pater & illi est præponendus.Et istud opposito probabilius puto. Ad tertium dubium.

¶Ad quartam dubitationē lib.nono huius respōdebit.Ad quintā dubitationē suppositis his quę in octauo dicuntur Aristoteles per Iouem primum motorem & deum intelligit.Licet enim vulgus de illo pestifero viro Gręco intellexerit.Philosophi tamen de alio sicut & nos intellexerunt.Dicimus enim hoc faciam Ioue propitio per iouem deum intelligentes ex vsu eruditorum.Intelligentię autem & animæ heroicorum virorum,qui fato cesserunt in gratię cumulo honoribus inferioribus, venerandæ veniunt, sicut loquimur de latria dulia & hyperdulia. Ad quintū dubium.

¶Dubitatur sexto:an aliqui ita arctę amicitię nexum seruarunt non sanguinis vinculo coniuncti sicut & consanguinei. Dub.sextū.

Constructiue respondeo.Nullus enim est veræ amicitiæ nodus nisi inter probos, vt sępenumero in octauum librum diximus.Multo facilius amabis candidum non contribulem cum quo tui mores quadrabunt q̄ liuidum contribulem cum quo non conueniēt.De meipso dicere soleo ꝙ nunq̄ fideliorem amicum offendi q̄ extraneum,a sanguinis parētela semotum.Et patet exemplariter de Oreste & Pylade:siquidem Orestes & Pylades singulariter se dilexerunt.Orestes enim cum esset a barbaro rege capitis damnatus & nesciret rex vter esset Orestes,Pylades se Orestē finxit vt pro Oreste seruando necaretur.Orestes autē se criminis reum constanter affirmabat & commilitonem insontem constituerat. Feruidus ira Achilles ad pugnam in Troianos nunq̄ redire proponebat ob Briseidem ei ab Agamēnone ereptam. Et ipsum vt videbatur inexorabilem,virum,nec Aiax,nec Diomedes,nec facundus Vlysses flectere quibant. Verum vbi intellexit Patroclum amicum ab Hectore occisum,ad bellū vltro alacer redit: nec satiatus est donec Hectorem per pergama Troiæ in loris ad caudam equi traheret.Ter circum iliacos raptauerat Hectora muros:ait Maro.Damon & Pythias Pythagorę discipuli sic inter se amauerunt vt cum alterum illorum Dionysius syracusanus trucidare vellet,alter se periculo mortis vadem pręstiterit,donec alter rebus domesticis dispositis reuerteretur.Aduenerat autem hora constituta qua vas extremum supplicium pati debebat amico non reuerso:at ille dicebat se de amici reditu non ambigere: & ꝙ libens si non redierit pro illo pateretur.Verum eadem pene momento quo supplicium tyrannus indixerat:is qui discesserat superuenit,obsidem liberaturus:admiratus autem illorum fidem tyrannus vtriq; pepercit, rogans vt tertius in illorum fidem amicitiamq; admitteretur.Cicero huius rei author est. Responsio.

Tract.I. Lib.IX. Cap.III.



ST etiam dubitatio si dissoluendę sint amicitię:nec ne ad eos qui nō permanēt.An ad eos qui ob vtilitatē aut voluptatē amici sunt,cū hęc non habent:nō est absurdū dissolui.Illorum enim erāt amici quibus deficiētibus, rationi consonū est nō amare.Incusauerit autē quispiam:si ob vtilitatē aut voluptatē amās:ob mores simulat amare.Quod eīn superi⁹ diximus:plurimę fiūt incusationes inter amicos:cū nō similiter putāt:& sunt amici. Amicitię an dissoluendæ.

Cū igitur quispiā sua se opinione fefellerit:putaueritq; ob mores amari nihil illo tale agēte:tū seipsum is accusare debet,cū vero a simulatione illius deceptus fuerit:tū eum qui decepit iustum est accusare:& magis q̄ eos qui numos adulterinos conficiūt quanto maleficium ipsum circa pręstabilius est.Quod si acceptat vt bonum,factus est autē prauus:atq; videtur Deceptor amici magis accusandus q̄ nummi falsificator.

est ne amandũ? an impossibile est siquidẽ non omne quoduis est amabile sed bonũ: neq̧ autem dignũ est prauũ amicũ habere: neq̧ oportet. non enĩ amatorẽ prauorũ esse oportet, neq̧ similem euadere prauo. dictum est autẽ simile simili esse amicum. Est ne igitur statim amicitia dissoluenda, an non omnis: sed in qua est incurabilis ob prauitatem. Qui autem emendari possunt: iis magis ferendum est in moribus auxilium q̃ in pecuniis: quanto præstabiliores sunt & magis amicitię proprii. Nihil autem absurdi videbitur facere: qui amicitiam dissoluit. Non enim huic aut tali amicus erat: cum igitur mutatum ad priores mores redigere nequeat: sese ab illo seiungit. Quod si alter permaneat, alter magis bonus euadat. multumq̧ virtute differat, est ne vtendum amico? An fieri nequit? In magna autem distantia maxime manifestum fit: vt in amicitiis quæ a pueritia contrahuntur. Nã si alter mẽte permaneat puer: alter optimum in virum euaserit quonãmodo fuerint amici, cum neq̧ eadem ipsis placeant neq̧ eisdem gaudeant doleantq̧. Neq̧ enim hęc erunt in ipsis & quia sine vero his esse amici non possunt: simul enim ipsos viuere, impossibile est. Atq̧ de his ante diximus. Oportet ne igitur ipsum non secus ad illum sese habere, q̃ si amicus nunq̃ fuisset. an factæ memoriam consuetudinis habere oportet? Atq̧ vt amicis potiusq̃ extraneis arbitramur gratificari oportere: sic & iis qui fuerunt amici: tribuendum est aliquid ob amicitiam quæ antea fuit, cum non ob exuperationem prauitatis est dissolutio facta.

EST etiam dubitatio &c. Hoc caput quinq̧ particulas secundum quinq̧ dubitationes seu questiones in litera motas continet. Prima questio est. Vtrum dissoluendę sint amicitię an non, ad eos qui amici non permanent. Responsio ad amicos ob commodum aut delectationem, cum amplius nihil vtilitatis aut voluptatis habẽt, amicitias dissolui haud absurdum esse videtur: nam illarũ rerum gratia erant amici: modo deficiẽte causa deficit effectus, qui ab illa causa depẽdet. Illis ergo deficiẽtibus rationi cõsonum est eos inter se non amare Et si quis ob vtilitatem aut voluptatẽ amat qui simulat ob mores amare, querelę incusationesq̧ fiunt. Nam vt superius meminimus, plurimę inter amicos incusationes fiunt, dum nõ similiter putãt & sunt amici. Simulare autem & dissimulare sic differũt. Nam simulare est fingere aut ostendere vnum exterius, & oppositum mente intendere. Et assimulo valde simulo. dissimulare est prudenter tegere ne verum cognoscatur. Simulamus enim falsa, & est peccatum, dissimulamus autẽ vera interdum sine culpa: ergo simulo & dissimulo contrariam habent significationem. Hinc aduerbia simulanter & dissimulanter. Itaq̧ cum quempiam sua opinio fefellerit, ipseq̧ putauerit se ob mores suos amari nihil tale agens vnde amari dignus sit: accusare seipsum debet ille, atq̧ de seipso queri. Cum vero amari dignus, alterius simulatione deceptus fuerit, tum eum qui decepit iustum est accusare: & tanto magis q̃ eos qui nummos adulterinos conficiunt & cudunt: quanto maleficium vtputa ipsa deceptio circa præstabilius est, quia circa virtutem. Sequitur secunda questio. Vtrum quis probus in amicitiam acceptus, sed tempore lapsus prauus efficitur, & talis esse deprehenditur, adhuc amandus sit. Respondetur q̧ vt tales impossibile est. Siquidem non omne quoduis est amabile sed bonum tantum nec dignum est quempiam habere prauum amicum: amicitia enim est inter similes ex octauo huiusmodo non est similitudo inter probum & improbum. Sequitur tertia questio. Est ne igitur statim amicitia cum amicus prauus sit dissoluenda? Respondetur negatiue, nisi talis sit incurabilis sane iis qui emendari possunt, magis in moribus q̃ in pecuniis auxiliũ ferendum est: quanto prestabiliores sunt mores pecunia: quantoq̧ magis amicitię magis accommodi. Veruntamen nihil absurdi facere videretur qui am citiam solueret. Sed vt dicit Cicero, diluendo potius paulatim q̃ simul abrumpendo fuum amicitię. Et certe vir bonus aut nõ huic, aut non tali amicus erat. Non tali simpliciter sed habito studioso: cum igitur mutatum ad priores mores redigere nequeat, sese ab illo seiunget: nec illi iniuriã facit: cum enim sit iam prauus non est amicitia dignus.

¶ Sequitur quarta questio. Si alter in statu suo permaneat, hoc est si amicorum alter semper in virtute eadem permaneat. & non augeatur eius probitas: alterius vero probitas plurimum crescat, an inter eos amicitia maneat. Respondet q̧ manere non potest nisi secundum proportionem etiam in magna differentia. Id vel maxime exploratum habetur in amicitiis quæ ab ineunte ętate contrahuntur. Nam si alter mente permaneat puer, sicut aliqui prouectę ętatis factitãt, alter in optimũ virum euaserit. quonammodo fuerint amici, cum neq̧ eadem ipsis placeant neq̧ eisdem gaudeant & doleant: neq̧ in ipsis sint vnde hęc ipsis contingere possunt, sine quibus impossibile est eos esse amicos: quandoquidem sine his ipsos simul cõuiuere impossibile sit: vt superius dictum est: & patet exemplariter. Nam castus castitatẽ & illa quę ad eam conducũt amat: impudicus autẽ illote de libidine spurca cõtinuo loquitur. Et ita de aliis virtutibus & vitiis, quibus homines laborant. Quinta questio est. Oportet ne igitur ipsum nõ secus &c. Hoc est vtrum ille qui optimus euasit vir ad alterum sese habere debeat, perinde acsi nunq̃ fuerit amicus. Respondet. Minime sed factę cõsuetudinis memoriã habere oportet, & amicis potius q̃ extraneis gratificandũ esse arbitramur. Ita sane & iis qui fuerunt amici ob amicitiam quę antea fuit nonnihil tribuendum est. tum quia non ob prauitatis exuperationem est dissolutio facta.

Dub. incidẽs. ¶ Circa hoc caput dubitatur, videtur q̧ solutio secũdę dubitationis cũ solutione tertię pugnet. Dictum est enim in solutione secũdę q̧ inter prauũ & probũ nõ est amicitia: hocq̧ ipsum in toto octauo dixit: hic autem in solutione tertię dubitationis ait q̧ nõ omnis est statim dissoluenda, sed quãdo amicus est incorrigibilis: ergo stat amicitia inter bonũ & malũ. Hoc facile eluitur. Ob vetustã

amicitiam a scelerata via in rectam orbitam reuocandus est:qui si recte monenti obtemperet,amicitia di-
gnus est.Dubio procul nonnulli fide lapsi sunt,qui insontes virtutum flosculis æquarunt.Hoc in debilio-
ri vasculo duplice paradigmate ad oculum ostendo de Maria Magdalena generosa Christi hospita: & de
Maria Ægyptiaca venereis illecebris immersa conspurcataq;que tandem diuino præsidio a sordium colu-
uie extracta eremi abditissimos recessus petiit:ibiq; cælesti pabulo diuinitus multos annos est sustentata.
Quare solutiones Aristotelicæ,ex diametro non pugnant.

Lib. IX. Tract. I. Cap. IIII.



A vero quę ad amicos attinent,& quibus amicitię definiuntur:ex iis quę
ad seipsum quisq; facit profecta esse videtur.Ponūt enim eū amicū esse:qui — *Vnde sint amicitiæ.*
vult & agit bona vel quę videnť:amici gratia aut eū qui vult esse:viuereq;
amicū gratia ipsius amici:quod quidē matribus ad suos accidit filios:& iis
amicis q sunt offensi.Quidā autē eum esse dicūt,q versať vna cū amico:&
eadē expetit.aut eū q dolet vna atq; gaudet cū amico.Maxime aūt & hoc
matribus accidit.Horū etiam aliquo & amicitiā ipsam deficiūt.Vnūquodq; aūt horū:viro
cōpetit erga se bono.reliquis vero ea ratione qua tales esse existimat.Videť aūt(vt dictum
est)virtus & studiosus ipse vnicuiq; esse mensura.Hic eñ sibiipsi consentaneus est: ac eadē
affectat anima omni.Et vult igitur sibiipsi bona & quę apparent ac agit.Est enim viri bo-
ni,bonum agere.& suiipsius gratia,mentis enim causa;quę quidem vnusquisq; esse videť:
& vult etiam se viuere saluumq; esse:atq; id maxime quo sapit:est eñ bonum homini stu-
dioso esse.Vnuquisq; aūt sibi vult ipsa bona:factus vero alius null⁹ expetit cūcta illud quod
est factū habere.Habet eñ & nūc deus summū bonū:sed est id quod est ipse: videtur autem — *Deus est sibi summū bonum.*
id vnusquisq; esse quod intelligit:aut maxime.Atq; talis secum degere vult.Libenter eñ
hoc:cum voluptateq; facit.Nam & actarum rerum recordatio periucunda est : & futurarū
spes bona.Talis autē afficit voluptate.Et insuper contēplationibus mente abundat.Prętere-
ea maxime secum vna dolet atq; lętatur.Idem est enim omnino ipsi molestū atq; iucūdum:
& non alias aliud.Est eñ sine poenitentia prorsus.Ex eo igitur quia vnum quodq; ipsorum — *Poenitentia nō est bonis.*
ad seipsum competit studioso:ad amicum autē sic se habet vt ad seipsum(amicus est enim
alius ipse)& amicitia videtur horū aliquid esse:& quibus hęc insunt videntur esse amici.
Quęrere vero vtrū ad seipsum sit an non amicitia,nunc omittamus.Videbitur autē hoc — *Amicitia a n ad seipsum.*
amicitia esse:quo duo vel plura ex iis est quæ sunt dicta:& ꝙ exuperatio amicitię similis est
ei quę est ad seipsum.At vero videntur ea quę dicta sunt & ipsis multis inesse:q̄uis sint pra-
ui.An hoc participes ipsorum sunt:quo sibiipsis placent:& bonos se esse existimant.Nam
eorum qui vehementer sunt praui atq; nefarii: nemini hæc insunt:sed nec inesse videtur.
fere autem neq; prauis.dissident enim secum & alia quidem cupiūt:alia autē volunt,vt in-
continentes.Nā iis quę bona sibi videntur:anteponūt ea quę voluptate afficiūt atq; nocēt. — *Incōtinens.*
Quidam rursus ob formidinē atq; inertiam eas agere res omittūt quas putāt sibiipsis opti
mas esse.Qui vero multas res graues atq; nefandas egerūt:vitam ob prauitatē odio habent
ac fugiunt,sibiq; mortē consciscunt.Quęrūt prętetea alios ipsi flagitiosi quibuscū cōuersen — *Se fugiētes.*
tur.se vero ipsos fugiūt.Nā si sint secum:recordātur multarū grauiumq; rerū: & sperāt ali-
as:tales cum aliis autem sint,obliuiscuntur.Atq; cum nihil habeant quod sit amabile:nulla
re prorsus afficiuntur ad seipsos quæ ad amicitiam attinet.neq; igitur vna secum gaudēt
atq; dolent.est enim eorum anima in seditione.At interdum ob prauitatem dolet:abstinens
a quibusdam interdum lętatur,& hęc quidem pars huc:illa autem illuc trahit,vt distellen-
tes.Quod si fieri neq̄at vt doleat simul atq; lęteť:at paulopost dolet,ꝙ lętat⁹ fuerit & nollet
sibiipsi illa voluptati fuisse.improbi nanq; poenitentia sunt referti.Improbus igitur:nec er- — *Poenitētia est improborū.*
ga se quidem amice affectus esse videtur.propterea ꝙ nihil habet quod sit amabile.ꝙ si ita
sese habere vehementer est miserum,totis viribus fugienda est prauitas, & enitendum est
bonum esse.sic enim & ad seipsum habebit amice:& aliis amicus poterit esse.

EA vero &c.Hic scdm aliquos incipit scdus tractat⁹ hui⁹ noni.Pōt eñ hic non⁹ in tres tractat⁹ diuidi,
quorū prim⁹ tria capita pcedētia cōtinet,scdus quatuor capitib⁹ absoluiť,& terti⁹ qnq; capitib⁹ explifi
cať.Istd caput trifariā scidiť.In prima eñ pte amicitię effect⁹ & eoꝝ originē ponit.In scda enucleat
quō sese habeāt ad effect⁹ p̄fatos.In tertia quō praui ad eosdē sese habeāt.Pro primo hāc cōclusioē; ponit.

Quonam pacto ad amicos se gerendum sit ex iis quæ quis ad ipsum facit deprehendendũ venit. Nam ei quę ad amicos attinẽt, & quibus amicitię definiunt hoc est determinant ex iis quę quisq; ad seipsum facit, pfecta esse vident. Hoc est, amicabilia vel actus amicitię ad alterũ vident proficisci ab amabilib⁹ ad seipsum. Hoc probat philosophus per aliqua amicabilia inducendo, inquiens. Ponunt enim eum amicum esse quia vult & agit bona vel quę videntutur amici gratia. Ponit videntur: non enim semper requiritur vt sint vera bona: sed talia ex ignoratione inuincibili esse sufficit. Etiam ponunt loquẽtes eum amicum qui vult amicum esse & viuere gratia amici: quod & matribus ad suos filios accidit: & iis etiam amicorum qui offensi quidem sunt non tamen minus bene faciunt amico ob offensionem. Alii enim amicum dicunt qui versatur vna cum amico, & eadem expetit: aut qui dolet & gaudet vna cum amico. Quod & matribus summopere accidere solet. Et aliquo actu istorum amicitiam definiunt. Verum vnumquodq; prædictorum viro bono ad seipsum competit: reliquis vero quatenus tales esse hoc est bonos (qualis ipse est) existimat. Sequitur secunda conclusio. Videtur virtus & studiosus vnicuiq; esse mensura. Hoc est viro studioso ad seipsum quæ dicta sunt, conueniunt. Priorem partem, q virtus est vnicuiq; mensura relinquit notam. Posteriorem probat: quia hic sibiipsi consentaneus est, & eadem affectat anima omni, hoc est secundum omneis animæ vires aut potentias. rationi sensualitas in eo obtemperat, & vult in voluntate sicut censet in intellectu. Et vult igitur sibi ipsa bona aut quæ talia videntur. Est enim viri boni bona agere, & suiipsius gratia, nam mentis gratia, quæ quidem vnusquisq; esse videtur. Hoc est anima videtur esse totus homo, nõ q re ipsa sit tot⁹ homo sicut Platonici volũt vt ex Platonis Phędone patet: sed ẽ hois potior ps more Aristotelis: & p cõsequẽs quodãmõ, hoc est cũ addito vel ad bonũ sensum, põt dici tot⁹ homo. Hoc enĩ qđ primores ciuitatis faciũt tota ciuitas facere dicit: qa potior ciuitatis pars id facit. Et tot⁹ exercit⁹ a principe militiæ q in exercitu est pręcipu⁹ sæpius denominat. Itẽ licet corpus sensim varietur dũmodo tamen anima ipsum successiue informat, manet idem homo: ergo maxima identitas hominis ab anima venit. Insuper licet vtraq; harum sit impossibilis duo sunt quatuor, & duo sunt mille, secundum Aristotelem in meteoris intelligendo in impartibilibus. secundam tamen magis falsam censet, quia magis a veritate elongatur, sic qui diceret has duas, homo est anima, homo est corpus, copulatiue duo falsa enũciaret: sed secundum ad sensum datum est priore falsius. Semper per mentem totum intellectum hic intelligas, Et quid mirum, cum intellectus re ipsa sit ipsa voluntas. Vult etiam studiosus se viuere saluumq; esse, & id maxime quo sapit & intelligit. Hoc est mentem quę ad fælicitatem maxime conducit. Est enim bonum homini studioso esse: & vnusquisq; sibiipsi ipsa vult bona. Si enim non moueret sed aliud fieret, vtputa lignum vel lapis, nullus curaret an illud in quod transmutaretur, omnia bona haberet. Dicit litera. Factus vero aliud nullus expetit cuncta, illud quod est factus, habere. Proinde deus summum bonum nunc habet, nam idipsum summũ bonum ipse est & videtur esse, vnusquisq; hominũ quod intelligit. Illud translatitiæ dictum est, hoc est ipse intellectus & mens (vt supra dictum est) aut maxime hoc est illa est hominis potior pars, cuius profectio magis procuranda est ac vir studiosus secum degere vult: & libenter id & cum voluptate facit. Hoc probat effectualiter sic. Quicunq; solitario placida sola occurrunt talis secum bene degit: sed sic est de studioso: igitur. Consequentia tenet cum maiore. Probatur minor: quia vel circa præterita memoria eius laborat, vel circa futura, aut præsentia meditatur: si primum occurrunt ei præterita acta periucunda: & hoc est quod dicit. Nam & actarum rerum recordatio periucunda & futurarum rerum spes bona. Talis autem afficitur voluptate: qui enim bene in tempore præterito egit, facile assentitur q in posterum bene aget. Et insuper contemplationibus mente abundat. Habet enim philosophia mirabiles delectationes & synceras, decimo libro huius: nunc philosophię grauissimas quæstiones nũc vero theosophiæ abyssos mente resoluit. Qui autem scientiam scripturarum amat carius vitia non admittet, teste Hieronymo ad Rusticum monachum. Et sic non datur ei locus vllus circa sordida & illa quæ hominem inquinant. Et cum non habeat conscientiam lesam optime secum moratur. Vnde Seneca secunda epistola ad Lucillium. Primum argumentum compositæ mentis existimo posse consistere, & secum morari. Præterea maxime vna secum dolet ac lętatur: dolet enim de perperam in republica actis: & de bonis in ea gestis gaudet. Idem enim omnino est ipsi iucundum atq; molestum, & non vno tempore aliquid iucundum est & postea molestum. Nam sine poenitudine est prorsus. Competunt igitur studioso viro ad se hęc: sibiipsi bene velle ac facere, velle esse ac viuere, & secum iucunde viuere. Eisdem tristari, eisdemq; gaudere: quę sunt beneficentię, beneuolentię concordięq; officia. Ex hoc corollarium infert tale. Ex eo igitur quia vnumquodq; ipsorum ad seipsum competit studioso: ad amicum autem habet vt ad seipsum (est enim amicus alter ipse) igitur quęcunq; competunt studioso respectu suiipsius, studioso competunt respectu amici. Et sequitur quæstio. Quærere vero vtrum ad seipsum an non sit, amicitia, omittamus. Hoc itaq; missum facit, nec magnopere curat: tamen nunc a nobis strictim dicatur. Amicitia videtur esse inter quoscunq; quibus duo aut tria ex prædictis conueniunt. & si ad alios superabundant amicitiam habeamus. Talis amicitia assimilatur amicitię quam homo ad seipsum habet. Vnde cum quis vult explicare & magnificare amicitiam quam ad alium habet, dicere solet: diligo talem sicut meipsum.

Dub. duo. ¶ Dubitatur an studiosus sit sine poenitentia: & argumentor q nõ. Nemo sine crimine viuit, & primæ Ioannis tertio. Si dixerimus q peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est: sed quicunq; delinquit, vt eum poenitudo subeat necesse est. In oppositum est philosophus.

Ad primum. ¶ Secundo dubitatur an hominis ad seipsum sit amicitia. Ad priorem dubitationem dicitur q nemo est tam studiosus in hac mortali vita de lege communi qui non peccet. Delicta quis intelligit? Et hoc melius fideles nouerunt q̃ puri philosophi. Aristoteles autem intelligit q non sępicule ducitur poenitentia quoniam raro delinquit, cum est habituatus iam probis moribus.

Vel q̄ nō ducitur poenitētia vt talis.i.studiosus,sed vt a virtute cadēs.septies in die cadit iust⁹ & resurgit. Ad secundam dubitationem affirmatiue respōdetur. Patet.qa in eodem supposito possunt cōcurrere oīa in principio octaui capite secundo posita,quæ ad veram amicitiam attinent.Qui enim pure & iucunde viuit est sibiipsi maximus amicus.Communiter tamen est beneuolentia inter diuersos.Propterea in secundo capite octaui Aristoteles dicit q̄ amicitia est beneuolentia mutua.Insuper circa eandem materiam est iustitia & amicitia ex octauo huius libri:sed iustitia est respectu suimet.Poenitens enim vindicat piaculum a se commissum ac si esset in alio perpetratum:igitur.Sequitur tertia pars principalis huius capitis,ibi.At vero videntur in qua quęrit an praui inter sese habeant amicitiam. Et primo colorat partem affirmatiuam inquiens.At vero,videntur & ea quæ dicta sunt multis inesse q̄uis sunt praui, dicit praui ad seipsos: hęc autem amicitiæ opera non habent,tametsi nonnullis visum sit multis ad seipsos q̄uis praui essent hoc conuenire:id ita non esse ostenditur.Primo quia hæc ipsis non conueniunt quo sibiipsis placent,& bonos seipsos esse existimant.Nam nemo eorum qui vehementer mali atq̄ nepharii sunt sibiipsi placet,bonumq̄ se putat:& propterea hæc eis nec insunt nec inesse videntur,quod maius est.Ferme autē neq̄ prauis prædicta opera amicitiæ conueniunt.Dissident enim secum & alia quidem cupiunt,alia autem volunt. Hoc est alia secundum partem sensitiuam cupiunt,alia autem volunt secundum rationem:vt incontinentes factitant.Nam iis quę bona sibi videntur anteponunt ea quę voluptate afficiunt atq̄ nocent .Et sicut in intemperantiæ materia hoc declarat:sic hoc ipsum circa fortitudinis obiectum ostendit,inquiens,Quidam rursus ob formidinem atq̄ inertiam eas agere res omittunt,quas putant sibiipsis optimas esse. Qui vero multas res graues atq̄ nephandas egerunt,vitam ob prauitatem odio habent ac fugiunt:sibiq̄ mortem consciscunt:vt Achitophel.Quærunt præterea alios ipsi flagitiosi quibuscum conuersentur : se vero ipsos fugiunt:non q̄ a seipsis recedant,sed q̄ nolunt stare soli ne præterita sua male acta in mentem veniant.Nam si sint secum recordantur multarum grauiumq̄ rerum stimulante conscientia.& sperāt aliquando tales se facturos:quas si cū aliis extiterint obliuiscuntur:quia aliis delectationibus distrahūtur.Atq̄ cum nihil habeant quod sit amabile,nulla re prorsus afficiuntur ad seipsos,quæ ad amicitiam attinet. Neq̄ igitur vna secum gaudent atq̄ dolent.Est enim eorum anima in seditione:habent enim in se ciuile bellum. Neq̄ enim est pax cum impiis,secundum prophetam.Atq̄ interdum ob prauitatem dolet q̄ a quibusdā facinorosis abstineat:& interdum lætatur secundum rationem,& hęc quidem pars huc,illa autem illuc trahit,vt ipsum flagitiosum diuellentes.Et si vltra gradum incontinentię hunc intemperatum in gradu posueris,sic q̄ conscientia non remurmuret,dico per synderesim innatā circa practicā pungitur sicut a sente.& ad impossibilia nōnunq̄ calamitose rapitur.Honores enī ardēter quęrit: & ad luxum honori incōpossibilē. Similiter quādo famescit cibum ad facietatē quęrit,& vbi est opipare refect⁹ dolet se nō amplius posse comedere.Et eructationes ob humores crudos habet,& sic eū mala poenitentia subit.Sic circa materiā illecebrę & cætera id genus sępicule facit.Q̄ si fieri nequeat vt doleat atq̄ lętetur supple circa eandem materiam & cum simili apprehensione:at paulopost dolet.q̄ lętatus fuit.Extrema enim gaudii luctus occupat:& vellet sibiipsi illa voluptati non fuisse.Improbi nanq̄ poenitentia sunt referti.Poenitentia inq̄ instabili & inefficaci.Improbus igitur ad seipsum non est amice affectus,p̄pterea q̄ nihil in se q̄d amabile sit,habeat.Quod ita sese habere valde est miserum & calamitosum.Est ergo totis viribus enitendum nobis vt boni simus. Sic enim ad seipsum se quisq̄ habebit amice,& aliis amicus esse poterit.

Lib. IX. Tract. I. Cap. V.



Beneuolentia autem amicitię quidem est similis: non tamen est amicitia. Fit enim beneuolentia & ad ignaros:& latens amicitia vero non fit. Hęc autem antea diximus.at nec etiam est amatio.Non enim habet extentionem nec appetitionem,amationem autem hęc sequitur.Et amatio quidem est cum consuetudine,beneuolentia autem fit repente: vt fit & erga certantes.Spectantes enim beneuoli fiunt ipsis & volunt bona.nihil autē agerent simul.Quod enī diximus:repēte fiunt beneuoli:& leuiter diligunt. Videtur igitur beneuolentia principium amicitię esse.sicut & adamādi:voluptas ea quę per aspectū efficitur. Nemo nanq̄ adamat: si nō antea delectatus fuerit forma.qui vero gaudet forma : non cōtinuo & adamat,sed cū absentē desiderat,pręsentiāq̄ affectat.Sic igitur & amicos & impossibile esse:nisi beneuoli fuerint,beneuoli vero non cōtinuo & amāt. volūt enim dūtaxat iis bona,quibus beneuoli sunt,sed nihil agerēt simul:neq̄ pro illis molestiā susciperēt vllā. Quapropter quispiā per translationē principium ipsum amicitię dicēt esse diuturnam factam:& ad consuetudinē accedentē,amicitiā fieri,nō eam quidē quę ob vtilitatē, neq̄ eam quę ob voluptatē est,neq̄ enī pro hisce beneuolētia fit.Qui nāq̄ beneficiū accepit:retribuit pro iis quę accepit beneuolentiā:faciens iusta.qui vero vult aliquā prosperitatē habere, spe cōmodi alicuius consequendi per illū non illi sed sibi potius beneuolus esse videtur, quēadmodum nec amicus illi propter aliquem vsum obsequiū pręstat.Omnino autem beneuolentia ob virtutem ac bonitatem aliquam fit,cum cuipiam quispiam pulcher , aut fortis aut aliquid tale videtur:vt & in certantibus diximus.

BEneuolentia autem &c. In hoc capite philosophus de beneuolētia docet & dicit primo q̄ nec est amicitia, nec amatio, sed est amicitię principiū, Diuturna tñ beneuolētia & cōsueta, fit amicitia: & q̄ non est principiū amicitię q̄ est ob bonū vtile aut delectabile, cū in his nō sit beneuolētia: sed est origo amicitiæ ob honestū. Et hic loquitur de primo actu amicitię, scilicet de beneuolētia quę est actus interior amicitię a quo opera exteriora amicitię prodeūt. Prima cōclusio est. beneuolētia amicitię p̄similis est: non tñ est amicitia. Nā beneuolētia est ad ignotos & latēs, hoc amicitię minime cōuenit, vt ex tertio capite octaui hui⁹ perspicuū est. Scito q̄ hic in allegatione in quarto aut octauo huius, intelligēdo precise librū vnum ethicorū. Nonnūq̄ etiam totale opus intelligo, secundū materias subiectas sermonē cape. Secūda cōclusio. Nec etiā beneuolētia est amatio. Probatur quia beneuolētia non intentionis vehementiā habet, aut appetitionē vehementē, hęc autem amationē sequūtur, igitur beneuolētia amatio nō est. Tertio argumētor ad idem quia amatio est postq̄ mutua consuetudine cōtracta est: beneuolētia aūt fit repente: vt circa certātes & agonistas fieri solet. Spectātes enim sunt beneuoli alteri aut alteris, & vnus est vni beneuolus & alter alteri, & eos illius beneneuolētię causa sæpicule fugit. Illis ergo sunt beneuoli & eis bona volūt, nihil tamē simul egerunt, sed (vt dictū est) repente fiunt beneuoli: tenuiterq̄ eos diligunt. ¶ Tertia conclusio. Videtur igitur beneuolētia principiū esse perinde ac ea voluptas quę aspectu afficit. Sane nemo taliter adamat si non antea forma delectatus fuerit: verū qui specie gaudet nō cōtinuo & adamat, sed cū absentē desiderat pręsentēq̄ affectat. Sic igit & amicos impossibile est esse nisi beneuoli fuerint. Beneuoli vero nō cōtinuo amāt: volūt enī dūtaxat iis bona q̄bus beneuoli sunt: sed nihil egerūt simul, neq̄ pro illis molestiā aut sollicitudinē susceperīt vllā. Postea quandā obiectionē eluit inquiēs. Quapropter quispiā &c. Diceret enī aliquis q̄ beneuolētia (vt communiter dicitur) est ociosa amicitia, & beneuolentia diuturna & in consuetudinem veniens, fit amicitia. Consequentiam in effectu negat philosophus dicens hoc translatitie esse dictum, loco huius esse captum. Beneuolus est factus amicus vel beneuolus incipit esse amicus. Quarta conclusio. Beneuolentia non est principium amicitiæ propter vtile nec amicitiæ ob voluptatem. Nam ob vtilitatem atq̄ voluptatem nulla est beneuolentia. Siquidem beneuolentia eius gratia est cui beneuoli sumus: sed ille qui beneficiū accipit, retribuit vicissim pro iis quæ accipit gratiam, paria faciens: & qui optat alicui prosperitatis successum euenire, alicuius spe per eum commodi consequendi, nō illi sed sibi beneuolus citius diceretur. Quemadmodum nec diceretur amicus, si illi propter aliquem vsum obsequium præstiterit. Sequitur quinta cōclusio quæ dicit, q̄ beneuolus est principium amicitiæ quæ est ob virtutem. propterea dicit litera. Omnino autem beneuolentia ob virtutem ac bonitatem aliquam fit, cum cuipiam quispiam pulcher aut fortis aut aliquod tale videtur: & vt in certaminibus ante retulimus. Hoc est dum dicitur de aliquo q̄ est fortis, erudit⁹, probus, mox sumus illi beneuoli, Postea beneuolentiam intendimus, quo amicitia dicatur, quia beneuolentia pro remissa qualitate capta erit pars amicitiæ.

Dub. duo. ¶ Dubitatur primo vtrum amicitia sit beneuolentia. secundo an amicitia sit amatio. Respondetur ad priorem dubitationem q̄ amicitia potest pro actu & habitu accipi, pariter & beneuolentia. secūdo q̄ beneuolentia potest capi pro actu vel habitu remisso & amicitia pro actu vel habitu intenso, & sic nunq̄ amicitia est beneuolentia, comparando actum ad actum, aut habitum ad habitum: si tamen beneuolentia capiatur pro qualitate siue intensa siue remissa, tunc omnis amicitia est beneuolentia, non autem e contrario, puta non conuertuntur: quia amicitia aliqua connotat quę beneuolentia non connotat.

Ad primum.

Ad secūdū. ¶ Ad secundam dubitationem respondetur q̄ amatio dicit qualitatē intensam amandi: sicut enim grammatici docent & oratores obseruant, plus est amare q̄ diligere: tunc beneuolentia capiendo pro actu vel habitu remisso non est amatio, vt notum est: sed beneuolentia fit amicitia assuefactione: sicut forma remissa fit intensa, vel aer fit aqua, non q̄ forma remissa vnq̄ erit intensa cuius est pars: sic nec beneuolentia hoc modo capiendo est amatio.

Tract. I. Lib. IX. Cap. VI.

Concordia.



AT qui concordia etiam ad amicitiam attinere videtur. Quapropter non est eadem opinatio: hæc enim & iis qui sibi mutuo sunt ignoti, inesse potest. Nec eos qui de re quauis sunt eiusdē sentētiæ concordes dicunt, velut eos qui de cælestibus eadem sentiunt. non enim ad amicitiam pertinet: de his esse concordes. Sed ciuitates concordes inquiunt esse: cum de iis quę conferunt eadem sentiunt eliguntq̄: atq̄ agunt ea quę publice visa sunt. Circa igitur ea quę in actionem veniunt concordes sunt homines & horum circa ea quæ in magnitudine sunt: possuntq̄ vtrisq̄ vel omnibus inesse. Vt ciuitates concordes sunt: cum omnibus videtur, magistratus esse diligendos: aut societatem cum Lacedęmoniis ineundam esse: aut magistratum gerere Pittacum cum vellet & ipse. At cum vterq̄ seipsum vult (vt ii volunt qui in Phoenissis sunt) seditionem habent. Concordes enim esse: non est idem vtrunq̄ intelligere quicquid tandem id sit sed in eodem idem: vt cum & populus & boni, rempublicā optimates gerere volunt. sic enim fit omnibus quod exoptant. Ciuilis autem amicitia videtur ipsa concordia esse: sicut & dicitur. Nam circa commoda & ea quæ pertinēt ad vitā versatur. Est autē talis concordia: in bonis. Nā & secū quisq̄ horū

Pittacus Phoenissi.

est concors & omnes inter sese sunt concordes : quippe cum eisdem omnino sint . talium
enim voluntates manent : & non refluunt, vt Euripus voluntq; semper ea quæ iusta sunt Euripus.
& quæ prosunt. Hæc autem & communiter affectant. Prauos vero concordes esse impos-
sibile est nisi paruo tempore quemadmodũ & amicos esse. In rebus quidem vtilibus plus:
in subeundis vero laboribus, subministrationibusve minus habere percupiẽtes. Vnusquisq;
autẽ hæc sibi volens proximũ perscrutatur, & prohibet : perit enim res ipsa cõmunis, cum
ab ipsis non conseruetur. Fit igitur vt in seditione versentur, sese quidem vicissim vrgen-
tes : seipsos vero nolentes facere iusta .

Atqui concordia &c. Hic philosophus de secũda amicabili, scilicet concordia loquitur: & primõ
eam opinioni cõparat. Secũdo, ostendit circa quæ constat, & circa quæ non. Tertio, eã ad amici-
tiam politicã comparat, Et quarto monstrat quibus cõueniat, quibus vero non. Et caput hoc
octo conclusionibus absoluitur. ¶ Prima conclusio. Concordia etiã ad amicitiã attinere videtur: qua
propter nõ est eadẽ ac opinatio. Opinatio enim & ijs qui sibi ignoti sunt inesse potest. ¶ Secũda con-
clusio. Nec eos qui de quauis re sunt eiusdẽ sentẽtiæ concordes dicũt. s. cõmuniter loquẽtes & sapiẽtes.
Probatur hæc cõclusio. Nam qui de cęlestibus eadẽ sentiũt minime iccirco cõcordes esse dicimus, non
enim ad amicitiam attinet de his esse concordes vnde possibile est amicos cõtraria sentire, circa spe-
culabilia: immo de beatis patet Danielis. 10. de angelo Persarũ & Medorũ qui probabiliter erãt beati,
hoc est secũdũ positionẽ probabilem. idem patet de Paulo & Barnaba heroicis sane viris . ¶ Post hæc
ponitur tertia conclusio, ostendẽs affirmatiue circa quæ sit concordia his verbis. Circa actiones versaẽ
concordia: nam ciuitates cõcordes esse aiũt dũ de ijs quæ conferũt eadẽ sentiũt ac eligunt: & ea agunt
quæ publice visa sunt. igitur concordia est in ijs rebus quæ in actionẽ veniũt. ¶ Sequitur quarta cõ-
clusio, quæ ponit in speciali circa quæ operabilia est cõcordia, quia in cõclusione præcedẽti in generali
illud tetigit & dicit q Concordia est consensus circa quæ operabilia magna, quæ possunt vtriq; con-
cordantiũ vel omnibus cõuenire: Propterea dicit litera. Et horũ circa ea quæ in magnitudine sunt,
possuntq; vtrisq; vel omnibus inesse. Exemplificat vt ciuitates cõcordes sunt cũ omnibus videẽ ma-
gistratus esse deligẽdos, aut societatẽ cũ Lacedæmonijs esse ineũdã, aut magistratũ gerere Pittacum cũ
vellet & ipse, Lacedæmonia, seu Lacedæmon, quę & Sparta dicitur, est Pelopõnesi vrbs Menelai regia,
cuius ciues Lacedæmonij ac Spartani dicũtur. Pictacus vnus e septẽ sapiẽtibus philosophus Mythy-
leneus dux & pugnator egregius, sed & tyrãnus fuit. ¶ Quinta cõclusio. Concordia est cõsensus circa
idem & in eodẽ. Patet, quia si vterq; seipsum principari optauerit, vt illi qui in Phœnissis sunt, non
erit cõcordia, sed seditio, Phœnissæ fabulæ notę nomen est: in qua sunt personę plurimę sibi princi-
patũ addicentes. Secũdo hoc ipsum probat: quia quãdo homines sic cõsentiũt fit omnibus qđ expetũt
& tũc cõcordes fiũt. Dicit litera in valore. Non igitur cõcordes esse est vtrũq; idem intelligere, quicqđ
illud tãdem sit: sed cũ ciues omnes rempublicã eos qui optimates sunt, gerere volunt, cõcordes sunt:
sic enim fit omnibus qđ exoptant. ¶ Sexta conclusio. Ciuilis autẽ amicitia, hoc est politica, videtur
ipsa concordia. Patet, quia hoc ita vulgo dicitur. Nam ciuilis amicitia circa ciuiũ cõmoda & ea quę ad
vitam attinent, versatur. ¶ Septima cõclusio. In bonis concordia reperitur. Nam bonorũ quisq; secũ
est concors, & omnes inter se concordes, vtpote qui in eisdẽ propositis fixe permanẽt . Bonorũ enim
voluptates propositaq; manẽt, neq; refluũt vt Euripus. Volũt enim semper quę iusta sunt, & illa quæ
cõducũt: & hęc cõmuni voto exoptant: in bonis igiẽ reperitur cõcordia . Euripus Chalcidis est fretũ
seu mare angustũ septies interdiu totiesq; noctu refluũ. Non intelligatur q boni semper fixi in eodẽ
maneant, sed cũ bene habituati sunt in illo tãdiu stant q̃diu ratio efflagitat, aut boni esse desinunt .
¶ Octaua cõclusio. Prauos esse cõcordes impossibile est nisi in paruo tempore, quẽadmodũ & amicos
esse. Probatur sic cõclusio. Praui nõ sunt amici nisi exiliter, hoc est nõ sunt veri amici licet aliquibus
cõditionibus amicorũ tẽpore exiguo vtantur. Secũdo sic, in valore argumẽtatur, Nullus volens plus
cõmodi cõsequi & minus laboris siue subministrationis, cum alijs cõuenit: sed prauus est huiusmodi:
igitur. Et hoc est qđ litera dicit. In rebus quidẽ vtilibus plus, in subeundis vero laboribus submini-
strationibusue hoc est sumptibus aut ministerijs minus habere cupiẽtes . Vnusquisq; autem hæc sibi
volens proximũ perscrutatur & perhibet, hoc est obseruat quid agat, & prohibet ne cõmodũ publicũ
consequatur: & ita vnusquisq; vult habere particulare cõmodũ: & proximũ perscrutatur vt laboret &
subministret & prohibet eum ab honore & lucro & tamen oppositum vtriusq; ipse facit & honorem
cupit, & subministrationes cum labore refugit, & sic perit res cõmunis cum ab ipsis non conseruetur:
sed excitẽt seditionẽ sese quidẽ vicissim vrgentes, seipsos vero subtrahẽtes nolentes facere iusta, hoc
est quilibet vrget consocium iusta agere & tamen ipse iuste agere renuit, igitur mutuo sese lacessunt .
¶ Dubitatur, quæ res est concordia & quod eius obiectum. Primũ hanc dubitationẽ formamus, quia Dubiũ bimẽbre.
aliqui hic scribentes in hac materia sese ignauiter fatigant. Dico igitur concordiam nihil aliud esse
q̃ multorum voluntates conformes: & q concordia pro ipsis voluntatibus in recto supponit con- Responsio
notando q conformiter velint circa idem eligibile. Sicut discordia pro voluntatibus supponit, cõ- ad primũ.
notando q difformiter velint: Concors vero & discors pro solo vno homine supponit, sicut plebeius
aut popularis pro vno quolibet populi aut plebis: quorum abstracta pro pluribus supponunt .
¶ Ad secũdam partem dubitationis dicitur q nullius potentiæ est aliquod obiectum primũ, id est Ad secũdũ.
adæquatum: sed in proposito complexa in quæ feruntur concordiæ sunt eius obiecta quæ nõ solum

numero, verũetiam specie& genere discernũtur, declaro. Nonnũq̃ in magistratu cõueniũt, Socratem habiturum esse talem magistratum, ergo Socratem habere talem magistratum est obiectum cõcordiæ: & si aliqui disconueniant respectu talium, illud est obiectum discordiæ. Nec mirum q̃ idem sit obiectum vtriusq;, cum concordia vnius sit discordia alterius & contra. Si canonici omnes ad Platonem eligendũ in episcopum consenserint, Platonem esse episcopum illius concordię erit obiectũ. Et ita de præfecturis & alijs magistratibus cæterisq; id genus dicatur.

Lib. IX. Tract. I. Cap. VII.



Beneficus plus amat q̃ beneficiarius, Debitores. Creditores.

Identur autẽ ii qui beneficia cõtulerunt magis eos amare in quos beneficia sunt collata, q̃ ii qui acceperũt eos qui contulerũt. Atq; vt præter rationẽ eueniẽs quęritur. Plurimis igitur videtur id ex eo fieri, quia hi q̃dẽ debẽt illis vero debetur. Vt igitur in mutuis debitores quidẽ volũt suos creditores nõ esse, hi vero de salute quoq; debitorũ diligentiã adhibent, sic & eos inquiũt qui beneficia contulerũt velle eos esse erga quos fuere benefici, vt gratias accepturos. Illis vero nõ esse curã reddendi. Epicharmus igitur fortasse dixerit hęc ipsos dicere aspicientes ad malum. Videtur autẽ hoc esse humanũ, plerique enim immemores sunt: & suscipere potius, q̃ cõferre beneficia appetũt. Videbitur autẽ causa naturalior esse: & nõ similis ei quę de creditoribus dicitur. Nõ est enim erga debitores amatio. Sed voluntas salutis recipiẽdi causa. Sed qui beneficia cõtulerũt: diligũt atq; amãt eos qui beneficia acceperũt, & si nulla in re sunt vtiles: neq; in posterũ futuri. Quod quidem & artificibus accidit. Magis enim vnusquisq; proprium amat opus q̃ ipse ab opere amaretur: si animę particeps esset. Maxime vero forsitan hoc circa poetas accidit. Hi nãq; sua diligũt poemata supra modũ: & perinde atq; filios amant. Tali igitur simile est & id quod faciũt ii qui beneficia cõtulerũt. Quod enim suscepit beneficiũ ipsorũ est opus. Hoc igitur & amant magis q̃ opus eũ qui fecit. Huius autẽ causa est, quod vniuersis est expetibile atq; amabile esse: sumus autẽ actu. Nã viuẽdo sumus atq; agendo. Qui igitur fecit, est actu suũ quodãmodo opus. Diligit itaq; ipsum opus, quia amat & esse. Hoc autẽ est naturale. Quod enim est potẽtia, id opus ipsum actu declarat. Et insuper ei quidẽ qui cõtulit beneficium: honestũ est id quod egit. Quare gaudet eo in quo est hoc. At ei q̃ accepit, nihil est honestũ nisi in eo quod cõtulit cõferẽs: quod quidẽ minus est iucũdũ atq; amabile. Est enĩ p̃sentis quidẽ operatio: futuri autẽ spes, facti vero memoria iucũda. Sed iucundissimũ est quod est actu, & amabile simili modo: ei igitur qui cõtulit beneficiũ permanet ipsum opus. Diuturnũ est enim ipsum honestũ. Sed ei qui cepit: trãsacta est ipsa vtilitas. Memoriaq; honestarũ quidẽ rerũ, est periucũda: vtiliũ autẽ non nimiũ aut minus. Expectatio vero cõtra sese habere videtur. Et amare quidẽ simile est actioni: amari autem passioni. Eos igitur qui circa actũ excellũt, sequitur amare, & ea quę ad amicitiã attinẽt. Pręterea quę facta sunt cũ labore ea magis diligunt oẽs, & pecunias magis diligũt qui acquisiuerũt, q̃ qui ab aliis acceperũt. At beneficiũ q̃dẽ accipere sine labore esse videtur: Beneficiũ autẽ cõferre difficile. Propter hęc & matres filios magis amãt. Generatio nãq; laboriosa est magis: & magis sciũt esse suos. Videbitur autem hoc & iis accommodatum esse qui beneficia contulerunt.

Artifices amant plus opa sua q̃ ab illis amari possint.

Iucũdissimũ actu.

Labore parta plus diliguntur.

Matres plus diligũt liberos q̃ patres.

VIdenĩ autẽ ij qui &c. In hoc capite philosophus de tertio actu amicitię. s. beneficẽtia loquiĩ: in quo principaliter ostẽdit benefactorẽ plus diligere eũ cui benefecit q̃ cõtra, licet primo obtutu hoc vix opinabile putareĩ. Hoc p̃ aliorũ rationes ostẽdit & p̃ exẽplũ, de creditoribus qui benefactoribus similes videtur, & debitoribus qui beneficiatijs similes videtur. Et illa ratione & exẽplo recitatis clarius quęstionẽ eluit. Et caput ipsum in geminas partes p̃cipuas secat. Nã in priore p̃te intẽtionẽ suã cũ aliorũ colore pręlibat. In secũda veras rationes sup̃ quęsito dat: & hãc cõclusionem ponit. Videnĩ ij q̃ beneficia cõtulerũt magis eos amare in quos beneficia sunt collata q̃ ij q̃ acceperũt, eos q̃ cõtulerũt, atq; vt p̃ter rationẽ eueniẽs q̃riĩ: illud enĩ cõtra rationẽ videĩ, cui⁹ beneficiũ accipiẽs sit benefactori plus obnoxius q̃ cõtra. Tam philosophus q̃ veteres cõuenerũt in hoc q̃d q̃stio supponit, dat veterẽ causam inquiẽs. plurimis igiĩ videĩ id ex eo fieri quia hi q̃dẽ debẽt, puta q̃ beneficia acceperũt: illis vero debeĩ puta beneficia cõferẽtibus, vt igiĩ in mutuis debitores q̃dẽ velint suos creditores nõ esse. i. postq̃ benefecerũt extinctos esse ne referre sint obnoxij: hi vero. i. creditores etiã de debitorũ salute diligẽtiã adhibẽt, sic & eos inquiũt q̃ beneficia cõtulerũt, velle eos esse, erga quos fuere benefici. vt gratiã accepturos: illis vero nõ esse curã reddẽdi. Epicharmus forsitan dixerit hęc ipsos dicere aspiciẽtes ad malũ. Epicharmus is est philosophus q̃ primus ideas introduxit. Videĩ aũt hoc esse humanũ: plerique enĩ immemores sunt & suscipe poti⁹ q̃ cõferre beneficia appetũt, illudq; est cõmunis nõ tñ apud magnanimos & cordatos viros. ¶ Sequiĩ secũda pars principalis. Videbiĩ autẽ causa naturalior esse q̃

Illa quę decreditoribus allata est,& nō similis ei quę de creditoribus dicitur. Talis eñ volūtas non est creditorū erga debirores amatio,sed volūtas salutis.i. qua velint creditores esse saluos, est causa recipiendi.i.vt recipiāt ab eis paria. Probat autē ꝙ sit alia naturalior causa. Quia qui beneficia cōtulerūt diligūt atq; amāt eos qui beneficia acceperūt, etiā si illi in nulla resint vtiles,nec in posterū futuri:qđ per simile probat dicēs. Q đ.s. amare opera soa,qui opa sua sunt accidit etiā artificibus. Omnis enim factor opus suū plus diligit q̄ ab illo operediligat. esto ꝙ opus sit animatū. Patet de amore dei respectu creaturę animatę,parentis in liberos,preceptoris in discipulos probos. Ita quoq; est de artificibus & poetis & itidē inductiue patet: sed ille cui beneficiū est collatū est iāq̄ opus. Benefici igit soos fœtus & prēter cæteros poetę admodū diligunt. De Terētio eñ referunt ꝙ dū plusculas comœdias græcas latinas fecisset quę casu in mare cecidere: suoꝝ operū desiderio in mare desilijt. Doctus discipulus est opus præceptoris, vt Aristoteles Platonis quātū est ad esse doctū: licet nō ad esse simpliciter. Similiter quātū ad esse locupletē uel huiusmodi plurimū huios faciūt qui aut opes aut alio huiusmodi cōferūt:& huius dilectionis causa est,quoniā vniuersis expetibile atq; amabile est esse. Sumus autē & actu primo,hoc est anima,& actu secūdo,hoc est operatione. Nā viuendo sumus & agēdo. Qui igitur fecit; est actu suū quodāmodo opus:nō ꝙ homo sir suō opus in recto.propterea Aristoteles adiecit quodāmodo,dictionē alienantē. Homo eñ per suū opus in hominū memoria viuit, vt Homerus viuit vt poeta. Diligit itaq; quisq; opus suum qui amat & esse,hocq; est naturale. Nec alia de causa Alexander Magnus,& alij innumeri proceres res prēclaras suo ipsoꝝ iudicio fecerūt, nisi vt nō solū in vita viuerēt clari,sed vt post vitā etiā celebre cōsequerētur nomē,vtq; ānalibus & alijs historijs cōmēdarent. Huius famę quātūuis iniquę & stolido desiderio captus Herostratus tēplū Dianæ in Ephesō nobilissimō incēdit,vt eo facinore famā obtineret perpetuā. Quod q̄ stulte cupiebat,nemo nescit. Sed aliqđ perenni laude dignū efficere nō est paruę laudis,apud delirū vulgus solum. Alij efferūtur ergo in vno verbo,ꝙ homo habet esse in suo opere,hoc est esse cognitō, & ꝙ in hominū ore viuūt. Sicut Naso in fine Metamorphoseos canit. Iāq; opus exegi,qđ nec Iouis ira &c. Et demū. Si qd habēt veri vatū presagia viuā. Insuper opus ipsum actu explicat potentiā artificis,sicut totus orbis dei potentiam. Et libri Ethicoꝝ cū cęteris Aristotelis scriptis,eios potētiā in scribēdo ostēdūt. Nā magnū magna decēt. Et.hoc innuit litera quę dicit. Quod eñ est potētia,id opus ipm actu declarat. Alia ratio. Honestius est beneficiū,ille qui beneficiū cōtulit,quare illo gaudet,q̄ ille qui beneficiō suscepit, qui nihil honeste fecit,nisi in capiendo,cōformiter ad rationē. Propterea dicit litera. Et insuper ei quidē qui contulit beneficiū,honestū est qđ egit: quare gaudet eo,in quo est hoc. At ei qui accepit nihil est honeste nisi in eo qđ contulit conferens,hoc est nisi vtile: quod quidē minus est iucūdum atq; amabile. Aut sic, nisi in eum qui cōtulir sit spe cōferens:quod quidē &c. Modo honos est nobis a natura insitus. primo Rhetoricoꝝ: & maior honos magis expetēdus,potissimū si illo dignifuerim⁹ nec min⁹. In Officijs, dicit Tollius. Honos alit artes. Et in Tusculanis Quęstionibus. Omnes ad studia incēdimur gloria. Est autē præsentis quidē opinatio. Foturi autē spes,facti vero memoria iucunda:sed qđ actu est hoꝝ iucūdissimū est atq; maxime amabile. Ei autem qui beneficiū cōtulit actu permanet ipsum honestū: opus enim diuturnō atq; permanens honestum est:sed ei qui beneficiū suscepit transacta est.i.tā pertransijt ipsa vtilitas:at rerum honestarū memoria manet periucūda,vtilius autē rerum memoria est suscipienti nō plurimū aut minus iucūda: spes autem & expectatio contra sese habere videtur, quia spes expectantē affligit, vnde dubitatum est a priscis boni an mali plos haberet. Non mitum igitur est. Beneficos magis eos quibus benefaciūt amare q̄ ab illis amentur. Pro cuius vberiori intelligentia scito.qđ est prēsens,est delectabilissimū,& ppterea quę delectabilissimo ppinquiora sunt delectabiliora sunt: & quia in prēteritis vtilia honesta aotecedūt qa vtilia sunt media cōsequendi honesta,iccirco in præteritis honesta sunt ipsi præsenti propinquiora & vtilia remotiora: propterea non sine causa cōtingit vt honestorum memoria iucūdior sit: vtilium vero minus. Insuper honesta plerūq; manent vtilia vero non,stat enim ꝙ ille cui ipse pecuniam contulit ipsam expoluit: datio tamen pecunię in hominū existimatione manet. Cui alludit Seneca primo libro de beneficijs inquiens. Hæc quæ tenemus,quæ aspicimus,in quibus cupiditas nostra hæret,caduca sunt,& ea nobis fortuna auferre potest & iniuria: beneficium vero etiam amisso eo qđ datum est durat. Permansiuū autē cū maneat præsens est delectabile,secūdū actum transitoriō vero quia præterit est delectabile secūdū memoriā t sed delectabilissimū est quod est secūdū actum:cum præterita & futura nō delectent nisi eo ꝙ actum memoramur. At speramus & in futuro. Vtilia autem anteeunt honesta. vt quæ ad honestatem cōsequēdam sunt media necessaria. Propterea in futuro vtilia,ipsi prēsenti quod delectabilissimō est,sunt propinquiora & honesto remotiora. Ponitur & alia ratio ad respōsionem. Amare simile est actioni: amari autem passioni: eos igitur qui erga actus excellunt vt beneficos rationabiliter sequitur amare,& quæ ad amicitiam pertinent. Qui autem suscipiūt amari,rationabile est. Igitur eos qui beneficia conferūt, magis amare. Rursus quæ cum labore facta sunt,magis diligere solent omnes:vt & magis pecunias diligunt,qui eas sibi suo labore & sua industria acquisierunt,q̄ qui ab alijs eas acceperunt, vt patet. 4. Ethicoꝝ primo,& experientia. At beneficium accipere non est labor,nec est difficile, pœnale beneficium autem cōficere, difficile: merito ergo qui beneficium conferunt eos quibus beneficia contulerūt magis diligunt q̄ contra. ¶ Sequitur corollarium. Quocirca & matres,magis amant filios:nam generatio laboriosa illis est. Ideoq; res maximę afflictiuę & summę animorum corporūq; ægritudines, dolori,percutientis cōparari solent,& quia matres magis cognoscunt esse suos. Quod quidem & magis cognoscere,accōmodari posse videtur ad eos qui beneficia contulerunt.

¶Dubitatur a quibusdam, vtrum beneficus magis deligat illũ cui benefacit.i.beneficiariũ: an cõtrã. Respondetur affirmatiue. Hæc responsio affirmatiua & experientia & rationibus veterũ nimis efficacibus& Aristotelicis in litera patet. ¶In oppositum argumẽtor primo sic.Nobilius & excellẽtius est amabilius,& per cõsequẽs beneficium qui est excellentior in hoc ꝙ beneficus est,q̄ ille cui collatũ est, ergo est magis amandus. ¶Secundo. Illum magis amare debemus a quo plura bona q̄ illum a quo pauciora suscepimus: sed beneficiarius plura bona accipit a benefactore q̄ contra: ergo.
¶Ad priorem rationẽ concedo ꝙ benefactor absolute est amabilior beneficiario inquãtum huiusmodi: ex quo sequitur ꝙ beneficus maiore amore & nobiliore se amat q̄ illum cui beneficiũ cõfert: quia amore virtutis quã in se præoptat,sed ex hoc nõ sequitur ꝙ plus ametur. Patet respectu dei & creaturæ intellectualis.Insuper magis inclinatur beneficus illum cui benefacit diligere q̄ contra, vt Aristoteles in litera generose probat.¶Ad secũdũ dico nos esse magis ingratos si vices amoris non rependimus amori benefactorun.,sed ex hoc non probatur ꝙ plus diligatur beneficus ab illo in quẽ beneficium est collatum q̄ contra: nõ tamẽ nego quin intensiore actu potest beneficium suscipiens benefactorem diligere q faciat econtrario beneficus beneficiarium.

Tract. II. Cap. I. & Lib. IX. Cap. VIII.

An se an aliũ maxime quisq; amare debeat.


Vbitatur autem & vtrum oporteat seipsum amare maxime,an aliquem alium. Increpant enim eos qui se ipsos maxime amant, & vt turpe,sui amatores appellant.Atq; prauus quidẽ sui gratia agere cuncta videtur, & tanto magis,quãto prauior est.Incusant igitur ipsum,quia nihil nisi sibi agit.Probus autem ob honestatem: & tanto magis ob honestatem, gratiaq; amici,quanto præstabilior est,sua vero negligit.Ab his autem verbis non sine ratione ipsa opera discrepant.Nam eum inquiũt oportere summe amare, qui maxime est amicus: iis autem maxime est amicus qui vult bona illius gratia: si nullus etiam scierit: at hæc ipsi ad seipsum maxime competũt: & cætera omnia quibus definitur amicus.Dictum est enim ab ipso ea omnia quæ ad amicitiam attinent,& ad cęteros peruenite.Eodem accedũt & prouerbia vniuersa,vt anima vna,& amicorũ omnia sunt cõmunia, & amicitia est æqualitas,& tibię genu propinquius. Hæc enim vniuersa ipsi ad seipsum maxime competũt.Maxime nãq; amicus est sibi,& se igitur ipsum maxime amare oportet.

Prouerbia de amicis.

¶Dubitatur autẽ merito,vtris oporteat assentiri,cũ vtrisq; videatur esse credendum.Fortasse igitur tales sermones distinguendi, determinãdiq; sunt,quousq;,& quonã modo sint veri.Si itaq; sumpserimus quonã vtriq; modo sui amatorẽ dicũt:fuerit forsitan manifestũ. Qui igitur hoc reprehendendũ esse existimant,eos amatores sui appellant qui sibi plus tribuũt in pecuniis & honoribus & voluptatibus corporis: hæc enĩ ipsa multitudo affectat, & ipsis vt optimis,omni studio incumbit: quapropter & in certamen veniũt. Qui igitur in hisce plus habere pergunt: ii cupiditatibus,& omnio affectibus, eiq; parti animę quæ rationis est expers,gratificantur.Tales autẽ sunt ipsi multi: iccirco & appellatio orta est ex multitudine: quę quidem est praua: ergo iuste vituperantur ii, qui ita se amant. Non est autem obscurum,vulgus eos qui sibiipsis talia tribuũt,sui amatores dicere consueuisse.Nã si quis semper studeat agere iusta maxime omniũ,aut temperata,aut quauis cæterorũ quæ a virtutibus proficiscuntur,honestatẽq; omnino sibi ipsi semper vendicet,atq; vsurpet:hũc nemo dicet amatorem sui,neq; vituperabit.Magis autẽ videbitur talis homo sui amator. Nam ea sibi tribuit quæ pulcherrima, maximeq; bona: & gratificatur ei quod sui ipsius potissimũ,in omnibusq; illi obtemperat. Vt autẽ & ciuitas id esse maxime videtur,quod est potissimũ & aliud omne,conuentus:sic & homo: amator igitur is est maxime sui, qui illud amat illiq; gratificatur.Et continens igitur dicitur & incõtinens,quia mens vincit, aut non vincit. propterea ꝙ ipsa est hominũ quisq; & egisse ipsi & sua sponte ea videntur quæ cum ratione maxime egerunt: non igitur est obscurum, hoc esse maxime vnũquenq;, & hoc maxime virũ bonũ amare. Quapropter maxime sui est amator, diuersa specie ab eo qui reprehenditur,tãtũq; differt,quantũ vita cum ratione differt a vita cũ perturbatione: & appetitio aut honesti aut eius quod conferre videtur. Qui si omnes ad consequendam honestatẽ & ad res agendas pulcherrimas decertarẽt, atq; cõtenderẽt: & omnibus publice ea quæ oportet & vnicuiq; priuatim maxima bonorum inessent: si quidem virtus est tale. Quare bonũ quidẽ hominẽ amatorẽ esse sui oportet, nã & sibi ipse & cęteris proderit,agẽdo honeste.Prauũ autem nõ oportet:& sibi nãq; nocebit,& propinquis,affectus prauos sequẽdo.Ea igitur quę vir improbus agit ab iis discrepãt,quę agere oportet.At probus quæ

Amatores sui q sint.

Amator sui verus.

oportet ea & agit: mens enim omnis id expetit, quod est optimũ sibi, & probus obtẽperat menti. Atqui verũ est illud quod de studioso dicitur: cõplura inquã ipsum agere, & amicorũ & patrię gratia: & si opus fuerit mortẽ obire, & pecunias enim & honores abiiciet, & ea bona omnino de quibus homines decertãt, sibi vendicãs honestatẽ. Expetet enim potius voluptatẽ breui tẽpore vehementem, q̃ longo leuem, & vitã honestam vno anno, q̃ quãuis multis. & vnũ actũ honestũ, magnũq; : q̃ multos & paruos. Atq; iis qui pro amicis, qui pro patria mortem obeũt: hoc forsitan accidit. Magnam igitur sibiipsis eligunt honestatem, abiiciũtq; pecunias vt amici capiant plures: hinc enim amicus facultates, ipse consequitur honestatẽ, atq; sibi maius tribuit bonũ. Eũdẽ & circa honores modũ magistratusq; seruabit. Nã hæc omnia amico suo concedet: est enim hoc honestũ ipsi ac laudabile. Merito igitur studiosus esse videtur, anteponens omnibus honestatẽ. Fit etiã & vt res agendas cõcedat amico, sitq; honestius seipsum fuisse causam vt agat illas amicus, q̃ si ipsemet agat. In vniuersis igitur laudabilibus ipse studiosus plus honestatis tribuere sibiipsi videt̃. Sic igit̃ sui ipsius (vti diximus) amatorem esse oportet, vt ipsi autem multi sunt, non oportet.

Bono & studioso faciẽda:

Intẽsum bonum breue, præfert lõgo remisso.

Vita honesta i

DVbitatur autem &c. In hoc octauo capite philosophus inquirit an oporteat hominẽ seipsum maxime amare an potius aliũ: & vtrinq; argumẽtatur. Primo, probãdo ꝙ amator sui sit reprehendendus: deinde ad partem affirmatiuã ratiocinatur. Et demũ quęstionẽ soluendo dicit ꝙ ille peccat in amore sui qui caduca fortunæ bona & corporis illecebras insequitur: ille vero nõ peccat qui se maxime secũdũ bona spiritualia diligit. Et caput hoc totum quinq; cõclusionibus, dubitatione, & vno corollario distractum est. Dicit ergo primo. Dubitatur, vtrum oporteat seipsum maxime amare an quẽq̃ alium. Et videtur primo non oportere, seipsum maxime amare: nam eos qui seipsos maxime amãt increpant homines, appellantq; sui amatores tãq̃ id turpe sit: & de talibus dicimus, isti sese fruũtur. Non igitur seipsum maxime amare licebit. ¶Secũdo argumentatur ad eãdem partem negatiuã de amore sui: quia prauus cũcta sui gratia facere videtur, & eo magis quo deterior est: incusant enim ipsum quia nihil nisi sibiipsi suiq; gratia agit. Probus autem contra, ob honestatẽ amiciq; gratiã agit & eo magis quo pręstabilior est. ¶Verum iis quæ dicta sunt ipsa opera & res ipsę nõ sine ratione discordare vidẽtur, atq; ediuerso maxime seipsum amare oportere: ratio est: nam eum dicũt maxime amare oportere qui maxime sit amicus: at is maxime est amicus qui maxime alicui bona vult, & illius gratia, etiam si nullus alius id scierit: hæc autem ad seipsum maxime competũt, igitur seipsum maxime amare operępreciũ est. Secũdo, cætera omnia quibus definitur amicus, maxime ad seipsum competũt, dictum est enim ex iis quæ ad seipsum sint cætera omnia quæ ad amicitiã attinent metienda esse, & a seipso omnia ad amicitiam spectãtia ad reliquos proficisci: maxime igitur oportet seipsum amare. Tertio idem sic vallatur. Ad hoc prouerbia vniuersa accedant, vt Anima est vna. Et amicorum omnia sunt cõmunia. Et amicitia est æqualitas, & tibia genu est propinquius. Quia vero hæc prouerbia quatuor nõ ab omnibus capiuntur quidam sic ea exposuit. Vna est anima amicorum, quia vna volũtas: sed sibi cuiq; anima sua proxima est. Item amicorum sunt omnia communia, sed vt dicit Terentius, Proximus sum egomet mihi. Et amicitia est æqualitas: sed nihil est cuiq̃ seipso æqualius. Præterea genu non hoc cordi & nõ præcordijs in quibus est affectionũ sedes est propinquius tibia quæ infra genu est: sic sibi quisq; proximus est, et enim vniuersa ad seipsum maxime competũt, maxime nãq; amicus est sibi & seipsum maxime amare oportet, hęc enim merito addubitare faciunt cui potius parti assentiendum sit cum vtrinq; rationes credibilitatem afferant.

¶Sequitur prima conclusio, dicens opus est distinctione: sicq; litera clara, inquit. Fortasse igitur tales sermones distinguẽdi determinãdiq; sunt quousq; & quomodo sint veri. Nã si acceperimus quonammodo vtriq; amatorẽ sui dicant, cito fiet manifestum id de quo ambigitur. ¶Sequitur secũda conclusio. Qui igitur hoc reprehendendũ esse existimãt, eos amatores sui appellant qui sibi plus tribuũt in pecunijs & honoribus & voluptatibus corporis: hæc enim ipsa multitudo affectat & ipsis vt optimus omni studio incũbit. Hoc est multitudo corporales illecebras prosequitur, & eis vt optimis rebus fruitur: quapropter & in certamen veniũt, quia pro eis certant. Qui igitur in hisce plus habere pergunt iņ cupiditatibus & perturbationibus eiq; parti animæ qui rationis est expers gratificantur, hoc est condescendunt sensualitati & parti brutali. Tales autem sunt multi, iccirco & appellatio orta est ex multitudine quę quidem est praua: est orta. i. primam originem duxit. Secundo, non est obscurum vulgus eos sui amatores dicere consueuisse qui sibiipsis talia tribuũt: nam si quis studet semper iusta agere: & maxime omniũ aut temperata aut quæuis alia ex virtutibus ipsis emergentia honestatemq; omnino sibiipsi semper vendicet atq; vsurpet, hunc nemo dicit amatorem sui: neq; vituperabit. Liquet ergo multitudinem amatorem sui appellare eum qui corpus & corporis affectiones sequitur: & is est merito arguẽdus. ¶Tertia cõclusio. Magis aũt videbitur talis homo sui amator. s. qui honesta sectatur. Nã ea sibi tribuit quæ pulcherrima sunt maximeq; bona: & gratificat̃ ei qđ sui ipsius est potissimũ, in oĩbusq; illi obtẽperat. Hoc est intellectui & rationi quę est hoĩs pars potissima. Secũdo quẽadmodũ ciuitas & omnis alia societas maxime id esse videt̃ qđ sui optimũ est, sic & homo ergo amator sui maxime is dicet̃ q id qđ sui optimũ est amat eiq; obsequit̃. Tertio, quia vt ciuitas id

maxime esse videt qd est in ea potissimū.vt cōciliū sapiētū:& aliud esse cēset conuētus.i.hominū, non ciuitas:sic homo est id qd est in eo potissimū,scilicet ratio & intellect⁹, qui id in se amat,is sui amator dicēdus est.Quarto,quia quis dicit cōtinena aut incōtinēs,quia mena & ratio in eo vincit aut vincit, quia quisq; hominū potissimū mens est:& maxime ea homines sua sponte egisse vidētur quę cū mēte rationeq; gerūt:igitur nō obscurū est hāc maxime virū bonū amare quare talis maxime suiipsiua est amator. ¶Hinc corollariū infert dicēs.Quapropter maxime sui est amator.i.amans qd in se potissimū est,diuersa specie ab eo qui reprehēdit.i.vulgo,dictua amator sui,sibi nimis induigēs,tātōq; distat atq; differt quātū vita cū ratione differt a vita cū perturbatione:& quantū appetere qd honestū est,ab eo qd videat prodesse. ¶Sequit quarta cōclusio.Bonū hominē esse amatorē sui expedit:nā & sibi & cęteris proderit agēdo honesta. ¶Quinta cōclusio.Prauū autē esse amatorē sui nō expedit. Hāc probat philosophus.Quia & sibi & propinquis oberit affectus prauos sequēdo.Non em̄ potest arbor mala bonos fructua facere. ¶Sequit cuiusdā dubitationis solutio. Diceret em̄ aliqa sic.Nullua suā vitā nihilifaciēs in opere honesto se maxime diligit:sed studiosus est huiusmodi,igitur. Philosophus cōcedit ingenue in litera minorē:& ex cōsequente maiorē interimeret. Circa minorē insudat,& litera est peruia. Atqui verū est illud qd de studioso dicit:cōplura ipsum agere & amicoꝶ & patrię gratia,& si opus fuerit mortē obire. Et pecunias em̄ & honores abijciet:& sup.abijciatetiā ea bona de quibus homines decertāt,digladiātur & insaniūt: vendicās.i.vt propriā asserēs sibi honestatē:hoc est illud qd rationi recte est cōsentaneū. Et quia homines delectationē,bona opa,& longā vitā exoptant de illis trib⁹ loquēs cōparationē facit sic inquiēs.Vir bonus & magnanimus expetet potius voluptatē breui tēpore vehemētē q̄ longo tēpore leuē.i.exilem:& vitā honestā vno anno,q̄ quāuis.i.quālibet aut qualēcūq; viram & mediocrē,multis sup.annia. Et vnū actū honestū magnū expetet magis q̄ multos & minutulos. Atq; ijs qui pro amicis,qui propriā mortē obeunt,hoc forsitan obtigit. Magnā igit sibi ipsis eligunt honestatē,abijciūtq; pecunias vt amici capiāt plures. Hinc em̄ amic⁹ facultates: ipse vero studiosus honestatē cōsequitur:Atq; sibi maiua tribuit bonū : quia virtutē & nō solū istud circa vitā & pecuniam factitat,sed etiā circa magistratus & honores. Pręterea eūdē circa honores modū magistratusq; seruabit,nā hęc omnia amico suo cōcedit. Est em̄ hoc honestū ipsi ac laudabile. Merito igitur studiosus videtur anteponens omnibus honestatem. Insup studiosus facit amicum agere illa quę immediate ipse agere potest,vt etiā honorē amico partiat: & vult esse causa quare amicus perbelle agat. Quare litera dicit, fit etiā vt & res agendaa cōcedat amico: sitq; honestius seipsum fuisse causam vt agat illas amicus,q̄ si ipsemet agat. Sūmatim vt paucia oīa cōplectat sic dicit. In vniuersis igitur laudabilibus ipse studiosus plus honestatis tribuere sibiipsi videt. Sic igit (quēadmodū astruxim⁹)amatorē suiipsi⁹ esse oportet,vt ipsi autem multi sunt non oportet, hoc est oportet vt vir studiosus sit amator sui,sic vt diximus.i.sibi virtutē vēdicās,cum non vt multi sunt amatores sui, sibi indulgentes quemadmodū diximus de amicis vituperabilibus. Ecce Aristotelia sentētiam paucis relatā,quę perbella est: & mirū est gentilem virū ita veritate cōformiter ad orthodoxā fidem fulfultum & prediturn esse.

Propositiones corollarie.

¶Circa hāc materiā aliquot enūciationes breui perstrinxero,quarū prima est. Potius oēm culpam in meipso euitauero q̄ in quopiā alio. Anima mea in manibus meis,& nullus sibi secūdus:proinde sollicitior ero de mea salute,q̄ de herili aut paterna. Quinimo potius a veniali noxa cauebo in meipso q̄ de lętifero crimine proximi. ¶Secūda ꝓpositio. Potius ꝓcurabo mihi vitā ęternā & ea quę ad ipsam āminiculant q̄ cuipiā alteri. Et si insultaueris. Obnoxius sum diligere ꝓximū sicut meipsum. Sępe numero dictū est,q̄ aduerbiū sicut ibi omnimodā similitudinē haud quaq̄ denotat. Ipse sum mēsura atq; regula dilectionis fraternę,eius salutia nō ero immemor quō pręceptū me ad eā astringit. Sic ei⁹ corpus protegā ne a sęuo carnifice iniuste trucidet. Pari modo meis fortunis eius inopię succurram. Generatim in bonis virtutū meipm illi semp ꝓtulero,& hoc elegāter in litera Aristoteles explicat.

Tract. II. Cap. II. & Lib. IX. Cap. XI.[1]

Foelix an indigeat amicis.



Est autem controuersia & de ipso foelice , vtrum indigeat amicis necne. Non esse enim (inquiūt) ipsis beatis & ex sese sufficiētibus opus amicis. Insunt enim ipsis omnia bona . Cum igitur ex sese sint sibi sufficientes, nullius indigēt rei. Amicū autē inquiūt, cū sit alter ipse,ea afferre amico: quę ipse per se amicus consequi nequit. Vnde & hanc sententiā dicunt. Fortuna cum bona est,amicis cur opus !

Amici externorū bonorū pręcipuū.

At absurdo simile est: vniuersa bona tribuentes fœlici, amicos ipsi non tribuere : quod externorum bonorum maximū esse videtur. Quod si ad amicū conferre potius q̄ accipere beneficia spectat,atq; ad virum bonū,virtutemq; dare beneficia pertinet,magisq; honestū est amicis q̄ alienis largiri , beneficiaq; conferre : vir studiosus iis indigebit profecto, qui largitionis beneficia sunt accepturi. Quapropter & queritur vtrum prosperis in rebus, an in aduersis opus sit magis amicis, vtpote cū & is qui mala fortuna vtitur , iis indigeat q beneficia cōferent:& iis q prospera fortuna fruūtur,iis sit opus,apud quos beneficia collocabūt. Est etiā forsitan absurdū, beatū ipsum solitariū facere . Nemo em̄ expetet per se bona cūcta habere, Nā homo,ciuile animal est: & cū aliis aptū vna viuere. Hoc igitur cōpetit &

Beatus nō est solitarius.

fœlici:habet enī ea oīa,quæ natura sunt bona. Constat autē melius esse cū amicis,probisq́; q̄ cū extraneis,ipsum & quibusuis conuersari. Amicis ergo beato est opus. Quid igitur illi primi dicūt,& qua parte vera loquūtur? An quia vulgus eos amicos esse putat q̄ vtiles sunt? Talibus igitur nō indiget ipse beatus:quippe cū ipsi oīa bona insint. Nec etiā iis qui ob voluptatē amātur aut pparū. Nā cū sit ipsius vita iucūda aduētitia nō indiget voluptate,atq; cū amicis talibus haud indigeat,nō videtur indigere amicis. Hoc autē nō est forsitan verū. Nā in principio dictū est fœlicitatē operationē essem quādā. Cōstat autē operationē ipsam fieri:& nō vt quādā rē esse,quę possidetur. Quod si fœlicē esse in viuēdo ac operādo cōsistit, boni autē operatio studiosa & iucunda per se,vt initio diximus rei[s]q; propria ex iis est quæ delectāt,atq; magis propinquos q̄ nosipsos, & actus illorū q̄ nostros possumus cōtemplari. Studiosorūq; hominū actus si sint amici,iucūdi sunt ipsis bonis (habēt enī ambo ea quæ sunt natura iucūda) beatus profecto talibus indigebit amicis,si expetit actus bonos & proprios cōtēplari,talesq; sunt ipsius boni,si sit amicus. Arbitrātur autē homines fœlicē iucūde viuere oportere. Solitario igitur,difficilis est vita. Nō est enim facile per seipsum cōtinue operari,cū aliis vero atq; ad alios facile est. Erit igitur operatio cōtinua magis,cum sit per seipsam iucūda:quod quidē esse circa beatū ipsum oporteat. Studiosus enim hoc ipso quo studiosus est,gaudet quidē iis actibus,qui a virtute proficiscūtur: moleste autem fert eos,qui a vitiis prodeūt: perinde atq; musicus delectatur quidē eleganti cantu, offenditur autē prauo. Fuerit etiā & quędā virtutis exercitatio ex cōuictu bonorū, vt & Theognidi placet. Naturalius autē cōsiderātibus,studiosus amicus expetibilis esse natura studioso videtur. Diximus enī id quod est bonū natura studioso bonū,& iucūdū,esse per se. Diffiniūt autē ipsum viuere,animaliū quidē potētia sensus,hominū autem sensus,vel intellectionis: potētia vero ad operationē reducitur,& ipsum pręcipuū in operatione cōsistit. Ipsum autē viuere videtur proprie esse ipsum sentire,vel intelligere. At ipsum viuere de iis est,quæ sūt per se bona atq; iucūda. Est enī definitū:definitū autē natura est bonū. Quod vero natura est bonū,id & bono est bonū. Quapropter hominibus iucūdū esse videtur. Nō oportet aūt vitā sumere prauā atq; corruptā:neq; in doloribus cōstitutā. Indefinita nāq; est talis, quēadmodū ea quę insunt ipsi. Eritq; hoc manifestū magis in sequētibus de dolore. Si vero ipm viuere bonū est,& iucūdū etiā est quod vel ex eo videtur,quia oēs appetūt ipsum,& maxime boni atq; beati: his enim viuere maxime est expetibile:& horū vita est beatissima. Qui autē videt videre sentit:& qui audit,audire:& qui ambulat,ambulare:& in cęteris similiter est aliquid sentiēs nos operari:sentire vero nos sentire,& intelligere nos intelligere possumus. Quod quidē est nos esse: esse enim,sentire vel intelligere. Sentire autē se,viuere:de iis est quę per se sunt iucūda. Vita nāq; natura est bonū. Bonū autē sibi quēpiā inesse sentire, voluptate afficit: Ipsum vero viuere expetibile est,& maxime bonis: propterea q̄ esse bonū est ipsis,atq; iucūdū:sentiētes enim id quod est per se bonū,voluptate afficiūtur. At studiosus vt erga seipsum,sic sese habet & ad amicū. Amicus enī est alter ipse. Vt igitur seipsum esse est vnicuiq; expetibile:sic & suū amicū esse,vel similiter. Esse autē ideo est expetibile,quia sibi bonū esse ipsum sentit:at talis sensus iucūdus per seipsum est:sentiat ergo & ipm amicū esse oportet: hoc autē fieri potest,cū ipso simul viuēdo,& verba mētēq; cōmutando. Sic enim in hominibus dici videtur,simul viuere: & nō (vt in pecoribus) eodē in loco pasci. Si igitur ipsum esse per se esse expetibile viro beato: cum natura sit bonū atq; iucundum, simile autem est & amici ipsius esse: amicus etiam ex iis est profecto quæ expetibilia sunt beato. At quod est expetibile beato,id assit ipsi oportet vel egens erit hac parte. Opus est igitur ei qui fœlix futurus sit,studiosus amicis.

Definitū est natura bonum.

Viuere expetūt omnes.

Vita est natura bonū.

Amicus.

EST autem cōtrouersia &c. Disceptant nōnulli an felix amicis indigeat. Constructoriā partem philosophus in litera sustinet. Quā rationibus tā naturalibus q̄ moralibus stipat. Nihilo tamē minus de more partē inficiatoriā colorare videtur cauillos aliorū assumēdo. Theodorus enim atheos dictus amicitiam e medio tollere laborauit. Nā sapiētibus asseruit amicitiā inanē. Siquidem sapiētes sunt macti virtute & sibiipsis sufficiūt:proinde illis superuacanei sunt amici. Insipiētibus aūt inutiles amicos dixit,eo q̄ amicis (vt vero simile est) vti nesciāt. ¶ Sequit litera,in qua dubitationē sub hoc verborū tenore proponit. Est controuersia inter varios an felix amicis indigeat,necne. Ad inficiatoriā partē aliqui argumētātur. Primo sic. Beatus est per se sufficiēs,proinde amicorū præsidio non indiget. Secūdo sic. Amicus est alter ipse,& ea affert amico quę amicus per seipsum consequi nō valet. Vnde hāc sententiā in diuerbio habent. Cū fortuna est bona dei munere. Cur opus est amicis?

Perinde ac si diceret beneficio dei homo iste claris natalibus & naturalibus pollet, cui abũde omnia bona cõueniũt. Inane igitur est eũ amicorũ presidio roborari, deinde ad partẽ affirmatiuã hoc pacto argumẽtatur. Absurdũ est omnia bona beato dare,& amicos illi nõ tribuere. Procul dubio inter externa bona amicitia est maximũ. Sectido sic. Magis cõsentaneũ est felici bene facere q̃ bene pati. Perfecto virtute propriũ est benefacere, at felicitas in operatione virtutis cõsistit, vt in primo libro retulimus, atq; magis pertinet ad felicem beneficia impendere q̃ accipere,& honestius est amicis q̃ extraneis beneficia conferre: itaq; eget eis qui sunt beneficiorũ capaces Quas ob res amicis indiget beatus. Quapropter quæstionẽ mouere consueuerũt. Vtrũ in rebus secũdis, an in aduersis potius indigeamus amicis: quia in omni fortuna amici sunt necessarij, vt in precedẽte libro diximus. Infortunati enĩ indigent amicis qui ipsorũ desortunium releuent. In prospera autẽ fortuna constituti indigẽt amicis, quibus benefaciãt. Tertio sic. Absurdũ est & rationi dissentaneũ beatũ solitarium atq; soliuagum facere. Profecto nemo experet solitarie vniuersa possidere bona: quãdoquidẽ homo est animal ciuile, & cum alijs aptum natũ viuere, vt primo Politicorũ traditur. Itaq; felici congruit cũ alijs vitã agere. Possidet enim oĩa quæ suapte natura sunt bona, & perspicuũ est melius esse ipsi beato cum amicis vitæ candore bonis conuersari q̃ cum incognitis & quibusuis hominibus. Propterea concludẽdum est, felici opus esse amicis, reliquũ est videre quãtũ veritatis rationes aduersariorũ habeãt. Ignobile vulgus eos amicos putat qui cõmodũ afferũt, verũ vtilitatis beatus nõ est indigus. Ipse enim est sufficiẽter locuples. Neq; indiget amicis qui ob voluptatem amãtur, aut perparũ illis indiget & additur ratio: quia ipsius vita est iucũda, proinde aduentitia nõ indiget voluptate. Quas ob res aduersarij concludũt beatũ nõ indigere amicis. At hoc nõ est vsquequaq; verũ. Siquidem in primo libro dictũ est, felicitatem esse quãdã operationẽ: perspicuũ autẽ est ipsam operationẽ fieri & dependere continuo ab ipso operante. Et nõ assimilatur rei quę possidetur. Aurei enim nummi in arca: & holoserica vestis a domino nõ agẽte possidẽtur. Nempe felix viuẽdo aut operando cõsistit. Boni quoq; operatio est studiosa atq; iucũda per seipsam Hoc in primo libro probauimus. Siquidẽ studiosa operatione inter delectabilia potissimũ delectari, propria res est Quod qa ita est alios nobiscũ cõuersantes cum eorũ actib⁹ serenius citra fucum cõtẽplamur q̃ nos & nostros. Insitũ est nobis a natura nos ipsos diligere,& plerisq; mortaliũ in hoc plurimũ exorbitant, sua magnipendẽtes, de culice gigantẽ efficiũt. Propter hũc ergo affectũ nobis a primis cunabulis congenitũ dexterius de alijs q̃ de nobis ipsis iudicamus. Ingenue tamẽ fatebor abditos nostræ mentis recessus certius cognoscimus q̃ cæterorũ. Complusculi sunt qui sub velamento sanctitatis hypocriseos labem contegũt. Nihilo tamẽ minus dũ amicitia diutino tempore est parta, amicum intus & in cute noscimus, vt prouerbialiter traditur. Quã ob rẽ absolute aliorũ opera splendidius q̃ nostra rimamur. Studiosorũq; hominũ actus si sint amici, iucundi sunt ipsis bonis: quia omnia bona bonis sunt delectabilia, atq; iucũda. Profecto habẽt ambo ea quæ suapte natura iucũda sunt, vtpote virtutes cũ earũ opibus. Itaq; beatus talibus eget amicis, si proprios actus cõtẽplari expetat, quia amicorũ actus erũt ei analogia atq; scala intelligendi proprios. Alios per lineã rectã, nos ipsos vero per lineam reflexam intelligimus. Sed aliorũ vultus recte cernim⁹, nostros vero reflexe in speculo. Et aliorũ erratula in mantica anteriori gestamus: nostra vero cõmissa a tergo. Nostra preconia si quę sunt directe ante oculos ferimus. Sane nõ est quęrẽdus amicus in hac lachrymarũ valle q̃ sit omniũ noxarũ expers, diuina eloquia & experientia rerũ magistra veritatẽ in hoc nos docent, Philosophantiũ turba ad occultos pectoris recessus oculũ mentis nõ dirigebat: sed ad exteriora quæ in lucẽ prodeunt. Ita erat apud plerosq; Mosaica lege imbutos, Lex enim cohibet manũ nõ animũ ait diuiniloquus Paulus ¶ Sequitur litera. Arbitrãtur autẽ homines felicẽ iucũde viuere oportere: at solitario difficilis est vita: siquidẽ nõ est facile soliuagũ cõtinue bene operari, cũ alijs vero belle operari facile est Istud roboratur quia in principio nascentis ecclesiæ nullos eremicolas ad speluncas deserti miserũt, nisi prius in schola morũ excellenter instructos. Eremicolas modernos vix floccifacio qui in biuijs triuijsve sedent inexplebilibus vocibus stipem quęrentes. Ad loca publica conueniũt turmatim quęstus gratia. Si operibus manuũ incumberent hoc emaculatæ vitæ splendore florerent, deuotæ matronæ necessaria vitę si quid eis deesset affatim suppeditarẽt. Verũ maiorũ vmbra suũ ociũ suãq; segnitiẽ tueri satagunt: cũ tamen illi proprio sudore victũ atq; amictũ parcissimi quęsiuerũt, vt de Paulo primo eremita, Antonio, Hilarione, & similibus cęlo dignis meminimus. Nec tñ assertio Aristotelica solitudini Carthusiensiũ derogat. Crebro enĩ in tẽplũ cõueniũt, antelucanos hymnos simul domino canũt: antemeridiana luce precaminib⁹ iugiter insistũt. Sole meridianũ circulũ superãte minime torpent, nũc in angulo domũculi orantes cũ deo susurrãt: nũc in hortulo fodiẽtes vrticas & alias noxias hęrbas cõculcant, salutares inserũt nũc diuina volumina cũ ardore percurrũt. Sẽperq; extra somnũ occupãtur, ne Sathan eos ociosos inueniat. Nõ ignorãt ociũ multa mala docuisse: propterea ab eo tãq̃ ab aspide inopinato calcata aufugiũt. Itaq; fecere cœlicolę illi eremitę quos iampridẽ citauimus. Ac inclytus Zacharię filius cuius vita frugalis & sanctitudo est sup æthera nota, ociũ virtutũ nouercã abominabatur. Nocturno sopore sacrũ caput cauti supposuit, trihorio somno cõtẽtus, eius esui atq; potui ille sufficiebat. Reliquo tẽpore superueniẽte populo cõcionabatur, caperataq; fronte & stentoria voce, in lapsus & hominũ mendas tonitruabat, placido vero gestu virtutum rosas atq; candida lilia ad cœlum tollebat, ita vt deuotus & fœmininus sexus eum audiens diceret: Quis mihi dabit pennas vt columbæ & volabo & requiescam? Insimularet ne Aristoteles hosce deicolas? Absit. Diceret enim. Nonne primo Politicorum asserui istos heroas ac homine maiores? Sed de hominũ multitudine hic loquor. Bella eius responsio, cui subscribimus.

¶ Accedo ad literam. Studiosus enim hoc ipso quo studiosus est, oppido gaudet in his actibus quæ a virtute emanāt, siue ab ipso siue ab alio proficiscant. Ex opposito moleste fert eos qui a sordibus vitiis emergunt, opera spurca atq; fœda obhorret & execratur, quoniam est alter Cato Cēsorinus. Manuductionem dat de musico qui harmonia vocum eleganti cantione delectatur perstrepente autem cantu offenditur, nec mirum, emodulata enim melodia est assuetus. Ex conuictu & amicorum assuetudine proborum, virtutis est exercitatio vt Theognidi placet. Vt ferrum ferro acuitur, & ex variis igniculis ingens rogus coalescit, sic ex conuictu proborum probitas incrementum suscipit, atq; late diffunditur. Et non dissimiliter ex prauorum conuictu & conuersatione peruersitas enascitur. Si naturalius considerauerimus probus amicus natura studioso expetibilis est. Nam quod est bonum suapte natura & per se iucundum tale est studioso, ita dū omnibus dexterrime censet, sicut sanus de saporibus. Definiunt autem philosophi ipsum viuere animalium potentiam sensus habere, viuere autem hominis vltra potentiam sensus intellectionem habet. Homo inquantum animal sentit, sed ratione qua homo est suopte ingenio intelligit. Potentia ad operandum est ordinata, ad operationem quoq; reducitur & reficitur si nō esset operatio, sensus esset inutilis. ¶ Ad quid enim potentia visiua ordinatur nisi ad visionē? Pari modo de auditu & aliis tribus sensoriis dicatur. Perfectiori nanq; modo sensus se habent dum sentiunt, q̄ cum sensatione vacant, & haud secus de intellectu intelligatur. Dormiens enim non sentit, nec perfecte intelligit, quocirca nō perfecte viuit. Propterea dictum est. In primo libro q· habet tm̄ dimidium vitę, somno enim grauatus non proprie viuit. Quo prælibato, superadditur. Viuere est naturaliter bonum atq; delectabile. Porro viuere est quoddam definitum atq; determinatū. Definitur enim viuere ad naturam viuentis & illud quod est definitum suapte natura est bonum, sicut indefinitum suapte natura est malum. Vt sanitas est quoddam definitum, debitam proportionem humor efflagitans. Ægritudo autem est indefinita. Modicus enim egressus a latitudine sanitatis hominem infirmum reddit, & maior egressus a debita habitudine corporis reddit hominem infirmiorem, & vita in abyssum. Haud secus in virtute & vitio. Virtus enim est definita, debitam materiam cum circunstantiis conuenientibus requirens. Multis autem modis in vitia itur nam facilis descēsus auerni in sexto Æneidos. Itaq; vitium limitibus non clauditur, proinde est indeterminatum. ¶ Subditur in litera. Non oportet autem vitam sumere prauā atq; corruptam. Nunc incidens remouet. Quia enim nuperrime dictum est q̄ viuere est naturaliter bonū & eligibile. Posset merito quispiam insultare. Perperam viuere, & in angoribus non est suapte natura bonum. Hunc cauillum euacuās ait. Non est sermo de vita praua, corrupta atq; dolorosa. Indefinita enim est talis vita, quēadmodum sunt illa quæ talem vitam denominant. De vitiis iam id ostendimus. Et dolor ęgritudini parificatur hoc clarebit decimo libro cum materia doloris agitabitur. Si ipsum viuere bonū est (si pro quia) & viuere est etiam iucundum. Quod ex hoc deprehenditur, quia omnes appetunt vitam agere, & signanter boni atq; felices. His enim viuere maxime est expetibile, & ipsorū vita beatissima. Quicquid homines loquantur dum afflictiuo morbo ringuntur, ad medicos & pharmacopolas ocyssime mittunt, vota largiter emittunt, vt valetudinem reciperent. Proinde viuere est pergratum atq; iucundum. ¶ Subditur. Qui autem videt se videre sentit, & audiens se audire sentit. Pari modo qui ambulat se ambulare sentit, & ita in reliquis est aliquid quo homo sentit se operari. In istis reflectimus nos super actus directos: sensus enim particularis extrarium obiectum sentit, vt visus colorē auditus sonum. Veruntamen actum suum proprium non sentit. Visus enim visionem. In se inhęrētem minime videt. Veruntamen sensus communis sensationes particulares sentit. Hoc autem sentire est nos esse, esse nāq; nobis sentire aut intelligere est. At sentire seipsum esse atq; vitā agere, ex his bonis sunt quę per se sunt delectabila. Vita enim suapte natura bonum est, & natura bonum est sentire ex illud inesse, necnon iucundum & pręcipue ipsis studiosis. Propterea voluptate afficiuntur.

¶ Sequitur. At studiosus vt ad seipsum ita quoq; ad fidum amicum se habebit, vt vetere prouerbio dicitur, amicus est alter ipse. Proinde vt seipsum esse cuilibet est expetibile, ita & amicum esse vult similiter. Hoc est propemodum, amicum vt seipsum diligit. Nonnulli amicorum vitam suæ pręferūt. Parentes enim quidam eligunt supremū agere diē ante probos liberos vt de priamo respectu hectoris & de matre Neronis meminimus. Veruntamen vulgo hominis vita est sibi expetibilior q̄ amici. Itaq; beato potissimum expetibile est esse, bonumq; esse iudicat, talis quoq; sensus per seipsum periocundus est. Quamobrem vt amicum sentiat esse operęprecium est, & hoc aliter fieri nequit, quam cū ipso conuiuendo hoc erit, verborum dulcore arcana mentis mutuiter cōmunicando. Probatus amicus est secretissimarum rerum idoneum receptaculum, cum virtute clareat, abdita ab amico reuelata citra rationem haud patefaciet. Porro non satis est in eadem mensa continuo sedere, sed prænarrata ad amicitiam requituntur. Bellue enim in eodem prato pascuntur omnis amicitię moralis expertes. Oues enim hærbas turmatim, id est in turmam collectę simul carpunt, sic de bobus videre est & de aliis pecorum generibus, quamobrem felici opus est probis amicis, quod est pręcipuum in hoc capite probandum. Si igitur ipsum esse suapte natura fausto est expetibile, cum esse natura bonum necnon iucundum sit, pari modo sentire amicum esse est ipsi felici natura bonum atq; delectabile. Ex relatis perspicuum est q̄ amicus est ex illis bonis quę beato sunt expetibilia, & profecto quod est expetibile beato vt aduersarii pleno ore fatentur, hoc felici non deerit. Opposito enim dato hac magna parte egens atq; amicus erit. Beatus certe multum expetibilibus nō erit orbatus, quocirca concludit principale intentum, videlicet, opus est igitur ei qui felix futurus sit, studiosis amicis.

¶ Restant aliqua ambigua pro literę explanatione tractanda. Primo hæres forsitan cur dicat philo- Dubium.

Responsio. sophus q̧ musicus modulata cantione delectatur, perstrepente autem offenditur. ¶ Respondetur q̧
eleganti melodia assuetus est propterea absona offenditur. Delicatę enim sunt iam ei aures consuetu
dine factę. Propterea si vnus a cantus orbita deuiet reliqui canere desinūt. Memoriæ proditum est q̧
cum cantoris Parisiensis domus esset incensa, plus illi displicuit obstrepentum vocum dissonantia q̄
incendium, quod ex eo probatum est q̧ relicto rogo & ædibus, ad vociferantes egressus perrexit vt
vocum diaphoniam ad euphoniam reducerent. Musica etiam deuotionem excitat propterea Dauid
regū religiosissimus pcutiebat organa & saltabat, totis viribus ante dñm, vt patet ex secundo Regū,
& Heliseus propheta prophetię donum non habēs ad manus, misit pro psalte vt pietatem in eo dul
ci fidium pulsatione erigeret, vt quarti Regum tertio capite videre est. Sic Dauid citharæ suaui sono
angorem Saul regis mitigauit. citharizante enim Dauide refocillabatur Saul spiritu maligno vexa
tus. Primus liber Regum id explanat. Propterea antiquitus musica sacrificijs atq̧ funeribus adhibe
batur, vt fletum citaret. Quędā enim modulatio curas abigit atq̧ mœrores & hilares hilariores red
dit. Tradunt q̧ Xenocrates organicis modulis limphaticos liberauit, & q̧ Asclepiades tubarum can
tu surdis medebatur. Timotheus scriptorum calamo celebratus Alexandrum magnum ad bellum
inflammatum leniuit. Nec solum hominum affectus melodia demulcet. Cerui enim cantu fistularū
vt ferunt illaqueantur, & delphines capiuntur. Alites fistulę modulatione falluntur. Quædam instru
menta musicalia, ad arma prouocant vt tibię litui, tubę, cornua, ita aliqua prouocant ad planctū atq̧
deuotionem & ad alias hominum affectiones. quare Aristoteles octauo Politicorum scribit oportere
iuuenes in musica & gymnastica instituere, quare organa & cantus fractus non sunt ab ecclesia tollen
da vt neoterici hęretici somniant, vetusti patrum ritus multitudini proficientes ob aliquorum mē
das minime sunt antiquandi. Alioqui panem & vinum obliterare necessum, sit & ob lapsum gulonū
& ebriorum in eis. quo nihil absurdius.

Dubia. ¶ Secundo dubites forsan, Cur dicit operationem quæ est felicitas in fieri consistere & non esse quan
dam rem. ¶ Tertio, quare dicit esse hominis ex parte sentire, cum esse hominis sit homo existens, &
sensatio sit accidens longo interuallo substantia inferius.

¶ Quarto an videns continuo sentit se videre. Et an aliqui felicitatem a natura habeant.

¶ Ad secundam dubitatiunculam respōsatur. Res in geminos ramos distrahitur. Nempe aliqua est
res pure successiua, vt dies & agon, hæc em̄ sunt quando fiunt, quando vero facta sunt esse desierunt,
alia successiue fiunt, quando vero facta sunt persistunt. Ista a physicis successiua quo ad productionem
permanentia quo ad esse nominitātur. Rursus aliqua res a sua causa particulari haud quaq̄ dependet,
vt calor, Bucephalus, quando de causa particulari loquutus fuerim non est obscurum. Siquidem ni
hil est vspiam creatum quod a deo non manuteneatur. Aliquid autem a causa secunda & particulari
nunq̄ non dependet, vt lux, lumen, operatio. Isto modo philosophum impræsentiarum intelliges.

¶ Tertia ambiguitas non est difficilis enodatu. Substantia non est propter accidens tanq̄ scopum,
verum homo in potentia sentiendi atq̧ intelligendi est propter seipsum sentientem atq̧ intelligen
tem. Homo intelligens perfectiori modo sese habet q̄ dormiens, veterno marcessens, asinus bipes, bn̄
intelligens rationalis & homo ¶ Ad quartum respondetur q̧ non est necessarium actu directo præs
ditum in actum exire reflexū, potest enim facile super huiusmodi actus se reflectere, & hoc est illi ma
ximopere iucundum si omnia dextre ei contingunt, proinde citra caudam & additum, esse atq̧ viue
re ē delectabile, pręcipue quando cernit alios ipsi syncronos atq̧ minores ipso defunctos. Nihilotamē
minus viuere in magna pœnuria atq̧ mœrore non est homini vulgo iucundū. Sane quædam sunt
irrestricte capta vera, quę cum addito desinunt esse talia. Sic sensatio vitę studioso est pergrata, vt sit
in potentia propinqua bene operandi, sed habere vitam cum morbo neopolitano perpetuo non est
delectabile, immo hominem pungit atq̧ ringit, signanter quando ex tetra libidine habetur. Tunc
enim homo duplici pœna affligitur, infamia non delebili opinione vulgi, & atrocitate morbi ossa cū
carne rodentis. Hęc pręcordia lancinant & erit officina mœroris. Dixi opinione vulgi. Potest enim
ipse prudens pœnam suapte prudentia leuare, culpam in deum commissam detestando, & punitionē
annexam gratanter sumendo, cum dicat alijs, mea scelerata vita hāc acerbitatem atq̧ maiorum me
ruit & tunc non parum merebitur. pœnam naturaliter inflictam voluntarie tolerando. Isti actus ha
bitum ipsum ad bonum promptificantem in eo generabit. & sic de necessitate virtutem efficit.

¶ Quęrebaẜ etiā an aliq felicitatē a natura habeant. Vetus trāslator ait, cū dęmon bona det qd opus
Ad quintū. est amicis? Leonardus hoc ipsum interp̄taẜ recti⁹ hoc pacto. Cū deus abūde sibi dederit, Argyropilus
claram sentētiā cepit, vt inter exponēdū enucleauimus. Dicamus q̧ ab horoscopo & cęli influētia ali
qui sunt alijs ad pbitatē ppēsiores. Parētū etiā mores in liberos deriuanẜ, deus tñ nōnullis singularem
gratiā in tenella ętate elargiẜ, vt Nicolao glorioso cōfessori q quarta vel sexta feria, semel sugebat vbe
ra: post quā refectionē os a maternis vberib⁹ auertebat: nullisq̧ blāditijs pia mater poterat tenellū fili
um brachijs pēdētem allicere vt iterato mamillas sugeret. Examē apū bti Ambrosij adhuc in cunis
iacētis os igrediēs declarauit qualis futurus esset puer. Sic de Bernardo, in quo matris somniū de cana
latrāte est verificatū. Isti & similes diuino iuuamine fœlicitatis pręsagiū in teneris annis acceperūt. Cōs
uia hui⁹ est in schola virtutū feruēter educari. Dū virtutis seminaria sunt cōcinne iacta, & fulcra diu
tino tēpore accepint, nō parū momēti hñt vt virū beatū efficiāt. ¶ Fortasse optas scdę cōclusionis de
Conclusiōis secundę deductio. ductionē clari⁹ notari. ¶ Respōdeẜ q̧ illic sūt duo pusilli syllogismi, quorū prior est iste. Sicut hō stu
diosus se habet ad seipm̄, ita quoq̧ sese ad amicū habet, sed sic est q̧ ad seipm̄ qd est ei eligibile esse &
viuere ppter sentire & percipere seipm̄ esse bonū, qa talis sensus est ei oppido delectabilis, pinde haud

dissimiliter eligit amicum esse & viuere vt ipsum sentiat & percipiat bene esse, itaq; illum optat percipere atq; sentire. Secundus syllogismus est. Omnis studiosus eligit & expetit sentire amicum bene esse & valere, ac huiusmodi sentire in conuictu atq; cantatione mutua fit: igitur. Epilogãtes dicimus q; solus studiosus habet amicos sibi similes: prudẽtia alterius vitam examinat, q̃a plurimi foris sunt Catones, intus Sardanapali . est proteus, nunc more leonis frendit , nunc more anguis sibilat. Catoniana lingua tales proximorum errata incessunt, intercutibus vitijs ipsi occulte madẽt. Ab illorũ societate beatus summopere cauet, & cum nullo nisi septuplum purgato amicitię nexum contrahit. Cum omnibus tamen in foro atq; cubiculo loquitur. Vnde hæc breuis colloquutio cũ societate amici nihil commercij habet.

Tractatus.III. Cap.I. Et Lib.IX. Cap.X.



Vnt ne igitur q̃plurimi faciendi amici, an vt de hospitalitate dictum cõcinne fuisse videtur.

Amici an multi habendi.

Hospite ne careas, hospes neq; pluribus esto.

Sic & ad amicitiã accõmodabitur, neq; sine amicis esse, neq; rursus nimiũ multos habere amicos. Ad eas igitur amicitias quæ sunt ob vtilitatem, & valde id quod dictum est accommodatum esse videbitur. Multis enim vicissim subministrare, laboriosum est, neq; ad hoc agendum facultates ipsę sufficiunt . Plures igitur iis qui sunt ad facultates proprias satis, superuacanei sunt, atq; ad bene viuendũ impedimento: non ergo opus est ipsis. Ii quoq; qui comparantur ob voluptatem, sufficiũt pauci: vt in epulis condimentum. At sunt ne studiosi plurimi comparãdi? An & multitudinis amicorum est quidam numerus, perinde ac ciuitatis. Nec enim decem ex hominibus ciuitas constare potest, nec etiam est ex centum milibus adhuc ciuitas. Sed quãtitas non est forsitan vna quędã determinata, sed omnis ea quę est media inter quasdam multitudines definitas. Et amicorũ igitur multitudo quędã est definita. Atq; ii fortasse sunt plurimi, cum quibus quispiam viuere potest, hoc enim ad amicitiã pertinere maxime videbatur. Fieri aũt nõ posse vt vna cũ multis quispiam viuat, seq; multis impertiat, nõ est obscurũ . Præterea illos etiã inter sese amicos esse oportet, si simul oẽs victuri sunt, hoc aũt difficile est in multis. Est etiã perdifficile gaudere familiariter cũ multis, atq; dolere. cõcurrere enim hęc simul possunt cũ vno inquã dolere, & cũ altero gaudere. Forsitan igit̃ bene est, nõ quærere q̃ plurimos amicos habere, sed quot ad cõmunẽ vitã habendã sufficiunt. ¶Neq; enim posse videt̃, multis vehementer amicũ esse. Quapropter neq; adamare plures, exuperatio enim q̃dam amicitię est, hoc autẽ est ad vnũ. Et vehementer igitur amare, ad paucos erit. Hoc & in ipsis rebus ita se habere videtur. Amicitia namq; sodalitia non fiunt multi amici, & quę fama celebrãtur inter duos fuisse dicuntur. Qui vero multos amicos habent, & omnibus sese familiariter offerunt, ii nemini amici esse vident̃, nisi ciuiliter, quos & placidos appellãt. Fit igitur vt ciuiliter multis sit quispiam amicus, etiã si non sit placidus, sed vere vir probus. Sed ob virtutẽ & seipsos amicitia, non est ad multos, amabile autem est, & paucos inuenire tales.

Hospites pauci habendi.

Ciuitas ex quot.

Amici quot sunt habẽdi.

Amicitia excellens inter duos annos.

SVnt ne igit̃ q̃plurimi &c. In hoc decimo capite hãc q̃stionẽ terminat. Vtrũ multi sint parãdi amici an pauci. Et primo q̃stionẽ ponit, deinde eã eluit. Et totũ caput duabus q̃stionib[9] & tribus conclusionib[9] partitũ est. Prior q̃stio. Vtrũ quãplurimi cõciliãdi sint amici an potius pauci. ¶Respõdendo dicit q[d] de hospitalitate elegãter dictum est. Hospite ne careas, hospes neq; pluribus esto. Ad amicitiã accõmodat̃ hoc pacto, vt neq; sine amico sis, neq; rursus nimiũ multos amicos habeas.
¶Sequit̃ prima cõclusio. Ad eas igit̃ amicitias q̃ ob vtilitatẽ cõparãt̃ id recte accõmodatũ videt̃. Neq; in his opus est plurib[9] amicis. Ratio est, multis eñ vicissim subministrare laboriosum est, neq; ad hoc agendũ facultates suppetũt ea amicorũ copia q̃ ad ꝓprias facultates satis est, sup̃uacanei sunt, atq; ad bñ viuendũ sunt ĩpedimẽto, nõ est ergo opus ipsis, q̃a sic hõ esset, ita distractus circa amicorũ subuẽtionẽ vt sua negocia gerere vix posset, nec trãquille viuere posset, cũ toties ab amicorũ multitudine inquietaret̃. ¶Sc[d]a cõclusio. Pauci amici ob voluptatẽ sufficiũt. Dicit lr̃a. Ij quoq; q̃ ob voluptatẽ cõparãtur sufficiũt pauci, vt in epulis cõdimentũ. Probatio est ꝑsimilis. Nã sicut in cibo cõdiẽdo modicũ salis sufficit, sic ad delectationẽ pauci amici sufficiũt. Et sicut cib[9] multo sale cõdit[9] indelectabilis ẽ, sic ẽt plures delectationẽ faciẽtes molestiã ingerũt. ¶Tertia cõclusio. At sint ne studiosi plurimi cõparãdi, an & amicorũ studiosorũ faciẽdorũ est q̃dã multitudo determinata. Hoc p metaphorã ꝓponit inq̃t. An & multitudinis amicorũ est q̃dã nũer[9], ꝑinde ac ciuitatis. Nec eñ ex decẽ hoib[9] ciuitas cõstare põt, nec etiã ex centũ millib[9] adhuc est ciuitas, s; quãtitas nõ est forsan vna q̃dã determinata, s; oĩs ea q̃ est media iter q̃sdã multitudines definitas. Et amicoꝝ igit̃ multitudo est definita. Vult ph[u]s dicere q̃ duo sunt limites in ciuitate noti. Vtpote decẽ nõ sufficiũt ad ciuitatẽ ob ꝑuitatẽ, & põt q̃s talẽ nũerũ augere ponẽdo tot hoies vt illi hoies sint nimis multi p ciuitate cõstituẽda, s; de multis intermedijs notũ est q̃ ad ciuitatẽ suppetũt. Sc[d]o fieri põt vt ij sint plurimi cũ q̃b[9] q̃spiã viuere põt. hoc ad ami

citiā vel maxime ptinere videt. Contingit igit in amicitia studiosa q̄ plurimos sibi cōparare amicos. ¶ Quarta cōclusio. In amicitia studiosa haud plures cōparādi sunt amici. Hāc cōclusionē qntupliciter ostēdit. Primo qa haud quaq̄ obscurū est fieri nō posse vt vna pariter cū multis qspiā viuat, seq̧ multis totū iptiat, ergo in studiosa amicitia nō q̄plurimi cōparādi sunt amici. ¶ Secūdo oēs amicos amicorū esse amicos op₃, qd̄ est difficile. ¶ Tertia ratio difficile est gaudere & dolere cū multis, stat aūt amicorū vnū gaudere illo tēpore quo alter dolet & sic cū vno gaudebit cū altero vero gemet. Cōcludit ergo forsitā igit bn̄ est nō q̄rere q̄plurimos amicos hr̄e, sed quot ad cōem vitā habēdā sufficiūt. ¶ Quarta ratio. Nō est pbabile quēpiā multis esse valde amicū, ergo nō est possibile esse amicū multis. cōseq̄ntia tenet, exupatio eñ q̄dā amicitię est (vt pt₃ in octauo libro) hęc aūt est ad vnū. Et vehemēter igitur amare ad paucos erit. ¶ Quinta ratio. Ita est in re q̧ eidē nō sunt plures amici, nā amicitia sodalitia nō fiunt multi vehemēter amici, sed amicitię q̄s famę celebritas reddit insigniores inter duos fuisse cōmemorant, vt inter Achillē & Patroclū. Inter Theseū & Pyrithoū. Nō a rōne, igit alienū fuerit vt i amicitia studiosa nō multi q̄rant amici. ¶ Seq̄t. Qui vero &c. Solutio cuiusdā obiectiōis. Diceret eñ aliqs, multi sūt amici placidi. dicit q̧ tales multi nō sūt amici scd̄m veritatē, licet placidi vocent. Dicit lr̄a. Qui vero multos amicos hn̄t & oibus sese familiariter offerūt ij nemini esse amici videntur nisi ciuiliter: quos placidos appellāt. Fit igit vt ciuiliter m̄ltis sit qspiā amic⁹. Hęc est capitis quinta cōclo. Ad amicitiā vero ciuilē & politicā sufficit virū esse placide pbū, & bn̄ erga oēs ciues i ciuitate viuere, sed id ad amicitiā de q̄ in his duob⁹ libris loqmur nō sufficit. ¶ Nec seq̄t. Inter tales est amicitia politica: ergo iter eos est vera amicitia. Cōcludēdo ergo dicit. Amicitia q̄ est ob virtutē, & ob seipos ad multos nō est, sed amabile est, hoc est multū charū in amicitia & lōga expiētia partū tecū bn̄ agi, putādū est paucos etiā repiri q talī amicitia digni sūt. ¶ Dubitat primo, q̄re decē vel in pauco nūero existētes vel in nimis amplo nūero pn̄t cōstituere ciuitatē. ¶ Scd̄o quotus numerus adeq̄te quātū ad puitatē & magnitudinē sufficit ad ciuitatē. Si dices cētū est minima multitudo q̄ sufficit ad ciuitatē, tūc vno mortuo perit ciuitas. Et si dicas mille (gr̄a exēpli) est iustus nūerus & ad ciuitatē sufficiēs, tūc inferā, igit ob vnū supueniēte desinet eē ciuitas. Si dicas q̧ nō desinet eē ciuitas. Inferā, igit nō dabit p̄cisus limes, puta nec maximus nūerus nec minim⁹ q nō, ob magnitudinē vel ob paruitatē. ¶ Cōtra hoc q̧ accepto vno nūero hoim sufficiētiū ciuitatē cōflare sic argumētabor. Vel illa multitudo est maxima vel nō, si primū, ppositū, si scd̄m, auferā adhuc vnū hoiem quo ablato q̄ro an remanēs nūerus ē maxima multitudo q̄ ad ciuitatē sufficit, & si sic. Adhuc habet ppositū & si nō, in abyssum distēdā, ergo op₃ dare maximā multitudinē q̄ ad ciuitatē sufficit, vel minimā q nō sufficit. Et eodē modo argumētari possem de altero extremo, sc₃ minima multitudine, vel maxima q̄ non semp est minor minima q̄ sufficit: qa dato nūero denario q̄rā an illa multitudo est minima an nō, si primū, ppositū, si scd̄m distēdā, quoadusq̧ mihi dederis limitē. ¶ Ad priorē dubitationē respondet q̧ pauci nō pn̄t sibi inuicē in necessarijs suppeditare. Opus est agricolis, viticolis in regiōe in q̄ vites crescūt, sed in his oris raro tales vrbes inhabitāt, opus est fabris, sutorib⁹, & sartorib⁹ & alijs artificib⁹, mercatorib⁹ p̄fectis iudicibus & alijs magistratib⁹ p vrbis regimine, q̄re decē sunt nimis pauci p vrbe aut ciuitate. Pro vicotū q est ciuitates pars in potētia sufficiūt. Etiā status est in vrbis magnitudine, si eñ nūero exuperantes vrbē bn̄ muratā habeāt sunt insolētes vix legib⁹ obsequētes, qn̄ est politia regalis insup q̄cunq̧ sit politia difficillimū est excessiuā multitudinē bn̄ regere. Videmus eñ ad oculū in Parisiēsi rectore eligendo maiorē difficultatē & plures seditiones q̄ in alijs minorib⁹ vniuersitatibus, hoc aūt ab eligētiū multitudine orit. Vbi eñ multitudo illic est cōfusio. Insup ciuitas est mediocris p vna regiōe, q̄ p alijs nimis magna fieret, quia ad annonā & reliq̄ necessaria oculus habēdus est, immanem vrbem Charim Ægyptus bis triticū in annū colligens bn̄ alit, & Tunetū minor africa, q̄ excessiue magnę p Britānia foret. ¶ Ad scd̄am dubitationē dicit q̧ Aristoteles vult dicere si q̄rat vbi est p̄cisus limes i nūero ciuitatis descēdēdo an ascendendo dubie respōdet, esto q̧ hō sciat tot p sufficiente sufficere sicut scio me p aliquā distātiā posse videre & cōsecrare, & nō p quācūq̧, sed vbi est limes ignorat, esto q̧ talis dabilis sit sic in pposito realiter dabilis est vna multitudo q̄ nō sufficit ob paucitatē ciuitatē constituere, vel nimia quę sufficit & sic de alio extremo in ascendendo dicatur.

Dubia duo.

Ad primum

Ad secundū.

Tractatus. III. Cap. II. Et Lib. IX. Cap. XI.



Amici quando magis expetendi.

AT vtra in fortuna magis opus est amicis, vtrū in pspera an in aduersa? In vtraq̧ nāq̧ quęrunt. Nam & qui fortunā habēt aduersam, indigēt ope: & qui sunt in rerū psperitate eorū īdigēt qbuscū viuēt, & in quos bn̄ficia cōferēt, volūt enim largiri, bn̄ficiaq̧ cōferre. Amicos igit habere necessariū qdē est: magisq̧ in aduersa fortuna. Quapropter hic vtilibus amicis est op⁹, honestis autē in psperitate fortunę. Idcirco & bonos quęrūt in hos eñ beneficia conferre atq̧ cū his vna degere magis est expetibile, Est eñ & ipsa p̄sentia amicorū iucūda in vtraq̧ fortuna, nā leuant ipsi dolētes cōdolētibus ipsis amicis. Quapropter & dubitauerit quispiā vtrū doloris, vt oneris amici participes fiūt. An hoc quid est nō fit, ipsorū aūt p̄sentia cū sit iucūda, cōdolēdiq̧ sensus minuit ipsum dolorē. Verū an ob hęc, vtrū ob aliqd aliud leuant, missum faciamus. Id qd̄ dictū est, euenire sane videt. Ipsorum aūt p̄sentia immixta q̄dā esse videt. Nam aspicere qdē amicos iucūdum est, p̄sertim ei q calamitatibus premit, fertq̧ p̄sidiū aliqd aduersus dolores. Cōsolationē enim ipse amicus & aspectu, & ver-

bis afferre põt,modo sit dexter.Scit nãq; mores,ex qbꝰ gaudet atq; dolet.At sentire suas ob
ærũnas dolere amicũ,affert dolorẽ. Nã oẽs fugiũt se causam doloris esse amicis , quapropter
viriles quidẽ natura cauẽt,ne amici secũ cõdoleãt & si nõ exuperẽt indolẽtia,dolorẽ quo illi
afficiunt nõ ferũt.Atq; oĩno simul plorãtes mœrẽtesq; nõ admittũt,qa nec ipsi sunt ꝓpẽsi ad luctus.Mulierculę vero & hmõi viri gaudẽt iis q vna cũ ipsis gemũt,& amãt eos tanq̃ amicos & cõdolẽtes.Oportet aũt oĩbus in rebus ꝑstabiliorẽ imitari.At amicorũ ꝓsperis in rebꝰ ꝑsentia & voluptatẽ affert omni in actu,& cogitatiõe delectat,ꝙ in ipsius bonis lętãtur.Qua propter videbit̃ oportere in ꝓsperitatibꝰ quidẽ prõpte vocare amicos.Est enim honestũ beneficum esse.In aduersitatibus aũt pigre.Minime nãq; facere participes malorũ ipsos oportet.Vnde & illud dicitur. Sat est grauis tristisq;,sine me sors premat.

Viriles cauẽt dolentes.
Mulierculæ.

Maxime tamẽ vocãdi sunt tũc amici,cũ parua suscepta molestia multũ prodesse possunt.Cõtra aũt fortasse cõgruũ est,ad calamitosos quidẽ ire nõ vocatũ,& prõpte,est enim amici beneficia cõferre,pręsertim in eos q indigẽt,& antea q̃ illi requirãt:vtrisq; nãq; honestiꝰ,atq; iucundius est.Ad fortunatos aũt prõpte qdẽ accedere ad operãdũ vna cũ illis.(Est eñ ad hæc opus amicis) lente aũt ꝓ beneficiis cõsequẽdis.Non est eñ honestũ vtilitatis suę causa properare. Cauenda autem est forsitan opinio iniucunditatis in repellendo,accidit eñ nõnũq̃. Pręsentia igitur amicorum in vniuersis expetibilis esse videtur.

Vocãdi amici quando.
Q̃n adeundi a nõ vocatis.

AT vtra in fortuna &c . In hoc capite phũs docet vtrũ in scd'a fortuna an in aduersa hõ citius amicis egeat.Et prio q̃stionẽ cũ eius motiuo ponit,postea eã soluit dicẽs. In aduersa fortuna magis opus est amicis ob indigẽtiã subleuãdã,in ꝓspera vero plus ob honestatẽ. Ponit̃ q̃stio clare in lr̃a sic. At vtra in fortuna magꝭ opꝰ est amicis,vtrũ in ꝓspera an in aduersa. ¶ Pr̃a cõclusio. In vtraq; fortuna parãdi sunt amici,nã & q fortunã hñt aduersam amicorũ indigẽt ope, & quos rerũ ꝓsperitas ad rerũ fastigia euehit ij indigẽt amicis cũ qbꝰ viuãt & in quos bñficia cõferãt . Volũt eñ largiri bñficiaq; cõferre. Ex illo corollariũ hoc infert. In aduersa igit̃ fortuna amicos hr̃e magis necessariũ est , q̃ꝓpter hic vtilibꝰ opus est amicis,in scd'is autẽ rebꝰ opus est honestis,idcirco bonos q̃rũt,in hos eñ bñficia cõferre,atq; cũ his vna degere,magis est expetibile ¶ Scd'a cõclusio. In vtraq; fortuna tã aduersa q̃ scd'a iucũda est amicorũ ꝑsentia. Nã in aduersa fortuna leuant̃ & ipsi dolẽtes cũ dolẽtibꝰ amicis. Et idcirco q̃ri solet vtrũ doloris vt oneris amici ꝑticipes esse debeãt,cũ alterũ alter alleuat,hoc est quũ pondus qd' alter solus portat ab amico minuat̃. An id qdẽ nõ fit hoc modo.s. vt etiã alter doleat,sed quãdo ipsorũ ꝑsentia est iucũda,& cõdolẽdi sensus minuit dolorẽ. Hoc est iucũdꝰ superueniẽs tristitiã alteriꝰ minuit,nõ tñ eã induit,sic vt & ipse doleat. Verũ vnũ ob hęc q̃ tã allata sunt, an ob aliqd aliud leuãt̃, sed amici ambo tristitia,missum faciamus. Tamersi ob hoc qd' dictũ est rõnabil'r id euenire videt̃. Nã ipsorũ ꝑsentia rebꝰ lugubribꝰ immixta alleuatiõis cã esse videt̃. Aspicere eñ amicos,iucũdũ est,signãter illi q calamitatibꝰ ꝓmit̃ fertq; ꝑsentia aliqd aduersus dolores ꝑsidiũ. Cõsolatiõnẽ eñ ipse amicus & aspectu & verbis afferre ꝑt,mõ sit dexter & affabilis. Scit nãq; amici mores & qbꝰ gaudet,atq; dolet. Si enim in hoc gñe virtutis oblectamẽtũ capit circa materiã illã versat̃ , & bona ꝑter ita amici recitat,q̃ audita eũ delectãt. Exẽpla ad ꝓpositũ ponã. Dũ Parisij cronica febri laborarẽ & mihi potꝰ & somnus a medico ꝓhibitꝰ eẽt, fontes hadingtonanos & circũ vicinos oẽs millies mihi recitare fecerũt,& quonã pacto post Angliã pedes solꝰ incessi dũ Parisios adirem, qa in his me alias scholastici mei cõterranei gausũ nouerũt,scd'm illd' Virgilianũ. Hęc olim meminisse iuuabit. Et sic morbũ mihi tolerabiliorẽ fecerũt,& p cõseq̃ns & dolorẽ pceptũ,& tristitiã accedẽtẽ caute diminuerũt. Fac cũ amico scd'm exigẽtiã materię tu quoq; sic. At natura viriles cauẽt ne amici secũ doleãt.ꝓpterea lr̃a dicit. At sẽtire suas ob ęrũnas dolere amicũ,affert dolorẽ nã oẽs cauẽt ne sint causę doloris amicis. Quapropter viriles natura cauẽt ne amici secũ doleãt,& si ipsi nõ exupẽt idolẽtia.i.nisi excellẽter ea ꝑditi. ¶ Seq̃t̃ i lr̃a. Atq; oĩno secũ plorãtes mœrẽtesq; nõ admittũt,qa nec igit̃ ꝓpẽsi sũt ad lucꝰ. Nõ ẽ eñ virile more muliercularũ lachrymas fũdere,plãgere & eiulari. Propria dicit lr̃a . Mulierculę vero & hmõi mulierosi viri gaudẽt his q secũ vna gemũt amãtq; eos tãq̃ amicos cõdolẽtes. Signãter mulierculę, qm̃ cordata mulier lz aio tristi sit,& gemit nõ tñ aera eiulatu cõfũdit. Legimꝰ eñ de deipa virgine ꝙ iuxta crucẽ filij stetit,de eiulatu tali minime legimꝰ. Et lz locꝰ a nõ legit̃,parũ soliditatis iter arguẽtes obtineat, vero sile tñ ẽ,si talẽ plãctũ emisisset,id euãgelistã nõ neglexisset. Sz nũc aliq plãgũt i aduersitate,alij vero nõ,q ꝑstabiliores sũt,ꝓptereaq; imitãdi. Dicit aũt phũs. At amicoꝝ i ꝓspis rebꝰ pñtia voluptatẽ affert oĩ i actu & cogitatiõe delectat,ꝙ i ipsiꝰ bõis lętent̃. ¶ Posthęc põit phũs documẽta sex moralia q̃ mõ hõ hẽbit se erga amicos i vtraq; fortuna. Tria circa amicoꝝ vocatiõnẽ & totidẽ circa visitatiõnẽ,dicitq; ꝙ i scd'a fortũa cito i aduersa pigre vocãdi sũt amici. Lr̃a ẽ ꝑspicua,q̃ ait. Quapropt̃ videbit̃ oportere i ꝓsp̃itatibꝰ prõpte vocare amicos,ẽ eñ honestũ bñficũ eẽ,hoc ẽ ꝙ hõ facit amicũ suũ gaudere de rebꝰ suis scd'is & hoc ẽ illi bñficiũ cõferre. In aduersitatibꝰ aũt pigre.i.tarde.s. videbit̃ oportere vocare amicos. Minime nãq; facere ꝑticipes maloꝝ ipos opꝫ vñ illd' dr̃. Sat ẽ grauis tristisq;,sine me,fors premat. Phũs recitat ex poeta aliq̃ dictũ cuiusdam ifortũati,tñ prudẽtis,q̃ dicebat,mea calamitas ẽ mihi satis grauis tristisq; sine.i.ꝑmitte vt fors.i.aduersa fortũa ꝓmat.i.occulte torq̃at me,& cũ hoc nõ obruat amicos,ꝓptea suas miserias amicis nõ reuelauit. ¶ Tertiũ documẽtũ ẽ veꝝ tũ maxime sũt vocãdi amici cũ pua suscepta molestia plimũ pdesse pñt. Ptꝫ qa maiꝰ bonũ ẽ magis eligẽdũ,sꝫ grãde subleuamẽ factũ amico plurimũ idigẽti est maiꝰ bonũ q̃ pua amici tristitia. Post hęc ponit phũs reliq̃ tria documẽta q̃ sunt ex pte eoꝝ q sua spõte amicos adeunt in vtraq; fortuna sicut in pręcedenti.

¶ Sequit̃ igit̃ quartũ documẽtũ qđ est tale. Ecõtratio aũt fortasse cõgruũ est ad calamitosos q̃dẽ ire nõ
vocatũ. Et in promptu est, ꝓbatio. Est eñ amici, bñficia conferre p̃sertim in eos q indigent etiã antea
q̃ illi regrãt. Vtrisq; nãq; honesti⁹ est & iucũdi⁹, de dãte cõstat, de recipiẽte etiã patet. Honesti⁹ eñ est il-
lã gratificationẽ ab amico suscipe eũ nõ vocãdo. ¶ Quintũ documẽtũ. Ad fortonas aũt prõpte q̃dem
accedere. s. op; ad opandũ vña cũ illis. Hoc est amicos aiare ad bñ opandũ. Est eñ opus ad hęc amicis.
¶ Seq̃t̃ sextũ documẽtũ. Lente ꝓ bñficijs cõsequẽdis ire decet, alioq̃ amico esset onerosus. Nã nõ satis
est vtilitatis suę cã ad amicos ꝑperare, cauẽda est etiã hac in re opinio iniucũditatis. Procul⁹ vberiori
intelligẽtis scito q̄ qs põt amico bñ fortunato opinionẽ indelectatiõis bifariã dare. Vno mõ si nullũ
cõgratulatiõis signũ ostẽdit sup eios scđa fortuna. ¶ Altero si id ostẽdit tñ ex cupiditatis suæ mõ, q̄
nõ ob amicũ delectat̃, sed ob se ipsum, dicẽdo placet mihi tua ꝓspera fortuna, hac eñ via bñficiũ abs te
cõsequar. Pleriq; nãq; i hoc regno & in alijs p̃sertim laicorũ erga bñficiatos amicos in hoc delinquũt,
de illorũ ꝓmot õe ipsorũ gratiã minime curãt: sed vt ipsi de crucifixi bonis reficiant̃, sicut ancillę sũt
in manibus dñę suę, ita sunt istorũ manus semp aptę vt recipiãt: & nũq̃ sunt in sacerdotis vita cõtẽtĩ
anteq̃ ille aĩaz exhalat. tũc aũt qñ est in mortis piculo, oĩa p̃donũ more asportãt. ¶ Dubitat̃ an virilis
Dubium. hoĩs est nõnunq̃ flere. ¶ Rñdet̃ q̄ sic, pietatis causa. Nã veritas ipsa & pfectissim⁹ hoim dñs noster Ie-
Responsio. sus Christus, videns ciuitatẽ Hierusalẽ excidendã fleuit sup illã, & in lazari resuscitatiõe, & vt hymn⁹
attestat̃ vitã ab lachrymis, vt reliq̃ hoies auspicatus est, vñ canit̃. Vagit infans inter arcta posit⁹ p̃se-
pia. Etiam magnanimus tristat̃ recordatione peccatorũ a se cõmissorũ & iã ꝓfunda tristitia absorbe-
ri põt, & talis habitudinis esse vt in lachrymas prorũpere cogat̃ qđ pfectionis esse indicat illud, Laua-
bo p sing. noct. lectũ meũ, & lachrymis meis stra. meũ rigabo. Quin etiã audita re lugubri, aut recita-
ta passione dñi viriles etiã animi soluunt̃ in lachrymas, nã vt ledere in lętis est ꝓpriũ hoĩs, ita flere in
Dubia. tristibus. Futili tñ & leui de causa flere, nõ est virilis animi. ¶ Secũdo dubitat̃, an amici p̃sentia ami-
ci tristitiã diminuit & quõ. ¶ Tertio, quia de vtraq; fortuna loquuti sumus quid est ꝓspera fortuna,
Ad secundũ. & quid aduersa & quid ipsa deinde fortuna. ¶ Ad secundũ dicit̃ q̄ experimento cognoscit̃ amici p̃sen-
tia cã esse leuaminis, qa amicus partẽ tristitię amici tristantis capit, sicut pondus lenios fert̃ a duob⁹
q̃ ab vno vt dicit Aristoteles in litera, & Marcus Tulli⁹ in libro de amicitia. Vbi sic ait. Quis esset tã-
tus fructus in ꝓsperis reb⁹ nisi haberes, qui illis æque ac tu ipse gauderes. Aduersas vero ferre diffici-
le esset, sine eo q eas grauius etiã q̃ tu ferret. Secũdas res splẽdidiores facit amicitia, & aduersas ptiens
cõicãsq; facit leuiores. Sicut in analogia põderis nõ dicit oimodã silitudinẽ, qñ dũ idẽ põdus a duob⁹
fert̃, priori rata alleuat̃, accidẽs aũt qđ est tristitia, nõ sic diminuit̃, s; p̃sentia amici on⁹ tristitię alleuat,
& nouã tristitiã capit, ergo sic diuidit̃ tristitia i fortunati & ps ab amico suscipit̃. Mirũ etiã ẽ q̄ Burida
nus nõ sic Tulliũ itellexit & Aristotelẽ quẽ Tulli⁹ in libro illo totalr̃ imitat̃. In hac sane intelligẽtia
nulla est difficultas. Dico ergo q̄ pleriq; sunt q magis amari q̃ amare volũt, q̃bus placet dolor amici
supueniẽtis, de p accidẽs, eo q̄ se ab amicis dilectos sentiũt, & eorũ tristitia, ꝓpria remittit̃. Scđo amic⁹
supueniẽs est ab amico plurimũ dilect⁹, & i illa ꝓphẽsiõe ituitiua plurimũ gaudet. Videm⁹ eñ q̄ cũ de
amico plurimũ dilecto absente sermo icidit plurimũ delectamur, & sermonẽ vltro ꝓtrahim⁹, nõnũq̃
vsq; ad aliorũ fastidiũ. Quid ergo erit in amici p̃sentia: id igit̃ gaudiũ cũ tristitia ĩptinẽte nõ aduersat̃,
tristitiã mitigat, cui nõ formalr̃, s; virtualr̃ cõtrariat̃. Est etiã ob minorẽ aiaduersionẽ ad obiectũ tri-
stitię & cõsolationẽ ab amico, tãq̃ q sanitatẽ corpis ab infirmo expectat. Insup affabilis amic⁹ tristitię
causa, mitigat: nã si bona fortunę amissa fuerint ob eorũ istabilitatẽ docet nõ esse dolẽdũ. Etiã de suis
reb⁹ si opꝓciũ sit, illi succurrit. ¶ Cõtra hęc tñ obijcit̃ sic. Manẽte causa manet effect⁹, mors liberoꝝ ẽ
Obiecta. causã tristitię q̃ manet & tristitia l; amic⁹ supueniat, manebit. Insup virilis p amici accessũ amicũ tri-
stari sẽtiẽs tristat̃, ergo nouã tristitiã acqrit, & sic ei⁹ tristitia augt̃. ¶ Ad primũ rñdet̃ q̄ notitia mor
Ad primũ obiectum. tis, & nolitio eã euenisse est causa ꝓpinq̃ tristitię q̃ & tolli & remitti põt. Mors teipsa. ¶ Ad hoc nihil
facit, cũ putata mors q̃ re ipsa ẽ vita idẽ faceret, vt pt; in Solone ad luctũ filij falso mortui concitato
Ad secundũ obiectum. Mytilene p Thaletẽ ¶ Ad scđm, trãseat q̄ infortunat⁹ virilia sup tristitia amici tristat̃, s; qa solamẽ
aliũde acq̃situ est maius realr̃, prior tristitia & tota remittit̃. ¶ At tertiã dubitationẽ dicit̃ q̄ fortuna
Ad tertiom dubium. scđm cõiter loquẽtes nihil aliud est nisi accidẽtiũ rerũ subit⁹ ac iopinat⁹ euẽt⁹. Et cui res scđę succedũt
dicit̃ hr̃e ꝓsperã fortunã, cui vero ifaustę, aduersam & durã fortunã hr̃e dicit̃. Et sic ꝓ affectu fortuito ca
pit̃. Hinc vulgus dicit hoc tale cõcessum a Fortuna, quã ethnici vulgares deã finxerũt scđm illud Iu
uenalis, Te facimus fortuna deã cęloq; locamus. Teste diuo Augusti. lib. iiij. de ciuit. dei. Romani deã
Fortunã posuerũt. Sed qa fortuna apud oẽs dicit̃ qñq; bona qñq; vero mala, eotsi dea mala esset, hoc
aũt est absurdissimũ. Fortuna ꝓ effectu fortuito nihil aliud est q̃ effectus ab agẽte scđm ꝓpositũ ꝓdu-
ctus ab eo nõ intẽt⁹ ab eo, extra semp & freq̃nter, q est notabilis boni vel mali. Vt fractio tibiæ p̃ter i-
tẽtionẽ, hoc mõ dicit̃ fortuna, vel iuẽtio thesauri in muro dimolito, & sic vulgariter capit̃. Ab Ari-
stotele scđo Physicorũ capit̃ ꝓ illo qđ est causa p accidẽs, hoc est nõ intẽdẽs effectũ, q est notabilis bo-
ni vel mali. Agẽs scđm ꝓpositũ & illũ effectũ nõ sępius ꝓducẽs, vt creatura rationalis q̃ est agens a ꝓ-
posito est fortuna respectu effectus cui cõnotatio termini per diffinitionem explicati cõuenit. Sed de
fato non solũ ethnici verũ etiã vulgares christiani plurimũ aberrant. Putãt enim ipsum rebus neces-
sitatẽ imponere, vt poeta de paride loquẽs ait. Te tua fata trahũt ne fata relinquere possis. Et si forte
equus moritur, dicit vulgus hoc esse illi fatale, cum a casu & fortuna vel malo equi regimẽ id euenit.
Nullum enim est fatum tale, teste Augustino quinto de ciuitate dei. Non tamen negandum est quin
posset esse hominis inclinatio ad hoc vel ad illud a sideribus, tamen necessitas vel prouidentia dei circa
creaturas est cõtingẽter, sed neq; hoc neq; illud apud nos est fatũ dicẽdũ more gẽtiliũ aut vulgarium.

Tractatus.III.Cap.III.Et Lib.IX.Cap.XII.



T est ne,vt adamantibus amabilissimum est ipse aspectus,magisq; hunc sensum q̃ cæteros expetunt,propterea q per hunc maxime est,atq; oritur amor sic & amicis maxime expetibile conuersari, simulq; viuere ! Amicitia nanq; communicatio est.Et vt ad seipsum quisq;,sic sese habet & ad amicum.Sensus autem vnicuiq; circa seipsum est expetibilis,& circa igitur amicum. At operatio ipsis in simul viuendo fit.Quare non immerito viuere simul affectant. Atq; quod tandem est singulis esse, vel gratia cuius viuere expetunt,in eo cum amicis versati,degereq; volunt.Quocirca alii compotant, alii talorum ludo simul incumbunt, alii simul sese exercent,& vna venantur aut philosophantur singuli totos dies id simul agẽtes quod maxime amant. Viuere enim simul cum amicis volentes hæc faciunt & ea cum his communicant,quibuscum vna viuere expetunt,quæ maxime ipsos in vita delectant. Fit igitur vt amicitia quidem improborum sit flagitiosa.Communicant enim praua,suntq; instabiles,& peiores etiam fiunt moribus similes euadentes.Proborum autem proba,congressionibus suscipiens incrementa.Videntur etiam tales & præstabiliores euadere,tam agendo q̃ se mutuo emendando:eliciunt enim ex sese mutuo ea quæ placent.Vnde illud dicit recte,
Disces ex studiosis nimirum optima semper.
Sed hactenus de amicitia.Deinceps de voluptate dicamus.

Aspect⁹ quo amor oritur an sit expetẽdus summe.

Amicitia improborũ flagitiosa.

AT est ne &c.Hic philosophus quęrit an sit delectabilissimum cum amicis conuiuere. Secundo quæstionem diluit & tribus conclusionibus caput absoluit. Prima conclusio est. Amicorum pręcipuum munus est vna conuersari simulq; viuere. Hoc quadrifariam probat. Primo quia vt in amantibus suauissimum est videre,& vt hunc sensum magis q̃ cæteros expetunt propterea q per hunc sensum est atq; orit̃ amor,quia corporis pulchritudo & decor p illũ sensum apprehenditur, modo obiectum conueniens mouet potentiam ad oblectamentum,sic & dulcis melodia cymbali hominum aures in musica delectantis, ita & cum amicis conuersari simulq; viuere expetibile videtur. Nam amicitia quædam & vnicuiq; communicatio est. Secundo vt quisq; se ad se ipsum habet,ita ad amicum,sensus aũt vnicuiq; circa se ipm est expetibilis.Et circa igit̃ amicũ. Minor est,delectabilissimũ est viro scire seipsum esse.Tertio amicitię operatio fit ipsis amicis simul cõuiuendo,non igit̃ immerito ipsi simul viuere affectant.¶Quarto singuli amici volunt cum amicis conuersari,in illa operatione quę est illis gratissima, & gratia cuius viuere eligunt,quasi ad illam operationem totam suam vitam ordinantes eligũt,quasi ad illam operationem totam suam vitam ordinantes. Hoc patet inductione ex litera quæ dicit. Atq; quod tandem est singulis esse vel gratia cuius viuere expetũt in eo enĩ cum amicis versari degereq; volunt.¶Quocirca alij compotant vt mercatores. Alij talorum ludo simul incumbunt,hoc est tesserulas,ossa diabolo inuenta iactant. Alij sese simul exercent, hoc est luctantur & vna venantur, aut philosophantur vt sapientes singuli, totos dies id agentes quod maxime amant. signanter totos dies dicit, vt tempus sine interruptione ponat. Sic de loco dic, quæ sibi gratissima sunt in loco, viuere enim simul cum amicis volentes hęc faciunt, & ea cum his communicant quibuscum vna viuere expetunt quæ maxime ipsos in vita delectant.

¶Secunda conclusio. Amicitia improborum est flagitiosa. Communicant enim praua:suntq; instabiles, peiores etiam fiunt moribus, similes euadentes, communicant enim in malis,vt in libidine furto rapina, in homicidio & in alijs flagitijs, & vnus alium ad malum allicit cum peruerso peruerteris. Et qui tangit picem,inquinabitur ab ea. Et Satyricus,dedit hæc contagio labem. Et dabit in plures, sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit & prurigine porci. Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. Et prouerbialiter dicitur. Vnica praua pecus inficit omne pecus sic de scabioso & leproso cum alijs dormiente & de pomis marcidis paucis quæ totum pomorum cumulum inficiunt Et modicum fermentum totam massam secundum apostolum.

¶Tertia conclusio. Proborum amicitia est proba. Patet,quia congressionibus suscipiens incrementa.Videntur etenim tales pręstabiliores euadere tam agendo q̃ se mutuo emendando. eliciunt enim ex sese mutuo ea quę placent.Hoc est bona. Vnde id recte dicitur. Disces ex studiosis nimirum optima semper. Et psalmographus. Cum sancto sanctus eris & cum peruerso peruerteris. Sed hactenus de amicitia deinceps de voluptate dicamus.Hoc est de amicitia affatim hactenus dictum est,nunc autem ad loquendum de voluptate sermo habendus.

¶Dubitatur circa hoc quod dixit.Per visum maximam delectationem capimus, quia multi maiorem per tactum capiunt. Visus est multis ob factum impudicum. Dubium.

¶Respondetur q philosophus loquitur de humano & casto amore, non autem de brutali concupiscentia. Responsio.

Finis Noni.

LIBER DECIMVS.

Tractatus primus, Caput Primum

Voluptas nobis familiaris est.



OST HÆC SEQVITVR FORSITAN VT de voluptate dicamus. Maxime nanq; voluptas nostro generi familiaris esse videtur. Quapropter erudiunt iuuenes, gubernantes ipsos, voluptate atq; dolore. Videtur autem ad consequẽdam moris virtutem maxime esse, gaudere iis quibus oportet, & odisse ea quæ oportet. Comitantur enim hæc tota in vita, memẽtum & vim ad virtutem habentia, fœlicemq; vitam. Nam eligũt quidem ea quæ voluptate afficiunt, fugiunt autem ea quæ dolorem efficiunt. Talia vero minime prætermittenda esse videntur. Pręsertim cum magna de ipsis sit controuersia. Quidam enim summum bonum voluptatem esse dicunt, quidam contra vehemẽter prauum. Partim forsitan & credentes sic esse. partim putantes ad vitam nostram melius esse voluptatem ostendere prauam esse, etsi talis non est, plęriq; enim propensiores sunt ad ipsam & voluptatibus inseruiunt. Quamobrem ad contrarium ipsos ducere oportere dicunt, sic enim ad ipsum medium tandem peruenient. Fortasse autem hoc non bene dicitur. Sermones enim qui de affectibus fiunt & actibus, minus creduntur q̃ opera. Cum igitur ab iis discrepant quæ sensu percipiuntur, tum spreti veritatem etiam ipsam intermũt. Qui nanq; voluptatem vituperat, is si eam visus nonnunq̃ fuerit affectare, ad ipsam inclinari videtur vt talem omnem. Distinguere nanq; non est ipsius multitudinis imperitę. Sermones igitur veri, non solum ad sciendum, sed ad viuendum etiam perutiles esse videntur, creduntur enim cum sunt operibus consentanei. Quapropter hortantur eos qui ipsos intelligunt, ad ita viuendum, vt ipsi definiunt, sed de his hactenus.

Operib' plus quam verbis creditur. Sermones veri.

Nunc ea quæ de voluptate dicta sunt referamus.



Ost hęc sequitur &c. In primi libri exordio de fine vltimo sermonẽ habuit philosophus, vt homines ad virtutum opera, per quæ felicitas procuratur, inuitaret. Sicut psalmographus in Psalmorum primordio inquiens. Beatus vir & reliqua. Et rursus scd'm virtutum materiam habũde hactenus determinatam, in hoc decimo locupletius de virtutum præmio mentionẽ facit. Hunc librum in duas partes diuidet in priore parte de voluptate felicitatis adminiculo docet, quam partẽ in quinq; capita secat. In posteriore parte de ipsa fœlicitate pręcipit. Huius capitis prima conclusio est. Post habita de virtutibus, forsitan consequens est vt de voluptate transigamus. Trifariam hanc conclusionem roborat.

¶Primo sic. Ad moralẽ philosophũ attinet tractare de rebus humanis per quas humana vita regit, at voluptas nostro generi familiaris esse videtur: igitur. ¶Consequẽtia cum maiore liquet. Minorem a signo fulcit. Ludi magistri & qui iuuenum curam subeunt volentes pueros prouocare ad probitatem, & declinare ab improbitate, erudiunt eos voluptate atq; dolore. Bonos enim lepido sermone & munusculis ad probitatem alliciunt, & eos voluptate afficiunt, resides vero plectunt terroribus eosq; verberibus a malo dehortantur, atq; dolore afficiunt.

¶Secundo probatur eadem conclusio sic. Moralis philosophi est de his tractare quæ ad virtutẽ moralem attinent, at voluptas & tristitia sunt huiuscemodi: igitur. Maior declaratur, quia moralis philosophi munus est de virtutibus moralibus tractare, & de iis per quæ virtus moralis fouetur.

¶Minor probatur in litera. Videtur autem ad consequendam moris virtutem maximum esse gaudere iis quibus oportet, & odisse ea quæ oportet, homines inclinantur prosequi voluptates, & auersari dolores: virtus moralis in talibus tenet medium. secundo Ethicorum, & affectus regulat. Gaudere eñ & odio habere per totam vitam se diffundunt, & communicantur hæc tota vita, momentum & vim ad virtutem felicemq; vitam habent. Sane homines eligunt ea quæ voluptate afficiunt, auersantur autem ea quę dolorem faciunt proinde de voluptate determinatio videtur consentanea. ¶Tertio eadem conclusio stipatur sic Moralis philosophi est tractare id quod magnam controuersiam circa mores habet, at voluptas est huiusmodi: igitur. Minor ex contrarietate opinationum inter sapientes agitata hoc enucleat. In principio posita dictio forsitan non est aduerbiũ dubitandi sicut nec alibi freqũter in hoc libro. Dicit q; voluptas videtur nostro generi, hoc est generi humano, esse familiaris. Vbiq; autem capit videtur pro aperte est in Ethicis, sicut porphyrius in Isagogis, videtur autem neq; genus neq; species &c. Et quod dialecticus vocat genus, legũlator speciem vocat. Et sermo est de voluptate spirituali & mẽtis, quę est nobis & ãgelis peculiaris. Voluptas corporalis est nobis & belluis cõmunis.

De sensuali voluptate potissimum in septimo ethicorum loquutus est. In septimo enim de incontinen-
tia & eius opposito signanter loquutus est quibus voluptas corporalis communicatur: proinde aliter de
voluptate in septimo & aliter in hoc decimo loquitur. Quidam astruunt voluptatem esse summum bo-
num vt epicurus & eudoxus. Quidam contra (vt stoici) grande admodum ducunt esse malum. Et hi sunt
duplices: quidam eorum ita reuera censent esse, scilicet omnem voluptatem esse vehementer prauam: se-
cundi putant ad nostram vitam satius esse monstrare voluptatem esse prauam tametsi mala non sit: q
multi ad ipsam procliuiores feruntur, voluptatibus inseruientes: & propterea ad oppositum ipsos allicere
salubre ducunt. Hoc enim calle ad medium peruenient: vt in calce secundi libri diximus, de incuruato ma
crone exemplificantes. Postea arguit eos qui astruunt voluptatem esse bona, & eam verbis insectantur. Et
ponit vnam bellam conclusionem orthodoxeque fidei consentaneam, que est haec. Fortasse autem hoc non
bene dicitur: hoc est incircunspecte facit is, qui scit voluptatem esse bonam & eam malam asseuerat. Con-
ciones enim que de affectibus & operationibus fiunt minus creduntur q̃ opera. In valore sic discurrit cre-
dentes voluptates esse bonas nonnunq̃ eas verbis persequitur: sed minus sermonibus q̃ operibus fidei tri-
buitur: Dum sermones actibus humanis qui sensu percipiuntur discrepant, tunc spernuntur dicentes, &
veritatem ipsam infirmant. Cuius enim vita despicitur (teste Gregorio) restat vt eius praedicatio cõtemna
tur. Et ideo Actuum primo. Incepit Iesus facere & docere: praeponitur facere tanq̃ difficilius. Propterea
quidam data opera ad populum concionando penultimam de facere elongauit & penultimam de docere
abbreuiauit: quia hoc est facile: istud vero difficile. Et aiax thelomonius improperãs vlyssi dicebat: tibi con-
cessum est eloqui nõ autem decore facere: mihi autem facere. Itaq; sibi ipse priores partes laudis assumpsit.
Qui voluptatem vituperat verbis, si visus fuerit eam interdum anxie quaerere: ad ipsam illam volupta-
tem & unmo ad omnem inclinari videbitur. Et quia aliquis diceret non ad omnem sed ad eam quam in-
sequitur, dicit q distinguere quae voluptas est studiosa, quae vero praua, non est imperitae multitudinis: &
ita siquis talis ad vnam inclinatur, ad omnem inclinari posse videtur. Postea obiter occurrentem cõclusio-
nem ponit: que est haec. Sermones veri non solum ad sciendum, sed etiam ad viuendum sunt maiorẽ im-
modum vtiles. Hoc est veritas duo bona vendicat. Probatur haec tertia conclusio sic. Sermones illi sunt
perutiles qui verum stipant solidantq; at quando actibus humanis sunt consentanei sunt huiusmodi: igi
tur. Minor patet. Quia tunc illos hortantur qui sermocinantes intelligunt, viuere vt ipsi verbis definiũt
Ex litera patet, mendacio neminem trahendum ad bonum: secundum deiloquum apostolum ad Roma-
nos. Non sunt facienda mala vt inde eueniant bona.
¶ Contra, dicis mentiri possum aut saltem illudere vt hominem ad bonum inducam. Si carnifex quae-
rat hominẽ in mea domo ad mortem: licite dico non est in domo mea, id est non comedit in domo mea,
vt sit tertia persona de edo. Et Iacob a diuo Augustino & aliis bene sentientibus excusatur a peccato q di
cebat se esse Esau: de his fusius in sentẽtiis loquut⁹ sum & nõ nihil sup hoc opus: quocirca nũc pertranseo.
¶ Dubitatur contra has duas conclusiones. Nam videntur esse veritatis suspectae. Si egregius concionator Dubium.
insectetur intemperantiam, & fractionem ieiunii: nemo per hoc arbitratur frangere ieiunium non esse pec
catum. Cui consonat Christus dñs in euangelio Matth. xxiii. dicens. Super cathedram Moysi sedẽt Scri-
be & Pharisei que dicunt vobis facere facite: & quae faciunt nolite facere. ac si dicat. Suscipite eorum salu-
brem doctrinam, eorum perditos mores detestantes. Respondetur q hoc est verum quando constat de ve Responsio.
ritate veri, & de operis malitia, non autem in verbo ambiguo: vt est in exemplo philosophi. Talis concio-
nator reuera non est egregius sed seminiuerbius: qui quod dixerat verbo, opere infirmat. Perinde acsi me-
dicus praedicans alas perdicum esse malas, & tamen ipse auidius illas mandit, quis illi crediderit? Quilibet id
agit quod arbitratur sibi esse bonum actualiter & in particulari, septimo ethicorum: circa particularia sunt
operationes, & affectus. At non oportet quemlibet dicere illud quod ei videtur bonum, primo elencho-
rum. Non eadem volunt & dicunt homines: dicunt enim decoratissimas orationes, volunt autem ea quae
videntur prodesse. Et patet de concionante contra pluralitatem sacerdotiorum & plura tenente siue in ti-
tulum siue in vt dicunt commendã. Immo concionator supradictus ieiunium facto interimit signanter
apud vulgus ad intemperantiam procliue: sic enim ratiocinatur. Quicquid dixerit iste in concione, nunc
in coena commedere non est peccatum: quia iste legem nouit & suam animam diligit: si esset delictum non
manducaret. Ad terrorem ergo haec verba dixit: & propterea scandalum actiuum apud sapientes est gran
de nephas: & in occulto ieiunium infringere est minus detestabile. Verum haec sunt separabilia apud sapiẽ-
tes. Licet enim verbi diuini declamator terra libidine sit famosus, non oportet eum in libidine imitari:
propterea Christus praecepit relinquere eorum scelestam vitam & amplecti eorũ sermones. Actus arctius
mouent q̃ verba: & in operibus aliud superne carpi solet. quod vnico exemplo rursum detegitur. In conci-
lio Niceno erat philosophantium quidam qui a gentilitio delirio nullis argumẽtationum inuolucris ad
fidem trahi poterat. Prosiliit in medium quidam annis grauis illibatae vitae nexuum dialecticorum igna
rus, prudenter cum philosopho captionibus imbuto disserens. Vitae nitorem philosophus intelligẽs mox
baptismum suscepit inquiẽs. donec meandris scholasticis mecum ageretur, verbis verba opposui: vbi pro
verbis vitae candor processit: reluctari nequiui. Vt autem paucis agam si vita concionantis verbis sit con-
cors sermo eius est efficax, & verificatur maxime de illo dictum apostoli ad hebreos quarto. Viuus est sermo
dei efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsq; ad diuisionem animae ac spiritus. Et hoc
videmus ad oculum in hominibus excellentis vitae, qui rudioribus verbis plebem ad aethera trahunt.
Non enim in sublimitate sermonis venit apostolus ad Corinthios vt ipse. i. Corinth. secundo ait,

Eudoxus probat voluptatẽ summum bonum.



Vdoxus itaq; voluptatem ex eo summum bonum esse putabat, quia cerne-
nebat vniuersa ipsam affectare: & quæ rationem habent, & quæ expertia
sunt eiusdem. Atq; in cunctis quod est expetibile, bonum esse, & quod ma-
xime est expetibile, optimum esse. Vniuersa vero ad idem ferri decla-
rat, omnibus illud optimum esse. Vnumquodq; enim id quod est sibi bo-
num inuenite dicebat, quemadmodum & alimentum. Quod igitur vni-
uersis est bonum, quodq; cuncta affectant, id esse summum bonum aiebat. Huius autem vi-
ti rationes ob moris magis virtutem, q̃ propter seipsas credebantur, valde enim videbatur
esse modestus, non igitur vt voluptatis amicus hæc dicere videbatur, sed quia vere res ita
se habent. Non minus autem hoc manifestum esse censebat, & ex contrario. Dolorem enim
etiam dicebat fugiendum per se omnibus esse. Itaq; cõtrarium expetibile esse simili modo.
Maxime autem id expetibile esse, quod non ob aliud, neq; cuiusq̃ expetimus gratia, atq; tale
ipsam esse sine cõtrouersia voluptatem, neminem enim interrogas, cuiusnam gratia capiat
voluptatem, propterea q; per seipsam expetibilis est ipsa voluptas: facereq; ipsam quoduis
bonum expetibile magis si illi addatur, vt iustas operationes temperatasve: & incrementa
suscipere bonum ipsum seipso. Videtur autem hæc ratio voluptatem ostẽdere bonum esse,
& non magis q̃ aliud bonum. Omne enim bonum expetibilius est cum alio bono, q̃ solum.
Tali itaq; ratione & Plato tollit voluptatem summum esse bonum. Vitam enim iucũdam
cum prudentia dicit expetibiliorẽ esse q̃ si sit sola. Qꝫ si mixtum est præstabilius voluptatẽ
summum bonum non esse, nullo enim addito summum bonum se expetibilius fieri. Con-
stat autem nec aliud quicq̃ summum esse bonum, quod cum eorum aliquo quæ sunt per se
bona, expetibilius fit. Quid igitur est tale, cuius & nos participes sumus? Nam tale quæri-
tur bonum. Qui vero negant bonum id esse quod omnia appetunt, ii nihil omnino dicũt.
Quod enim vniuersis videtur, id esse dicimus. Qui autem fidem hanc tollit, nõ multo cre-
dibiliora dicet. Nam si ea solum quæ mente carent, ipsam appeterent, esset aliquid quod di-
citur, sin vero & ea quæ prudentiam habent ipsam affectant, qui fit, vt aliquid dicant? For-
tasse autem & in prauis est aliquod naturale bonum præstabilius q̃ ipsa per se sunt, quod
proprium appetit bonum. Non videtur etiam & de contrario recte dici. Inquiunt enim, nõ
si dolor sit malum, voluptatem continuo bonum esse. Aduersatur enim & malum malo, &
ambo ei quod neutrum est. Atq; hæc non male dicunt, non tamen vere in iis quæ sunt di-
cta. Si enim ambo essent mala, oporteret & fugienda vtraq; esse. sin neutra, neutrum, aut si-
militer: nunc vero illum quidem fugere vt malum, hanc autem expetere tanq̃ bonum vi-
dentur? sic igitur & opponuntur.

Eudoxi sermo ob modestiam vitæ placuit.

Bonũ duplex

EVdoxus itaq; voluptatem &c. Hic recitat opinionẽ q̃ Eudoxi voluptatẽ summũ bonũ arbitrabat,
primo hac ratione psuasus q; vniuersa cernebat voluptatẽ affectare: tã ea q̃ rationis sunt capacia q̃
ea q̃ rationis sunt expertia. In oĩbus aũt qd est expetibile illud est bonũ, & illa qd est maxime expe-
tibile illud est optimũ. Qꝫ igit vniuersa ad voluptatẽ ferant illud ostẽdit eã esse summũ bonũ. Aiebat etiã
Eudoxus vnumquodq; inuenire id quod est ipsi bonum: quemadmodum quodlibet animal quęrit & in-
uenit quod sibi bonum est alimentum, vt carduos & tribulos asini, lacertos ciconiæ, vermiculos & herbas
pisciculi. Panem homines & fere animalia domestica: vnde sunt qui putant sic dictum q; pan est totum,
quia toti animantium generi expetitur: Omnia autem voluptatem quęrunt: Quod igitur est cunctis bo-
num & quod cuncta desiderant id aiebat esse summum bonum. Vis rationis iacet in hoc: Illud est summũ
bonum quod ab omnibus appetitur: si ab omnibus appetitur sua bonitate omnes ad se trahit. At volu-
ptas est huiusmodi: igitur. Eudoxi rationi morum elegantia plus momenti tribuit q̃ ratio ipsa valeret. ne-
mo credebat Sardanapalo in alimento & venereis summum bonum ponenti: quia helluo & lubricus erat.
Lurchones & intemperantes contemnimus cum eorum dictis. Valde enim modestus Eudoxus videbat
hoc est erat. Licet exteriora (vt in hypocritis) vix hominis probitatem concludant, in euidentibus tamen
vtimur illo modo loquendi vt dicamus videtur. Non enim dicebat voluptatem esse summum bonum
quia afficiebatur voluptatibus immo sua temperantia eas contempsit propterea plus ei credebatur. Dein-
de ponitur ratio secunda Eudoxi quę ex parte contrarietatis accipitur & est hæc. Dolorem constat omni-
bus per se fugiendum esse: igitur doloris contrarium scilicet ipsam voluptatem ab omnibus expetẽdum.
Momentum rationis in hoc stat. Cuius contrarium est malum & fugiendum, ipsum est bonum: at cõtra-
rium voluptatis scilicet dolor, est malum: igitur. Deinde ponit rationes Eudoxi quibus probare elaborat
voluptatem esse summum bonum. Illud est summum bonum quod non ob aliud neq; cuiusq; alterius
gratia expetimus: at voluptas est huiusmodi: igitur. Maior patet, quia per hoc vltimum finem in rebus
humanis ostendimus. Minor patet, quia sine controuersia talis est voluptas. Neminem enim interrogas cu-
iusnam gratia indaget voluptatem: & id causę est, quia ipsa voluptas est per se ipsam, expetibilis. Si eñ vo

luptas ordinaretur ad finem altiorem,recte inquireres quare voluptatem optas:sicut recte queritur quare
comedis,& rite respondetur vt viuam. Scholasticus petit campos vt ludat:ludit vt recreetur, recreatur vt
melius agat ac studeat & illic est status. Ratio secunda Eudoxi ad probandam voluptatem esse summū bo-
num siue quarta in ordine est haec. Illud quod cuicunq; bono appositum facit illud eligibilius, est summū
bonum:at voluptas est huiusmodi:igitur. Minor patet ex litera: vt iustas operationes temperatas ve ma-
gis expetibiles & incrementa suscipere:vt bonum ipsum seipso bono splendescit, dulcis enim est mixtura
bonorum vt produnt. Sequitur prima conclusio huius capitis ex mente philosophi, qui hactenus aliorū
dicta recitauit. Verum hec ratio Eudoxi est flaccida,solum monstrans voluptatem esse bonum:sed nō ma-
gis q̃ aliud bonum:cum omne bonum cum alio est expetibilius q̃ ipsum solum. Sed eadē ratione cui inni-
titur Eudoxus subtrahit Plato voluptatem summum bonum esse. Dicebat enim. Ad assumptum Eudo-
xi sequitur voluptatem non esse summum bonum. Ad antecedens Eudoxi sequebatur oppositum conse-
quentis vt Platonici dixerunt:quoniam si voluptas alteri bono addita vtpote prudentiae congeriem bo-
norum meliorem facit quia vita iucunda cum prudentia, vitę iucundę soli pręstat :sequitur voluptatem
non esse optimum quia illa congeries voluptati pręstat,dicebat enim Plato summum bonum nullo addi-
to meliorari posse. Subsequenter monstrat philosophus Platonem insufficienter respondere obiectui Eu-
doxi dicens si nihil alteri additum totum meli⁹ facit & est per se bonum:nullum bonum quo nos cōmu-
nicamus est per se bonum:& hec est secunda conclusio quam hic intendit. Si hec Platonis ratio vera esset
& eius maior vera, clarum istud quoq; esset:neq; vllum quidem aliud esset summum bonum,quia nullum
vnum est eligibilius per seipsum solum q̃ cum aliquo illorum bonorum quę sunt bona secundum seipsa.
Nulla enim est virtutis bonitas quę sit eligibilior sine sapientia q̃ cum sapiētia. Nec aliquod aliud bonum
quo nos communicare possumus. Tale autem bonum inter morales philosophos indagatur:de bono sepa
rato & diuino inter sapientes non contenditur. Neq; solutio Platonicorum ad primam rationem Eudoxi
valet. Hec est secunda conclusio huius capitis. Qui negant illud bonum esse quod omnia appetunt ii ni-
hil omnino dicunt:& sic in valore argumentatur. Omne illud est bonum quod vniuersi bonum esse cen-
sent:& quod omnes morales expetunt illud esse bonū censent:ergo illud est bonū quod vniuersi expetūt.
Secūdo si solū ea animalia quę mentis & rationis expertia sunt vt bellue & amentes, voluptatem appete-
rent tunc cum colore platonici loquerentur:ad cum ea animalia quę prudentia prędita sunt voluptatē cu-
piant,qui fit vt aliquid apparenter dicant? Et si praui voluptatem appetant non sequitur voluptatem esse
malam,quia in prauis naturale bonum valētius q̃ ipsa per se sunt bona:puta bonum diuinum quod pro-
prium appetit bonum vt in septimo diximus capite penultimo,omnia nanq; diuinum quid habent na-
tura. Nec etiam Platonici eluunt rationem quę de contrario assumebatur. Hic ponitur quarta conclusio.
Inquiunt non statim fieri:si dolor malum est voluptas est bonum:quia contrariatur malum malo & am-
bo mala scilicet extrema ei quod neutrum est:scilicet medio. Neq; haec quidem inerudite dicunt quia reue-
ra malum malo & medio aduersatur prodigalitas:illiberalitati & liberalitati aduersatur. Sed in proposito
hic non soluit:quia ambo & dolor & voluptas mala non sunt. Si enim ambo essent mala oporteret ambo
fugienda esse:quae enim in genere malo conueniunt ea ipsa in eius proprietate conuenient,fugiendū sal-
tem nominaliter est malum:sin neutra neutrum, hoc est si neutra sint mala sed bona aut neutra neutrū
est fugiendum:aut similiter de vtroq; censeas,si sint mala quantum ad fugiendum prosequēdum aut hu-
iusmodi. At non est ita.nam constat eos dolorem vt malum fugere,voluptatem ceu bonum petere sic igi-
tur,& opponuntur, sicq; aduersantur vt bonum malo: proinde Plato haud sufficienter rationes Eudoxi
diluit. ¶ Dubitatur de vno dicto probando:bonum bono superadditum non reddit totum praestabilius: Dubitum.
deus & creatura non est praestabilior deo solo:opposito enim dato sequitur aliquid saltem congeriem esse
deo perfectiorem quod est rationi dissentaneum. Respondetur q̄ dum vna pars totius est infinitae perfe- Responsio.
ctionis a qua tota creaturę perfectio dependet,aggregatū non est illo infinito,si sit solo deo perfectius. vn-
de fit q̄ asinus ex Iudęa in Ægyptū fugiēs nō portauit nobilius pōdus q̃ Christifera virgo Christū dn̄m
in vlnis portans:& licet binarius almę virginis & Christi specie differret a verbo incarnato,nō est superior
perfectio in toto q̃ in parte:cum aggregati nobilitas a partis perfectione proficiscatur: secus in omnibus
creatis quare recte Aristoteles in Platonem ait:summum bonum cuicunq; bono additum totum pręsta-
bilius reddit. ¶ Dubitatur secundo quisnam fuit iste Eudoxus. Respōdetur q̄ erat Æschinis Demosthe- Dub. secundū
nis ęmuli filius:auditorq; Socratis, Platonis sodalis, patria Gnidus:est enim Gnidus Cilicię ciuitas fuit hic Responsio.
mathematicus summus & medicus: legesq; scripsit. Fuit & alter Eudoxus Rhodius historicus. Fuit &
tertius Siculus de genere Agathoclis tyranni,poeta Comicus.

Tract.I. Et Lib.X. Cap.III.



T qui neq; si voluptas non est qualitas propter hoc bonum non est. Neq;
enim operationes virtutis sunt qualitates,neq; foelicitas ipsa. Dicant etiā,
bonum quidem ipsum definitum esse,voluptatem vero indefinitum : quia
suscipit intentionem remissionem ve. Si igitur ex eo quia magis voluptas
minusve capitur hoc iudicāt,erit idem & circa iustitiam caeterasq; omnis
virtutes,quibus manifeste dicunt magis minusve tales eos esse qui ipsas ha
bent,nam magis sunt iusti fortesve. Et fit,vt & iuste agatur ac temperate magis & minus.
¶ Sin in voluptatibus hoc inquiunt esse,videant ne fortasse non dicant causam:si volupta

tum aliæ sint mixtæ aliæ immixtæ. Quid autem prohibet, vt sanitas quæ definita ma=
gis est atq; minus,sic & voluptates esse?Non enim eadem in cūctis est temperatio, nec vna
quędam semper est in eodem.Sed cum remittitur permanet vsq; ad aliquem terminum: &
differt ex eo quia magis est atq; minus.Tale igitur & in voluptate esse potest.Pręterea sum
mum quidem bonum perfectum esse,motiones autem & generationes imperfectas esse po=
nentes,voluptatem motionem esse, generationemve ostendere enituntur. Sed non dicere
bene videntur.Non est enim motus. Omni nanq; motui proprium esse videtur celeritas
tarditasve,etsi non per seipsum,vt motui ipsius mundi ad aliud:at neutrum horum compe
tit voluptati.Fit enim vt aliquis cito sit cōstitutus in voluptate quemadmodum & in ira,
vt velociter autem delectetur,non fit neq; ad alium:sed fit vt velociter ambulet, & accre=
Generatio. scat,& omnia id genus.Fit igitur vt velociter atq; tarde quispiam ad voluptatem mute=
tur,at non fit,vt hac ipsa celeriter operetur,id est delectetur.Generatio vero quonam fuerit
modo?Etenim non ex quouis fieri quoduis,sed ex quo quid fit in id dissolui videtur. & eu
Dolor. ius generatio esset voluptas,eius esset corruptio dolor.Dicunt autem dolorem quidem in=
digentiam eius esse quod est secundum naturam,voluptatem vero repletionē,hi autem affe
ctus,corporis sunt.Si igitur voluptas repletio eius est quod est secūdum naturam,id & vo=
luptate afficitur in quo est repletio,corpus ergo capit voluptatem.At non videtur, Nō est
ergo voluptas repletio,sed dum fit repletio,voluptate quispiam afficitur,& dū secatur do=
let.Opinio autem hæc ex doloribus circa alimentum & voluptatibus orta fuisse videtur.
Nam indigentes facit & antea affecti dolore,repletione capimus voluptatem. Hoc autem
non circa omnes accidit voluptates.Nam sine dolore sunt & ipsæ mathematicæ volupta=
tes,& quæ per olfactum & auditum fiunt ac visum,& spes complures, item & recordatio=
nes voluptate afficiunt.Cuius igitur hæ generationes erunt?Nullius enim rei fuerunt in=
digentiæ cuius repletio fuerit.Ad eos autem qui proferūt voluptates eas quæ sunt obscœ
næ ac improbę,dicere quispiam potest ea que tales afferunt voluptates non esse iucunda.
Non enim si praue dispositis sunt iucunda,putandum est & iucunda simpliciter esse, nisi
illis,quemadmodum neq; salubria,aut dulcia,aut amara quæ ægrotantibus,aut alba quę lip
pis videntur.Vel hoc modo dicatur.Voluptates expetibiles quidem esse, non tamen ab il=
Voluptates specie differre. lis:quemadmodum & diuitem esse expetibile quidem est, at non ex patriæ proditione, &
sanum esse,at non quodcunq; edendo. An voluptates differunt specie? Diuersę nanq; sunt
quæ ab honestis rebus & quæ a turpibus prodeunt: & non fit vt quisq̄ iusti capiat volu=
ptatem si non sit iustus, aut musici si non sit musicus,& in cæteris simili modo. Ostende=
re autem videtur & ipse amicus,cum sit ab adulatore diuersus nō esse voluptatem bonum,
aut specie voluptates differre. Hic enim ad bonum, ille ob voluptatem congredi videtur.
Et ille quidem vituperatur hunc autem laudant vt ad diuersum congredientem. Nemo
præterea expetet ita viuere vt mentem habens per vitam pueri,iis ex rebus capiat volupta
tem quibus pueri maxime delectantur vt putant, aut gaudere turpissimum quid faciens=
do,nullum vnq̄ suscepturus dolorem. Et compluribus indulgeremus rebus, etiam si nul=
lam voluptatem afferrent. Damus enim operam vt videamus, vt meminerimus, vt scia=
mus,vt habeamus virtutes.Quod si necessario hæc sequatur voluptas,nihil refert. expetere
mus enim hæc etiam si nulla prorsus ab ipsis prouentura esset voluptas. Voluptatem igi=
tur neq; summum bonum esse,neq; expetibilem omnem:& voluptates nonnullas esse per se
expetibiles specie differentes,aut ea a quibus proueniunt perspicuum esse videtur.Ea igitur
quæ de voluptate doloreq; dicuntur,satis sint dicta.

AT qui neq; si voluptas &c.In hoc tertio capite philosophus opiniones voluptatem non esse bonam
asserentes recitat,easq; refellit.Dixerunt enim aliqui nullam voluptatem esse bonam: tum quia
non est qualitas, tum quia suscipit magis & minus,tum quia est generatio,tum demum quia ali=
quæ voluptates sunt foedę,vt in septimo libro capite vndecimo dictum est.Est igitur prima conclusio hu
ius capitis,voluptas nō est qualitas nō sequitur icciroo q; nō est bonū:hoc est nō sequitur:voluptas non est
qualitas,ergo non est bonum.Probatur hæc cōclusio quia neq; virtutis operationes sunt qualitates,immo
nec ipsa foelicitas,etiam forte secundum Platonicos,hæc tamen sunt(vt liquet)bona.vnde non sequitur:
volupetas non est qualitas ergo non est bonum.
¶ Secunda conclusio,q; quia volupetas magis & minus, intensionem ac remissionem suscipit,& ideo
quid determinatum non est, ea propter non est bonum: nulla est probatio. Patet, sic illud concludit
falsum sicuti verum: ergo inepte illam conclusionem ponunt. Assumptum patet,& sic formatur ratio

Omne bonũ est definitũ & determinatum:at voluptas non definita,quia non cõsistit in aliquo vno certo, ꝓinde nõ est bonũ. In quarto mõ secũdo figurę. Accedo ad literã.si censent voluptatẽ qd indefinitũ & malũ suscipit magis & minus:vel intelligunt de subiecto virtutis aut delectationis & tunc erit idem circa iustitiam & reliquas virtutes,quibus aperte dicunt eas habentes magis vel minus esse:vt magis iustos minusve,& fortes.fit certe vt quid magis & minus agatur & iuste & temperate.Ex hoc passu trahitur argumentum quod subiectũ formę intenditur. Et coloratur ratione:forma intensa discrepat ab ea quae pauciores gradus habet,proinde haud est eadem forma intensa & remissa,metaphysice loquendo: at subiectum formae est idem numero.Idem etiam concedit de forma. Sed hęc sunt physicę perscrutationis & ab hoc instituto aliena. Sequitur litera. Sin in voluptatibus hoc inquiunt esse.In abstracto & non in subiecto ꝙ voluptatis sunt: inde finitae quia suscipiunt magis & minus,videant ipsi ne causam vniuersaliter dicant: quoniam voluptatum aliae sunt impurae & mixtae:& quaedam est pura in summo:& illa non suscipit magis & minus.Caliditas est pura quae nihil contrarii habet:quae est in summo non amplius naturaliter intensibilis.Item quid prohibet de sanitate quae definita bonitate existit ꝙ suscipiat magis & minus:non enim est in omnibus eadem temperatio siue mensura humorum,nec vna semper in eodem animali:sed cum sanitas remittitur permanet ad aliquem limitem vsq; sub quo erit ęgritudo:quia sub illo limite erit humorum disproportio:Et sic inter sanum aegrumq; non est dare mediũ:& per consequens sunt contraria immediata.Qui neutralitatem ponunt,vt Galenus ab hoc solum verbaliter differunt.Latitudo proinde sanitatis est partibilis & vnus alio incolumior proinde & aegrior:& qui est in puncto sanitatis mathematico est sanissimus. Tale quid erit in ipsa voluptate. Carptim dicere intendit:nõ sequitur.Voluptas suscipit magis & minus:proinde non est quid determinatum & bonum sicut iam ostẽsum est de sanitate quę est determinate bona,licet remittatur intendaturve.

¶Sequitur in litera.Praeterea summũ quidã bonũ. Aliqui dixerũt voluptatẽ nõ esse bonũ:quia est motio vel generatio contrariorũ:neutrũ autẽ est per se bonũ. Probat autem voluptatẽ non esse motum.vnde est tertia conclusio. Voluptas non est motus.quod sic ostendit.Omnis motio est celeris pigrave:At voluptas non est huiusmodi igitur.Maiorem explanat sic,Celeritas & tarditas non conueniunt motui secundum seipsum hoc est absolute sed per respectum ad aliud:sicut motus diurnus quo totum caelum torquetur dicitur per relationem ad alias motiones,impiger quia paruo tempore multum intercapedinis conficit,sexto physicorum:Pigrum vero tali temporis fluxu paruum interstitium metitur,vt punctus in minore vrsa tardius ꝙ alter in aequatore mouetur licet aequaliter secum circumgiratur. At multum & paucum dicuntur ad aliquid,vt ex praedicamẽtis liquet.Verum neutrum horum competit voluptati hoc est. Neq; celeritas neq; tarditas voluptati conuenit:nec eius duratio breui tempestate aut longo mensuratur: fieri tamen potest vt quispiam subito voluptate sit cõstitutus:sicut & ira.non fit autẽ vt velociter delectetur neq; ad se neq; ad alium.Sed plane fit vt quis impigre ambulet atq; adolescat:& cętera id genus. Non tamen inficiandum est quempiam posse disponi vt pigre impigre ve ad voluptatem perueniat.sed nõ fit vt voluptate celeriter operetur hoc est vt subito delectetur.Vult dicere ꝙ motus quo ad voluptatem peruenitur potest esse volucer aut tardus,tamen non est dicendum aliquem velociter delectari quia delectari non est in fieri sed in facto esse.deinde probat voluptatem non esse generationẽ ¶Quarta conclusio voluptas non est generatio.Bifariam hęc ostenditur,Primo sic.Non quodlibet generatur ex quolibet, sed determinatũ ex determinato.primo physicorum:& in illud resoluitur ex quo generatur,At hoc in voluptate non contingit.non enim est ex definito in definitum:quia non est motus.Secundo sic.Si voluptas sit generatio:dolor erit corruptio.(Per locũ a contrariis)sed consequens est falsum:ergo & antecedens. Si enĩ dolor esset corruptio:quodcunq; tristaretur corrumperetur. Sed quia Platonici hoc concesserunt dicentes voluptatem esse repletionem,& dolorem defectum . ¶Contra hoc ponit conclusionem & est in ordine quinta quae talis est.Dolor non est indigentia eius quod est secundum naturam.Neq; voluptas est repletio naturalis.Haec conclusio potest bifariam intelligi.Primo sic.Platonici dixerunt alimentum replens stomachum & venas esse voluptatem:& dum corpus est exinanitum indigentia alimenti est dolor.Hoc refellit inquiens.Hi autem affectus corporis sunt:ergo corpus vel anima sensitiua seclusa capit voluptatem. Repletio & vacuitas animatis & inanimatis mixta conuenit.Alimentum coniungitur arbori:ergo in ea est repletio:& per consequens voluptas:& dolor per substractionem alimenti necessarii.Consequens est falsum,ac non videtur:puta non est ita.Secundo sic.Dixerunt Platonici quando alimenti conuenientis est repletio efficitur voluptas corporea,& aliter non habetur:& quando corpus exhauritur generatur dolor: quia subtractio obiecti conuenientis dolorem generat:& eius applicatio voluptatem. Ordino literam. Dicant ergo platonici esse indigentiam eius quod est secundum naturam.hoc est esculenti poculentiq; aut alterius rei conuenientis:& aiunt voluptatem esse repletionem, hoc est ꝙ quando est repletio generatur voluptas solum in corpore hoc est in aggregato corporis & animae . Insto , ex isto sequitur ꝙ corpus capiet voluptatem & non erit voluptas sine corporis repletione:nec repletio nisi supplendo defectum exinanitionis.At non videtur,id est non est ita.Non est ergo voluptas repletio corporis.Verum dum fit repletio voluptate quispiam afficitur.Hoc est ille affectus procreatur:& dum corpus secatur generatur dolor. Ex hoc intelligitur ꝙ generatur voluptas & dolor in anima subiectiue:quia de voluptate & dolore spirituali hic loquitur.Non tamen est negandum quin voluptas corporalis & extensa generatur quando corpus fame affectum reficitur.Et rursus ex inedia dolor generatur corporalis:ergo habetur voluptas aliqua non corporalis pariter & dolor.Alii volũt dicere voluptatem doloremq; sic vniuersaliter generari,quod post hac lucide refellit.Deinde mõstrat vnde hęc opinio ortũ duxit inquiẽs.Opinatio hęc ex doloribus & voluptatibus circa alimẽtũ,originem traxit:qa inaniores factum & antea dolore ꝑpẽti ipsa repletiõe voluptatẽ

ſumimus:at illud non contingit circa omnes voluptates.Mathematicæ eñ voluptates & ſpeculatiuę ſunt ſine dolore prçuio.Mathematicę autem artes hoc verſiculo deprehenduntur.Mu,canit.ar,munerat,ge põderat,eſt colit aſtra.Et ea quæ per olfactum capiuntur vt odorando flores,vnguentaq; per auditum audiẽdo melodiam & cimbalum bene ſonans videndo aulea,tapeta,flores,faciem humanam & ſpecies complures.Sperando conſequi dignitates mundanas aut cælum.Et recordationes an actorum voluptate afficiũt. Sed cuius hæ generationes & cuius repletiones erunt:nullius enim rei anteceſſerunt indigentiæ: & cuius generatio eſt voluptas eius corruptio eſt dolor.Ex his colligitur ꝙ voluptas non eſt vniuerſaliter repletio, quia multæ ſunt voluptates abſq; defectu præuio,at nulla repletio eſt abſq; defectu pręcedenti.

¶ Sexta concluſio.Facile reſpondebitur aſſerentibus voluptates obſcœnas eſſe, & iccirco concludentibus voluptatem eſſe malum.Trifariam autem his reſpondebitur.Primo dicemus voluptates obſcœnas non eſſe voluptates ſimpliciter,quia non ſunt voluptates fœdæ niſi prauis . Et non ſequitur,ſunt voluptates malę diſpoſitis:ergo ſunt voluptates.Proceditur enim a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.Sicut in ſimili non ſequitur:hoc videtur dulce amarumve ægroto:igitur eſt vere tale.Nec ſequitur:hoc videtur candidum lippo hallucinanti:ergo hoc eſt candidũ,Qui habet opthalmiam ei humor putreus & ſubalbus circa pupillam oculi emittitur:iccirco lippus ophtalmia infectus non alba cenſet alba:Sic malus habet oculum mentis infectum & perperam de voluptate iudicat.Lippus oculos lachrymantes habet.dum frons tibi prurit,timor lippitudinis eſt.Plinius in naturali hiſtoria libro vigeſimoquarto negat eos lippire ac oculorum vitia contrahere,qui dum pedes lauant ex ea aqua ter oculos tangant.Ipſe lotiũ recenter emiſſum oculis applico.Illa enim ſunt abſolute iucunda,quæ probis videntur talia. Hæc illatio eſt bona:hoc videtur probis iucundum:ergo hoc eſt vere iucundum.Illic enim a parte in modo ad ſuum totum affirmatiue ſine diſtributione proceditur.Secundo ſoluit inquiens vel hoc modo dicatur:voluptates indifferenter ſunt bonæ:non tamen quibuſcunq;.Voluptates venereę ſunt bonę inter coniugatos,quando actus coniugii licite fit cauſa generandæ prolis vel ſanitatis corporis aut animæ,aut cauſa reddendi debiti,aut cauſa cõſeruandæ vxoris,& ſui ab adulterio.Etiam non ſunt vnq̃ malæ belluis,quemadmodum in ſimili locupletem eſſe eſt bonum ſimpliciter ſed non proditori patrię,quia per fortunas plus natiuo ſolo incommodare poteſt.Aliud exemplum.Incolumen eſſe eſt bonum,ſed non quodcunq; edendo, puta mandendo hominem vel eum occidendo vt ſanus ſis.Sicut dicitur de Conſtantino magno primo Romanorum Imperatorum qui veræ pietatis cultum ſuſcepit,Vel ſic Socratem eſſe ſanum eſt bonum,non tamen quocunq; modo ſanitatem acquirendo per fornicationẽ aut adulterium.¶ Tertio ſoluit hoc pacto,omnes voluptates talis ſpeciei ſunt bonę:voluptates ab honeſtis & fœdis prodeuntes ſpecie differunt.Patet. Ab obiectis ſpecie differentibus hę voluptates prodeunt:ſtudioſus honeſtis ſolũ gaudet,improbus obſcœnis.Quatuor viis hoc probat prima.Muſicus aliam voluptatem in melodia capit q̃ non muſicus.Neq; enim fit vt quis iuſti voluptatem capiat qui idem iuſtus non ſit:quemadmodum neq; muſici qui non eſt muſicus & ita in talibus.Hoc videtur monſtrare ipſe amicus & aſſentator,cũ amicus alius ſit ab aſſentatore:Amicus eñ ad bonum congreditur,quia ob pacem & tranquillitatem cum alio congreditur.Adulator autem ad voluptatem,hoc eſt quęrit placere:ſed adulatorem criminantur,omnes amicũ vero laudant,velut ad diuerſum cõgredientem.Et per conſequens hę voluptates in ſpecie differunt.Secundo nullus optat ita viuere,vt integro vitę curriculo puerilem mentem habeat.Quis enim pueri multis voluptatibus defluant,& ex his rebus capiant voluptatem quibus pueros maxime delectamina capere arbitrantur.Vis rationis iacet in hoc ꝙ nullus quęrit voluptates puerorum licet illa delectamina ſint magna,& plerıq; voluptatem quærunt: proinde voluptates ſpecie differunt.Pueri maxime oblectamenta habent,& tamen ille eſſet mentis inops qui pueri mentem tota in vita expeteret ſemper capiendo voluptatem in his quæ pueri oblectamenta capiunt.Quarto nemo item appeteret fœdiſſima agendo ſemper gaudere nullum vnq̃ dolorem habiturus:igitur voluptates ſpecie differunt.

¶ Vltima concluſio huius capitis eſt hæc.Non omne ob voluptatem eſt eligibile.Hoc manifeſte reuelat in litera quæ perſpicua eſt.Compluribus inſudamus rebus etiã ſi nullam voluptatem afferunt Damus enim operam vt videamus regem,mononachiã,meminerimus,ſciamus,virtuteſq; nobis paremus. Neq; refert quicq̃ ꝙ his voluptas non eſt annexa:expetimus videre vt cum recolligamus:per exteriores ſenſus multa addiſcimus.Cupimus etiam anteacta penoſa reuocare in mentem,horum olim meminiſſe iuuabit.Hęc expetimus etiam ſi ex eis nulla eſſet prouentura voluptas.Deinde epilogat inquiens.Ex prędictis perſpicuũ eſt ꝙ voluptas non eſt per ſe bonum & ſummum:& non omnẽ voluptatem eſſe expetibilem:Sed aliquę ſunt voluptates per ſe expetibiles:cum quo dicto alludit pſalmographus inquiens,Torrente voluptatis tuę potabis eos,differentes ſpecie ab aliis aut ſaltem ea ſpecie differunt a quibus prouenıunt.Verum de voluptate doloreq; quę a prędeceſſoribus noſtris traduntur tanta eſſe dicta ſufficiat.

Dubium. ¶ Circa hoc caput aliqua dubia occurrunt primo:in hac illatione,Voluptas non eſt qualitas ergo non eſt bonum, proceditur a ſuperiore ad inferius negatiue cum ſuperioris diſtributione. Secundo videtur voluptas eſſe qualitas,quia quæritur in quo alio prædicamento ponatur. Item fœlicitas eſt qualitas ſi enim

Reſponſio. quæratur,qualis eſt Ioannes euangeliſta:apte reſpondetur felix in etherea ſede.Reſpondetur primo: aliqui dicunt Ariſtotelem loqui ſecundum Platonis ſententiam , & ad hominem argumentari , non ex ſua opinione . Hoc autem mihi non placet. Secundum realium principia qui res multiplicant , quemadmodum multi priſcorum fecerunt,duplex eſt delectatio:quædam eſt de genere actionis.vt illa quę eſt productiua delectationis perfectæ,quæ conſiſtit in perfecta operatione virtutis:& quędã eſt de genere qualitatis,vt illa quæ eſt tota perficiens perfectiſſimam virtutis operationẽ.Et iſta eſt de genere qualitatis.Sic fœlicitas,vno mõ eſt finis vltimi ꝓductio humanorũ actuũ:& hęc ꝓductio eſt de genere actionis.Alio mõ eſt

finis vltimus & sic est de genere qualitatis. Aliter dico res non multiplicando. Hæc realium secta ab vrbe
parisia exulat. Dico q̄ omnis res mundi est qualitas primę intentionaliter. De partibili patet: est enim suę
partes, ergo paritas imparitasve. De impartibilibus ostend'tur: deus est iustus & sua iustitia. Anima intelle
ctiua & angelus est liberum & sua libertas: & sic qualitas. Item quęlibet res mundi est naturalis potentia aut
impotentia: ergo & qualitas. Verum qualitas secundę intentionaliter solum supponit pro dicibilib^9 in prę
dicamento qualitatis ponibilibus. Capiatur loco vocabuli voluptas delectatio sicut vetus tralatio: aut :ctis
ua passiuave vocabula modo illa sunt de prædicamento actionis aut passionis sicut alia verbalia in io termi
nata, vt calef.ctio est in prædicamento actionis vel passionis: calidum vel caliditas in prædicamento quali
tatis: & sic operationes virtutum vt iustifico temperanter :go. & fœlicitas in :ctione & non in habitu con
sistit: & si vocabula delectationem, consequenter ad græcū caperetur, ita foret: voluptas a volvo dicitur quæ
animum demulcet & :ctionem importat. Aliter dicitur q̄ licet notio bonum ponatur in prædicamen
to qualitatis sicut species eius, tamen diuiditur in hos ramos, bonum vtile, bonum voluptabile, & bonum
honestum: non tanq̄ genus in suas species, sed tanq̄ totum in modo in suas partes. Sicut homo in homi
nem album & nigrum: quod patet quia dictio vtile est in prædicamento ad aliquid, & relatiue ad aliud di
citur: & sic non sequitur voluptas vel a non est qualitas, secundę intentionaliter capiēdo vocabulum qua
litas, ergo non est bonum capiendo bonum in toto suo ambitu. Vtile non est qualitas & tamen vtile est bo
num. Et sic hæc ratiocinatio est nulla in prima conclusione huius capitis. Si loco notionis voluptas, voca
bulum actionem passionem ve importans capiatur. Eius prior solutio est lucida, vt delectatio dictio lati
na qua Cicero libro quarto Tuscu. vtit. Illic dicit delectatio est voluptas suauitate auditus animum leniens.
Et qualis est hæc aurium tales sunt oculorum & tactuum & odorationum & saporum quæ sunt omnes
vnius generis ad perfundendum animum tanq̄ illiquefactæ voluptates.

¶ Secūdo dubitatur an voluptas sit motus. ¶ Tertio :n omnis voluptas obscœna ab honesta specie discer
nitur. ¶ Quarto an voluptas sit generatio. ¶ Ad secundum dicitur q̄ motus proprie dictus vt qualitati
intensibili conuenit, est forma imperfecta ad perfectionem continuo tendens, vt caliditas cuius vna pars
est acquisita & reliqua in continua accessione. Motus pro tali supponit connotando vnam partem ex:ste
re & reliquas in continua productione esse. Conformiter ad philosophum tertio physicorum dicentē. Mo
tus est actus entis in potentia secundum quod in potētia. hoc supposito dicitur si voluptas subito fiat ipsa
non est motus. At de eius volucri productione capite sequenti futurus est sermo. ¶ Ad tertium negatiue
respondetur. Voluptas enim in venereis non distinguitur a voluptate tempore connubii, nec ipse curs:e,
vt volo cognoscere hanc demonstrando eam solutam & coniunctam: hic autem in causa non est distinctio
in genere naturę est tamen distinctio in genere moris & vicii & hoc satis est pro philosopho.

Dubia quatuor.

Ad horū p̄timum qd est secundum.

Ad tertium.

¶ Ad quartam dubitationem respondetur q̄ motus interdum est genus generationis vt patet in post
prædicamentis: vbi generatio inter sex motionum species numeratur. Alio modo capitur motus vt est
inter terminos positiuos. Generatio & corruptio sunt inter terminum positiuum & priuatiuum vt habe
tur quinto physicorum. At dum voluptas potest fieri sine dolore præuio, vt in literali expositione retuli
mus: tunc voluptatis non est motus nec generatio: quia de ratione generationis proprie dictæ est sicut
philosophus sępe capit, idem cum motu q̄ successiue fiat vt calor partibiliter productus toto tēpore pro
ductionis est caliditatis generatio. Transmutatio instantanea nō est generatio: illi enim nihil aliud est q̄
res ipsa quæ subito procreatur vt visio, lumen, anima intellectiua partis immunis: & quia voluptas instan
tanee producitur non est generatio sicut nec motus.

Ad quartū.

¶ Quinto dubitatur. Ego musicam diligo qui cantionis sum expers, & latro iustitiam diligit. Responde
tur q̄ nemo hasce artes vehementer & flagranter diligit qui earum est immunis vt de philosopho aūt:
amator sapientiæ conuertitur cum philosopho, ergo philosophiæ inops non amat philosophiam vel non
omnis philosophiam amans est philosophus. ¶ Dubitatur quare dicit nos expetere futura pręterita & cę
tera. Aliqui de remotis oris hispaniæ venerunt in Italiam videre Titum Liuiū, vt Hieronymus ad Pau
linum ex Plinio depromēs dicit. Regem & monomachiam fortium videre expetimus vt meminerimus.
Patet de peccatis nostris retroactis denudare confessario & de laboribus a nobis exanthlatis. Affectamus sci
re futura vt mortem nostram & amicorum fortunam, licet nulla sequeretur voluptas, sed videtur q̄ volu
ptates pueriles quęrimus, Socrates enim arundinem inter tibias ponens inter puellos equitarat.

Dub quintū.

Responsio.

Dub. sextum.

Tract.I. Lib.X. Cap.IIII.



Ed quidnam aut quale sit, magis patebit si sermonem paulo altius repete
mus. Visio enim quouis in tempore perfecta esse videtur: nihil enim ipsi
deest, quod postea factū species ipsius perficiet. Tali persimilis est & ipsa
voluptas, Est enim quoddā totum, nulloq; in tēpore voluptatē quispiā ac
cipiet, cuius species si maiore tēpore fiat, perficietur, quocirca nec motus
est: in tēpore eīn est oīnis motus. Et alicuius etiā finis, vt a:d ificatio, tunc
erit perfecta, cū id fecerit quod affectat in toto tēpore, aut in hoc. In partibus autē tēporis
omnes sunt imperfectæ & a toto, & inter sese diuersę specie sunt. cōpositio nāq; lapidū diuer
sa est ab erectione columnæ, & hæc rursus a tēpli effectione. Et templi quidem est perfecta, nul
lius enim ad propositū indiget rei. Fundamentorū autem & laquearium imperfecta, est enim
vtraq; pars. Differūt igit̄ specie, & fieri nō potest, vt quouis in tēpore motus specie accipiat

Visio.

Motus.

Compositio templi.

perfectus. nisi in toto. Similiter res sese habet & in ambulatione, & motionibus cæteris. Nam si latio motus est, quo quidem ex hoc ad hoc itur, & huius differentię specie, volatio, ambulatio, saltatio, & talia motiones sunt quibus ex hoc in hoc similiter itur. Non solum autem in his res ita sese habet, sed in ipsa etiam ambulatione. Termini nãq; non sunt iidẽ in stadio toto, atq; in parte, & in alia atq; alia parte. Neq; idẽ est pertransire lineam hanc & illam non solum enim lineã, sed etiam in loco collocatam pertransit. Atq; hęc & illa in diuersis sunt locis, sed exacte quidẽ de motu aliis in locis est dictum. Videtur autem non in omni tempore esse perfectus, sed multi sunt imperfecti specieq; diuersi. Siquidẽ ipsi termini speciei sunt effectores. At voluptatis species quouis in tẽpore est perfecta. Patet igitur voluptatem & motum enim diuersa esse, & voluptatem ex iis esse quę tota sunt perfecta. Id & ex eo ita esse videbitur quia moueri quidem in non tempore nihil potest, voluptate autem affici potest. Quod enim in ipso nunc est, totum est quoddam. Ex his autem patet nõ bene dici voluptatem motum esse vel generationem. Non enim omnium hoc dicuntur, sed partibilium & non totorũ. Neq; enim visionis. neq; puncti, neq; vnitatis est generatio, neq; quicq̃ horum est motus vel generatio, quare neq; voluptatis, est enim quoddam totum.

Voluptas nõ est motus.

SEd quidnam aut quale sit &c. In hoc quarto capite post philosophorum opinationes enarratas mõstrat quid est voluptas secundũ propriam opinionẽ. Et caput quadrifariã seiugatur. In prima philosophus ostendit voluptatem posse fieri in instanti more visionis. In secunda ex pręcedentibus concludit eam non esse motum aut generationem. In tertia voluptatis naturam declarat. In quarta nonnullas voluptatis proprietates attingit. Literam aggredior. Sed quidnã, quę res aut quale, id est cuius conditionis sit ipsa voluptas clarebit, si sermonem paulo altius consequenter ad dicta in septimo resumpserimus. Deinde contra Platonicos talem conclusionem ponit. Voluptas non est motus. Hanc conclusionem multifariam muniit. Primo sic, visio in quouis tempore est perfecta, vtpote cui nihil deest quod factum eius species hoc est ornatus perficiet. Species, id est decor, vnde speciosus. Ac visioni similis est ipsa voluptas. Per locum a simili cõclusionem fulcit Visio fit subito, itaq; & voluptas, est enim quoddam totum integrũq; neq; vllo tempore voluptatem quis acciperet: cuius species si longiore tempore prorogetur perficiatur, non itaq; voluptas est motus, quoniam omnis motus in tempore est. Secundo omnis motus est gratia alicuius finis vel termini quo absoluto ipse tunc & non prius perfectus est: vt ædificatio haud est perfecta nisi hoc absoluto quod per ædificationem intenditur, in toto tempore aut in hoc totali supple In partibus tẽporis omnis structurę motiones sunt imperfectę & a toto & inter se specie diuersę: situs lapidum diuersus est a columnę erectione: columnarum & intercolumniũ & laquearius apex a columnis sustentatur: & hę partiũ differũt a templi complemento. Templi absolutio perfecta est quia nihil ei ad susceptum opus deficit. Basis & laquearis structura est imperfecta, laquear & lacunar est trabium in tabulato connexio artificiosa quę ad ornamentum tabulatorum ponitur in tricliniis & in atriis principum. Est enim vtraq; pars, hoc est basis seu fundamentum & laquear sunt templi partes: & hę partes specie differunt: & fieri non potest vt quouis in tempore motus specie perfectus accipiatur nisi toto in tempore. Et vt in ædificatione diximus: ita de ambulatione & cæteris motionibus sentiendum est. Ratio motio est quo ex hoc termino a quo ad hunc terminum ad quem pergitur, & eius species differẽtes sunt volatio, ambulatio saltatio & similia: primum alitibus, secundum gressibilibus, tertium locustis Leoni & similibus conuenit: quia animæ has motiones efficientes specie differunt, alioqui illa animalia non differrent specie. Nec solum hoc modo diuersificantur species motus secundum diuersitatem principiorum efficientium, verum in vna prefatarum specierum sunt diuersæ species motus, vt in ambulatione: nam idem termini non sunt in toto stadio atq; in parte: & in alia atq; in alia parte. Neq; idem est transire hanc lineam & illam: quia non solum lineam meator sed eam loco coniunctam pertransit: & a diuersitate loci differentia localis motionis accipitur. Stat vnam partem stadii habere aquam, & vnam eius partem aerem, ignem aut terram. Insuper licet sint eiusdem speciei essentialis in genere naturę, differunt tamen in specie motus penes perfectũ & imperfectum. Quando totum est pertransitum perfectus est motus: in partis pertransitione est imperfectus. Attamẽ de motu hoc apertum capiatur q; non in omni tempore est perfectus: & multi sunt imperfecti & specie differentes vti diximus: quia termini ad quos qui mouentur proficiscuntur specie differunt, qui istud discrimen specificum efficiunt. At voluptatis species in quolibet tempore quantumlibet pusillo perfecta est. vnde fit vt voluptas & motus diuersi sint Voluptas est de eorum numero quæ tota sunt atq; perfecta, hoc est ipsa simul tota acquiritur & perfecta est. Aliter hoc ipsum probatur, quia in puncto moueri & in non tempore nihil potest: at in non tempore quis voluptate afficitur: voluptas igitur & motus diuersa sunt. Quod enim in ipso nunc hoc est instanti est, totum quoddam est. Ex dictis itaq; patet qua via non recte diceremus voluptatem motum esse aut generationem, q; motus & generatio non totorum dicuntur sed perfectibilium & imperfectorum & eorum quę successiue producuntur. Capit generationem pro successiua materię dispositione ad ędificiũ. Visionis, puncti, vnitatis, nõ est generatio: nullius istorũ triũ est motus aut generatio cũ īpartibiliter ꝓducãtur De pũcto & vnitate mathematice loquẽdo nõ habẽt partes: ergo nõ possunt successiue ꝓduci. Sicut nec deus põt angelũ successiue efficere cũ partiũ sit imunis. Voluptas sicut reliqua in aio quæ partes habet, sensim ei ꝓduci nõ repugnat: at ei more visionis produci impartibiliter cõuenit, dummodo

visibile subito applicatur, ita q͂ non est defectus ex parte eius quin visio subito producatur.

¶ Circa literam hanc dubitatur quomodo est discrimen specificum inter fundamentum & laquear: & quomodo motus in stadio toto & eius parte discrepant. Respondetur q͂ inter multas partes domus est discrimen specificum: & licet differentia specie non continentur vnum tamen aceruum constant etiam partes specie differentes, quarum vna altam infert: specie differunt vt materia & forma substãtialis. Exacte loqui de motus essentia huic arti peregrinum est in physicam auscultationem super hoc iam meminimus. Verum summatim pro litera philosophi dico q͂ motus distinguitur a causis effectiuis signãter intrinsecis, vt saltatio progressio volatio, & etiam a terminis ad quos discrimen habent. De varijs speciebus motus hoc est notum. Patet sic albefactio & nigrefactio differunt specie, penes terminos acquirendos: & sic in motu locali tenendo motum localem distingui a mobili: tenẽdo lationem cum mobili idemptificari licet non sit discrimen essentiale ex parte rei pro qua motus supponit, est tamen discrimen in specie motus: quemadmodũ licet binari⁹ duorum canum sit eiusdem speciei cum eorum ternario in genere nature, non tamen in specie specialissima numeri: quia hec duo vocabula binarius & ternarius differunt in specie numeri, cum peregrinas sortiantur connotationes. Similiter pertransitiones partis stadii & totius differunt penes perfectum & imperfectum, quod satis est. Etiam stat dare alium terminum in pertransitione huius partis ab illa. vt aquam vno in loco, & aerem aut lignum in alio: & sic sunt alii termini ad quos specie distincti. Stadium (vt nosti) est octaua miliarii pars. Miliare quinq͂ pedum millia mediocris hominis habet: cum mille passus miliarium conflent: & rursus quinos pedes quilibet passus includit: duos in quibus statur & tres intermedios, consequens est miliare quinq͂ milia pedum includere: quem numerum diuide per octo & in quotiente numerus pedum stadii colligitur.

At vero sensus omnis ad sensibile est operatio quędam: perfecta autem eius qui bene est dispositus ad id quod est pulcherrimũ eorum quę ipsi subiiciuntur, tale enĩ maxime videtur esse operatio ipsa perfecta. Atq͂ nihil interest: siue ipse, siue id quo est ipse operari dicatur. In vnoquoq͂ autem genere prestabilissima est eius operatio, quod optime dispositum, ad id quod est prestabilissimũ eorum quę ipsi obiiciuntur. Hęc autem perfectissima est & iucundissima. In omni nanq͂ sensu, voluptas est, & in mente simili modo contẽplatione ve. Iucundissima autem est ea quę est perfectissima: perfectissima autem est ea quę est eius quod bene sese habet ad id quod est studiosissimum eorum quę cadunt sub ipsum. Voluptas autẽ perficit operationem: atq͂ non eodem modo voluptas perficit ac sensibile & sensus: si sunt studiosa. Quemadmodum neq͂ sanitas, medicusq͂ similiter causę sunt, vt quispiam valeat. In vno quoq͂ autem sensu voluptatem fieri constat: dicimus enim visiones ac auditiones voluptatem afferre. Constat autem & maxime tum, cum sensus est prestantissimus: & circa tale operatur. Atq͂ cum talia sunt ipsum sensibile & id quod sentit erit semper voluptas: si est quod agat & quod patiatur. Perficit autem operationem voluptas non vt habitus, sed vt resultans quidam finis: perinde atq͂ pulchritudo in iis qui vigent ętate. Atq͂ quousq͂ ipsum sensibile vel intelligibile, & id quod discernit vel cõtemplatur tale sit quale esse oportet, erit in operatione voluptas. Nam cum sunt similia ipsum passiuum atq͂ actiuum, & inter sese modum habent eundem: idem semper natura fieri solet. Quando igitur nemo continue voluptatem capit aut defatigatur (omnia enim humana nequeunt continue operari) neq͂ voluptas igitur continue fit: sequitur enim operationem. Nõnullę autem res cum noue sunt delectant, sed postea nõ similiter propter hęc ipsa, primo nanq͂ inuitatur mens, & circa illas operatur intense, quemadmodum operantur visu qui inspiciũt: deinde non fit talis ipsa operatio, sed neglectior. Quapropter & voluptas extenuat ac obfuscatur. Putauerit autem quispiã omnes ideo voluptatem appetere, quia viuere etiam omnes affectãt. Vita vero quędã est operatio, atq͂ circa ea quęlibet & iis operatur, quę & maxime amat, vt musicus quidem auditu circa cantus: cupidus vero dicendi, circa res contemplandas: eodem modo & singuli cęterorũ. Voluptas autẽ perficit operationẽ, & ipsum etiam viuere quod appetunt. Cum ratione igitur & voluptatem affectant: perficit enim ipsum viuere vnuiuscuiusq͂ quod expetibile est. Quaerere vero vtrum ob voluptatem viuere expetamus, an voluptatem ob vitam, missum in praesentia faciam⁹. Coniuncta enim hęc esse videntur, & non suscipere separationem. Nam & sine operatione voluptas non fit: & omnem operationem perficit ipsa voluptas.

Homo nõ cõtinue operari nequit.

Operationẽ voluptas pficit.

¶ Sequitur litera & tertia pars huius capitis. At vero sensus om̃is. Hic ponit naturam ipsius voluptatis: & ponitur hec conclusio. Perfectissimę operationis animę perfectissima est voluptas: omnis sensus ad sensibile est quędã operatio vt sint: ad auditum operatio est auditio, vt visibilis ad visum est visio, & ita in aliis, & illius sensus qui apprime est dispositus ad pulcherrimum sensibilium, operatio maxime perfecta est. Nec

causæ ad inuicem applicantur. Tertio sequitur aliquem mereri pręmium infinitum in quolibet tempore quantumlibet paruo merendo. Probatio in primo instanti per conclusionem & probationem meretur: ac in quolibet instanti primum sequenti tantum merebitur quantum in primo & sic de peccato argumentabor. Ad primum concedo antecedens. Qualitas enim signanter corporalis habens contrarium successiue producitur. Forma aquæ corrupto calore frigus partibiliter producit, etiam tenendo nullos gradus formarum contrariarum stare in eodem subiecto: sic de calore: secus est de lumine. Candela tua tantum producit a principio quantum producit postea, sic stans, & medio sic disposito. Si successiue illuminet sed successiue interdum in cubiculum introducitur non refert, & si subito adducatur in sphęram suæ actiuitatis, ita cito illuminabit a remotis sicut propinquis. Aliqua ergo agentia subito, aliqua vero sensim suos effectus producunt.

Ad pr[i]mū.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ sufficit prioritas naturę inter causam & effectum. Tertium argumentum difficilioris est solutionis, ad quod dico ꝙ licet voluntas potest actum in instanti elicere, non tamen potest illum actum in quolibet tempore remittere: nihil producitur ad hoc vt raptim fluat octauo physicorum, dum Socrates producit actum vt quatuor requiritur aliquod determinatum tempꝰ anteq̄ potest totum illum actum remittere, ita ꝙ non est in facultate Socratis quin ille actus secundum se vel aliquid eius manebit in aliqua intensione graduali per aliquod certum tempus. Si Socrates duret, & deus generali influentia concurrat toto illo temporis curriculo cum Socrates facit quod in se est ad illius actus corruptionem non imputabitur, ad meritum peccatumve: & talia temporis interstitia sunt solum finita: ergo gratia istius ratiocinationis solum finite peccabit ac bene merebitur. At si actum in toto illius temporis interuallo in eadem intensione graduali continuet nihil eius resecando, aut actum tota illa morula augendo non sequitur infinitas meriti aut peccati plus q̄ de actu bono pure partibiliter producto. Socrates habens talem actum erit continuo in maiore merito, in quolibet instanti sequenti. Verum est dicere, est in maiore merito q̄ erat in aliquo instanti illius temporis pręcedenti: & patet aliunde in naturali philosophia: vt nullum scrupulum more multorum capias, quando a, calor sensim producitur in a hora, tunc in b passo quolibet tempore motus: verum est dicere in quocunq; instanti sequenti est maior caliditas in b passo q̄ erat in aliquo instanti præcedenti: & tamen in fine motus erit determinatus, calor fortasse solum quatuor aut quinq; graduum secundum exigentiam agentis & passi.

Ad secundū.
Ad tertium.

Lib. X. Tract. I. Cap. V.



Nde & specie voluptates differre videntur. Nam ea quæ sunt diuersa specie, a diuersis perfici putamus. Sic enim videntur: & ea quę a natura, & ea quæ ab arte conficiuntur, vt animalia, arbores, pictura, statua, domus, vas & similia. Similiter igitur & operationes differentes specie, a differētibus specie perficiuntur. Operationes autem mentis, ab operationibus sensus: & hæ rursus inter se differunt specie: igitur & voluptates quę ipsas perficiunt. Hoc autem & ex eo patebit, quia vnaquæq; voluptas est ei propria operationi, quam perficit: propria enim voluptas auget operationem. Qui nanq; cum voluptate operantur, singula magis discernunt atq; exactius comprehendunt. Veluti geometrę fiunt qui geometrica gaudent contemplatione, magisq; intelligunt singula. Similiter & qui musicam amāt: & qui ędium exstruendarum delectantur arte: cæterorumq; singuli omnes in opere proficiunt proprio, hoc ipso se oblectantes. Voluptates igitur augent operationes. Atq; ea quę augent, propria sunt. Quæ vero diuersis specie propia sunt, & ipsa diuersa specie sunt. Præterea magis hoc ex eo videbitur ita esse: quia voluptates quæ a diuersis sunt, impedimento sunt operationibus. Qui nanq; fistulis delectantur, nequeunt mentem sermonibus adhibere: si quempiam audierint modulantem, magis modulandi gaudentes arte, q̄ operatione præsenti. Voluptas igitur ea quæ a modulandi facultate prodit, operationem quæ est circa sermones, corrumpit. Hoc idem & in cæteris euenire vsu videtur, quum circa duo simul quispiam operatur. Operatio nanq; iucundior alteram excludit: & si multum voluptate pręcellat, magis extrudit: atq; adeo vt neq; operetur per illam. Quocirca cū vehementer aliqua re gaudemus: non multo aliud agimus, & alia facimus, cūm parum nobis alia placent, vt & in spectaculis, qui bellaria edunt, tum id maxime faciunt cum viles sunt qui contendunt. Cum igitur propria quædam voluptas exactas operationes reddat, & diuturniores ac meliores efficiat: alienę vero extenuent atq; corrumpant, constat ipsas inter sese vehementer distare. Alienæ nanq; voluptates id fere quod proprii dolores, efficiūt. Etenim proprii dolores operationes ipsas corrumpunt. Vt si huic scribere, illi rationem subducere iniucundum est atq; molestum: hic non scribit, ille rationem non subducit. Quippe cum dolorem afferat operatio. Circa igitur operationes contrarium a propriis voluptatibus & doloribꝰ accidit. Atq; voluptates doloresve proprii sunt, q in operatione per seipsam fiunt. Alienas vero voluptates dicimus eo ꝙ simile qd atq; ipsi dolores efficiunt: corrūpunt

Voluptates specie differ[unt].

Voluptas pfi[ci]cit artificem.

Operatio iucūdior minus iucundā excludit.

Bellaria.

enim & si non similiter, operationes. Cum autem operationes probitate differant atq; improbitate: & aliæ quidem sint expetendæ, aliæ vero fugiendæ & aliæ neutræ: similiter sese habent & voluptates. Nam vnicuiq; operationi est propria quædã voluptas. Quę igitur
Voluptates. studiosæ propria est, ea & proba: quæ vero prauæ, ea est improba. Etenim & cupiditates honestarum quidem laudabiles sunt: turpium vero vituperabiles. Magis autem propriæ
Cupiditates. sunt operationibus voluptates quæ sunt in ipsis, q̃ ipsæ cupiditates. Hę nanq; seiunctæ sunt & temporibus, & natura: Illę vero propinquę sunt operationibus, atq; adeo indistinctę, vt contentio sit, si idem sit operatio & voluptas. Non tamen ipsa voluptas mentis, esse videtur operatio: neq; sensus: est enim absurdum: sed quia non separatur: idem quibusdam videtur. Vt igitur operationes sunt diuersę sic & voluptates: differt autem visus a tactu puritate: & auditus ac odoratus a gustu. Similiter igitur & voluptates differunt: & ab iis item eę quę sunt mentis: & hę rursus differentiam inter sese suscipiunt.

VNDE & specie &c. In hoc capite loquitur de voluptatum diuersitate ab operationum diuersitate accepta: & quatuor partes præcipuas caput continet. In prima ponit conclusionem & remouet dubium. In secunda probat aliquas voluptates esse laudabiles aliquas vero prauas. In tertia determinat de voluptatum varietate penes purum impurumq; In quarta hoc ipsum facit secundum subiectorum diuersitatem. Literam attingo. Vnde & specie &c. Prima conclusio. Voluptates inter se differunt specie. Probatur primo: quia perfectibilium specie differentium hoc est operationum, sunt perfectiones specie differentes: at operationes sunt per voluptatem perfectibiles, hoc est augmentabiles ex proxime enarratis: igitur. Maior patet explanatione exemplari tam in naturalibus q̃ artificialibus. Alia enim est perfectio animalium, alia arborum. harum enim perfectio est in fructuum vbertate, illorum vero in sensuum aut intellectus perspicacitate. Similiter in artificialibus: alia est enim perfectio picturæ, statuæ, domus & vasis. Ac operationes mentis ab operationibus sensus: & rursus operationes sensus inter se differunt. Intellectio a sensatione: & auditio a visione specie differt. & ita in aliis, vel sic desceptetur. In affectibus siue actibus sensus vel intellectus quorum causæ specie differunt, etiam effectus specie differunt: Licet calores a sole & igne producti specie non differant: opinio tamen & scientia eiusdem obiecti. Item scientia propter quid & quia est, eiusdem obiecti propinqui specie differunt, & non nisi ob discrimen specificum causarum. Extra habitus hoc vbiq; teneo, si mente tenes: quare autem sic de habitu opinor in ethicorum secundum iam diximus. Secundo argumentatur ad eandem conclusionem: quia vnaquæq; voluptas & operatio in propria est quam perficit: nam propriæ voluptatis peculiare est operationem augere: at voluptas auget operationem, quod ex hoc deprehenditur q; qui cum delectatione operantur cuncta, magis discernunt & exactius singula cognoscunt. Colonus enim suauiter ore fistulando & sartor vestimentorum canendo optime operatur: vt geometræ fiunt qui geometrica speculatione gaudent. & potius capiunt vniuersa: & cantores qui concentus amant & architecti qui in architectura & in ædificiorum extruendorum arte voluptatem capiunt. Et reliquorum singuli proprio in opere perficiuntur, hoc ipso scilicet opere se oblectantes. delectationes proinde augere operationes, & quæ operationes augent propria sunt: quę autem differentibus specie propria sunt, & ipsa diuersa specie erunt: vt esse risibile est homini proprium, & crocitare coruo. itaq; crocitare & esse risibile specie distant: itaq; delectationes inter se
Obiectio. specie distant. quod restabat ostendendum. Contra istud argumentor. Perfectibilium differentium specie non sunt perfectiones differentes specie: albedo enim est perfectio hominis & equi: illæ duæ perfectio-
Responsio. nes sunt eiusdem speciei & tamen perfectibilia specie differunt. Respondetur trifariam. Primo q̃a non est hic sermo de perfectione perfectibili inhærente, quia voluptas operationi non inhæret: nunq̃ enim accidens accidenti inhæret. In vltima proprietate substantię Aristoteles dicit, maxime proprium est substantiæ cũ sit vna & eadem numero vt sit susceptius contrariorum: hoc est nulli alteri a substantia conuenit, vnum contrariorum aut aliquod accidens in se suscipere. Albedo in sacramento eucharistiæ est sua quantitas & extra subiectum, sicut aduersarii ponunt de quantitate. Non lucteris de relatione aliqua accidenti inhærente quia illam non ponimus a fundamento distingui. Loquitur philosophus de perfectione propria & peculiari alicui conuenienti, & non de subiecti perfectione. Secundo, & si ponatur vnum accidens alteri inhærere realium more, albedo est accidens commune: de proprio loquitur, vt patet per secundam probationem conclusionis. Tertio dicitur hæc accidentia corporalia non habent totum compositum pro subiecto inhæsionis sed denominationis. Inhærẽt hæ albedines materiis hominum & equorum: quæ in omnibus corruptibilibus sunt eiusdem speciei. Accidentia tamen vitaliter immutantia quemadmodum sunt cognitiones, toti subiecto primo insunt vt visio oculo, & sic de aliis sensationibus. Adhuc argumentor pro conclusionis roboratione: ostendendo voluptates specie differre, & hoc sic. Quæcunq; officiunt aliquibus operationibus specie differunt ab his quæ illas operationes iuuant. Nam si sint eiusdem speciei eundem specificum effectum sortiuntur: addo minorem. quædam voluptates operationibus patrocinantur easq; solidant quas aliæ extenuant: alienæ voluptates hoc est quæ communicantur alias operationes officiunt operationibus illis quas proprię voluptates obstipant. Propria voluptas a proprio actu enascitur, aliena voluptas ab alia operatione, Patet aliter hæc maior quia per id

quod est commune duobus neutrum illorum impeditur nec extenuatur: ac voluptas in vna operatione aliam præpedit, scilicet extraneam: igitur. Minor patet in litera, vt qui fistulis delectantur si fistularum sonum audiant nequeunt sermonibus qui eis in aure recitantur mentem adhibere, plus modulatione gaudentes q̃ præsenti sermonis occupatione. Voluptas proinde quæ ex modulationis arte emanat operationem quæ loquutio est præpedit corrumpitq́: & hoc in reliquis inuenitur. Cum occurrit cuipiam circa duo operarii operatio cum voluptate, sic ꝙ si in vna operatione voluptatis exuperatio extiterit aliam extrudit operationem minus voluptuosam: & interdum adeo vt circa minorem non operetur. Vnde fit vt cum aliqua re vehementer gaudemus non multum aliud agere possumus: at alia facimus cum alia remisse nobis placent, vt in gladiatorum spectaculis qui bellaria mandunt & simul agonizantes desides contemplantur et esitant: tum id potissimum faciunt cum viles & ingenerosi sunt illi qui digladiantur. Nam si agonisantes eminenter decertarent in gladiorum concertatione erit magna voluptas, ita ꝙ famescens epulum postponet. Magna enim voluptas in vna operatione aliam omnem extrudit. Itaq́ beati minime dolere possunt: acsi in vna operatione parum voluptatis capiunt, possunt in alia operatione vtcunq́ voluptatem capere: vt quando torpentes digladiantur, tunc contemplantes in theatris comedunt, etiam cum voluptate bellaria. Sunt autem bellaria secundæ mensæ dulciaria, vt tragemata & cætera ex sacharo & melle confecta. Erat autem apud priscos ædificium in formam hemicycli fabricatum ad videnda spectacula idoneum, hoc est theatrum: & illic & ludiones & gladiatores pugiles certare sueuerunt. Cum itaq́ voluptates propriæ suas operationes ex quibus proficiscuntur perfectas reddant, & diuturniores melioresq́ faciant, alienæ autem voluptates diminuant atq́ corrumpant, quid mirum est voluptates inter se plurimum distare, quia quanto vna voluptas coadiuuat, tanto alia extenuat. Si vehementer distent non solo numero elongantur quia illa intercapedo est minima: ergo specie differunt. Insuper alienæ voluptates id ferme faciunt q́d proprii dolores efficiunt: proprii enim dolores operationes extenuant, vt si huic scribere iniucundum sit, illi vero rationem subducere: nec ille bene scribet, nec hic bene ratiocinabitur: quia eis dolorem talis operatio affert. Itaq́ fit vt circa operationes a propriis delectationibus & propriis doloribus contrarium contingat. Quia igitur voluptas & dolor proprius habent contrarios effectus, verisimile est voluptatem propriam & alienam etiam contrarios effectus habere: & per consequens specie differunt. Et ne credatur voluptatem alienam & dolorem proprium eandem vim vendicare, dicit ꝙ voluptates alienæ faciunt aliquod propinquum dolori proprio. Ab vtroq́ operatio extenuatur, sed magis per dolorem proprium, qui secundum se propriæ voluptati aduersatur. At voluptas aliena secundum aliud scilicet operationem contrariatur. Appetitus ob doloris fugam intellectum sensumve ab operatione auertit. Aliena voluptas per accidens operationem extenuat quia appetitus in aliquo voluptatem vehementem capiens circa illud inuigitur, alia fastidiens illa relinquit, & sic intellectus parum circa alia intelligit. Nec circa illud circa quod appetitus operatur. Hinc in venereorum opere hominem non intelligentem referunt, propterea non ab re tunc brutis & insipientibus confertur.

¶ Alia conclusio. Voluptatum quædam sunt bonę, aliæ foedæ & fugiendæ. Trifariam hæc conclusio ostenditur. Primo quia operationes bonitate malitiaq́ differunt. Sunt enim operationes quædam expetendę, quædam fugiendæ, aliæ sunt neutræ. Pariq́ forma se habent voluptates. Cuicunq́ operationi est sua voluptas propria: ea voluptas quæ operationi studiosæ addicta est, proba est: quę vero operationi malæ, praua. Secūda ratio a minori ad mai⁹, Si illđ q́đ min⁹ videť inesse iest, & illđ q́đ ma gis videť inesse inerit, at minus videť ꝙ cupiditates bonorū operū essent bonę & malorū malę, & tñ ita est: igiť. Minorē mōstrat. Quia cōcupiscētiæ honestarū operationū sunt laudabiles, & turpiū illaudabiles: Nēpe voluptates magis affines & induisę sunt operationib⁹ quibus assunt q̃ cupiditates: sane ipsæ cupiditates ab operationibus & tempore & natura seiunctæ sunt: concupiscentiæ opus & tempore & natura anteeunt. Concupiscentia enim est boni nondum habiti. Nonnunq̃ etiam sunt concupiscentiæ, & tamen concupita non sequuntur. Voluptates autem semper comites sunt operationum, ita vt ambigatur an voluptas ab operatione sit indiuisa, tamen voluptas non videtur operatio mentis aut sensus. Inconuenit enim vt voluptas quæ est in appetitu sicut concupiscentia, sit operatio sensus vel mentis. Sed quibusdam ipsa voluptas cum operatione iccirco idem esse videtur, quia ab operatione non separatur. Sed quicquid sit hæc ratio non valet. vt patet de connexione virtutum inter se, & cum prudentia in sexto libro. Insuper vt operationes differunt ita & voluptates ipsæ. Operatio visus a tactus operatione puritate differt. Pari forma operationes auditus & odoratus a gustus operatione puritate sunt discretæ. Ita quoq́ voluptas visus a tactus voluptate: & voluptas auditus & odoratus a voluptate gustus puritate differt. Et voluptates mentis a sensuum voluptatibus, & iterum mentis voluptates sua discrimina inter se vendicant.

¶ Hic scito ꝙ voluptatis puritas operationis puritatem insequitur. Hunc ordinem puritatis capito. Operatio visus est purior tactus operatione: & operationes auditus & olfactus sunt puriores q̃ operationes gustus: & operatio intellect⁹ est purior operatione sensus. Operatio enim vbiq́ ea est purior quæ est immaterialior & maxime seiuncta ab obiecto maxime materiali, scilicet a terra. proinde inter omnes operationes sensitiuas visus operatio est defęcatissima sincerissimaq́: q́a min⁹ admistiōis habet dispositionis terrestris: quod ex parte obiecti liquet ꝙ sit actu sensibile per lumē quod est plurimum secretū a terra & opacitate. Lumē enim est qualitas cęlestis & multū spiritualis: vitrū, papirū, & cętera id gen⁹ diaphana in instāti penetrat: proinde licet sit corporale. Lumē magnā tamen affinitatē cum spirituali proprie dicto sortiť. & ob hāc causam immutatio tactus est maiorē in modū materialis: q́a ei⁹ obiectū scilicet qualitates tāgibiles, vt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, sunt non parum materiales. Insuper gustus & tactus non sentiu

unt per speciem rei sensibilis siue rei sensibilis corporali applicatione super organum sensus. Alii vero tres sensus exteriores sentiunt per solam speciem rei sensibilis. Quia ergo operatio & ipsa voluptas corporeis adiungitur dicitur impura:sicut vinum aquæ aut terrestrietatibus iunctum impurum dicitur. Et iterum ex parte animæ voluptates differunt consequenter. Ad operationes enim nobilioris obiecti pręstantior est operatio,& ex consequenti respondens voluptas.

Videtur autem vnicuiq; animalium & propria quędam esse voluptas,sicut & opus:est enim ea quæ comitatur operationem. In singulis etiam intuenti id esse videbitur. Alia nanq; voluptas est equi,alia canis,alia hominis. Quemadmodum & Heraclitus dicit,asinum stramina magis optare q̃ aurum:asinis enim pabulum auro iucundius est. Voluptates igitur eæ quæ sunt diuersorum specie,differunt specie:eas vero quæ sunt eorundem, consentaneum est rationi,diuersas non esse. In hominibus autem non mediocriter discrepant. Eadē enim alios dolore afficiunt,alios delectant:& aliis quidem molesta sunt,odioq; habentur:aliis vero iucunda ac amabilia sunt. Hoc & in dulcibus accidit. Non enim eadem dulcia febricitanti atq; sano videntur. Neq; calidum idem infirmo,atq; optimam habitudinem habenti videtur. Similiter & in aliis accidit. In omnibus autem talibus id esse tale videtur, quod studioso videtur. Q; si hoc recte dicitur,quemadmodum & videtur & est atq; virtus & bonus hoc ipso quo talis est,omnium est mensura:erunt & voluptates profecto quæ huic videntur:& iucunda quibus gaudet ipse. Atq; non mirum est si ea quæ huic molesta sunt,alicui videantur esse iucunda. Multæ nanq; corruptelæ deprauationesq; hominum fiunt, iucunda autem non sunt:sed his,& ita dispositis. Eas igitur quę sunt sine controuersia turpes, constat non esse dicendum voluptates esse,nisi corruptis:earum vero quæ probę videntur esse,qualem aut quam dicendum est hominis esse? An ex operationibus constat? has enim ipsi voluptates sequuntur. Siue igitur vna sit,siue plures operationes perfecti viri atq; beati, eæ voluptates,quæ has perficiunt,propriæ dicendę sunt hominis voluptates:cęterę vero secundo,& perparum,quemadmodum & operationes.

Asini voluptas.

Quod studioso placet sequendum.

Voluptas hominis ꝓpria.

¶Sequitur litera philosophi hanc conclusionem ponentis, Animalium specie differentium differentes sunt voluptates specie. Hanc bifariam monstrat. Primo ratiocinatione. Secundo:exemplo. Ratione sic. Omnia habentia operationes specie differentes habent voluptates proportionabiliter specie differentes: at omnia animalia habent operationes specie differentes:igitur. Maior patet,quia voluptates operationibus appropriantur. Et minor patet,quia operatio propria est a propria forma substantiali:ergo quot sunt formæ substantiales animalium specie differentes, tot sunt operationes specie differentes. Secunda probatio quæ est per exemplum est. Alia est enim voluptas equi,alia canis,alia hominis,quemadmodum Heraclitus dicit,asinus potius stramina q̃ aurum optat. Quęlibet enim animalis species habet quandam voluptatē sibi peculiarem ab aliis segregatam:licet aliquę species in aliquo generico conueniunt,& communi,vt mula asinus & equus mandunt auenam & foenum:tamen carduos estat auidi⁹ q̃ equus aut mula. Aliqua habent sibi appropriata:aliqua communia vt in voluptate coitus pro foetus continuatione:at fortasse hæ voluptates sicut & operationes a formis specie differunt,licet in cōmuni voluptatis denominatione cōueniāt.

¶Alia conclusio de humanis voluptatibus est,quas dicit longo interstitio inter se distare. Eadem enim alios dolore afficiunt,alios delectant: & quæ aliquibus sunt iucunda aliis molesta sunt. Quod in dulcibus reperitur quæ aliquibus sunt amabilia,aliis odio habentur. Nec eadem sano & febricitanti dulcia videntur. Neq; idem esse calidum infirmo & bonam valetudinem habenti.

¶Alia conclusio. In singulis hominum voluptatibus id sentiēdum est tale,quale studiosus iudicat : sicut qualitatum motuumq; difformitates siue vniformiter siue difformiter difformes regulantur per vniformes. Latitudines sic differentum hominum voluptates per studiosorum delectationes, qui sunt in hisce norma. In vno quoq; genere est vnum primum,quod est metron & mensura omnium quæ sunt in illo genere (decimo metaphysicæ) sicut brutum quanto magis ad hominem in perfectionibus accedit, tanto est præstantius:& homo est regula,sic differentes hominum voluptates quanto magis accedunt ad studiosi oblectamenta tanto sunt præstantiores. Studioso enim omnia sunt committenda,si in adagio bene dicitur: quemadmodum studioso videtur esse ita plane est & virtutem ac bonum eoipso quo talis est omnium esse mensuram : quo sane recte dici dubium non est, proinde eæ voluptates sunt verę quæ ipsi videntur: & illa vere sunt iucunda quibus studiosus gaudet. Nec demirabere ꝙ nonnulla quę studiosis sunt molesta,aliquibus iucunda videntur:quia non paucæ hominum sunt corruptelæ:& deprauati mores quibus illa quæ re ipsa tristia sunt iucunda videntur. Patet ratione hęc conclusio. Volupeatum differentiā inter hoies est cōtētio:nā luxus,illecebras incōtinēs:sicari⁹ insontū necē diī oblectamēto ꝑseq̄t,q̃ vtraq; auersat studiosus,tūc sic. vel optimo vel deterrimo,vel mediocriter prauo pręstāda est i hac digladiatiōe fides: nō duo vltima ga de morib⁹ cēsent sicut de epulis ęgrot⁹ corpe:ergo primū,& est ꝓpositū. Corollariū. Vt eę voluptates quę sine controuersia foedę sunt , non sint dicendæ voluptates nisi deprauatis : & non sequitur

hoc est iucundum deprauato. ergo hoc est iucundum, nam a dicto secundum quid ad dictum simpliciter proceditur. At bene sequitur, hoc est studioso voluptati, ergo hoc est iucundum: a parte in modo ad suum totum: sine vllo errore, tramite rectissimo transitur. Postea dicit, earum voluptatum quae probę videntur esse, qualem & quam dicis hominis propriam esse, & ei peculiarem inquantum homo est non inquantum animal, an ex operibus constat. An dubitationem illic non importat sępius tali modo loquendi in problematibus sine vacillatione, & sic hic vtitur, & valet nonne. hoc est voluptates homini addictae ex operationibus hominibus peculiaribus proficiscuntur. hasce enim operationes voluptates sequuntur. Siue igitur sit vna operatio siue plures viri perfecti beatiqꝫ hae voluptates quę has operationes perficiunt proprie loquendo sunt hominis voluptates: quemadmodum & ipsae operationes. Et haec de literali elucidatione primi tractatus huius decimi.

Dubia & quęstiones.

¶ Circa materiam voluptatis quędam in capitibus pręcedentibus & etiam in hoc capite sunt ambigua: ico circo circa totam hanc materiam dubitationes cum quęstionibus formabimus. Primo dubitatur quomodo voluptas perficit operationem. Secundo quaeritur an principali intentione operatio est ob voluptatem an contra. Tertio an voluptas sit amor an effectus aliquis amorem consequens & ab eo distinctus.

Ad dubium.

¶ Ad primam dubitationem respondetur ꝙ voluptas nullam efficientiam habet respectu operationis cum naturaliter eam sequatur, & belluae & homines voluptatem quęrūt vt in septimo libro significatum est & primo rhetoricę dicit philosophus. Voluptatem omnia prosequuntur quam & appetunt. At velle aliquid inclinat & incitat ad omne illud sine quo illud haberi non potest aut durare: & voluptas sine operatione non est. Homo in campis equitans tristitiam extrudere volens occurrentem vel voluptatem habere volēs contemplatur & discurrit in illo quod ei voluptatem adgenerabit: sicut ipse crebriter cum essem in Scotia cogitaui me Lutetiam rediturum, & more pristino publice lecturum disputationesqꝫ auditurum. Voluptas tanq̄ acceptus finis causam eius promotiuam excitat continuatqꝫ, hominis anima more rotae molendini hincinde agitatur, si non insudet circa spiritualia & voluptatem consequentem, circa inutilia versabitur.

Ad priorem quęstionem.

¶ Ad quaestionem respondetur ꝙ operatio est pręstantior voluptate quę ob operationem est: & cōtra probatur. Semper imperfectiora sunt ob perfectiora septimo politicorum: & patet ad oculum, gramina ob equos, equi & ceterae beltiae ob homines, & homines ob deum. At operatio est voluptate pręstantior: igitur. Consequentia cum maiore liquet. Probare solum restat minorem: quę sic ostenditur. Faelicitas est iti operatione secundum Aristotelem & theologos: sed nihil in accidentibus creatis est praestantius beatitudine: igitur. Secundo, operatio est voluptate melior & in natura potestate per quem & boni & mali & voluptates & bonę & prauae proficiscuntur. Nam ob illud quod naturaliter euenit, nec laudamur nec vituperamur ex tertio libro huius. Tertio cuius contrarium est peius, ipsum est melius: at odium dei quod dilectioni eius aduersatur est deterius dolore: igitur. Quarto, amor amicitiae est deo gratissimus & voluptate accedente acceptabilior: igitur.

Obiecta sex.

¶ Contra hanc conclusionem obiecto. Illud est optimum quod omnia expetunt, bonum est obiectum voluntatis, in volendo nihil per modum obiecti omnia ad se trahit & rapit nisi optimum. At voluptas est huiusmodi vt Eudoxus cōtēdit, quā sentētiā nō refellit Aristoteles in hoc decimo sed crebriter eam in septimo approbat. Secundo voluptas est operatione posterior, ergo est operatio pręstantior: antecedens ex dictis dicendisqꝫ liquebit. Consequentia patet nono metaphysicę: quae autem generatione sunt posteriora, priora sunt perfectione. Tertio id est maxime eligibile quod ob seipsum eligitur & non alterius gratia: tale est voluptas. non enim quęrimus cuius rei gratia quis voluptatem capit. Quarto illud est praestantius quod melioribus cōuenit, q̄ illud quod his & illis tam ignobilibus q̄ perfectis conuenit: at huiusmodi est voluptas, non autem operatio. Solis enim animalibus inest voluptas: omnibus autem animantibus & elemētis inest operatio, vt descendere, ascendere calefacere frigefacere &c. Quinto in ludo operatio ob voluptatem quęritur: longa fatigatio ad pedalem pillam manualem ve esset fugibilis, nisi ob voluptatē. Nec coitus ob operationem eligitur sed ob voluptatem. Mulier enim grauida appetit coitum non ob prolem sed voluptatem: igitur. Sexto illud est nobilius quod voluptatem quietat: voluptas est huiusmodi & non fruitio, cum post fruitionem expetatur voluptas. Ad haec obiecta eo ordine quo fuerunt illata respondebitur.

Ad primū.

Ad primū cōcedo ꝙ meliorē operationē oēs prudētes appetūt hoc est fęlicitatē & illd̄ ē appetibile, q̄d a studiosis appetit: bene enī fęlicitatē scilicet cōtēplationē primę causae & ei⁹ dilectionē voluptas seqtur. Itē etiā nōnūq̄ principalius ob minus perfectum expetimus, at nō finaliter, vt diligo deū ad me finaliter ob deū summe dilectum appreciatiue diligo.

Ad secundū.

Ad secundum nego consequentiam. Accidentia animae ea posteriora sunt vel ipsa imperfectiora. Propositio philosophi habet verum ad intentionem eius: q̄diu persistit motus generationis & ad complementum tenditur posterius est perfectius, vt sensitiua est praestantior vegetatiua, & intellectiua sensitiua.

Ad tertium.

Ad tertium dicitur ꝙ licet voluptas sit per seipsam eligibilis est tamen etiam ob operationem quam perficit eligibilis. Nec inconuenit aliquid per se & propter aliud esse eligibile. virtutes enim perseipsas sunt intelligibiles, licet ab eis circumscriberentur earum operationes, inquantum sunt quędam animae perfectiones, vt in prima distinctione primi magister sententiarum autoritate patrū probat: & tamē virtutes sunt magis eligibiles propter operationes q̄ ob seipsas, quia operationes sunt fines virtutum & ipsis pręstabiliores, vt in primū ethicorum retulimus.

Ad quartū. Ad quintū.

¶ Ad quartū dicit̄ ꝙ generalitas operationis nō ignobilitat operationē cū perfectis quib⁹ cognitio cōperit & opatio ppria & voluptas cōsequit̄. Ad qntū dicit̄ ꝙ lud⁹ ob voluptatē ordinat̄, verū nō finaliter. Illa enī voluptas & qes ab itellectu est grā opatiōis, seu vt auidi⁹ literis dēt operā. De muliere dicit̄ ꝙ ipa impgnata nō recusat coitū ob duas cās. Vna ē q̄a ob libidis foeditatē ipa & mascul⁹ coitionē si voluptas nō iciderer auersaret.

Secūdo coitus in animalibus est precipue ob generationē, rari⁹ est foetu grauida mulier q̄ bellua fęmininę, multę eñ sunt steriles & foecundę non in quolibet cum mare cōgressu cōcipiunt. hinc instituit deus natura hanc voluptatē tam in mari q̄ in foemina. Nulla foemina inter bruta pręter asinā & superfoetātes impręgnata coitum appetit: sed eum abhorret. Masculis pro omni tēpore cōcessit rector vniuersi deus, vt non abominentur foeminas impręgnare tēpore cōgruo, & gallis hāc foecunditatē generādi cōcessit vt tā inopum q̄ opulentorū esca non desit. Ruricolę & inopes oua sępe edūt, quorū gallinę pauca & q̄d parui precii cōedūt & talia mēdicātibus ob rei paruitatē in stipē cōcedūtur. Nihil in vniuerso suprem⁹ ille opifex inutile (si causam pēsiculate indages) reliquit. Ad sextū respondeś q̄ bifariā aliq̄d potentiā quietat. vno mō q̄a est

Ad sextum. vltimū eligibile ꝑpter se nō ob aliud: & sic fruitio volūtatē q̄etat, & hoc est nobilissimū. Scd̄o mō aliq̄d q̄etat, q̄a post ip̄m nō est aliq̄d q̄etās, & tñ nō est ob aliud: illud aūt nō arguit pręstantiā, voluptas ob mētis act⁹ fit

Ad secundā quęstionem. & nō cōtra, ipsa cōcomitaś actū & eum ꝑficit vt sępicule asseruimus. ❡ Secunda erat quęstio an voluptas ab omni actu intellectus & voluntatis distinguiś. Hic geminę sunt positiones, quarum altera partē negatiuam tenet, & illa est gregoriana vt videre licet in prima distinctione primi sententiarū. Alia est via cōmunior, & Aristoteli cōformior, ac veritati vt reor, ꝑpterea cōclusione affirmatiua ad quęstionis titulū respondebitur. Patet primo autoritate philosophi in litera tacite. Dicit eñ voluptates & operationes adeo affines sūt vt cōtentio sit inter sapiētes an idē sit operatio & voluptas. Et seq̄tur ad ꝓpositū. Non tñ ip̄a voluptas mētis videtur operatio neq̧ sensus. Per mentē & intellectū & voluntatē intelligit: & videś vbiq̧ capit (nisi specialissime aliq̄d appareat de opposito) vt tantū valeat sicut est. In materia tamē fortitudinis de animę immortalitate per alios huius passus ꝓbamus eum aliter capere. Secūdo argumētor ratiōe. Illa re ipsa distinguūtur quorū vnum manet altero non manente. Hac eñ via primo physicorū: principia rei naturalis ꝓbat distingui. Sed sic est impētiarū: stat volitionē esse sine voluptate, dęmō se diligit & multo vult & voluptate perpetuo caret: ergo aliqua dilectio & volitio nō est voluptas. Tertio sic argumētor. Illa nō identificanś quorum contraria non coincidunt: at sic est in proposito: igitur. Maior est Aristotelis secūdo topicorū. Si oppositum in opposito & propositū in proposito. Tantū vnū vni est cōtrariū decimo metaphysicę: & primo celi. Minor patet: contrariū voluptatis est dolor, q̄ autē odium & dolor nō idētificenś, patet. Tū primo q̄a dolor violente naturaliter generatur, odiū autem libere. Tum secundo quia deus odit malos & tamē conti-

Obiecta tria. nuo delectatur, duodecimo metaphysicę, ergo non dolet. Cōtra hāc conclusionē argumētor. Dilectio & odiū sunt eiusdē potentiæ & habēt idē obiectū: ergo sunt idem duodecimo metaphysicę. Si agens idē & materia vna & potentia. vna necesse est actū esse vnum. Secundo, eundem habent effectū immediatū, scilicet perfi-

Ad primum. cere operationē: ergo sunt idem. Tertio immediate sequunś eundē actū cognoscitiuū & non vnus mediāte altero: igitur. ❡ Ad primum nego cōsequentiā: intuitiua eñ & abstractiua notitia habent idem obiectū numero, sic volitio & nolitio: & tamē specie distinguunś Aristoteles bene dicit si agens est aliud & materia alia effectus erit alius: non tamen oportet idem dici de identitate. Secundo illud assumptum est verum, vbi non probatur aliunde distinctio. multis enim aliis modis distinctionem rerum probamus. Per diuersum modum immutandi & in obiectum tendēdi: & ab alietate causę ꝓductiuę, & sic de mille aliis viis. Concedo ergo voluptatem esse in voluntate & habere idem obiectum cum actu voluntatis, sed quia ab operatione causatur non potest cum ea identificari.

Ad secundū. ❡ Ad secundum nego antecedens: profecto quoniam secundum philosophum voluptas perficit operatio-

Ad tertium. nem, non potest esse operatio ipsa. Nihil enim idem perficit se. ad tertium dicitur q̄ voluptas mētis sequitur actum voluntatis & voluptas corporalis sensationem.

Obiecta iterū tria. ❡ Quarto argumētor sic. In septimo Aristoteles vocat voluptatē fęlicitatē & dicit q̄ fęlicitas est operatio. ❡ Quinto, dęmon diligit se & dilectio per se generat voluptatem: ergo dæmon habet voluptatem: contra dicta. ❡ Sexto, omnis complacentia est actus voluntatis: at delectatio est complacentia: igitur. Minor est be-

Ad quartū. ati Augustini. xi. de trinitate cap. v. sic scribentis. In omni delectatione appetitus quiescit. Ad quartū respondeś q̄ bipartitum erat placitum inter philosophos de ipsa voluptate propter affinitatem quam delectatio cum actu voluntatis habet. Vtroq̧ loquendi modo Aristoteles vtitur, vbi non ponit proprium paradoxum. Hoc in eo & reliquis sapientibus est peculiare. In hoc decimo nō clam ponit illud q̄d sustinem⁹.

Ad quintū. ❡ Quintum iaculum est pusillum. Dęmon enim lętitiæ est incapax ob vehementē dolorem quo merito torquetur: nam vehemens dolor nullum gaudium secum admittit.

Ad sextum. ❡ Nouissima arundo est nulla. Tametsi enim delectatio non est actus voluntatis: eius tamen gratia voluntas sępe nectitur cum obiecto voluntatis: sicubi inuentatur dictum in autoribus q̄ delectatio est voluntas, illa propositio non erit identica & intransitiua: sed causalis, vt tristitia ingēs est mors, hoc est mortem generat. Et si dicas: Aristoteles dicit operationes & voluptates sensuum mutuiter specie differe q̄d videtur non esse verum: auditus enim & visus habent eandem animam numero & corpus eiusdem rationis. Respondetur paucis agendo sine verborum prodigalitate. Operatio sensus & intellectus penes spiritualecorporaleq̧ secernitur & penes causas specie differentes. Et auditio & visio etiam differunt specie saltem

Replica. Responsio. specialissima, ponendo formas corporalitatis alterius speciei, in variis enim sensibus non est ambiguitas & difficultas nulla erit. Ad illud probatio haud floccipendenda. Et adhuc ponendo vnam animam in homine sine forma corporeitatis, aliæ sunt organorum partes & longe aliter sitæ: licet essent rationis entitatiuæ adhuc faciunt discrimen specificum operationum. Differunt enim specie in ratione potētiæ: vt omnes act⁹ eiusdem potentiæ specie identificantur ab obiectis sicut a potentia solum secernuntur. Viden q̄ notitiæ eiusdem speciei generant iudicia plurimum differentia. Ipse iudico aliquos colores in colūbi collo ob vnum situm quos alter ex alio loco conspicatus simili cum notitia in specie non iudicat. Videtur propria voluptas intendere operationē effectiue contra dicta cum faciat eam intensiorē. Respondeś nunq̄ effect⁹ ad suas

causę productionē cooperatur: sed voluptas est causa quare potētia magis immergatur circa obiectū sui actus: & sic est causa p accidēs augmētatiōis suę causę. Et rursus ad cremētū causę voluptas crescit: ergo quodāmodo est causa quare apponitur nonnihil sibi: sed tota voloptas nihil efficit etiam occasionaliter respectu sui.

¶ Dubitatur, an sit aliqua operatio indifferēs. Videtur philosophus id velle inquiens operationū aliæ sunt expetendę, alię vero fugiēdę, & aliæ neutræ. Respōdetur affirmatiue. Primo enim hoc est verū in operationibus indeliberatis. Secūdo, probabilitate haud vacat in deliberatis. Pro cuius vberiore intelligētia notato q ad actū moraliter bonū nō requiritur relatio actualis in finē vltimū, nisi quando quispiā in eū ferre actualiter est obnoxius, vt de aliquo actu fidei & charitatis. Satis est ad actū bonū habere finē creatū bonū: & nihil mali in circūstātia cadēte in rationē obiecti inuolui. Aliquis actus est malus ex pte finis obiecti, vel talis circūstātię. Tertius est actus etiā deliberatus habēs finē neq rationi dissentaneū neq vtile vt fricando indeliberate in casu barbam, vel leuādo stramen sine vlteriore fine, & ita de talibus. Si enim stramen ad purgādos dentes leuarē vel ob aliō bonū finē actus ille non esset indifferēs. Nihilo tñ minus probabile est nullū actū esse indifferētē inter bonū & malū loquēdo de actu deliberato. ¶ Dubitatur, an dolor magis corpori, officit q̄ aliquis alius affectus. Respondetur affirmatiue. A tristitia eñ festina est mors, & cooperit virtutē. Eccle. 38. & Prouerb. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. Vitalis meatus qui a corde in reliquas ptes diffundit per dolorē impeditur. ¶ Contra, in voluptate immensa citius generat mors q̄ in dolore. Secūdo, ratio perdit in magna voluptate, vt in venereis. 7. Ethicoꝝ. Respōdet, q antecedēs est verū de gaudio immēso & repētino, intollerabilem eñ calorē naturalē in mēbra diffundit, & interficit. Voluptas aūt mediocris calorē mediocrē diffundit & optime valet. Prouerbioꝝ. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, tristitia dementiam si vehemens fuerit, inducit, Ira, & desperatio, & huiusmodi affectus maximopere fugiēdi sunt. Tolle causam doloris generatiuam & procura voluptatis causam, & sic dolor corrumpetur. Potatio & cōmunicatio cum amicis dolorem attenuant. Amici enim mutuo amore dolorē partiūtur, nono Ethicorum.

Dubium. Responsio. Dubi. scdm. Responsio.

¶ Dubitat quomodo voluptas actus & habitus distinguunt. Respōdet q cōueniūt, habēt eñ idē obiectū numero. Diligo A. ad quā dilectionē innascit voluptas & scatet habitꝰ. Hęc tria hñt. A. p obiecto. Discrimē etiā habent, qa habitus remanet abeunte actu, & effectus eius ipsa voluptas sine actu nō remanet in rerū natura. proinde est actui affinior q̄ habitus ipse, & est affectus actus, sicut ipse habitus aliter actum perficit q̄ habitus. Habitus similē actū in specie actui a quo emanauit pcreat, hoc nō facit ipsa voluptas fortasse, sed facit potentiam in suum obiectum immergi & auget suam causam. Dixi fortasse, diceret enim quispiam voluptatem habere posse respectu alterius actus similis actui a quo proficiscitur & sicut habitus ab actu bonitatem malitiam ve vulgo accipit, sic & ipsa voluptas, si ex sereno fonte voluptas prodeat ea fit pura, sin ex turbido & infecto & ipsa insincera fuerit.

Dubita. iii. Responsio.

Tractatus. II. Cap. I. Quod est Lib. X. Cap. VI.



Dictis autem iis quæ ad ipsas virtutes ac amicitias, voluptatesq pertinēt, de fœlicitate figura dicere restat, quippe cum finem humanarum rerum ipsam esse ponamus. Si igitur ea quæ prius dicta sunt repetierimus, orationem sane fecerimus breuiorem. Diximus itaq fœlicitatem habitū nō esse. Inesset enim dormienti per vitam, plantarum vita viuenti, & in calamitatibus maximis constituto. Q si hęc non placent, sed ponendum est potius ipsam operationem esse quandam, vt prius dictum est, & operationum aliæ sunt necessariæ & ob alia, alię per seipsas sunt expetibiles, perspicuum est fœlicitatem earum aliquā operationem esse quæ sunt per se & non ob aliud expetendæ, fœlicitas enim nullius indiget rei, sed est ex sese sufficiens. Operationes autem eę per se sunt expetibiles, a quibus nihil prēter operationem quæritur. Tales vero videntur esse actus ii qui a virtute proficiscuntur, honesta nanq studiosaq agere ex iis est quæ per se expetuntur: & item ludorum ii qui sunt iucundi. Non enim ob alia ipsos expetunt, damna nanq potius ex ipsis q̄ commoda suscipiūt, & corpus & patrimonium negligentes. Confugiunt autem ad talia oblectamenta & plerię eorum qui beati esse dicuntur. Quapropter apud tyrannos in precio habentur ii qui in talibus oblectamentis sunt dextri. In iis enim seipsos prębent iucundos quæ illi affectant. Indigent autem talibus. Videntur igitur hę ad fœlicitatem pertinere, propterea q hisce vacant homines ii qui sunt in potestatibus constituti. Ad nullum fortasse signum tales sunt homines. Nam nec virtus in potestatibus, nec intellectus consistit, a quibus operationes studiosę proficiscuntur. Nec filii cum sinceram liberalemq voluptatem nō degustarint, ad corporis confugiunt voluptates, ptopterea putandum est has magis expetibiles esse. Et pueri enim quæ apud seipsos in precio sunt, præstabilissima esse putant. Consentaneum igitur est rationi, vt pueris & viris diuersa preciosa esse videntur, sic & prauis & studiosis videri. Vt igitur sępe dictum est, & preciosa & iucunda sunt ea, quæ studiosa viro talia sunt.

Fœlicitas finis hominis. Fœlicitas nō est habitus. Operatiōes p se expetibiles. Iucunda & preciosa.

Fœlicitas nō est in lusu & ioco.
Iocus non est finis.
Iocus bonus Requies nō est finis.
Seria prestāt iocis.
Mācipiu si ē fœlicitas.

Vnicuiq; autē ea est operatio maxime expetibilis, quæ ab habitu proprio prodit. Et studioso igitur ea quæ proficiscitur a virtute. Fœlicitas ergo non in lusione, iocove consistit. Item absurdum foret humanum finem iocum esse, & negocia multa molestiasve per totam vitam causa iucundi suscipere. Cuncta enim fere preter fœlicitatem alterius expetimus gratia, hęc enim est finis. Studere autem & laborare gratia ioci stultum profecto, nimisq; puerile esse videtur. Iocari vero vt studeas secundum sententiam Anacharsidis, recte sese habere videtur. Iocus enim requiei similis est. Atq; quoniam continue nequeunt homines laborare, indigēt requie. Non est igitur ipsa requies finis, fit enim gratia operationis. At vero vita fœlix in virtute videtur consistere. hæc vero vita cum studio est & in seriis, sed non in ioco consistit. Atq; ea quę studiosa sunt seriave, prestabiliora ridiculis & iis quæ ioco fiunt. Et operationem semper melioris & partis, & hominis studiosam magis dicimus esse, melioris vero præstabilior est, & ad fœlicitatem iam magis attinens. Frui preterea quiuis, & mancipium, voluptatibus corporis, non minus q̄ optimus homo potest. At fœlicitatem nemo mancipio tribuet, nisi & vitam tribuerit studiosam. Fœlicitas enim non in talibus consistit modis viuendi, sed in operationibus quæ a virtute proficiscuntur vt prius etiam diximus.

Dictis autem iis &c. In priori tractatu hu9 decimi philosophus de voluptate felicitati annexa loquutus, in hoc secundo tractatu de felicitate ipsa loquuturus est. Et quatuor capitibus hic tractatus absoluitur. In primo felicitatem monstrat non esse habitum, sed operationem, non circa ludum, sed a virtutis operatione & dicenda dictis continuat, dicens dictis autem iis quę ad ipsas virtutes a secundo libro ad septimum vsq; pertinent, & de his quæ ad amicitiam in octauo & nono libris, & de voluptate circa finem septimi, & in priori tractatu huius decimi: Reliquum est rudi minerua de felicitate loqui. Si enim artificiose id prosequeretur non caperetur a multitudine. Humanarum rerum felicitatem ponimus finem & si strictim aliqua in primo libro dicta repetierimus sane omnia erunt breuiora, quia illa ad iam dicenda apprime conducunt. Proinde sermonem protractiorem q̄ par sit non faciunt, quia vt dicit ille. Non sunt longa, quibus nihil est quod demere posses, sine his autem materia non intelligatur. Deinde ponitur hęc prima cōclusio huius capitis in primo posita libro. j. Felicitas non est habitus, sed operatio. Prior pars trifariam patet. Omnis habitus in dormiente manet, at felicitas in dormiente non manet, proinde non est habitus in quarto modo secunde. Secundo, quia opposito dato felicitas inesset illi qui vita plantę viuit, hoc est vita animæ nutritiuę, hoc autem est absurdum. Felicitas enim est quoddam perfectum, sensus exteriores in somno clauduntur, nec in suas operationes exeunt. Imaginatiua & intellectus tunc imperfecte quādoq; operantur, nonnunq̄ ab operationibus cessant, in cuius argumentum post completum somnum homo excrementum egerit. Tunc autem somnus est completus quādo ab extrinseco non excitatur, sed ab ipsa natura, & hoc si pituita non laboret rheumaticus plus iusto somno indulgens ab extrinseco, statuto tempore est excitandus ¶ Tertio calamitatum plenus habet habitum, at talis non est felix. Si hæc tria illata non placent quia ratione sunt dissentanea, tunc ex hac parte secunda sequitur q̄ felicitas est operatio. Omnes enim apparenter loquentes felicitatem in operatione aut in habitu posuerunt. Mox operationum partitionem subdit philosophus inquiens. Operationum quędam sunt necessariæ & ob aliud, hoc est ob emolumentum vt sanitatem aut huiusmodi & non propter se, vt edificatio ædium, potio amara dosis. Nullus enim enema nisi ob euacuationē putrium humorum sumeret. Alię sunt operationes gratia sui expetibiles & non ob finem vlteriorem. Liquidum est ex primo libro felicitatem esse earum operationum aliquam quę gratia sui & non ob aliud sunt expetibiles. At felicitas nullius rei est indiga, est enim ex se sufficiens, quia est finis vltimus, aliaq; propter ipsam q̄rimus & in ea senescimus. Nos christicolę & verę pietatis cultores ieiunamus, stipem inopi porrigimus, operamur sacris, ob ęternam vitam, quam propter seipsam expetimus, sic in puro lumine naturali suo more philosophi ambulantes faciunt. Et rursus operationum secundum se intelligibilium quędā est operatio secūdū virtutē & quędā est opatio scdm ludū. Statim ponit. ¶ Alia cōclusio. Licet ludi iucundi sint per se eligibiles, in eis tn̄ nō consistit felicitas. Priorē partē aptā non pbat. Scdam sic ostēdit, primo qa ludis vacātes magis iacturę q̄ auxilij ab eis suscipiunt, at hoies plurimū a felicitate iuuant. Hoc supponit, dāna ludorū ostēdit. Lusores eñ dānū corporis sępius incurrunt, ad lassitudinē enim ludūt vt in ludo pilę, & postea in calore frigidā aquā aut aliū potū frigidū non sine sanitatis damno bibūt. Et sedētes longo tpe q taxillis ludūt excremēta primę & secūdę digestiōis nō euacuāt. Et ipsi atq; alij patrimonium dissipant, quia suas opes fortunæ exponūt. Deinde quasi in se obijcit. Multi qui felices putantur, vt principes ad voluptates ludorum confugiunt, & isti quęrunt p̄stantissima, cum semidei a vulgo censeantur, & ludiones qui dexteri in lusibus sunt apud eos in precio habētur, ergo in lusione consistit felicitas. Hanc obiectionē eluit, cōsequentiā negando. Nam potētes in talibus lusibus delectari nō est argumentū sufficiēs probandi felicitates in ludo consistere in potestatibus. Nec est virtus moralis nec intellectualis a quibus studiosę operationes proficiscuntur. Sinceram enim voluptatem hi nondum olfecerunt, eapropter ad ludorum voluptates cōfugiunt. Vt anxietates animi deuitent. Tyrāni sibi opes, subiectis neglectis pcurant, quocirca conscientia malefactorum torti quum

de malis perpetratis memorantur, recreationem curarum extinctiuam indagat. Patet istud per signa. Pueri quae apud ipsos in precio sunt praestabilissima esse putant, vt crepundia, tintinabula, molendina in ruinoso pariete aut in torrente faciunt, cum papiro volubili in baculi extremo contra ventū cursitant, & caetera leuia quae viri se digna non existimant: igitur rationi est consentaneum vt quemadmodum & pueris & viris diuersa preciosa esse videntur: ita quoq; malis & studiosis contingat. Sanee preciosa sunt quę studiosis talia vidētur, ex superius sępe allegatis, & illis praestabilissima sunt q̄ a virtute emergunt. Cuilibet ea operatio maxime iucūda est & expetibilis, quę a proprio emanat habitu, siue is bonus siue malus fuerit. Assuetus ludere alea voluptatē in illa lusione capit. Studiosę operationes a virtutibus proficiscuntur. Felicitas ergo non in lusione ioco ve consistit. Ludus autem ꝓprie in facto, iocus est in verbis. ¶ Vlterius eandem conclusionem sic probat. Omnia alia a felicitate gratia alterius expetimus, at nō omnia gratia ludi expetimus, sed ludum ob aliud statuimus: igitur. Minorem monstrat. Absurdum enim esset humanum finem iocum existimare & multa negocia laboriosa per totam vitam gratia ioci suscipere. Studere & laborare gratia ioci stultum est & nimium puerile. Recte Anacharsis in hoc dicit, iocandum est vt studeas. hinc ludunt scholastici vt feruentiꝰ postea literis incumbant. Iocus requiei similis est, cum homines ob imbecillitatem continuo laborare nequeunt requie indigent & curarū intermissione. Requies tn̄ laborum humanorū finis nō est, fit enim opationis gratia. Praeterea finis vltimus est optabilissimus pariter & optimus, & eius vita optima, hęc autem est in virtutum operibus cum studio & seriis. proinde in ioco non consistit. Quę sunt studiosa & seria, ridiculis & iis quae ioco sunt semper praestabiliora. ¶ Finaliter ad hanc conclusionem argumentatur. Semper melioris partis & hominis operationem magis studiosam appellamus, praestabilioris enim partis operatio nobilior est & ad felicitatem plus mouenti habet. ¶ Alia conclusio. Felicitās nō cōsistit in voluptatibus corpalibꝰ. Probatur, quia in his quae non minus belluis q̄ hoibꝰ insunt nō cōsistit felicitas, at voluptates corpales sunt hmōi: igit. Minor patet quia quis, etiam q vilē mancipiū est corpis voluptatibꝰ nō minus q̄ optimꝰ frui pōt. Agnus, vitulus, catellus, oblectamentū ludo capiūt, alias nō luderēt. at felicitatē dat mancipio nullꝰ nisi & vitā det illi studiosam, quā ei dare nequimus. Post has cōclusiones negatiuas vnā affirmatiuā tanq̄ corollariū infert, inquiēs. Quia felicitas in iam repudiatis nō cōsistit, in opatiōibus virtutis cōsistit. Et patet. Felicitas cōsistit in opatiōe scd̄m se expetibili vel in opationibꝰ talibꝰ, at ois talis, aut est opatio in ludo, aut in virtutis opatiōe, sꝫ nō cōsistit in opatiōe ludi vt fusius ꝓbatū est, ꝓinde est in opatiōe scd̄m virtutē. Vn̄ fit q aliqd est ꝓpe se solū eligibile, vt felicitas, aliqd ꝓpter se & aliud, vt ludꝰ, nōnihil ob aliud tm̄, vt potio amara ob corporis valitudinē ꝓcreādā. ¶ Dubitat hic primo, quare dicat. Ludorū ij q sunt iocundi, cū oēs ludi esse iucūdi videant. Scd̄o qre dicat, fere cuncta ꝑter felicitatem alterꝰ grā expetimꝰ. Tertio obijcit dictis, qa aliq nō ludūt vt opent postea, nā ferme cōtinuo ludūt, vt nobiles nūc venādo canibus lepores aut ceruos, nūc alitibꝰ rapacibꝰ māsuetiores capiēdo, nūc sphęrulis & pilase exercendo. Quarto videt dormiēs felix, & etiā capꝰ, qa qn̄ q felix est dormit nō desinit esse felix. Nec ob calamitatē supuenientē q̄ nō est in eius facultate sita desinit felix esse. ¶ Ad primū dicit q aliq sunt ludi iniucūdi, qn̄ plurimū sollicitudinis & ingenij ad eorū applicationē reqrit vt in ludo illo q regē, reginā, auratū eqtē & hmōi artificiose collocāt, & de suis sitibꝰ extrahūt, alij sunt ludi in qbꝰ parū ingenij reqrit vt in puerilibꝰ ludis, in rusticorū tripudijs & alijs lusibꝰ. ¶ Ad scd̄m rn̄det q dixit in ꝑcedētis capitis fine, siue vna sit opatio in qua est felicitas siue plures, tn̄c nō oēs opatiōes fiūt ob felicitatē. Itē bonꝰ actualr aut virtualiter ferme ois in finē vltimū refert. ¶ Ad tertiū dicit q stultorū infinitꝰ est numerꝰ. hoies aūt bñ instituti & q alios minores in ludo lrario erudiūt, ludūt, vt lris alacrius postea vacēt. Hō em̄ natus est ad laborē sicut auis ad volandū. Et militia est vita hois (authore Iob) sup terrā. Et adamo ꝓtoplasto post lapsum dictū est. In sudore vultus tui pane tuo vesceris. licet aliq plus aliq vero minꝰ laborēt. Probi ludūt vt postea serijs cōmodiꝰ occupent, inutiles ludūt vt tp̄s trāsigāt more mācipij ignaui. ¶ Ad qrtū dicit q Aristoteles nō vult inficiari dormiētē esse felicē, sed vult dicere q felicis opus nō exercet in somno, sed in vigilia. Si em̄ esset habitus alicui, inesset ei etiā si tota vita dormiret vt Endymion de quo postea fabimur. Quartū ad calamitates supuenientes nō dēpdit felicitas hois si mēte nō deijciat, sꝫ fit felicior apud deū. Et sapiētis, in solis bonis aię est felicitas, & miseria in vitijs oppositis. Nec in bonis corporis & fortunę nisi scdario, illa em̄ sunt istrumēta bonę opatiōis, q̄n̄ diffortunia & carētia necessariorū virū ab actibꝰ aię impediūt. tūc foelicitatē cōcutiūt. Per calamitates vitiorū sordes intelligito. Felicitas ab extrinseco nō pclitat. Dicit phūs in lrā. Felicitas em̄ nullius indiget rei, sed est ex sese sufficiēs, hoc est in sua facultate bonas opationes virtutū habet, & ipsis virtutibus emicat, nec aliūde ab vllo mortalium potest a felicitate diuelli.

Dubitā. iiij. Ad primum Ad secundū. Ad tertium. Ad quartū.

Tractatus.II. Cap.I. Quod est Lib.X. Cap.VII.



Vod si foelicitas operatio est per virtutem, consentaneum est rationi per eam esse quae est praestabilissima. Haec autem eius fuerit, quod est optimū. siue igitur mens sit hoc, siue aliquid aliud, quod quidem natura dominari videtur, ac imperare, & animaduersionem habere de honestis, diuinisq; rebus, aut quia diuinum & ipsum est, aut q eorum quae sunt in nobis est diuinissimum, huius operatio per virtutem propriam, ipsa foelicitas fuerit beatitudoq; perfecta. Dictum est autem ipsam esse contemplatiuam. Atq; cōsentaneum hoc

Foelicitas est per operationē maxime praestantem. Contemplatiuę pstātia.

Mens cognoscibilia.

est antea dictis & veritati videbitur esse,hæc enim operatio præstabilissima est, quippe cum
& mens sit eorum quæ in nobis insunt præstabilissimum, & ea circa quæ mens versatur co-
gnoscibilium præstabilissima sint.Est præterea continua maxime. Nam contemplari magis
continue,q̃ agere quoduis possumus. Arbitramur præterea fœlicitati voluptatem admixtã
esse oportere.Iucundissima autem operationum virtutum,est ea haud dubie quę per sapien

Philosophia

tiam prodit.Itaq; philosophia mirabiles tum puritate,tum firmitate,voluptates habere vi
detur.Atq; consentaneum est rationi, scientibus q̃ quærentibus oblectamentum ipsum iu-

Sapientia.

cundius esse.Ipsa quoq; sufficientia maxime fuerit incontemplatiua.Nam & sapiens & iu-
stus & cæteris rebus iis indigent quæ necessariæ sunt ad vitam,sed si satis his talia adsunt:
iustus quidem eorum indiget ad quos & cum quibus egerit iuste:& temperans item ac for

Sapiens.

tis,& singuli cæterorum.At sapiens si solus etiam sit contemplari potest , & quo sapientior
est eo magis potest , melius autem fortasse si habeat adiutores attamen sufficientissimus est
ipse.Præterea propter seipsam amari sola videtur.Nihil enim ab ipsa fit præter hoc,contem
platum inquam esse,at cum agimus præter ipsam actionem,aut plus aliquid aut minus as-
sequimur.Videtur etiam in ocio fœlicitas ipsa consistere.Negocia nanq; suscipimus vt oci-

Ocium negocium.

um habeamus , & bellum gerimus , vt in pace degamus ! Operationes igitur actiuarum
virtutum,ciuilibus aut bellicis in rebus versantur,actiones autem quæ in his versantur ne
gociosa esse videntur,atq; bellicæ quidem & omnino.Nemo nanq; bellum expetit gerere,ge

Bellum non fit propter se

rendi gratia belli, neq; bellum ob bellum parat . Videbitur enim crudelis quidem atq; san-
guinolentus penitus esse,si faciet amicos hostes vt pugnæ cædesq; fiant. At & ipsius ciuilis
negociosa est , & præter ipsam administrationem potestates comparantis atq; honores , aut
fœlicitatem sibiipsi & ciuibus,quæ quidem diuersa est a ciuili & quam quærimus vt diuer
sam.Si igitur ciuiles quidem & bellicæ actiones,cæteris actibus,qui a virtutibus proficiscũ
tur pulchritudine,magnitudineq; præcellunt, hæ vero negociosæ sunt atq; aliquem finem
affectant,& non propter seipsas sunt expetibiles.Mentis autem operatio & studio antecelle-
re videtur,cum contemplatiua sit,& præter se ipsam nullum affectare penitus finem , habe-
req; voluptatem propriam , quæ quidem operationem ipsam exauget , sufficientia insuper,
ocium,defatigationis vacuitas & humana,& quæcunq; alia viro tribuuntur beato,per hanc

Longitudo vitę fœlicitatis nihil imperfectum.

operationem illi inesse videntur.perfecta fœlicitas hominis fuerit hæc profecto sumpta lon-
gitudine vitæ perfecta.Nihil enim fœlicitatis est imperfectum.Talis autem vita superat ho
minis naturam.Non enim hoc ipso quo homo est,ita viuet,sed quo est quid in ipso diuinũ.
Quantum igitur hoc ab ipso composito differt,tantum & huius operatio distat ab ea quæ
a virtute alia proficiscitur.Q2 si mens,diuinum ad ipsum hominem est , & vita quę ab hac
manat,diuina est respectu ipsius vitæ humanæ . Oportet autem non quemadmodum mo-
nent quidam,humana nos sapere,cum simus homines,aut mortalia cum simus mortales,sed

Immortales fieri oportet.

quoad fieri potest immortales nos ipsos facere.Cunctaq; efficere vt ea vita viuamus quę ab
eo manat quod est eorum quæ in nobis insunt præstabilissimum . Nam tametsi parum est
mole, vi tamen & precio multum omnibus antecellit . Videbitur autem & vnusquisq; hoc
esse,si quidem præcipuum est & melius. Absurdum igitur esset si non suam, sed alicuius al-
terius expeteret vitam,Id insuper quod dictum est antea,nunc etiam accommodabit.Quod

Vita mentis fœlicissima.

est enim natura vnicuiq; proprium,id optimum vnicuiq; & iucundissimum est.Et homini
igitur ea vita quę ab ipsa proficiscitur mente,siquidem maxime,hoc est homo,hæc ergo est
& fœlicissima vita.

QVod si felicitas operatio est &c. Istud est septimum caput huius decimi libri & secundum tra-
ctatus secũdi.Et duas partes pręcipuas complectitur.Prior pars est enarratiua,& tria carptim
enarrat.Primum q felicitas est perfecta operatio secundum optimam virtutem optimę potẽ
tię quę est in homine . Secundum q illa alijs hominis partibus dominatur & diuinarum humana-
rumq; rerum cognitionem habet. Tertium q talis operatio quæ est felicitas est cognitio speculatiua.

¶ Prima conclusio huius capitis est.Operatio partis contemplatiuæ secundum propriam virtutem
est felicitas.Hoc est contemplatio veritatis.

¶ Probatur hæc conclusio sic.Felicitas est operatio secundum virtutem , & vt in hoc decimo retuli-
mus , rationi consentaneum est vt sit secundum præstabilissimam virtutem & eius potentiæ etiam
fuerit quæ in nobis est optima,siue ea potentia sit mens hoc est ipse intellectus, siue aliquid aliud ve
voluntas,siue neotericorum more (volitio) quod suaptę natura alijs imperat & animaduersionem de
honestis diuinisq; reb' habet.Nõ enĩ est ei curę de vtili delectabiliq; nisi p accidẽs,qñ copulat honesto.

Sane ipsum ẽ q̃d diuinũ,aut eorũ q̃ in nobis sunt est quid dioinissimũ.Itaq; eius partis diuinę opatio secũdum propriam virtutem beatitudo pręstabilissima est. Multa alia pręsupponit vt postea dicam. Per mentem,intellectum & voluntatem intelligit. Patet per proprietates quas illi potentię diuinę applicat,ratione enim intellectus intelligit & animaduersionem habet,per volũtatis imperium,hominis partibus imperat,dominatur enim voluntas appetitui sensitiuo principatu politico.Ille appetitus nonnunq̃ rationi renititur,vt in continenti videre est,membris corporis principatu despotico imperat.primo Politicorum hoc ipsum aliubi locupletius reteximus.Mens est quid diuinũ sempiternum a materia separatum.Et hoc Auerrois tertio de anima insequitur. Cui ex diametro obsistim⁹. Aristoteles vult dicere est quid diuinissimum eorum quæ in nobis sunt cum cęlestia meditetur. Dictũ est aũt in primo libro eã felicitatẽ esse cõtẽplatiuã. Proinde hoc est tũ rationi q̃ añ enarratis cõsonũ.Et istã cõclusionẽ tam ex parte subiecti pstãtissimi, q̃ ex pte obiecti probat sic.Omnis ea operatio quę a perfectissimo subiecto pfectissimoq; obiecto proficiscitur est optima:speculatio veritatis est huiusmodi:igitur.Maior patet,quia ex pręstabilissimis causis pręstabilissimus emanat effectus:& quia est in mente, quæ est diuinum aliquid & circa substantias separatas. patet minor. Secundo idem probat in valore sic.Inter omnes operationes hominis felicitas est maxime continua,vt patet ex primo libro.Sed contemplari magis continue q̃ quoduis agere possumus.nam ob fatigationem corporum sensuum accidit discontinuatio:at intellectus non vtitur organo corporeo. Intelligit enim cęcus & surdus,& anima separata. Mens est animi altior pars qua solum honesta diuinaq; percipimus. vnde Ouidius.Mentę deos adijt.& q̃d natura negabat.Visibus humanis,oculis ea pectoris hausit, Mens re ipsa est anima.sed hæc vocabula in connotato differunt.Quandiu corpus informat est anima & animus.sed mens solum contemplando, inferiora speculans non est mens, neccum est mente captus. Non tamẽ inficior quin amens si literatus fuerit optime ratiocinatur, carmina enim melius q̃ cum est mentis compos cudit.Hoc experimento in talibus noui.Ergo sensuum & virium corporis indispositio quæ amentem facit non extrudit omnia,sed ea adhuc tanq̃ quid diuinum nonnihil meditatur.Et patet istud. Inter principes Israelitarum qui ad Iehu inquiunt quid vult iste insanus tecum. Loquentes de propheta domini vide tertium Regum. Tertio suspicamur voluptatem beatitudinĩ coniunctam esse oportere,at operationum virtutum dubio procul ea iucundissima est quæ a sapientia propriaq; contemplatiuę partis virtute emergit. Itaq; sapientia mirabiles tum puritate cum firmitate voluptates habet. Puritate quia voluptates venereę cibi potusq; impuræ sunt & brutales,& creberrima earum est poenitudo,proinde non sunt firmæ. Cui astipulatur respõsio illa Demosthenis oratoris suo seculo principis ad laudem nobile scortum plus nimio pro concubitu expostulãtem nolo tanti emere istud quod poenitentia obliterare oportebit. Hę voluptates doloribus & anxietatibus miscentur. Qꝫ philosophia speculationes cum voluptate habeat, patet,quia hoc quod scitu dignum est inquirere est delectabile vt illud sciatur,at maior est voluptas in sciente dum illud iam nouit.Hoc est philosophia duobus hominum generibus est iucunda,scilicet scire cupidis & inquirentibus & iam eruditis. Concupiunt enim homines scire abditissima a sensu vt celorum numerum, eorumq; motum tam in epicyclis q̃ excentricis, cur dies hiberni sunt contracti & estatis porrecti,de primo motore & quem ordinem & principatum in vniuerso habeat,& sic de alijs altissimis causis.Cui alludit illud virgilianum.Felix qui potuit rerum cognoscere causas.Sic de morali philosophia, quæ viã aperit ad bene beateq; viuendum,sic de eloquentia quę venere dicendi, vt vult, persuadet, dissuadetq;, nulla est ars liberalis quæ nõ habeat suam voluptatem affinem.Pius qui eam dignitatem inter pontifices maximos secundus tulit,excelsam dignitatem nactus quicquid ocij dabatur ab administratione publica id omne literis impendebat, crebriter inter necessarios testatus id tandem esse vnde mira voluptas perciperetur,quocirca multo pluris libros faciebat q̃ vniones quibus vt fari consuerunt nõ parum chrysolitarum inesset.Petrus blesensis recte ait si paradisus est in terris,est in claustro aut studio.Perbellũ est huiusmodi similia cognoscere.At scire bolos delicatos in boue ariete ve. Item quot panes sint in modio tritici,quot pintę vini in dolio,est vilium & abiectorum, & ita de cæteris opificum artibus qui in sordido lucro versantur. Locupletum opes sunt sentes hominem pungentes, authore Christo in euangelio.Hæ scientię in philosophia non discuntur.

¶Quarto.In illa operatione consistit felicitas ad quam homo est magis per se sufficiens, at inter oẽs operationes virtutum homo est maxime sufficiens ad speculandum:igitur. ¶Probatur minor,quia alię partes lucent.Sapiens,iustus,& cęteri omnes virtute præditi ijs indigent quę vitę necessaria sũt, vt alimento amictuq;,ac studiosus secundum virtutem moralem pluribus eget. Iustus adhuc eorum eget ad quos & cum quibus assessoribus agat iuste, & temperantes homines communiter in societate cum alijs mandunt quorum temperantiam aliorum ingluuies frangit,gulosus enim temperantem ad excessiuum esum irritat,& fortes & alij aliorum egens & cum his non parum anxietatis est. Iudex iustam ferens sententiam,tyrannos carnificesq; veretur ob lucrum,odiũ,amorẽ in talibus multa regrunt,& est anxietas,verũ si sapiẽs solus fuerit cõtẽplari valet. Dicebat enĩ ille Roman⁹ Scipio,nũq̃ minus sol⁹ sum q̃ cũ solus sum. Tũ enĩ sua mẽte hincinde rõnabat. Paucis libris vir sapiẽs cõtẽtus est,& quãto sapiẽtior tãto paucιorũ codicũ est indigus.Egregie aũt erudit⁹ i scrinio pectoris librariã circũfert & generosus verbi diuini declamator ad populum,solo breuiario vtens vtiliter concionatur. At nihil prohibet id posse melius si habeat adiutores.Plura vidẽt oculi q̃ ocul⁹,& ferrũ ferro acuitur.Octauo huius,duo simul viuentes intelligere & agere sunt potentiores. Quatuor tresve mutuo conferẽtes solidi⁹ audaciusq; materiam aliquã absoluẽt q̃ octo aut decẽ segregati. Oedippũ interdũ dauus erudit, Pugilem

¶Sexto in lumine naturali quilibet ratiōe vtens habet assentire his. Remunerator bonorum & punitor malorum est deus ad Hebręos.xj ergo illi dissentiens peccat vel in solo naturali lumine ambulans, cum enim non fiat sufficienter pręmiatio aut punitio in hoc mundo, per cōsequens erit in alio & propter hoc animam esse immortalem est necesse.

Obiecta duo.

¶Contra, naturaliter loquēs nihil habet ponere sine ratione cogente, at nullus animam separatam cognoscit, cum eam nō videat in lumine naturali, nec eius cruciatus vel pręmiū. Scdo nemo scit in illo lumine naturali vbi locorū anima separata pmiaē aut puniē, ergo illud nō est concedendum.

Ad prius.

¶Ad priorem dico maiorem esse falsam, in omni enim scibili ponuntur aliqua demonstratione vallata. Secundo ratione irrefragabili illud ponitur, patet per pbariones adductas ad minorē dico aiam nō cadere sub obiectū alicui⁹ sensus interioris aut exterioris, rōne tñ cognoscię felicitas ei⁹ aut dolor.

¶Ad scdm dicitur q de loco pprio hoc est verum, sed ex hoc nō seqtur illatū, Scio eñ amicū meū q abijt hinc, esse in aliquo loco ī cōtracto, sed an in isto loco an in pprio illo me prorsus fugit, scio hic ad credo vel autumo extendo. ¶Secundo dico intellectū esse qd diuinū, quia deū cognoscit & effectus memorabilis eius, & suis opibus perpetuitatē deū ęmulādo qrit, & dei opatiōes ęmulaē, q nō est circa operationes vitę actiuę vt in capitis sequentis dicere explanatione proponimus.

Ad secundū dubium.

¶Ad secundū dubiū rñdeē q prudētis est temporis mensurā apphēdere. Senectus nō cōputaē in annis, sed in vitę nitore. Ioānes Zacharię filius Titus & similes, licet iuuenes erāt ad modū loquēdi Aristotelis felices. Ad beatū satis est multo maximā partē vitę excellētib⁹ cōtēplatiōib⁹ applicare, pinde grādęuo plus interualli ad felicitatē q ad iuuenē reqriē.

Ad tertium

¶Ad tertiā dubitationē rñdeē q felicitas humana de qua philosophus loqē est simia verę felicitatis, de qua verę pietatis cultores loquunē, & vt sine dubio capiaē, res paulo altius repetēda est. Nemo est in patria cęlesti beatus nisi deū vidēs eū diligēs & lętitia perfusus & hoc virtutū cumulo redimitus, licet cōtendaē in quo actu mētis potior eius actus consistat itidē impsentiarū felix secundū philosophū virtutib⁹ abunde illustratus, sordium expers, heroice viuens, primum motorem eiusq; effectus pro virili, intelligens, & deum amans, & colens, talis quęrit veritates altissimorum ad bene beateq; viuendum. Talis autem vita vt Plato ait, superat hominis naturam, hoc est hominis strepitu forensi viuentis, & est extra humanam aleam, eoq; modo quo mortalibus conceditur. literis indefesse vacat Rachel & Magdalena vitam cōtemplatiuam significantes sunt perbellę, Martha & Lya minus formosę & anxietatibus onustę. Hę posteriores vitā actiuam reprę sentant. Ex his patet Aristotelem generose in materia felicitatis philosophatū fuisse, nec poterat per naturam sublimius conscendere. ægre enim in lumine naturali ostendi potest animam separatam posse deum intuitiue videre. Dicere itaq; soleo philosophorū principē nuq elegantius q de felicitate loquutum esse vbi etiam manuductionem ad veram felicitatem monstrauit. Vnde fit vt carpendi sint theologorum nonnulli parum in ethica doctrina versati asserētes ipsum quasi in somnio de beatitudine loquutum.

Ad quartū.

¶Ad quartā dubitationem dicitur q nō est hic sermo de ocio & tranquillitate ludi, sed est carētia eorū q in vita actiua cōtingāt, cōparatiue ad eā in cōtēplatione est reqes. Pro cui⁹ vberiore intelligētia scito q ociū vulgare est desidia & vacatio a labore, cuius cōtrariū est negociū, de hoc ocio nō fit hic mentio. ¶Aliud est ociū philosophicū, & capiē p studio literario. Literis eñ incumbētē oportet esse separatū a tumultu seculi. Vñ Quintilianus. Ingrendo scribēdoq; talia solemur ociū nostrū. Et Tulli⁹. Quid dulci⁹ est ocio literario? id est studio & vt ita dicā negocioso ocio. de ocio hoc modo capto loqē philosophus in ocio literario iucūde ocianē.

Ad quintū.

¶Ad quintā dubitationē diciē q ecclesiasticus vult nos nō debere transcendere limites humanos ad cognoscēda impossibilia nobis, quēadmodū sunt illa q soli deo attribuunē, vt occulta futura pdicere, sed enitendū est cognoscere deū eo modo quo hoib⁹ cōcessum est. Intellect⁹ est ad dei Imaginē creat⁹. Par est ergo vt eū diligat, quē diligere sine apprehēsiōe neqt. Hęc est vita æterna vt cognoscāt te solū deū verū & quē misisti Iesum Christū. Ioānis.xvij.

Ad sextum

¶Ad sextā dubitationē rñdeē q totū cōpositū est pfecti⁹ entitatiue q mēs, nō tñ est pfectior potētia. Secūdo q qñ intellectus etiā anxie cōsiderat opatiōes vitę actiuæ tūc versaē circa totū hoiem, & qñ opatiōes vitę cōtēplatiuę, tūc circa diuinū qd negociaē. De qua re plixi⁹ in capite imediate sequēti videbiē.

Dubi. septi. Responsio.

¶Dubitaē etiā quō hō sit mens, cū mēs sit ps eius. Respōdeē per suppositionem synecdochicam, vt fusius in dialectices introductionibus iampridem retulimus.

Tractatus secundus. Caput.III. Et Lib.X. Cap.VIII.

Ecundo autem est cavita quę a virtute alia manat. Operationes enim quę ab hac prodeunt humanę sunt. Nam iusta, & fortia, & cętera quę a virtutibus proficiscuntur, inter nosipsos agimus, in commerciis, & necessitatibus atq; actibus cōmunibus, & item affectibus vnicuiq; seruantes decorū, hæc autem omnia constat esse humana. Nonnulla autem & a corpore prouenire videntur, & multum virtus morum cum affectibus videtur esse coniuncta. Coniuncta est etiam & prudentia, moris virtuti, & hæc prudentiæ, si principia quidem prudentiæ a virtutibus ipsis emergant, rectum vero moris virtutum a prudentia manet. Cum autem hę sese habeant, vt a se mutuo pendeant, sintq; coniunctę af

fectus, circa ipsum compositum fuerint, at compositi virtutes humanę sunt. Quare & ea vita quę ab ipsis proficiscitur, & foelicitas humana est. Mentis autem est separata. Atq; tanq̄ de ipsa sit dictum, exacte nanq; dicere proposito maius est. Videbitur autem & externa affluētia perparum aut minus indigere q̄ moralis, opus est enim vtrisq; necessariis rebus. Atq; sit æque, q̄q̄ circa corpus & res tales, ciuilis homo magis elaborat, parua enim differētia fuerit in operationibus autem non mediocriter different. Etenim liberali quidem ad liberalitatis operationes exercendas, & iusto ad retributiones, pecuniis opus erit. Voluntates enim non sunt manifestæ. Simulant autem & qui nō sunt iusti, agere iuste velle. Forti autem opus est potentia, si agit aliquid eorum quæ a virtute proficiscuntur, & potestate etiam temperanti. Quo nanq; modo aut hic, aut cęterorum quisq̄ manifestus erit? Quæritur autē vtrū magis proprium sit virtutis electio, an ipsi actus, quippe cum vtrisq; virtus consistat, atq; constet in vtrisq; perfectum ipsum cōsistere. At actus autē multis indiget, & quo maiores, pulchrioresq; sunt, eo pluribus indigēt. At contemplanti nullis huiuscemodi rebus ad operationem est opus, quin & impedimento fere sunt ad contemplationem. Sed hoc ipso quo homo est, atq; cum pluribus viuit, expetit ea agere q̄ a virtute proficiscunt. Indigebit igit talibus ad ea agenda quę ad hominem spectant. Atq; foelicitatem perfectam contemplatiuā quandam operationem esse hinc quoq; fuerit manifestum, deos enim maxime beatos esse putamus, atq; foelices, at quosnam actus tribuere illis oportet, iustosne? An ridiculi videbuntur, si commutent & deposita reddant, & huiusmodi cętera agant? Ac fortesne, propterea q; formidolosas res sustinent, periculaq; subeunt, honestatis ipsius causa? An liberales? At cuinam dabunt? Absurdum est insuper si nummos etiam habeant, aut aliquid tale. An temperantes? At quidnam fuerint? An laus sit importuna si prauas dii cupiditates non habere dicantur? Ita per omnia discurrenti, cuncta quæ sunt circa actus, parua quædam & non digna diis immortalibus sane videntur. At vero viuere ipsos vniuersi putant, quare & operari. Non enim oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. Viuenti igitur ei, cui actio & multo magis effectio non tribuitur, quidnam aliud præter contemplationem restat. Quare dei operatio præcellens beatitudine contemplatiua sine controuersia fuerit. Et humanarum igitur operationum ea homo est summe foelix, quæ illi maxime est cognata. Signum est huius & animalia cætera foelicitatis expertia, esse tali penitus operatione priuata. Nam diis quidem tota est vita beata, talem habentibus operationem, hominibus autem, quoad ipsis talis operationis quædam inest similitudo. At animalium cæterorum nullum prorsus est foelix, quippe cum nulla ex parte particeps sit contemplationis. Quousq; igitur contemplatio sese extendit, eousq; sese extendit & foelicitas ipsa. Et quibus contemplatio magis inest iis & foelicitas magis inest, non per accidens quidem, sed per ipsam vtiq; contemplationem. Hæc enim per se ipsam est preciosa. Quare foelicitas contemplatio fuerit quędam. Est autem opus huic & prosperitate externa cum sit homo. Natura ipsa non est ad cōtemplandum sufficiens, sed & corpus sanum esse oportet, & alimenta, reliquumq; famulatū adesse. Non tamen putandum est multis ac magnis ei opus fore, qui futurus est foelix, si fieri non potest vt sit beatus sine bonis externis. Neq; enim sufficientia neq; iudicium, neq; actus in exuperatione consistit, sed fieri potest vt & non principes terræ ac maris agant honesta, etenim a mediocribus facultatibus potest quispiam agere p virtutē. Atq; id clare cernere licet, priuati namq; non minus agere videntur res bonas, q̄ qui sunt in potestatibus constituti, immo etiam magis. Satis autem est tot facultates habere, erit enim eius vita foelix qui p ipsam operatur virtutem. Solon etiam bene fortasse de foelicitatibus sensit, qui quidem eos esse foelices dixit, qui mediocriter res habuerunt externas, & pulcherrimas res (vt putabat) egere, modesteq; vixere. Fieri enim potest, vt mediocria possidentes agant ea quę agere oportet. Videtur autem Anaxagoras, non locupletem, neq; potentem foelicem ipsum existimasse cum dixit se non mirari si absurdus quidem multitudini videatur, hęc enim sentiens res solum externas is iudicare tantummodo solet. Consentaneæ igitur nostris sententiis & sapientum opiniones esse videntur. At enim habent quidem & talia quandam fidem. Veritas tamen in iis quæ in actionem veniunt ex operibus iudicatur & vita. In his enim præcipue certitudo veritatis consistit. Considerare enim oportet ea quæ antea dicta sunt ad opera referentes, & vitam & si consona sunt operibus, acceptanda sunt. Sin vero discrepant, verba sunt tantum putanda. At vero qui mentę operatur, & eam colit, disponitur optime,

Marginal notes:

Foelicitas humana.

Electio actis. Actus.

Dij operant dijs digna.

Endymion

Contemplatiua.

Animalia foelicitatis expertia non contemplantur.

Foelicitas cōtemplatio quędam.

Externa foelici necessaria

Solon.

Facultas mediocris.

Anaxagoras

is & amicissimus diis immortalibus esse videtur. Nam si dii curam humanarum rerũ (vt existimatur) aliquam habent, rationi sane consentaneum fuerit ipsos eo gaudere quod est optimum, maximeq́ʒ sibi cognatum, hoc autem fuerit ipsa mens. Et in eos qui maxime hoc amant atq́ʒ honorant, beneficia vicissim conferre tanq̃ curam iis quae sibi sunt cara, ac diligentiam adhibentes, & recte, beneq́ʒ agentes. At constat haec omnia maxime sapienti inesse. Amicissimus igitur sapiens ipse diis immortalibus est. Eundem autem cõueniens est, & foelicissimum esse. Quare sapiens hoc quoq́ʒ modo maxime fuerit foelix.

Dij curãt humana Mens dijs maxime cognata.

SEcundo autem est ea vita &c. In hoc octauo capite philosophus ostendit vitę contemplatiuę excellentiã & p̃stantiã sup actiuę vitę opatiões in q̃bus scd'ario bonitas cõsistit, nõ eñ est beatitudo, sed beatitudini multũ affinis. ¶ Ad literę explanatione accedo. dicit itaq́ʒ primo sic. Scdo aũt loco ponit ea vita q̃ a virtute alia, hoc est actiua q̃ est alia q̃ speculatiua p̃ficiscit. Quia felicitas cõtẽplatiua vt supiore capite retulim⁹ primas occupat ptes, & adhuc idipsum hoc in capite detegere enitemur. Opatiões aũt eę q̃ ab hac actiua virtute emergũt humanę sunt, q̃a totius cõpositi, iusta eñ fortia, & reliq̃ q̃ a virtutib⁹ talib⁹ fluũt inter nos agim⁹ in cõmercijs & necessitatib⁹ nostris mutuo succurrẽtes atq́ʒ actibus cõibus & itẽ affectib⁹ seruãtes vnicuiq́ʒ q̃d ad eũ spectat, sicq́ʒ in politica vita viuim⁹. Liquet aũt hęc oia humana esse & aliqua istorũ a corpore puenire videnẽ, hoc est vt corpori succurraẽ. Opatiões q̃ rũdã virtutũ sunt circa facultates q̃ in hoim vsum veniũt, vt opa iustitię, fortitudinis, & aliarũ virtutũ scd'm q̃s mutuiter agimus in cõmutatiõibus. In iustitia cõmutatiua distributiuaq́ʒ suas opes hoies mutuo cõicant. Quędã eñ virtutes sunt circa hoim indigẽtias q̃bus ali⁹ alij subuenit, cuiusmodi ẽ liberalitas & hmõi. Per hęc Aristoteles intẽdit oẽm virtutẽ moralẽ esse circa bona humana, q̃a ois virtus moralis est vel circa bona fortunę, q̃ in hoim vsum cõtingũt, vel circa bona corpis, vt ei succurratur vel circa animi affectũ. Quę aię nõ cõtingũt nisi q̃ñ est in toto cõposito, & virt⁹ hęc moralis multũ affectib⁹ cõmiscet, vt circa irã, mãsuetudinẽ & cętera, q̃ inter hoies cõtingũt. Pręterea illi virtuti inseparabiliter prudẽtia cõiungeẽ vt in sexto lib. dictũ est. Virtus moralis certũ finẽ statuit quẽ finẽ prudentia supponit tãq̃ principiũ. Si eñ q̃spiã nõ fuerit studiosus circa principia agibiliũ errabit, capto principio prudẽtia capit media p q̃ recte ad talẽ finẽ pueniri põt. Hoc patuit in sexto, Prudẽtia & virtus moralis a se mutuo pẽdẽt, & sunt circa affectus & pturbatiões, & sunt toti⁹ cõpositi. Proinde humanę virtutes sunt. Vñ fit vt ea vita hoc est opatio q̃ ab ipsis manat, sit humana, secundum tamen locũ post felicitatem contemplatiuam sibi vendicat. Felicitas mentis est separata hoc est cõuenit animę separatę, quę non minus immo magis contemplatur q̃ corpori coniuncta. Corpus eñ quod corrũpitẽ aggrauat animã. In corpore tñ glorificato q̃tuor dotibus, subtilitate, impassibilitate, claritate, agilitateq́ʒ ornata, nõ illi habebit obicem. Verum euangelica lege & non naturaliter id deprehenditur. Tantum de ipsa dictum hic satis sit, quia illud exacte prosequi proposito maius est. Et quia fortasse Tullius & plerĩq́ʒ alij respub. studiosi contenderent vitam actiuam contemplatiua esse pręstantiorem illius oppositum eleganter conformiter ad euangelium philosophorum princeps probat hãc cõclusionem ponens. Felicitas contemplatiua est actiua longe pręstabilior. Probatur hęc conclusio quadruplici argumento. Primo sic. Illud quod est separati & diuini, est pręstantius eo quod est compositi inquantum talis, auditus entitatiue est intellectu perfectior non tamen in ratione potentiae, sic de toto composito & intellectu intellige, at felicitas contemplatiuae respectu actiuae est huiusmodi: igitur. Ego enim sane reor Aristotelem velle consequenter ad dicta in tertio de anima, animam immortalem dicere, & non solum hoc sed etiam eam separatam perpetuo contemplari celestia, & non habere commercium cum vita humana. Hoc in tertium de anima & in distinctionem quadragesimã tertiã, quarti sententiarum locupletius monstrauimus.

¶ Secundo probatur eadem conclusio sic. Vita ea quę paucioribus indiget q̃ alia, paritate data, est alia melior. (Homo plura ad sui sustentationem efflagitat q̃ catus aut glis imperfectior. ergo quantum ad vitã actiuam in quibusdã est illis impfectior. Paucioribus q̃dẽ indigere sane nobilis est conditio, sed nonnihil boni dedit deus belluis rationis expertibus quod non dedit homini, verum multo excellẽtiora homini tribuit & in hoc magis nobilem conditionem habet, & est in se magis sufficiens.) At vita contemplatiua respectu actiuę est huiusmodi: igitur. Minorẽ litera ponit. Opus est tamẽ vtrisq́ʒ necessarijs rebus pro corporis sustentatione. Oporteт vtrumq́ʒ, & q̃q̃ ita est vt ciuilis homo circa corpus & res tales magis insudet, dato tamen q́ʒ posueris & contemplatiuum & actiuum aequaliter agere, hoc sane parum ad id quod paramus interest, & parui est momenti. Nam in operationibus plurimum differunt. Liberali ad liberales operationes faciundas, & iusto ad retributiones opus est pecunijs, contemplatoribus autem hac affluentia non opus est. Voluntates sine datione exteriori nõ sunt manifestę. Per hoc dubitationẽ eluit. Diceret eñ quispiã. Et si ei nõ sunt opes põt tñ habere voluntatẽ dandi & ea sufficit. Dicit philosophus q́ʒ nõ cõstat alijs de hoc aio, bene aũt deo cõstat. Etiã multi iniusti se iustos simulãt. Verũ forti opus est potẽtia & robore, si aliq̃d eorũ agere debeat q̃ a fortitudine manãt, & tẽperato q circa epulas & cõuiuia cũ ratio efflagitat insudat, opus est facultate eorũ circa q̃ cõtingit tẽperatũ intẽperatũq́ʒ esse. Quomodo eñ aut tẽperãs aut aliorũ studiosorũ q̃spiã cognit⁹ erit nisi circa extrinsecũ opeẽ: Et ideo q̃riẽ ab eruditis an magis sit virtuti p̃priũ ipsa electio an act⁹ ipse exterior, q̃si in vtrisq́ʒ ipa virt⁹ cõsistit & palã est pfectũ ab vtrisq́ʒ pẽdere, magis tñ in radice ab electione:

Verum ad actus exteriores multis eget actiua & administratiua virtus,& quo pulchrior est tanto pluribus indiget quibus contemplans ad sui muneris functionem non eget,immo contemplationi fere sunt impedimento,ea de re prędicatorij ordinis viri & minoritę nominis celebritate clari egregia volumina condiderunt. Patet de Thoma aquinate, Alberto, Alexandro halensi, Ioanne duns conterraneo meo & sexcentis alijs vbi locupletes assectarum turba impliciti licet eruditi fuerint perparum literarum monimentis mandauerunt. Aliacensis anteq̃ esset cameracensis prętul & rubro galero donatus exacte in sentẽtias & in alia scripsit,postea finẽ iposuit. Negociosus in foro (vt in apophthegmate dicitur) nequicq̃ in ocio literario proficit. Nec ab re,vsu enim venit vt ea quibus actiuus eget contemplantem impediunt. Nam in actiua vita homo hoc ipso quo homo viuit, & quãto cum pluribꝰ degit tanto magis facere optat quæ ab humana virtute oriuntur. Proinde fortuna egebit, vt ea quæ ad hominem attinent peragat. ¶ Alia ratio ad conclusionem ex rebus supra nos capitur a deo.s. Perfectissimus enim absolute est deus, quia prima causa & primus motor, licet interdum intelligentiæ cælestes dij nuncupentur, vti sacræ literæ faciunt. Postea hoc ipsum probat per res nobis subiectas scilicet pecora. Accedendo ad literam ratio admodum est pulchra, quæ est hæc. Ea operatio quam deo & substantijs separatis attribuimus est perfectior illa quam ab eis secludimus, quia perfectioribus perfectiora damus,& non ab re imperfectiora ab illis remouemus. At veritatem contemplari deo & substantijs separatis damus, relicto tedioso syllogismo. remouemus a dijs immortalibus opera vitæ actiuæ, proinde actus vitæ contemplatiuæ est operatione actiua præstantior. Vel sic. Deorum vita est nobilissima. Ergo vita illi maxime affinis, secundum locum bonitatis simpliciter sibi asciscit. Maior patet. Brutum enim maxime ad hominem accedens brutorum est nobilissimum, & substantia deo simillima est optima. Itaq; ea vita quæ deo est maxime affinis est præstantissima.

¶ Sententiam literæ pono. Hinc deprehendimus contemplatiuam felicitatem perfectam esse operationem,& primum sibi vsurpare perfectionis locum, q̧ deos hoc est superhumanas mentes maxime felices renuit, illis autem nullas actiones tribuimus. Nonne iustos censemus? verum hoc ridiculę erunt illę celestes mentes si commutent frumentum pro vino aut simile, aut deposita reddant & cętera opera iustitiæ efficiant. Fortesve? sed id foret absonum quasi res formidolosas tolerent & discrimina subeant honestatis gratia. An liberales? sed precor cuinam tum dabunt inopi? & absurdum est, preterea si nummos habeant & loculos aut aliquid simile. An temperantes? sed qua via quæso id fuerint, & vtrum indecens & inopportuna laus est si malas cupiditates dij non habere dicantur? Et ita per omnia discurrenti omnia quæ sunt circa actus, parua quædam & non digna dijs immortalibus plane videntur. Aliqua Archimagirum decent quæ virum illustrem dedecent. Illa quæ preciose mortalibus applicantur indecore cęlitibus applicentur. At vero ipsos viuere existimãt omnes. Eam ob rem & operari. Non enim oportet illos vt Endimion fecisse fabulatur, semper dormire. Endimion (vt poetæ finxere) a luna fuit dilectus & in monte Lyciæ perpetuo somno sopitus quo luna licentius dormientis carperet oscula. Sed quidnam potius eis tribuemus q̃ contemplari? Cum enim operantur, vti dictum est,& vitam actiuam non ministrent, & a fortiori neq; artis quicq̃, nihil præter contemplationem a sufficienti diuisione eis relinquitur. Eam ob rem dei operatio pręcellens felicitate, contemplatiua sine controuersia fuerit Et secundo de celo capite tertio ex Argyropili tralatione philosophus sic ait. Dei autem operatio est immortalis, hoc autem est vita sempiterna. Illa igitur operatione inter humanas operationes homo maxime beatus est, quæ illi diuinæ beatitudini maxime affinis & cognata est, hæc autem est contemplatiua. Proinde non ab re diximus contemplatiuam felicitatem eminentissimum perfectionis locum inter humanas operationes iure quidem optimo sibi vendicare. Huius rei signum est q̧ animalia beatitudinis expertia contemplatione prorsus vacant. Quando bos cognouit possessorem suum in præsepio, dominus eius genua more hominis procumbentis disposuit. Et sic de asino quem deum cognouisse vulgo perhibẽt. Supermundanis spiritibus tota vita felix est, talem habentibus operationem, hominibus autem quãtum ad superos talis operationis inest similitudo. At aliorum animalium nullum penitus est felix, quia huius contẽplationis non est particeps. Quousq; igitur veritatis speculatio sese effundit, eousq; pręcise se extẽdit felicitas. Quę enim contemplatione orbantur etiam felicitate carent, & quibus contemplatio magis inest (vt celestibus spiritibus) & felicitas magis inhęrebit, non per accidens quidem & alterius gratia, verum per ipsam contemplationem. Est enim contemplatio per seipsam pręciosa.

¶ Alia conclusio. Contemplatiua operatiõe felix exterarũ rerũ p̃sidio eget. Cũ enim re ipsa sit hõ, natura humana nõ sinit eũ sine fortunarũ ãminiculo sufficientẽ, sed corpus sanũ esse opꝫ alimẽta & reliquum famulatum adesse. Si valitudinarius fuerit & ægritudine vexatus minus speculari poterit ob corporis ipedimentũ. Et signãter si morbus peracutus vt cholica, nephresis Iliaca ve fuerit. Per alimẽta, vestimẽta, domũ qa sub dio male habitet & silia intelligit. Et p famulatũ innuit eum non debere impediri circa suam prouisionem, sed talium curã minister eius habebit. Dedecet eñ circa hæc transitoria impediri. At si sine aliquibus opibus beatus fieri nequeat, non tamen magnis eget, quia neq; sufficientia neq; iudicium rectum tam in speculabilibus q̃ actiuis neq; actus studiosus in affluentia fortunę cõsistit. Fieri enim potest vt q neq; principes terrę neq; altis natalibus sunt agãt honesta, nã in mediocribus facultatibus potest quis secundũ virtutem agere qđ videre licet, qa cũ priuati hoĩes nõ minus res p̃claras agere videnẽ q̃ illi qui sunt in potestatibus cõstituti, immo & magis. Quãtitas eñ rei expositę nõ est cõsiderãda solum, verum etiam animus dantis. quocirca vidua illa euangelica apud Lucam quæ duo minuta in Gazophylacium misit a domino plus efertur q̃ multo plura ponentes.

Etiam felicis vita in virtutũ splendore literarũq; eminẽtia emicat, ita vt cũ fato cesserit a pluribus
cognoscatur q̃ pecuniosus tyrãnus sua solũ tempestate & inter suos vel ob sordidã vitã notus. Satis
ergo fuerit tot habere opes quot ad bene agendũ sufficiãt: quia eius vita felix erit qui secũdũ virtutẽ
operabitur. Quæ si sufficiant ad agendũ, per locũ a maiore ad cõtemplandũ sufficiũt. Hãc cõclusionem
sapientum authoritate roborat. Primo, quia Solon eos felices dicebat qui mediocribus habent opes.
Propterea Crœsum Lydorum regẽ omniũ locupletissimũ a felici remotissimũ rectissime censuit, &
Tellum Atheniensem bonos liberos habẽtẽ qui fortiter pugnando pro patria occubuit felicissimũ
iudicauit. Qui mediocres opes habebãt & modeste viuebãt, poterãt res pulcherrimas, vt ipse arbitra-
batur, facere. Et Anaxagoras Clazomenius cuius est illa vox, cum liberos mortuos audiret, scio me
mortales genuisse: & de quo sexto Ethicorũ habitus est sermo, nec pecuniosum neq; potentẽ felicem
existimabat. Quocirca dicit se non stupere si absurdus quidẽ multitudini videretur: quia multitudo
multorũ capitũ bellua, opes solum cognoscens ab his præcise iudiciũ fert quæ vidẽtur. Anaxagoras
vt recte & libere philosopharetur facultates suas cõcessit, pauca & sufficientia sibi seruans. Constãs est
etiam fama q; priuauit se visu vt altius cõtemplaretur. Ergo dicit philosophus sapientũ opiniones
sunt nobis cõsentaneę, & talia quãdã fidem habent, quia sine ratione loqui nõ solent: & iam ob tem-
poris lapsum & famã celebrẽ eis creditur. Huc accedit eorũ vita quæ sermonibus erat cõsona: medio-
cribus enim erãt cõtenti, & ita tales fuisse credendi. Nã a fructibus eorũ cognoscetis eos, teste scriptura.
Veritas in ijs quæ veniũt in actionẽ ex operibus iudicatur: & si sermones vitæ sint consoni acceptẽ-
tur. Sin vero discrepent, verba tñ quidem caduca putanda sunt. ¶ At vero qui mente &c. Superius
ostendit quomodo felix se habeat ad aliqua externa scilicet ad opes. Nũc vero ascendẽdo ad grauiora
monstrat quomodo se habeãt ad deos immortales. Et hanc conclusionẽ in valore ponit. Felix felici-
tate cõtẽplatiua est deo amicissimus & maxime ab eo diligitur. Probatur hæc conclusio. Ille qui mẽ-
tem colit & maximã curam habet de illo qđ est deo maxime cognatum illiq; simillimũ est deo ami-
cissimus, at felix cõtemplatiuus est huiusmodi, igitur. Nam se dij humanarũ rerũ curam habẽt vt ab
omnibus recte existimãtibus putãtur, rationi sane maxime fuerit cõsentaneũ eos eo gaudere: qđ est
optimũ maximeq; sibi cognatũ: hoc autẽ est ipsa mens quæ est perpetua a tergo, licet initiũ a frontẽ
acceperit. Cõsentaneũ igitur est numina in eos maximopere qui mẽtem venerantur, beneficia vicis-
sim cõferre, velut curam eorũ qui sibi sunt cordi ac diligẽtiam habẽtia & recte agẽtia: quilibet enim
diligit diligentẽ se & amicũ suũ. Et etiã diligo benefacientẽ fratri meo. At intellectus est deo cogna-
tissimus: ergo qui eũ diligit colit, honoratq; est a deo maxime diligendus.

¶ Circa hoc caput felicitatisq; fertilissimę materiam, nõ pauca diluenda occurrunt. Primo circa hæc Dubia tria.
quæ nuperrime dicta sunt, An anima sit æterna & felix. Secũdo, an sine actu exteriore virtus gene-
retur per solam electionem. Et, an actus exterior nõnihil bonitatis malitięve electioni superaddat.
Tertio, qualis fuit iste Endymion de quo hæc fictio recitetur, & quid veri in se contineat: licet autem
nollem lectorem in hac de felicitate tam vbere materia in talibus morari, dignum induxi cum dei
operationem contingat hoc inquirere. hæc igitur primum tractemus, postea alia disserari.

¶ Ad primã dubitationẽ respondendo primo ad suppositum, deinde ad dubitatum. Ad suppositum Ad primũ.
dico q; in lumine naturali concedẽdum est animã intellectuã esse immortalem, vt in explanatione
superioris capitis circa finem iam disputauimus. At tunc rogas quid erit de anima post separationẽ
a corpore? Dicerem q; natura duce resurrectio non probatur, verum anima illius qui probe vixit
præmiabitur alicubi. licet quo in loco sit philosophis dubiũ, an in elisijs campis, an in cęlo, an alibi
& ea quæ in mortalibus decessit perpetim cruciabitur.

¶ Ad secũdam dubitationẽ respondetur, q; perfectius generatur virtus per exercitiũ actus exterio- Ad secũdũ.
ris q̃ cum solo interiore. Mansuetudo enim & huiusmodi sine actu exteriori produci valet: sed vir-
tus sine actu exteriore non innotescit. Ad alterã dubitationis partẽ dico actum exteriorẽ actui inte-
riori efficaci, nihil bonitatis aut culpæ superaddere. Socrates volens in opus exterius prodit quãtum
est ex parte eius: & Plato in actũ exteriorem extens cũ simili actu interiori æqualiter peccãt in malis,
& æqualiter merẽtur in bonis. Probatur hęc cõclusio affirmatiua. Actus exterior naturaliter ab ele-
ctione proficiscitur: electio efficax semp exteriorẽ operationẽ secluso impedimẽto ponit, & propterea
& habitus & affectus nõ imputãtur, quia naturaliter actus comitãtur: ergo cũ Socrates tantũ facit ex
parte sua ad positionem exterioris operationis nõ minus ei imputabitur. Secũdo, Socrates dirigens
spiculum in Ciceronem vt eũ occidat, cũ casu nõ occidit tãtũ peccat quãtũ Plato sagitta sua Robertũ
occidens, paritate data ex parte obiectorũ & intensionis gradualis, sint omnia paria pręter illũ euẽtũ
sequentẽ vnius necis & nõ alterius. Anteq̃ enĩ sagitta Platonis Robertũ attingebat æqualiter pecca-
bãt, ergo & post æqualiter peccauerũt. Pono Platonẽ decedere vita repẽte post spiculũ emissum, occi-
datur videlicet a Ioanne, post mortem nõ peccat, & ante erant in delictis paribus, igitur.

¶ Contra hãc conclusionem Primo sic argumẽtor. Platoni imputabitur mors (si superuiuat) pro Obiecta sex.
Roberti interitu: nõ autẽ Socrati pro nece Ciceronis. Secũdo, actus interiores sunt omnino pares ex
casu: & actus exterior Platonis est etiã culpa, cũ nõ est actus bonus aut indifferens at culpa culpæ ad-
dita aggregatum facit peius. Tertio, actus exterior interiorem auget, ergo ipsum habẽs est altero de-
terior. Quarto, consecrans habet gratiã sacramẽtalem cui gloria respõdet: volens efficaciter celebrare
hanc nõ habet: stat enim hominẽ velle efficaciter celebrare & habere impedimentũ intrinsecum aut
extrinsecũ nõ subiacẽs voluntati illius, vt pote quia nõ habet panem triticeum, vt vinũ, vel quia est
factus de nouo in manu vel in lingua paralyticus. Quinto, diuersis pręceptis prohibent in decalogo,

Patet de furto in quo actus exterior prohibetur, & de concupiscentia, quæ est actus interior. Sexto
aliqua operatio exterior bonitatem aut malitiā sibi sine electione vendicat, ergo habet familiarem
malitiā aut præmiū. Antecedens patet. Tum primo de distracto celebrante, qui satis facit de dicendi
horis canonicis. Tum secūdo de martyribus qui pro Christo passi sunt quib⁹ mors ab extrinseco in-
ferebatur. Tū tertio, si dominus famulo præcipit dare stipem inop', dominus per eleētia dationem
meretur. Et idem est quoad demeritū. Si præciperet homicidiū qui accidit imperāte domino, hic etiā
Ad primū. domino dormiente peccat. ¶ Respondetur, q primū argumētū probat, q in foro exteriore homici-
diū cōmittēs, plus punitur. & hoc est verū cū actualiter plus politiā inquietet, in foro tamē dei æqua-
Ad secūdū. liter delinquūt. ¶ Ad secūdū dicit, q culpa naturaliter a culpa emanans nō reddit cōgeriē deteriorē
q̄ culpa ea sola a qua emergit: modo opatio exterior ab electione naturaliter scatet si ea efficax fuerit.
Ad tertium. ¶ Ad tertiū concedo antecedēs, & talis tūc est alio deterior secūdū illud Augustini, volūtate sola qui-
libet miser efficitur: miserior tamen quādo potestas peccandi opere cōpletur: sed cōclusio intelligitur
semper paritate data in electione quātū ad intensionem gradualem quātū ad obiectum & volitionis
efficaciam, & summatim q sint omnia paria, dempta operatione exteriore in vno & nō in altero ob
Ad quartū. positum impedimentū, quod nō est situ in facultate nō operantis. ¶ Ad quartū dicit, q in operibus
sacramentorum non intelligimos conclusionem. quia illic virtute operis operati bonum additur.
Ad quintū. ¶ Ad quintum dicitur, q illic sunt diuersæ prohibitiones. ne imperiti existiment nō esse peccatum
Ad sextū. in solo actu interiore. Pleriq; enim Iudæorum (vt ipse Iosephus) opinati sunt oppositū. ¶ Ad sextū
nego antecedens. Ad eius primā probationē dico, q celebratio cū distractione signanter inuolūtarie
incidente est satisfactoria, sic q homo est deobligatus ab illius celebratione: tamē talis celebratio tē-
pore puræ distractionis nō est meritoria vitæ æternæ. Modo aliud est esse satisfactorium, aliud meri-
torium satisfactio est sepius in mortali peccato. Propterea talis celebrat ne peccatum peccato addat,
licet nō mereatur. In præsentia nō disceptabo, an quispiam satisfaciat cū actu qui est peccatū, vt quā-
do religiosus vult ieiunare ut famā bonā aucupetur abbatis. in die ieiunabili: vel Socrates volt cele-
brare horas tali loco ob inanem gloriā, in die quo celebrare est obstrictus. ¶ Ad secūdā probationem
dicitur, q martyres meriti sunt per actus spontaneas nolendi relinquere opera præcepti aut consilij:
non obstante morte & per æquanimē mortis tolerantiam ¶ Ad tertiam probationē dicitur, q siue
minister eleemosynarius eleemosynā det siue non, dominus nō magis neq; minus meretur quātum
ad vitam æternā, licet posset prodesse quātū ad liberationē a pœna purgatorij si stipem eripiat actua-
liter ad quod hæc operatio exterior valet. Et pedisequus peccat nō dando imperante domino. Simi-
liter de nece dicitur siue cliens interimat siue non, non magis dominus vel minus peccat. Euentus
enim actualiter sequens illi nō imputabitur eius culpam mensurans, sed solū illud quod vero simi-
liter eo mandāte sequeretur. Si vnius famulus perimat, alterius vero nō, domini æqualiter peccant
coram deo: licet vnus ad maiorē restitutionē liberis & cōiugi occisi q̄ alter teneatur, ob actualē iniu-
Ad tertiū dubium. riam illatam. ¶ Ad tertiā dubitationē respōdetur, q Endymion primus rationē cursus lunę inuenit
& obdormisse triginta annos dicit. quia iudicio vulgi meditationi vacātes operā vti dormiētes pdūt.
Dubium quartum. ¶ Quarto dubitatur, quid est dei felicitas secūdū Aristotelem. Respōdetur, q eadē est cum Christiani
philosophi definitione dicēda, Deus cognoscit se perfectissima cognitione scilicet intuitiua: & cogni-
Responsio. tio dei a deo nō distinguitur, duodecimo Metaphysicę: & diligit se intuitiue cognitum & lętitia cō-
sequitur per modum dicendi in deo, cū eo re ipsa identificatur. Licet notitia creaturarū in deo est
beatitudo, tamē nō pro quāto est creaturarū notitia. Itaq; ridendi sunt dicentes Aristotelem dixisse
deum nō cognouisse creaturas. Hominū eīm mentes noscūt & probos qui virtutem excolunt, diligunt.
Dub. v. ¶ Quinto dubitatur, an in philosophia aliqd probabilitatis sit dicere Iouem. Herculem aut Venerē
Responsio. deum deamve. Respōdetur negatiue Philosophi enim ponebāt intelligentias incorporeas cęlorum
motrices inter quas est primus motor quē deū pietatis cultores nomināt. Vulgus vero vitijs irreti-
tos vt Iouem, Venerem, Martem deorū catalago apposuit. hoc autem est valde alienū apud græcos &
Dub. vj. eos qui lac Atheniensium biberunt. ¶ Dubitatur sexto, quomodo virtus moralis a prudentia & ecō-
Responsio. trario pēdet. Respōdetur, hoc est in alio genere dependentiæ. Milites enim pro alijs belligerantes ab
his qui eis stipendia dant pendent. Et rursus mercedem dantes sua prosperitate a forti propulsatore
in pace pendent. Item Ludimagister pendet a locuplete discipulo in alimento corporali: & nūmosus
Dub. vij. scholasticus in vita spirituali a præceptore pendet. ¶ Dubitatur septimo, quomodo requiratur cor-
poris sanitas ad felicitatem. Videtur enim illud esse rationi dissentaneum, in pluribus morbosis.
Responsio. Respōdetur, q sermo est de morbo atroci & illo qui mētis operationē prępedit. Experimur enim q
corpore male disposito in speculatione & alijs capimus fastidiū. Patet in rheumatico qui cū bene cu-
ratur altius cōtemplatur & attentius diuina celebrat. Interdū ob animæ bonū conducibile est hab re
corporis indispositionē quæ mētis operationes haud lędit: & si aliquod tale quod rarenter fit euenit
nihil male est. Socrates & martyres corpus sanū anteq̄ essent interempti habuere quocirca de eis nō
est facienda obiectio. In graui morbo etiam homo intātū cruciatur vt mentis deuotionem perparū
admittat. iuxta illud Psalmographi. Q m̄ non est in morte qui memor sit tui. Interdū varijs in locis
ob alias respōsiones idem mouemus: & quia semper pertinenter occurrit hāc dubitatiunculā alibi
fecimus. Carptim dico q nulli corporis angores nec tyrānorum fulmina, fœlicitatem expellunt. Ea
enim in virtutum operationibus solidissime consistit, Phalaridis tormenta hominē a gyro rationis
(modo nō sit mentis inops) extrudere nequeunt. In procella & tonitruo tormentorum fœlicitas nō
obfuscat. sed splendescit, sicut fuluū aurū fornax probat, sic angores corpori illati fœlicē examināt,

eximinatq̃ cōprobant. In martyrum choro hoc & in Socrate hoc ipsum est lucidū. De beatitudinē contemplatiua in praesentia loquor. Ingenue tamen fatebor ꝙ felicitas actiua in afflictionibus obfuscata videtur, signaoter apud vulgus. Superius in septimo libro Stoicorū paradoxum sumus secuti & obuijs vlnis hoc placitum semper amplectimur, scilicet ꝙ felicitas sine culpa nō amittitur.

Questio.

¶ Queritur item, an vita cōtemplatiua vitae actiuę prestet. Pro huius questionis solutione ante cōclusionem aliquas notatiūculas pro nouitiis ponemus. Solum est hic sermo de vita humana separata a brutali. Sane in foedis corporis voluptatibus nō est vita sed mors. Nec in voluptate honesta manemus tāq̃ in fine: omnia enim quae ordināttur circa exteriora vt tranquille viuatur ad actiuā vitā attinent, vt opera iustitię, liberalitatis, & cętera id genus. Vita cōtēplatiua est in veritatis agnitione, potissimū nobilissimi obiecti, scilicet dei. Vacate & videte, quoniam ego sum dominus, dicit Psalmographus regius. Hoc Aristoteles in litera innuit. Et Gregorius .6. Moraliū. Etiā est in contēplatione creaturarū pro quāto in eis relucet supremus ille artifex qui cūcta gubernat. Ad Romanos primo. Inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta cōspiciūtur. A posteriore ab effectuū notitia in causę intelligentiā deuenimus. Propterea dicit Psalmista. Mirabilia opera tua & anima mea cognoscit nimis. Et alibi. Meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuū tuarū meditabor. Expandi manus meas ad te. ¶ Scdo, scito ꝙ nō est discrimen inter intellectū & volūtatē, imo est eadē res numero, hoc ex philosophia supponatur. Aristoteles per mētem & intellectū, voluntatē etiā intelligit. In lumine naturali diceret philosophus voluntatem debere deum diligere & eum magnificare, qui cuncta moderatur, a quo esse & viuere habemus, plus q̄ a parentibus, etiam secūdū eū.

Responsio.

¶ His suppositis affirmatiue respondetur ad questionē, ꝙ hanc Aristoteles eleganter in lumine naturali probat in litera. Felicitas tam speculatiua q̄ practica est in intellectu, haec in actiuo, illa in cōtemplatiuo: haec ab habitu prudentia, illa vero ab habitu sapientia, proficiscitur. Sapientia & habitus cōtēplatiuus, prudētię est intellectui actiuo prestant. Item ex parte obiecti intellectus cōtemplatiui potissimū obiectū est causa prima: obiectū felicitatis politiae est humana politia. Addo philosophi viam esse consonam doctrinę Christianae. Dicit enim veritas Lucę. 10. Maria optimam partē elegit, per Mariam autē vita cōtēplatiua intelligitur, vt Augustinus de verbis domini exponit. & Gregorius .6. Moraliū, & sup Ezechielē & omnes in theologia sapientes.

Obiecta octo.

¶ Contra hoc argumētor primo. Est in via mixta tam actiua q̄ cōtemplatiua, & ea sicut totū parti, vtriq̃ prestat. Secūdo, opus vitae actiuae est maioris meriti, ergo illa vita est melior. Tertio, nemo debet relinquere meliorem vitā ob minus bonā. Dicit enim Apostolos primę ad Corinthios. 12. Aemulamini charismata meliora: at quidnam a vitae contēplatiuae statu ad vitam actiuā & ad praelaturas euocantur, igitur. Quarto, dicit Gregorius super Ezechielem, ꝙ nullū sacrificiū est deo magis acceptū q̄ zelus animarū: at per animarū zelum quispiam se ad opera actiuae vitę accingit. Quinto, dicit Gregorius tertia homilia super Ezechielem, ꝙ vita actiua prior est contemplatiua: sed quod est prius est melius, igitur. Sexto, homo plus assimilatur deo in actu felicitatis politicę q̄ in actu felicitatis cōtēplatiuę. Patet, quia per talem, homo est causa multorū operum sicut deus per intellectum est causa rerum. 12. Metaphysicę. Septimo, felicitas politica in melioribus inuenitur, scilicet in regentibus qui reipublicę praesunt, qui secundum philosophum praestantiores esse debēt. Octauo, felicitas politica laborat circa bonum commune quod est diuinissimum, primo Ethicorum: non sic autem de felicitate contemplatiua, igitur.

Ad primū.

¶ Ad primum respondetur, ꝙ sermo est de parte vitę cōtemplatiuae, ad actiuam comparatae quę est illa prestantior, Maria optimam partem elegit, dicit Saluator, hoc est de illo aggregato vitae actiuae & contemplatiuae, totum tamen est prestantius, cum vitā actiuā bonā vitae cōtemplatiue superaddit.

Ad secūdū.

¶ Ad secūdū dicitur, ꝙ interdū ita est, sed crebrius est oppositū. Et ex parte cōtemplationis maius est meritū in dei cōtēplatione & mirabiliū eius eū diligendo, colendo, magnificādo, hoc est maius q̄ bene operari circa proximū. Si enim detur vnus actus actiuę vitę prestātior hoc vel illo opere vitę cōtēplatiuę, nihil ad rē. Sic aliqd opus est tēperantię qd vnū opus fortitudinis trāscēdit sub quo est a toto genere. Optimus actus vitę cōtēplatiuę optimo actui vitę actiuę prestat, sicut .3. Topicoꝝ dicit philosophus. Melius est philosophari q̄ ditari. At egēti est sati' ditari q̄ philosophari: sic licet in casu actus vitę actiuę sit actu vitę contemplatiuę melior, non tamen absolute.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū dicit, ꝙ suscipiēs prelaturā nō deserit dulcedinē vitę cōtēplatiuę. Prelatus nūc cū Martha circa subditos est sollicitus, nūc vero cū Maria cōtēplatur. Et ita cōcionator peritus Christū imitādo, qui se ad partē alijs exēplū orādi relinquēs retraxit. Gregorius in Pastorali ait sic. Rector in actione pręcipuus sit pre cūctis in cōtēplatione suspēsus. Et August. 19. de Ciuitate dei. Ocium sanctū querit charitas, veritatis negociū iustū suscipit necessitas charitatis: quā sarcinā si nullus imponit ꝑcipiēdae atq̃ intuēdę vacandū est veritati. Si autem imponitur sustinēda est propter charitatis necessitatem. Pro nunc non insisto an homo teneatur maius meritum ob melius meritum deserere, cum illa circunstantia maioris meriti relinquendi faciat minus turgere. hoc aliubi disseruimus.

Ad quartū.

¶ Ad quartū dicit, ꝙ in primis est zelus proprie animę procurādę. Eccli. 30. Miserere animę tuę placēs deo. Modo in dei cōtēplatione & eius dilectione, & in hac trāquillitate vitę homo est maxime sui sollicit', cū aūt nō negligat alioꝝ aīas scdo tñ in toto post suā. Charitas, vt ꝓhibēt incipit ab habēte.

Ad quintū.

¶ Ad quintū distinguo maiorē, vel prioritate perfectionis, & sic negatur, vel prioritate generationis & sic cōcedit. Vnde homo anteq̄ cōscendit ad hāc cōtēplationis celsitudinē debet prius in campo vitę actiōe se exercere. Et dicit Gregorius .6. Moraliū, ꝙ vita actiua in virtutū dispositionē est dispositio ad verā cōtemplatiuā, quia tollit impedimēta vitae cōtēplatiuae per iracūdi & inflationē illiberalitatem

& cætera vitia impeditur quispiam plurimũ a vita cõtẽplatiua,insistere circa quisquilias has an relatio distinguatur a fundamẽto & termino & similia a vita cõtẽplatiua est alienũ: oportet primũ disponere vitam in virtutũ operibus & tam bonũ principium habet ad ingressum scholę cõtemplatiuę.

Ad sextum. ¶ Ad sextũ dicitur in actu cõtẽplatiuo magis deo assimulamur q̃ in actu intellectus actiui: quia per illum deum contemplamur,vt deus semper seipsum contemplatur in quo est sua beatitudo. Creaturas in se contemplatur quia sua essentia est sibi creaturarũ notitia actualis.

Ad septimũ. ¶ Ad septimũ respondet cõformiter ad tertij solutionem,ꝙ qui præsunt in vtraq; vita sunt vel esse debent perfecti,cum optimi sint:modo optimus est contemplatiuus,& felicitas actiua ob contemplatiuam & eius finem ordinatur,vt superius philosophus probauit.

Ad octauũ. ¶ Ad octauũ respõdet,ꝙ cõtẽplatiua vita laborat circa obiectũ cõmunissimũ in causando ꝙ alia producit cõseruatq; cõtinuo,& cõmunitas causatiua est prętãtior cõmunitate multitudinis creaturarũ.

Dubium.ix. ¶ Dubitatur,quomodo manuducamur cognoscere in deo esse summã felicitatẽ. Respõdet hoc pacto

Responsio. censemus luminibus orbatos miseros & in luctu positos,cui astipulatur Thobias,qui angelo salutãti respõdit. Quale gaudiũ mihi erit cũ lumen cęli nõ videã. Visus est omniũ exterioꝝ sensuũ lõge gratissimus,primo Metaphysicę:quo sensu mũdi theatrũ intuemur. Thobias gaudio exiliebat,cũ ab angelo visum recepit & sibi gratulabatur ac si ab inferis rediuisset. Q d oculis corporeis est tã iocũdũ,hoc deus iustitiæ sol & solis factor est mẽtis iubar immarcessibile,ꝑinde optabilissimũ fuerit videre deũ.

Tract.II. Cap.IIII. Et Lib. X.Cap. IX.
In quo est operis peroratio.



Tenim si de his, atq; virtutibus & insuper de amicitia, voluptateq; satis figura diximus: est ne putãdũ nostrũ propositum iam finem habere! An

Finis virtutis opatio. quẽadmodũ dicitur,non est in hoc rebus agendis finis,perspexisse,cognouisseq; singulas,sed potius agere. Nec de virtute scire sat est: sed enitendũ est ipsam habere ac vti: vel si quo alio modo boni efficiamur. Si igitur verba sufficerẽt ad faciẽdos homines bonos,multas iure mercedes secũdũ Theognidem, atq; magnas afferrent & cõparare ea oporteret. Nũc vero iuuenes quidem liberos hortari,ac prouocare,moreq; idoneũ ad obtẽperandũ educatione bona iam factum,

Vulgus indocile. ingenuũ verę; honestatis amatorẽ facere posse videntur,vulgus autẽ ad probitatẽ incitare nõ posse. Non enim sunt tales,vt ob dolorẽ obtẽperẽt,sed ob metũ: nec vt a prauis ob turpitudinẽ abstineãt,rebus,sed ob pœnã. Nam quia affectibus viuũt,persequũtur quidẽ proprias voluptates: & ea quæ illas efficiũt: fugiunt autẽ dolores oppositos. Honestatis autẽ voluptatisq; verę nullam prorsus habent animaduersionẽ: quippe cũ eas non degustarint. Tales igitur quænã verba traducere,moderariq; possent! Fieri enim nõ potest,aut nõ facile fit:vt a verbis mutẽtur ac extrudantur,quæ impressa sunt moribus,tẽporeq; diuturno

Boni quomodo fiant. retenta. Amabile autẽ est fortasse si cũ omnia essent quibus boni fieri videmur participes, virtutis efficiamur. Fieri vero bonus alii natura,alii cõsuetudine,alii doctrina putant. Natura quidẽ (vt cõstat) nõ in nostra est potestate,sed inest iis hominibus per causam quãdam diuinã:qui vere sunt fortunati. Verba autẽ pręceptionesve nõ in omnibus vires ha-

Dociles qui sunt. bent: sed opus est auditoris animũ antea moribus esse cultũ,ad recte gaudendũ,ac ad horrendũ:perinde atq; terrã quæ semina sit nutritura. Qui nãq; viuit cũ perturbatione non audiet ea verba quæ dehortãtur,neq; intelliget. Is vero qui ita dispositus est, qui fieri potest vt dissuadẽti obtẽperet! Omnino autẽ nõ verbis ipsa perturbatio sed vi cedere videt. Mores igitur pręcedant aliquo modo virtuti familiares oportet,amantes boni, atq; abhorrentes a turpi. Difficile autẽ est,vt ab adolescentia recte quis ad virtutẽ instituatur,nõ sub

Iuuenes non expetunt honestã vitã. talibus legibus educatus. Modeste nãq; viuere,continẽterq; plerisq; hominũ præsertim iuuenibus nõ est iucũdũ. Quapropter educationẽ,atq; officia legibus instituta esse oportet. Non enim dolorẽ afferrent si fuerint consueta. Fortasse autẽ nõ sufficit,dũ sunt adolescẽtes rectã educationẽ & curã esse adeptos: cũ oporteat viros quoq; factos ipsa agere, ac assuescere,& in his & omnino omni in vita legibus est opus. Multitudo enim necessitati potius

Legũlatorib' attendẽda. q̃ rationi,& poenis q̃ honestati paret. Iccirco sunt q legũlatores oportere cẽsent ad virtutẽ inuitare ac prouocare honestatis gratia,propterea ꝙ ii qui probi sunt ob cõsuetudinẽ pręcipue obtẽperabũt. Aduersus autẽ inobediẽtes & hebetiores ingenio castigationes pœnasq; instituere. At eos qui curari ac emendari nequeũt,extrudere atq; exterminare. Probũ enim

In chamo & freno &c. hominẽ, & ad honestatẽ viuentẽ rationi obtemperaturũ inquiũt esse. Improbũ vero voluptatem affectantẽ dolore afficiendũ esse,perinde atq; iumẽtum. Quapropter & eo dolores

afferri oportere dicunt,qui maxime concupitis voluptatibus aduersantur. Quod si enim
qui bonus futurus sit bene educatū (vt dictū est) ac moribus bonis assuefactū esse opor-
tet: deinde bonis in exercitiis viuere,& neq̧ inuitū neq̧ sponte res agere prauas.hęc autē
fuerint si mente aliqua,rectoq̧ ordine vires habente viuatur.Igitur patris quidē pręceptio
vires nō habet,neq̧ necessitudinem,neq̧ vllius omnino vnius viri, nisi sit rex,aut aliquis
talis.Lex autē vim habet cogentē,quæ quidē est sermo ab aliqua prudentia atq̧ mēte pro- Lex.
fectus.Et hominū quidā eos odisse solēt qui appetitionibus aduersantur,etsi recte idipsum
faciūt: lex autē non est eis molesta,probitatem iubens.In sola autē Lacedæmoniorum ciui-
tate cū aliis paucis curā adhibuisse in liberorū educatione,atq̧ officiis legislator videtur. Lacedęmonij
In pluribus autē ciuitatibus tales res sunt neglectæ . Et ita vnusquisq̧ viuit vt sibi placet,
ritu Cyclopum filios regens atq̧ vxorem.Præstabilissimum igitur est diligentia rectamq̧ Cyclopes.
curam adhibere cōmunē: idq̧ ipsum facere posse.Quod si negligitur publice,ad vnūquēq̧
attinere videbitur filios suos atq̧ amicos ad virtutem dirigere , vel saltem velle dirigere.
Atq̧ maxime idipsum posse videbitur ex dictis idoneus ad leges ferendas factus.Publicas
igitur diligentias atq̧ curas per leges fieri cōstat,bonas autem,per studiosas.Nec interesse
quicq̄ videtur:scriptę sint,an non scriptæ:vnus an plures per illas instituatur,vt & in mu-
sica exercitandiq̧ facultate, & eruditionibus cæteris hoc nihil refert . Nam vt in ciuitati-
bus leges ac mores: sic & in domibus possunt paterni sermones ac mores , quinetiā magis Paterfamil-
ob cognitionem beneficiaq̧ collata. sunt enim ipsi filii iampridem affectione deuincti, & lias in suos.
facile obtemperantes natura.Differunt insuper & instituta priuata a publicis:perinde atq̧
in medicina , vniuersaliter enim febricitanti confert inedia & quies , at alicui forsitan non
conducit. Magister quoq̧ ludi non omnibus fortasse pugilibus eandem pugnam impo-
nit. Singula autem magis exacte fieri videbuntur adhibita cura diligentiaq̧ priuata.Ma-
gis enim id adipiscitur vnusquisq̧ quod congruum est. Atq̧ optime quidem in singulis
curam ac diligētiam adhibuerit & medicus & ludimagister & quiuis alius, qui hoc vni- Ludimagi-
uersale scit,omnibus inquam aut talibus hoc esse accommodatum. Sciētiæ enim commu- ster.
nis ipsius esse dicuntur,& sunt . Nihil tamen forsitan obstat quin & is qui scientiæ quidē
est expers,exacte autem ea perspexit experientia quæ in vnoquoq̧ accidunt,rectam in vno
aliquo diligentiam adhibeat atq̧ curam.Quemadmodum & quidam optimi sibiipsis esse
medici videntur : qui tamen nulli alii possunt opem afferre . Verum non minus forsitan
oportere videbitur eum qui vult artifex & contemplator euadere , ad vniuersale peregre,
atq̧ illud (vt fieri potest) cognoscere.Dictū est enim scientia circa hoc ipsum versari.For-
tasse autem & is qui vult sua cura diligentiave meliores facere siue multos siue paucos,
enitatur oportet,vt ad ferendas leges aptus euadat, si boni legibus fieri possumus . Non
est enim cuiusuis quēuis recte disponere, sed si alicuius est,scientis est, vt in medicina sic
& in cæteris facultatibus, quarum est aliqua cura atq̧ prudentia.

Etenim de his,hoc est felicitatibus,atq̧ virtutibus moralibus, & insuper de amicitia, in octa-
uo & nono libris, & de voluptate in hoc decimo, satis figura, hoc est rudi Minerua diximus.
Est ne propterea putādū nostrū propositū iā finē habere.i.nos propositū attigisse. Si enim ea
quæ scripta sunt sufficiāt ad faciēdū hominē felicē,qui est finis huius sciētiæ,tūc sufficit ea dixisse : at
si ea nō sufficiāt nō habemus adhuc intētū faciēdo bonos.Hoc diluit philosophus hāc cōclusionē po-
nēs,Nulla doctrina vel sciētia moralis ad illud sufficit vniuersaliter.Hoc bifariā stipat . Quēadmodū
dicitur,nō sufficit in rebus agēdis singula cognouisse sed potius agere, hoc est finis sciētiæ actiuæ nō
est scire sed operari,at per prædicta operari nequimus,igit.Maior superius patuit . Vnde secūdi Ethi-
corū Moraliū tractatio nō cōtēplationis fit vt cætera gratia. Nō em̄ vt sciamus quidnā sit virtus,
sed vt efficiamur boni cōsideramus.Ergo scire virtutes & earū extrema nō sat est ad bonitatem , sed
nitēdū est omnibus conaminibus eā acq̄rere.Si em̄ verba ad faciēdos probos sufficerēt,magnas mer-
cedes secūdū Theognidis sentētiā afferrēt.Theognis erat poeta Graij sanguinis,cuius mētionē facit
Plato in libris de legibus.Hæc tm̄ momētū sermones habent , vt prouocare allicereq̧ iuuenes eos q̄
ingenui sunt,qui habēt generosos mores & verę honestatis amatores sunt,ad probitatē,hi bona in-
clinatione assuefactioneq̧ disponūtur ad suscipiēdos frugi sermones , vt terra bene culta ad recipiē-
da semina:sed verba nequeūt vulgus,hoc est multitudinē ignobiliorē incitare ad probitatē.i.vulgus
ad bonū nō facile trahitur.Intēdit sermones nō sufficere vniuersaliter ad faciendos bonos , quia do-
ctrina vniuersalis debet omnibus sufficere: at sermo nō omnibus sufficit.Igitur.Minor patet.Aliqui
sunt qui nō ob ignominiā sed metū obtēperant.Nec ob turpitudinē sed ob pœnā a prauis abstinēt,
Cui sententiæ Horatiana carmina applaudunt.

Oderunt peccare mali formidine poenae

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Plerięq perturbationibus viuētes proprias voluptates & ea quae illas efficiūt persequūtur, & molestias aduersas fugiūt. Eapropter terrā libidinē persequūtur.i.ad finē vsq; sequūtur & ieiuniū ecclesiae & tēperantiā frangūt, hi honestatis & sincerae voluptatis nullā prorsus habent rationem aut amorē. Tales enim nō degustarūt aliquid. De his capite.7.huius libri loquuti sumus. Nulla verba possunt traducere.i.transformare & retrahere sic male habituatos: fieri ēm nō potest aut nō facile fit, vt ea quae sunt impressa & instillata malis moribus, & longo tēpore retenta, verbis extrudātur. Iuxta illud Hieremię .13. Si mutare potest Aethiops pellem suā, & pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Hoc est dum estis iam vitiis irretiti quae iam quasi in naturam abierunt. Non est omnino simile sed difficile est. Vnde sacerdotes cum mulieribus longo tempore infecti quas tenent in domo focarias difficile ab eis separantur. Et ita in continuato furto & similibus. Sed bene nobiscum agi putandum est si omnibus etiam existentibus, hoc est bona natura, bona consuetudine, bona societata & bonis praeceptis, & huiusmodi per quae probi esse possumus, virtutem indipiscamur. Statim post de indipiscenda virtute triplicem opinionem recitat, inquiēs. Fieri enim bonos nōnulli putant natura, quosdam consuetudine, quosdam vero doctrina. Ex hac triplici via vnā conclusionē elicit, quae est haec. Ad hoc vt homo sit probus consuetudo bona requiritur. Hāc sic probat. Nemo est bonus secūdum loquentes nisi a natura, doctrina, vel consuetudine. at non potest esse bonus duobus primis modis: relinquitur ergo tertius solum. Minor est ambigua & per cōsequens monstranda quā sic enodat. Quomodo natura homo erit bonus cū ea in nostra facultate sita non sit: sed illa per quādam causam diuinam illis inest qui sunt vere fortunati, & virtus est in nostra potestata. Item & quo pacto bonitas doctrina comparabitur. Praeceptiones enim non in omnibus (vt superius diximus) habent vires, verum opus est auditoris animū moribus esse cultum ad recte gaudendum in bonis, & ad exhorrendum mala, veluti agrum qui semina sit nutriturus. Sermo auditu capiēdus sic se habet in animo sicut semen in terra vti superius retulimus: at consuetudo sic sa habet veluti bona cultura proinde ad hoc vt homo sermonibus obtēperet oportet eum assuefieri, de bonis gaudere & auersari mala. vnde perturbatio consuetudine firmata solo sermone non obliteratur sed vim adhibere oportet, vt homo ad bonum pellatur. Ad hoc enim vt sermo efficaciam habeat oportet consuetudinem anteire vt sint bonū ipsum amantes, ac turpi abhorrētes. Deinde ponit conclusionem hanc. Ad bonam consuetudinem inducendā legis vigor requiritur. Hoc primo in iuuenibus secūdo in prouectę aetatis viris monstrat inquiens. Difficile profecto est vt a pueritia quis ad virtutem figatur, nisi sub virtutum legibus educatus fuerit: hominū multitudini & praecipue iuuenibus non est iucūdum cōtinenter viuere, ea de re operęprecium est educationem atq; exercitationem a legibus esse institutam. Non enim molestiam afferent si fuerint consueta. Et quia plerięq sub ferula imbuti cum adolescūt, postea licentiores facti insolescunt, addit. Non satis est vt iuuenes recta educatione imbuantur sed viros iam factos oportet ipsos eodem modo exercere ac moribus tenere. Ad haec quoq; legibus egebimus profecto per integrum vitae discursum. Siquidem multo plures necessitati q̄ rationi obtemperant, hoc est formidant poenas legum, & hinc quodammodo necessitantur ad bonum, sicut grassator qui sub tepido rege sanguinolentus sit carnifex, sub seuero ad bonum cogitur, dum a malo timore poenę arcetur. Ergo non inutilis est violentia in iuuenū verberibus ab vnguiculis vt bene habituentur: tunc enim multo facilius bene uiuent. Illud autem vulgare imprudentum dictum abolebis falsumq; iudicabis: Angelicus iuuenis senibus Sathan fit in annis. Cum talis ad vitam angelicā bonā habeat inchoamentum. Et idcirco sunt qui legūlatores oportere putant ad virtutem prouocare honesti gratia, ob hoc quia illi qui boni sunt ob consuetudinem bonam parebūt, aduersus autem hebetiores & indomitos castigationibus & plagis decernendum est. Et effrenes vt intolerabiles extrudere & vltimo supplicio exterminare (ne res publica turbetur) oportet sicut in capitali supplicio per iustitiam fieri videmus. Sic inemēdabiles scholastici post multiplicē correctionē durantes obstinati ab aliorum gremio eijciantur, ne alios sua cōtagione inficiant, & eis cornua malefaciendi aperiant. Bonū virum ad honestatis normam viuentem rationi obsecundaturum esse inquiūt. Improbū voluptate defluentem tristitia afficiendum, more iumenti & bellug pigrę. Ea de ra eos his doloribus afficere cōducit qui concupitis voluptatibus contrarij sunt. Nempe contraria contrarijs curantur, sicut vinolento aquae potum ministrare expedit, & libidinoso ieiuniū. Si ergo vt iam significatum est, eum qui futurus est probus, bene educatum bonisq; moribus assuetum esse oportet, & deinde adhuc cum togam induerit bonis exercitijs viuere: & neq; inuitum hoc est aliorum instigatione magna, neq; sua sponte mala perpetrare. sane vt ita viuatur, mente aliqua & recta ordinatione opus est. Patris autem ordinatio vim a malo arcentem non habet inquantum huiusmodi nisi sit rex aut alius in communitate princeps superiorem non cognoscens. At lex vim necessitantem habet quę quidem lex est sermo profectus a prudentia atq; mente, hoc est ferenda cum libramine & ratione: alioqui lex non meretur appellari. Per sermonem etiam scripturam intelligit. Lex scripta primo mente concipiebatur, deinde scripto, post disceptationem est promulgata. Conducibilius autem est habere legem homines corrigentem quàm virum, quia plerięq eos odio prosequuntur qui suis aduersantur operationibus, licet rectissime castigatores fecerint: lex autem non est ipsis molesta. Nempe ipsa vniuersaliter & in omnes fertur: & ante huius hominis necem de hoc grassatore carnificeve non praecogitans, proinde in legem per eam mulctatus non oblatrat: in hominem

vero obstreperet. Et in sola Lacedæmoniorũ ciuitate cũ paucis quibusdã alijs legislator curam adhibuit ad puerorꝫ educationẽ. Lacedæmon est vrbs nobilis Laconię alio nomine Sparta. In plerisq; aũt ciuitatibus tales leges negligũtur. in quib⁹ vnusquisq; suo ritu vt sibi libuerit degit, more Cyclopũ viuẽs, & filios ac coniugẽ regens. Frãt Cyclopes gigantes prisci iuxta Ætnã mõte Sicilię vnũ oculũ in fronte habẽtes. vnde Maro. 8. Æneidos. Ferrũ exercebãt vasto Cyclopes in antro. Fabri eñ Iouis a poetis fingũtur. Præstabilissimũ igitur est curã adhibere cõmunẽ, & idipsum facere posse idipsum hoc est curã cõmunẽ habere: qd si publice negligat, sicut de facto fit, vnicuiq; cui fuerit filios necessariosq; ad virtutẽ dirigere, vel saltẽ pro virili velle dirigere per se vel p aliũ. Ad id autẽ conari poterit maxime secũdũ prędicta, si idoneus ad leges ferẽdas factus fuerit. Ad hoc autẽ homo est obnoxius: quare Heli sacerdos a deo punitus est, quia Ophym & Phinees filios impudẽtes & legẽ domini trãsilientes nõ castigauit. Idẽ cõtingit in tepido præceptore, qui scholasticorꝫ curã capit, in forma vel in valore, & parẽtibus pollicetur eorꝫ curã sicut decet subire, quãtũ ad literas & ad mores pertinet: proinde si praui euaserint ei imputabit: debite eñ haud facit satis. ¶ Deinde in valore hãc cõclusionẽ ponit, plurimũ expedit legẽ publicã ad hoc habere. Probatio. Sicut est in domo, ita est in ciuitate: at in domo est vn⁹ qui curam cõmunẽ domus habet: igitur ita erit in ciuitate. Publicas curas & diligẽtias. i. bonos viros aut p studiosas. s. ciuitates legã potius p studiosos patresfamilias. per leges fieri oportet, & bonas diligẽtias p studiosos Nec refert an illę leges scriptę fuerint, vt apud Athenięses, an memoria habeãtur vt apud Lacedæmonios, quãtũ ad mores: quãtũ tamẽ ad firmitatẽ differt. Nec refert siue vnus vt in domo, siue plures vt in cõmunitate per eas leges instituũtur, sicut nec in musica nec in exercitandi facultate cæterisq; eruditionibus hoc interest, vt in ciuitatibus manentes habent cõmunes leges & mores, sic in domibus paterni sermones. ac magis ob cognationẽ & collata beneficia sunt iampridẽ affectione obstricti, & facile illis suadetur. Differũt eñ priuata instituta, hoc est domestici mores, aut si instituta ponũtur pro institutionib⁹. i. domesticę doctrinę: nam institutiones sunt libri, a publicis. s. institutionibus, vt in medicina. Generali eñ pręceptione febricitanti cõducit inedia quiesq;: at cuipiã ob talẽ habitudinẽ fortasse nõ cõfert. Et forte magister ludi gladiatorij non omnibus pugilibus eãdẽ pugnã iniũgit. Magister ludi apud vetustos pugiles tyronesq; ad diuersa exercitiorꝫ genera vt palęstrarũ & luctarũ formabat, singula magis exacte sunt adhibita diligẽtia priuata. Quilibet enim hac via magis indipescitur id quod cõgruit. Nã vnusquisq; est bonus iudex eorꝫ quæ nouit, primo Ethicorꝫ: & optime in singulis curã adhibebit, & medicus & ludi magister & quilibet alius, qui hoc vniuersale nouit, aut omnibus aut talibus puta tali cõplexioni hoc esse proficuũ siue accõmodũ. Sciẽtiæ eñ vniuersalium sunt vt patet primo Posteriorꝫ. Attamen nihil vetat quin & is qui sciens est expers si conspexerit diligẽter in vnoquoq; cõtingẽtia per experientiã rectã in aliquo diligẽtiã adhibebit atq; curã: queadmodũ aliqui sibiipsis optime medẽtur, & alijs nõ sufficiũt, quia in particulari melius suos morbos norunt, sicut ipse in meo catharro & nephresi interdũ meipsum iuuo, iuuans perparũ alios, quia eorꝫ habitudo me prorsus fugit. Empericus sciẽtiæ immunis certius operatur fortasse q̃ medicus inassuetus, primo Metaphysicę. Expertus non artifex certius operatur q̃ artifex non expertus. Triplex est ergo modus sciendi circa operabilia. primus in vniuersali, secũdus in singulari, tertius in toto aggregato, scilicet in vniuersali & particulari: & hic modus est certissimus, quoniã medicus vt medicus curabit bene si nouerit vniuersale puta q; tale antidotũ talisve dosis cõgruit omnib⁹ simpliciter vel omnibus talibus taliter dispositis, & dũ cognoscit hoc in hoc singulari, puta huius cõplexionem ex excremẽto, lotio, pulsu & relatione. Simili modo vsu venit in cæteris artibus & doctrinis operabiliũ. Verũ oportet eũ qui vult artifex & cõtẽplator euadere, hoc est qui vult esse speculatiuus, ad vniuersale pergere, & illud pro sua facultate internoscere: quoniã eñ circa vniuersale est sciẽtia, experimẽtũ cũ arte habẽs optime operatur. Qui est solũ empericus sæpe occidit, sicut etiã speculatiuus medicus experiẽtię expers. Et si quis sua cura diligẽtiaq; vult alios meliores facere siue multos siue paucos curet, vt ad dandas leges idoneus euadat: quia per leges nos boni fieri possumus. Siquidem posse quempiã bonũ facere nõ est cuiusuis, sed si alicuius est, sciẽtis, vt in medicina, & in cęteris facultatibus quarũ est aliqua cura atq; prudẽtia. Oporteret legislatorẽ cognoscere in vniuersali quæ toti cõmunitati vel politię cõducũt & etiã in particulari, ex particularis notitia vniuersalis notitia hic accipitur. Ex his patet q; bonitas hominũ a bona assuefactione manat, & ad hãc assuefactionem lex apprime valet, & q; ad legis dationem legislator peritus requiritur.

Legislator vnde fiat.

¶ Hęc cũ ita sint, considerare post hoc oportet vndenã, & quomodo quispiã legislator euaserit. An ab iis qui rẽpublicã gerunt quẽadmodũ & in facultatibus cæteris fieri solet? Nam pars ciuilis esse videtur ipsa ferẽdarum legũ facultas: an nõ similiter in ciuili & cæteris in facultatibus fieri sciẽtiisq; videtur. Nam in cęteris quidẽ idẽ tradere facultates, & per ipsas operari videtur, vt medici, atq; pictores. Res autẽ ciuiles docere quidẽ pollicentur ipsi sophistę: nemo autẽ ipsorũ agit: sed ii qui rempublicã gerunt. Quiquidẽ potentia quadam id agerę, & experientia potius q̃ mente videtur. Neq; enim scribere de talibus, neq; dicere videntur. Quod tamẽ pręclarius forsitan esset, q̃ iudiciales orationes, vel deliberatiuas cõponere. Neq; filios suos, aut amicorũ vllos idoneos, ad gubernandũ rẽpublicã effecisse. Erat autẽ consentaneũ rationi si possent. Neq; enim melius quicq̃ ciuitatibus reliquissent: neq;

Sophistę

sibiipsis, aut charissimis aliud magis optassent q̃ talia posse. Non tamen parum experientia conferre videtur: nõ enim fierẽt per ciuilem cõsuetudinẽ ad gubernandũ rẽpublicã aptiores. Quapropter iis qui de re ciuili cupiũt scire: experientia insuper opus esse videtur. Sophistarum autẽ ii qui facultatẽ hanc profitentur: longe abesse a tradenda ipsa videntur. Neq̃ enim quale quid est, neq̃ circa quę versatur omnino sciũt. Non enim ipsam, & oratoriam facultatẽ idem neq̃ inferiorẽ ponerent, cõgregatis iis legibus quę sunt probatę. Fieri enim posse dicũt, vt optime deligãtur. proinde quasi delectio nõ esset sagacitatis, & iudicare recte nõ esset maximũ, vt in musicis. Qui nãq̃ sunt in singulis experti recte opera iudicãt, & quibus aut quomodo perficiũtur, & quę sunt. his cõsona cõprehendũt. In expertis autẽ satis est, si nõ lateat ipsos vtrũ bene an male factũ sit opus, vt in pictura. Leges autem operibus similes ciuilibus sunt. Quonã igitur pacto quispiã ex his legũ fuerit lator, aut eas

Medici non fiũt ex libris

quę sunt optime iudicauerit? Neq̃ enim medici vidẽtur ex libris fieri: & tamen dicere conãtur nõ solum curationes, sed etiã ægrotantes curari posse: Et vt curare oportet habitu vniuscuiusq̃ distincto. Haec autẽ expertis quidẽ vtilia, iis vero qui scientia carent inutilia esse vidẽtur. Et legũ igitur forsitan & rerũ publicarũ congregationes, iis quidẽ qui prospicere atq̃ discernere possunt quidnã recte sese habet, vel contra, aut quę quibus accõmodãtur: vtiles esse possunt? sed ii qui sine habitu talia tractant, recte quidẽ iudicare nõ possunt, nisi fortuitu. magis autẽ ad ea cõprehendenda fortasse fuerint apti. Cũ igitur nostri maiores ea quæ ad facultatẽ ferendarũ legũ pertinerẽt sine perscrutatione reliquerint, nosipsos illa fortasse præstat considerare, & omnino de republica pertractare oportet, vt quoad fieri potest, ea philosophia perficiatur, quę circa res humanas versatur. Primũ itaq̃ si quid recte sit a maioribus dictũ, id enitamur recẽsere. Deinde ex cõgregatis rebus publicis cõsiderare quęnã ciuitates & rerũ publicarum singulas euertũt, atq̃ cõseruãt. Et quas ob causas aliæ recte gubernantur, alię contra. His enim perspectis, magis fortasse perceperimus quęnã sit

Hinc patet politica bis cadenda.

respublica optima, & quomodo vnaquęq̃ disposita quibusue legibus vtẽs ac moribus bene fuerit constituta. Dicamus igitur hinc initio sumpto.

Ethicorum Aristotelis Finis.

¶ Sequitur litera. Hęc cũ ita sint, vt nemo nisi sciẽs possit esse legislator. Quoniã originẽ felicitatis posuit legis latorẽ, inquirit qua via quispiã fiet peritus legislator. Cõducibile est post determinationẽ de morib⁹ videre quanã vis quispiã legislator euadere possit. An ab his qui rẽpublicã gubernãt, quẽadmodũ in cęteris facultatibus in vsu est, quia legũ ferendarũ facultas politię pars est. An non similiter in ciuili & in cęteris sciẽtijs fit. Nã in alijs artibus idẽ artẽ tradit & per eã operaẽ. Inductiue illud est liquidũ, de pictoribus, medicis, scribis, calcificibus, vestiarijs, & deniq̃ de omnibus, at gubernãdarũ rerũ publicarũ artẽ sophistę profitẽtur, quorũ nullus rẽpublicã moderatur. Sophistes nõ capiẽ hic pro callente sophismata, & pro cauillatore sophię, sed pro apparente & nõ existẽte sapiente. sophia enim sapientia & sophi sapientes. philosophi amatores sapiẽtię. Erãtq̃ sophistę rhetoricã docẽtes & declamare qđ nõ fit sine legũ addictione: itaq̃ se legũ peritos iactitabãt: quarũ vere periti esse debẽt prefecti, iudices, Tribuni plebis pretores proprętores & alij qui in republica insudãt. Verũ multi qui alijs presunt ad id muneris inepti vidẽtur: cũ experiẽtia & potẽtia, hoc est habitu ex cõsuetudine acquisito magis q̃ mẽte agere videãtur. Per mẽtẽ intellectũ vel sciẽtiã intelligit. Constat autẽ eos de talibus nec scribere nec loqui: qđ tamẽ venustius foret q̃ iudiciales orationes deliberatiuasve in concionibus cõponere, more oratorũ. Qz vero id facere nequeãt hoc indicio deprehẽdiẽ: cũ nec filios nec amicorũ vllos ad regẽdũ idoneos efficiãt, qđ tñ rationi cõsentaneũ erat eos facturos fuisse si potuissent: nec aliquid prestãtius sibiipsis aut ciuitati reliquissent. Nõ tamẽ ciuilis excercitatio est inutilis: quia illa excercitatio plurimũ cõducit: alioqui minime fierent per ciuilẽ cõsuetudinẽ ad regendã rẽpublicã magis idonei, qđ liquet rationi esse dissentaneũ. Quocirca ijs qui de re ciuili internosse expetũt, experiẽtia opus est. Vidimus eñ multa plebiscita & multas prefectorũ leges sine experiẽtia latas (quę primo obtuitu nobis rationi cõsentaneę visæ sunt) sinistrũ exitũ sortiri, & propterea mox abolitas. Qui rei publicæ præsunt multa p experientiã norũt. Insuper sophistarũ ij qui hãc artem profitẽtur ab huius facultatis traditione sunt remoti. Neq̃ eñ quid sit nec circa q̃ insudet ipsi didicerũt. Hoc tali ratione deprehẽditur. Si enim id cognoscerẽt nõ dicerẽt ciuilẽ facultatẽ esse eãdẽ cũ oratoria: proinde nesciũt quid est: & cũ dicãt eã esse inferiorẽ arte oratoria, nesciũt circa quæ versaẽ. Insup nõ existimarẽt facile esse leges ferre. Huic rationi innitẽtes dicũt oportere multas leges a maioribus elucubratas colligere optimasq̃ diligere, quo habito ciuilis facultas pulcherrima constabitur. Eo pacto vani blaterones dicunt facillimum esse factu, egregia volumina condere legesq̃ optimas deligere .i. de multis eligere, proinde quasi delectio optimarum non esset sagacitatis & sollertiæ. Hebes & rudi Minerua præditus pro bonis mala decerpet, & incerta pro certis capiet, & sepius leges oppositas varijs in locis ciebit.

Qui in singulis sunt periti, recte iudicant, quibus medijs & quomodo perficientur, & quæ sint his & illis consona comprehendũt. Inexpertis satis est si eos nõ lateat an leges sint bene maleve institutæ. Multi de inuentis bene iudicant qui talia inuenire nequeunt. Patet de carminibus affabre factis, de picturis, scriptura & cæteris id genus. Leges autem sunt similes operibus ciuilibus: quomodo ergo sophistarum aliquis legislator fuerit aut quonã pacto eas quæ sunt optimę diiudicauerit? Neq3 medici boni ex libris solum fiũt, tametsi libri ipsi indicant nõ modo curationes, sed modũ etiã quo ægrotãtes suæ restituãtur valetudini: & de habitu etiã vniuscuiusq3 distincto, vt hoc pacto puer, illa via dierum plenus: sic cholericus, sic melancholicus curãdus venit. Hæc autẽ omnia expertis sunt vtilia illis vero qui experientia vacant inutilia: oportet medicos de occurrentibus interdũ dare nouã sententiã. A simili legũ publicarũ collectiones his qui discernere valent quidnã recte se habeat aut ediuerso, cõducere possunt: sed qui sine experientię habitu huiuscemodi tractant, recte nisi fortuitu iudicare nequeunt, tametsi nihil vetat eos suapte natura ad ea capiẽda esse magis idoneos. Deinde dicit se de illo amplius determinaturũ: hũc librũ cũ politicis in quibus hãc materiam pertractabit, cõtinuãs. Dicit itaq3 sic. Cum igitur maiores nostri ea quæ ad legum positiones attinẽt intacta reliquerit, nosipsos illa præstat considerare & omnino de republica differere & pertractare oportet; vt quo ad fieri potest ea philosophia compleatur quę circa res humanas desudat. Perinde ac si diceret, Iam cũ iunior essem de naturali philosophia abunde scripsi: nũc de politia & in primis si quid recte a priscis sit dictũ hoc in mediũ conemur referre, vt secũdo Politicorum si fata sinant dicemus. Sic in sententias theologus quiuis exacte scribens præcedẽtũ bene dicta, suis additis, capit, & rationi dissentanea cõfutat. Deinde inquit ex rerum publicarũ collatione cõtemplandum est quæ sint illa, quæ ciuitatũ respublicas euertunt cõseruantve, & qua de causa alię recte, alię vero oblique regantur. His enim pensiculatis cognouerimus quænã rerũ publicarũ sit prestabilissima, & quomodo vnaquęq3 respublica constituta, & quibus legibus & moribus bene cõstituta fuerit. Dicamus igitur hoc sumpto inchoamento, ita vt hæc sit Politicorum præfatio. vnde constat politicos libros hosce annectendos.

¶ Dubitatur hic primo, qui sint isti fortunati per causam diuinã. Secũdo, quomodo dicat, q verba nõ habent in omnibus vires, sed opus est auditoris animũ antea moribus esse cultum: videtur enim sic q virtutes sint ante virtutes habendę. Tertio, iuuenes nõ sunt cogendi ad probitatem: per tales enim actus non merentur, quia quodammodo eos inuiti faciũt. Quarto, cur citius iuuenes & prouectę ætatis homines difficilius a malo arceantur. Dub. 4.

¶ Ad primũ dicitur, q aliqui habent aspectus syderum beneuolos suo horoscopo, in quibus est inclinatio magna ad probitatem, aliqui contra ad terra vitia inclinãtes. Priorem inclinationẽ occultam diuinã vocat philosophus. Deus talem inclinationem aliquibus dare potest, sine occursu causarũ secundarum. Isti facilius bene agunt q̃ alij: possunt tamẽ transgredi. Sic & vitiorum colluuie irretiti possunt ad virtutem prouocari, sed rarius id fit. Ad primũ.

¶ Ad secũdã dubitationẽ respõdetur, q remissi habitus virtutum qui nõ multũ pronificant ad bonũ, sunt dispositiones ad virtutem & etiam re ipsa virtutes, etiam si inuite boni habitus in pueris generentur ab actibus non sua sponte factis, tunc erunt proni ad virtutes & bene dispositi ad eas: & hoc innuit dicens, Mores igitur præcedant aliquo modo virtuti familiares oportet. Ad secũdũ.

¶ Ad tertium dicitur, q licet non mereantur pro tempore, disponũt tamen sua subiecta ad bonũ: & tunc non erit eis difficile sua sponte in bonũ exire. Ad tertium.

¶ Ad quartum dicitur, q sanguis & alij humores puerorũ sensus titillant & ad libidinem prouocant: sunt enim imprudẽtes adhuc, nec dedecus in talibus timẽt. Opposita istorum vsu veniũt in prouectis, sorde non infectis. Ad quartũ.

¶ Quinto dubitatur, cur hebetiores non ita sermonibus sicut ingeniosi ad bonum trahuntur. Dub. quintũ.

¶ Responsio, causa est, quia cum hebetes sint, non ita verba in eorum auribus cordis instillantur. Actus enim actiuorum sunt in patiente & disposito. secũdo de anima. Et cõmuniter hebetes sunt alijs moribus deteriores: sunt enim sicut aspides surdæ obturantes aures suas. Aspis vt non audiat, vnã aurẽ in terram ponit, in reliquam caudam imponit. Rudes sordibus irretiti terrenis implicantur, sicq3 eis vna auris clauditur, & in alteram caudam ponũt, scilicet spem longę vitæ cogitãtes finaliter probitatem indepturos, & sic alteram aurem obturat. Contra hoc clamat scriptura, Hodie si vocem eius audieritis, scilicet concionantis, nolite obdurare corda vestra. Salutaris monitio in auribus ingeniosorum est dulcis. Iuxta illud Cantico. 2. Sonet vox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis. Experiẽtia didici me posse mente pollentes facile inuitare ad bonũ: difficillime vero rudiores, hoc inter scholasticos cum quibus plurimum versatus sum, cognoui. Responsio.

¶ Dubitatur vltimo, quis sit bonus legislator. Respõdetur, Solers qui multas publicas leges nouit, maturus æui, qui insudauit in regimine populi, & authoritatem in populo habet. Et qui authoritatem habens peritorum consilio innititur & ope fulcitur. Sic a Iustiniano mediate latę sunt leges. Peritis enim curam legum componendarum tribuit, inualidare iubens dissona & stabilire rectas noua secundum populi vtilitatem sancire, Hactenus de humanis legibus. Reliquum est deum sedulo precari vt nobis sua clementia, speciale præsidium conferat, quatinus eius mandata, monitiones & consilia citra fucum illibate seruemus, vt tandem finali beatitudine perfruamur. Dub. sextũ. Respõsio.

Finis Commentariorum Ioannis Maioris Parisiensis Theologi, Impressorum prelo Ascensiano Impensis eiusdem, & Ioannis Parui. Pridie Nonas Iunias. M.D, XXX.

